COLLECTIO CONCILIORVM HISPANIÆ,

diligentia

GARSIÆ LOAISA

elaborata, eiusque vigilijs aucta.

MADRITI.

Excudebat Petrus Madrigal.

M. D. XCIII.

Taſſa.

YO Pedro çapata del Marmol, eſcriuano de camara de ſu Mageſtad, doy fee, que por los ſeñores del Conſejo de ſu Mageſtad, fue taſſado el libro que el Doctor Garcia de Loayſa, Capellan mayor de ſu Mageſtad, y del Conſejo de la ſanta y general Inquiſicion, eſcriuio de los Concilios generales de Eſpaña, q̃ con licencia y priuilegio de ſu Mageſtad imprimio, a quatro marauedis y medio cada pliego. Y a eſte precio y no mas mandaron ſe venda, y que eſta taſſa ſe imprima en el pliego primero de cada libro, y no ſe pueda vender ſin ella. Y para que dello conſte, de pedimiento del dicho Garcia de Loayſa y de mandamiento de los dichos ſeñores, di la preſente firmada de mi nombre, que es fecha en la villa de Madrid, a dezisiete de Agoſto de. 1593.

Pedro çapata
del Marmol.

Regij priuilegij ſumma.

DOmini noſtri Regis diplomate cauetur, ne quis hanc Collectionem Conciliorum Hiſpaniæ, diligentia Garſiæ Loaiſa elaboratam, eiuſq; vigilijs auctam, citra eiuſdem auctoris permiſſum, intra proximum decennium in Caſtellæ regnis excudat, aut alibi excuſam in ea vendendam importet: amiſſione librorum, alijſq; pœnis, ſi ſecus faxit, puniendus. Dat. in Cœnob. D. Laurentij, die vigeſimo menſis Iulij, anni milleſimi, quingenteſimi, nonageſimi primi.

Subſcribit Secretarius

Ioannes Vazquez.

EX

CENSVRA.

EX mandato ſupremi Regij ſenatus, & cõmiſsione facultatis Theologiæ Complutenſis, Doctores Theologi, qui inferiùs ſubſcribimus, perlegimus hãc Collectionem Conciliorum Hiſpaniæ, cuius author eſt Garſias Loayſa Giron, eiuſdem facultatis Doctor ſapientiſsimus, & sereniſsimi Principis Hiſpaniarum Philippi Magiſter prudentiſsimus. Quod ſanè opus nobis viſum eſt inſigni eius pietate, & eruditione dignũ; cum in eo, optimo ordine & diligẽtiſsima antiquorum exemplarium collatione, vniuerſa Concilia, quæ in Hiſpanijs celebrata ſunt, diſpoſuerit, eorumq; inſigniora atque obſcuriora loca doctiſsimis annotationibus explicuerit; quibus ea multiplici antiquitatis lectione, varijs ſacræ paginæ oraculis, aliorum Conciliorum ſanctionibus, ſummorum Põtificum decretis, & ſanctorum Patrum teſtimonijs inſigniter illuſtrantur. Cui etiam operi, aptiſsimis locis, inſeruit quædã alia, quæ ſingulari ingenij dexteritate, & rerum, ac verborum delectu, proprio labore excogitauit. Quamobrem operæpretium eſt, vt hic liber, non tantùm ad exactam Conciliorum Hiſpanorum intelligentiam, ſed etiam in totius populi Chriſtiani doctrinam & ſpiritualem vtilitatem, in publicam lucem feliciter prodeat. Compluti, tertio Kalendas Iunij. 1591.

Doctor Sandi, Rector.	*Doctor Valdiuieſſo.*	*El Doctor Pablo Camino.*	*Doctor Garnica.*
El Doctor de la Camara.	*El D. Luis Monteſino.*	*Doctor Franciſcus de Herrera.*	*D. Petrus de Orduña.*

Doctor Tena.

EGo Ludouicus de la Serna, publicus Apoſtolica authoritate Notarius, inſignis Vniuerſitatis Complutẽſis Toletanæ diœceſis Secretarius, quia præmiſsis omnibus & ſingulis, vnà cum Clauſtro facultatis Theologiæ prædictæ Vniuerſitatis Complutenſis, interfui, hoc publicum inſtrumẽtũ, manu aliena fideliter ſcriptum, & ſubſcriptum & roboratum à Rectore iſtius vniuerſitatis, & à Doctoribus ſupradictis, ſubſcripſi, ſignaui, in fidẽ & teſtimonium præmiſſorum, rogatus.

Ludouicus de la Serna,
Not. & Secretarius.

Elenchus eorum, quæ in hoc volumine continentur.

INDEX CONCILIORVM,
ordine literario.

Toletanum

PHILIP-

PHILIPPO. II. Hispaniæ Regi Catholico, potentissimoque

GARSIAS LOAISA *S. D.*

NON possum mentis intelligentia, potētissime Rex, dilucidè consequi, quid me vehementiùs rapiat, voluptas, an admiratio, cùm institutam à Iesu, domino nostro, Ecclesiæ gubernationem assiduè perpendo; cui vt columna, & veritatis firmamento vniuersa hominum salus, ac vita beata innititur. Quæ regendi institutio admirabilis, & insignis originem à verbo patris trahit; qui inter mortales, mortalis effectus, os suum homo, in cœtu hominum, vt de rebus magnis nobis consuleret, aperuit. Neque sat illi fuit, verbo humanum genus docere, verùm exercitatione sua, difficilius doctrina opus implere: vt iugum esset suauius, & onus leuius, & ab hominibus ardentiùs coleretur. Verùm post Christi saluatoris obitum, sanctissimis Apostolis, Romanisq́ Pontificibus, vicarijs Christi, & alijs diuis vniuersalis Ecclesiæ patribus, quibus credita est sanguinis Christi propagatio, nullum aliud consilium, ad id commodiùs efficiendum efficacius visum est, quàm Conciliorum vsus; in quibus Spiritus sancti auctoritas viget, & quod malis, & peruersis moribus est labefactatum, Ecclesiasticis institutis mirificè redintegratur, & erigitur. Vnde, vt ex Actibus constat, tam frequens Apostolorum, & Præsulum illius primi, & felicis æui coadunatio, & patrum in confirmanda veritate, certa, & repetita sententia, qua illa prima Ecclesiæ fundamenta sunt posita; quæ in excelsum deducta fastigium, quotidie crescunt & augentur. Vita verò Apostolis functis, vt primum summis illis patribus licuit, persecutione cedente, & victa patiendo, concilia acclamata sunt, nimirum Nicænum, primum Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense: quibus pax Ecclesiæ data, victi hæretici, hæreses profligatæ, & eradicatæ, decor & pulchritudo, ornamentumq́ sponsæ Christi est allatum. Vnde Gregorius Magnus

his quatuor Concilijs, tanquàm quatuor Euangelijs, honorem deferebat: & meritò: nam quidquid est opis, & diuitiarum in domo Dei, quidquid dignitatis, ab his fontibus fluxit, & dimanauit; aperta hæc à maioribus diuinæ sapientiæ flumina posteris uberem, irrigando, segetem attulerunt: totaq; Ecclesiastica dignitas, functionesq; Christi corporis, à Paulo connumeratæ, ab ipsis in ordinem amplissimum rediguntur, legibusq; sanctissimis, crescente populo Catholico, in officio Christiano continentur. Quanuis hæc, & alia in Conciliorum vsu, & exercitatione sint magni põderis, & gloriæ, verùm aliud est in ipsis excellentius & singularius; quod doctrina Ecclesiæ, quæ in fide & moribus versatur, à Christo Domino nostro, et Apostolis accepta, Conciliorum serie colligata, ad posteros continua successione deriuatur. Quod diuinum consilium, à diabolica hæreticorum fraude alienum, neq; ipsi consequi, neq; debilitare potuerunt: impedit enim consilium, et animorum consensum hæresis, rationis inimica, ac mentis perstringit oculos, neq; habet vllum cum ordine, et veritate commercium: Ecclesia verò Catholica rationis et veritatis amica, ordinis et pacis conciliatrix, deposita pertinacia, luce Spiritus sancti perfusa, sensu doctrinæ et animorum consensione edocta, idem semper credit, atq; profitetur, neq; in tam longis, et extensis annorum spatijs, in quibus ingenia varia, nationes diuersæ, et discrepantes, de fide et moribus statuendis disputarunt, vlla potuit varietate labefactari sancta doctrina, aut multitudine confundi: sed semper vna est, et in mutabilitate æui, et hominũ multitudine, Pauli præcepto erudita: semper dicatis vnum: Non sint schismata inter vos. Neq; mirabor enim, cùm sapientia nostra innitatur vni Deo, vni magistro Christo Iesu, vni spiritui et sensui, cui capiti membra Ecclesiæ vnita et reuincta, et inter se neruis, et fibris charitatis connexa, eundem veritatis sensum, et motum habent. Vnde Dominus Iesus per Ioannem dicebat: non pro eis rogo tãtum, sed pro eis, qui credituri sunt, per verbum eorum, in me, vt omnes vnum sint; sicut tu pater in me, et ego in te; vt et ipsi in nobis vnum sint; vt credat mundus, quia tu me misisti. A quo testimonio validum et efficax argumentum petitur, ad fidem Christi non solùm retinendam, sed etiam agnoscendam. Ab vnitate enim patris et filij, vnitas stabilitur membrorum in fidei doctrina, in ratione Sacramentorum, et eorum vsu, in pace et concordia Christianæ vitæ, in vnitate summi capitis: his enim pietatis et religionis officijs mũdus studio rerum diuinarum prouectus, credit Iesum Christum esse à Patre ad salutem, et incolumitatem hominum missum. Hæc autem

vnitas in nulla re excellentiùs, & admirabiliùs cernitur, quàm in Conciliorum vnanimi consensione, & doctrinæ vnitate. Sic enim dicebant Apostoli in epistola, ex sententia illius magni consilij, fratribus Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ missa: Placuit nobis collectis in vnum; hoc est, in rerum sacrarum vno sensu, in vna fide, & decreto colligatis. Prætereà, quid est corpus Christi esse, nisi speciem & formam corporis humani imitari? in quo caput cum membris vnitum est; & ad omnia vitæ officia aptum, vno sensu & motu omnes corporis functiones exercet: sic mysticum Christi corpus, dū capiti Christo, & Romano Pontifici aptè cohæret, spirituales viuæ fidei actus, ad vitæ beatæ consecutionem perducit, & dirigit. Cuius rei Paulus est testis, dum inquit: Multi vnum corpus sumus, in Christo Iesu: enumeratisq; donationibus, secundùm gratiam differentibus, multiplicitatem sacri muneris hoc verbo cōnectit: Idipsum inuicem sentientes. Et alibi: Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa; omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Et infra: Vos autem estis corpus Christi, membra de membro. Et quosdam quidē posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores. Et ad Corinthios, ab agricolis & ædificatoribus similitudine accepta, vnitatem Ecclesiæ docuit. Nam ager, si sit optimè cultus, & diligentia consitus, humo subacta, atque pura, & ratione descriptus atque dimensus, ordinibusque distinctus, delectationem saturitatemq; affert: similiter de ratione ædificiorum dicendum est, in qua connexio partium, maximum oblectamētum & decorem totius structuræ retinet: Sic patrum ipse cōsessus, veluti corporis humani, & agri varijs arborum ordinibus consiti, & machinationis magnæ lapidum coagmentatione decoræ speciem præ se fert. Id perpendamus in Nicæna Synodo (nam in reliquis similis erit contemplatio, & inuestigatio) hæc coacta fuit auctoritate Siluestri summi Pontificis, Constantino Magno procuratore, & suasore, ad funditus euertēdam Arrij Presbyteri Alexandrini hæresim. Cum autem esset in ea numerus trecentorum decem & octo Patrum congregatus, ex totius orbis regionibus; tamen acsi esset homo vnus, doctrinam Apostolicam vno met sensu, vna fide, vno eodemq; animo in vnam abeuntes sententiam, amplectuntur: neq; ad peruicaciam multitudo & disputatio, sed potiùs ad stabiliendam veritatem profuit. Vnde omnes vno ore Arrium à fidelium communione seiungunt, & anathemate feriunt, & impias contra Christi Domini diuinitatem introductas opiniones, vt mēdaces, & à Catholico sensu aberrātes,

damnant, deteſtantur, & execrantur. Cùm verò hi ſancti patres è vita abijſſent, non ideò lumen ſanctæ doctrinæ eſt extinctum, verùm rurſus, ſerpente hæreſi Macedoniana, Conſtantinopolitanum primum Concilium eſt actum, Damaſo Hiſpano Pōtifice Maximo, & Imperatore Gratiano, & Theodoſio: in quo à centum & quinquaginta, ex toto orbe patribus Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, de hæreſi in Spiritum ſanctum accuſatus, vno omnium ore, & conſenſione damnatus eſt, Nicæniq; Concilij fides iterum cōfirmata. Similem etiam progreſſum habuit Epheſina Synodus, aduerſus Neſtorium à ducentis patribus edita, qui aliam aſſerebat eſſe perſonam carnis, in Chriſto Domino, aliam deitatis; & Chalcedonenſis ampliori numero patrum ſexcentorum & triginta aggregata; ſed non ampliori fide, aduerſus Eutychem Abbatem, & Dioſcorum Alexandrinum, humanam à Chriſto naturam auferentem: in quibus vterq; Cyrillus, & Anaſtaſius, ſapientiæ lumina, magnū fidei, & eruditionis ſpecimen dederunt. In tanta igitur temporum mutatione, in tam varijs hominum cōgreſſibus, nihil eſt à maiorum inſtitutis immutatum, nihil in ſententijs repugnans inuentum, ſed potiùs eſt in illis admirabilis quædam cōtinuatio, ſerieſq; ſapientiæ: vt vnum ex alio Cōcilio nexum, & omnia inter ſe apta colligataq; videantur; fideſq; Romana, vſque ad hoc tempus Concilijs, & ſanctorum patrum ſcriptis vallata, & continuata permanſerit. Verùm, vt apertiùs cum hæreticis agam, nouatores iſti, quorum appellationes ignobiles, & barbaras, eſt difficile enumerare, qui nauiculam Petri hæreſeōn innumerabilium fluctibus vexant, aliquam ſententiam Catholicis oſtendant, continua hominum ſucceſſione ad poſteros per concilia traductam; vt ex ea ſtabilitatem & firmitatem ſuæ iactatæ eruditionis liceat, vel tenui cōiectura, proſpicere. Arrius Presbyter validos habuit ſuæ ſectæ propugnatores; pugnatumq; eſt calamo & lacertis: viuit ne quæſo aliqua ſcintilla eius impij conſilij? Quid dicam de Macedonio, Neſtorio, Eutyche, quorum dementia, iam ex ſola Patrum impugnatione nobis eſt cognita? De iſtis & alijs Michæas ſic vaticinatur: Conſumentur mōtes ſubtus eum, & valles ſcindētur, ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ, quæ decurrūt in præceps: & infra, aduerſus Samariam, quæ typum hæreſeōn omnium gerit, contra omnes inuehitur: Ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: detraham in valle lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, & omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idôla eius ponam in perditionem: quia de mer-

cedibus

cedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis reuertentur. Neque solùm doctrina eorum ruit, verùm & regiones miserè vastantur, in quibus cancer ille venenatus serpit. Vt Esaias clamat: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili. Demum hæreticorum ruina, quæ semper impendet, demonstrat, quàm constans & firma Gamalielis, legis Doctoris, honorabilis vniuersæ plebi, sententia fuerit: Sinite eos, dicebat (cum in causa Apostolorum loqueretur) quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur; si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere eos; ne fortè Deo repugnare videamini. Idem Dauid multò ante prædixit: Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum: Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione, & generationem. Ideoq; labitur in præceps semper hæresis, nulloq; fulta certo stabilimento, fertur ad terram, atque serpens multiplici lapsu, & erratico veneno totum Christi corpus nititur deformare. Possunt hæretici sectas suas monimentis consignare, eloquenter & disertè dicere, armis innocentium hominum sanguine fuso, aduersus veritatem dimicare, decretis Ecclesiæ repugnare, & ea cum pertinacia sugillare, & animo obstinato & obfirmato mortem oppetere, magistri nomen sibi vendicare: verùm hæreses ad hominum perniciem inuentas immutabili Conciliorum serie, in posteros prodere, & in perpetuum colligare non possunt. Hæc est maiestas & dignitas Conciliorum, quæ in œcumenicis, propter Patrum multitudinem, & rerum grauitatem, & summi Pontificis interpositum nomen, primum obtinent locum: deinde in nationalia, ad extremum in prouincialia huius existimationis auctoritas deriuatur. Inter omnia autem, nationum & prouinciarum consensu celebrata, Hispanica, hoc est, Toletana, Bracarensia, Hispalensia, & alia, summam semper claritatem retinent. Nam in nulla regione, tam frequenti Patrum congressu, atque numero, de rebus grauissimis, ad regimen Ecclesiasticum stabiliendum, deliberatum est, quàm in Concilijs in Hispania actis. Quæ cum trunca, & mutila, mendosaque, non sine nostrorum hominum incuria, edita circumferrentur, te imperante, potentissime Rex, qui nihil, quod ad Ecclesiæ splendorem, & ornatum conducat, prætermittendum censes, colligenda, & reficienda, vulgandaq; curaui. In qua re etsi studium & labor maximum; tamen natio ipsa amplissimum etiam attulit adiumentum: cum

nullus auctor, nisi Hispanus, de rebus Hispanicis certũ quid in re ita antiquata statuere posset. Neque solùm Concilia ad fidem Gothicam reduxi, sed ea scholijs, vt potui illustraui, commentariaq; aliqua de nostris rebus interposui: vt intelligentia esset facilior, & lectio iucundior. Quæ omnia tuæ maiestati Catholicæ dicanda iudicaui. Hispanica enim cui debentur, nisi Regi optimo, maximoq; Hispaniæ? res verò religiosæ, cui, nisi omnium seculorum religiosissimo Principi? qui nihil gratius habet, quàm pietatem, cum religione coniungere: qui non potentia, & diuitijs amplissimis abutitur; sed potius datas à Deo cognoscit, & illi cumulatissimè in acceptum refert: qui pro amplificanda Ecclesiæ fide, & auctoritate summæ sedis obfirmanda, acerrimum cum hæreticis bellum continenter gerit: neque in amplissima regni sui ditione vllum patitur viuere impunitum hæreticum: præterea, vt ex eorum lectione Maiestas tua intelligat, hoc propagandæ catholicæ Ecclesiæ studium, esse ab auito Regum Hispaniæ semine procreatum: qui magno animi ardore de extirpandis hæresibus, de sanctis moribus instituendis, semper egerunt: qua de causa, magno conatu Concilia Hispaniæ nationalia, & prouincialia frequentarũt. Vnde factum diuino Consilio existimo, vt sub tuo imperio, & tutela, iterum ardor ille Gothicus reuiuiscat; vt antiquo illo more Hispani eruditi, vitam priscorum hominum imitentur: multum enim refert ad sanctè & piè viuendum, cognoscere, quem morem, & disciplinam à maioribus acceperimus. Spero Dei benignitate, & tua cura, & exemplo, & legibus, quibus regna in officio contines, florens, & beatum imperium tuum effectum iri. Vale, ex Pardo, pridie Nonas Decembris. M. D. X C.

DE CODICIBVS manuſcriptis, quibus vſus ſum in hac collectione; de eorum fide, & antiquitate.

MVltum refert, non tantùm ad dignitatem, verum etiam ad fidem, & certitudinem huius collectionis, vt diligens lector intelligat, in ea apertè, diſtinctéq; formanda, quibus codicibus ſum vſus. Nam cum emendatio omnis auctorum difficilis ſit, inaniſque, ſi nudis coniecturis fiat (in qua re hac ætate ab ſcriptoribus audacter peccari animaduerto; ita vt magis laboremus lectionum variarum emendationibus, quàm amanuenſium mendis; & frequentiùs pro veritate abdita, mendacium apertum ſubſtituatur) in decretis inſtitutiſq; Patrum periculoſius eſſe exiſtimaui, ſi ex proprio ſenſu, ſine auctoritate aliquid adderem, vel iugularem. Vnde Codicum M.ſſ. lectionem, etiam cum Gothiciſmis, ad verbum religioſè ſequutus ſum: vt venerandam illorum temporum antiquitatem, hac ſcrupuloſa obſeruantia colerem.

Sunt in bibliotheca Toletanæ Eccleſiæ, quæ libris manuſcriptis, & emendatis (Regiam D. Laurentij ſemper excipio) omnes reliquas Hiſpaniæ antecedit, Conciliorum & epiſtolarum decretalium codices, literis Longobardis ſcripti, in pelle pergaminea: in quibus nihil ex his, quæ in omnibus alijs codicibus cæterarum bibliothecarum continentur, deſideratur; ita ſunt integri, & perfecti.

Prior ſcriptus eſt Era 1072. alter Era 1133. & ex priori exſcriptum iudices; ita in omnibus ab illo non diſſentit.

Eſt in monaſterio Regio D. Laurentij, à Philippo domino noſtro Rege clementiſſimo, ſingulari animi pietate, & regia magnificentia ædificato, & re ampliſſima ditato, multiſq; muneribus aucto, inter cætera admiratione & cultu digniſſima, quæ in illa æde continentur, inſignis quædam bibliotheca, quæ cum perantiquis, & numero librorum, & ſingularitate certat. Hæc inter alia, quinque Codices Conciliorum & epiſtolarum decretalium M.ſſ. literis Longobardis in pelle pergaminea habet.

Antiquior vocatur Vigilanus: à Vigila monacho scriptore, vel Alueldensis; à loco, vbi scriptus est.

Aluelda est hodie paruum municipium in tractu Locroniensi, duobus ab vrbe Locronio leucis Hispanis distans. Olim habuit insigne cœnobium S. Martini ex instituto D. Benedicti; à Sanctio Rege, & Toba Regina, Era 962. fundatum (chartam eius erectionis & dotis, à Rege Sanctio factam, legi in archiuo Simancæ, dum Philippus Rex D. N. itineris causa ibi degeret, anno Dñi 1592.) postea collapsum, & translatum in ecclesiam sanctæ Mariæ Rotũdæ, apud Locronium. In quo dum Vigila monachus vitam ageret, hunc singulari diligentia librum scripsit, Era 1014. anno Christi 976. habet Concilia LXI. & epistolas decretales 101. à Damaso, vsque ad Gregorium primum, & opuscula alia.

Secundus Codex est etiam literis Longobardis scriptus: vocatur Hispalensis, eo quòd Hispali scriptus sit, anno Domini 962. Fuit autem eius scriptor Velascus; continet Concilia LXXI. epistolas decretales 92.

Tertius Codex dicitur Lucensis, qui omnes bibliothecæ Regiæ, antiquitate superat; vt ex ipsa literarum vetustate apparet: nam annus non est expressus; est enim lacer vbique, sed numero Conciliorum copiosior Vigilano, & Hispalensi; quãuis foro iudicũ careat. Scriptus est opera Aystrulfi, aut Michaelis Dens: habet Concilia LXVI. & decretales epistolas 103. Huius Codicis fit insignis & frequens mentio in decreto Gratiani, à Gregorio XIII. P. M. emendato. Nam eius iussu descriptus Romam missus, lucem & veritatem correctoribus atulit.

Sunt alij duo Codices M. ss. literis etiam Longobardis, verùm recentiores, & non integri; carent anno & scriptore, in quibus non omnia continentur, quæ in prioribus.

Est & apud me alius Codex peruetustus, in pelle membranea scriptus, literis etiam Gothicis, eadem Concilia & epistolas complectens, quæ alij superiores. Caret anno & scriptore.

Ex his Codicibus hæc nostra Concilia excerpta sunt. Verùm multum ad rem conferre existimaui, si diuersitates, quæ in illis, præsertim primis, & vetustioribus reperiuntur, in vnoquoque Concilio distinctè & dilucidè assignem.

1 *Concilium Eliberitanum, in omnibus primum ponitur: appellaturq; Eliberitanum cum E. nõ cum I. XVIIII. Episcoporum. In Vigilano, Lucensi, in vtroq; Toletano & Hispalensi, Constantini temporibus gestum dicitur. Habent omnes CC. subscriptiones Episcoporum.*

coporum. In Vigilano dicitur, eodem tēpore quo Nicæna Synodus, & in Hispalensi; in vtroque Toletano: Era. 362. ERA 362

2 *Cæsaraugustanum primum XII. Episcoporum. In Hispalensi, non extant eius subscriptiones neque Era. In Vigilano dicitur: Quarto nonas Octobris, & in Lucensi similiter, & in vtroque Toletano. Ego posui Eram 418. ex historia Sulpitij Seueri.* 418

3 *Toletanum primum, aduersus Priscillianum, Episcoporum XIX. Arcadij, & Honorij temporibus, Era 438. sub die. 7. Idus Septembris, vt in Lucensi: verum in Vigilano Era. 435. sub die 7. Idus Septēb. In Hispalensi non est posita Era, sed tantum sub die 7. Iduum Septembrium. In vtroque Toletano Era 430. Sequutus sum lectionem veteris Codicis Lucensis. Habent omnes subscriptiones, & regulam fidei aduersus Priscillianos, eisdem verbis, vt posuimus.* 430

4 *Tarraconense Concilium X. Episcoporum habitum Era 554. anno sexto Theodorici Regis. In Hispalensi dicitur, anno sexto Theudorici Regis, Consulatu Petri, octauo idus Nouembris.* 554

5 *Gerundense Concilium VII. Episcoporum habitum Era 555. anno septimo Theodorici Regis, VI. idus Iunias: habet subscriptiones.* 555

6 *Toletanum secundum Concilium. Toletana Synodus secunda, VIII. Episcoporum, habita in ciuitate Toletana, apud Montanū Episcopum, XVI. Calendas Iunias, anno quinto Amalarici Regis, Era. 565. In eo conueniunt Hispalensis, Vigilanus & Lucensis, & alter Toletanus. In altero est 562. habet subscriptiones VIII. Episcoporum, & epistolas Montani Episcopi ad Palentinos, & aliam eiusdem ad Turibium: vtraq; desideratur in Vigilano, & Hispalensi; sunt in Lucensi, & vtroque Toletano.* 565

7 *Barcinonense primum est in Codice Hispalensi tantùm. Adieci Eram 578.* 578

8 *Ilerdense. Sic scribitur Ilerdēse, non Hilerdense, octo Episcoporum, gestum Era 584. anno XV. Theuderici Regis VIII. Idus Augusti; habet in subscriptionibus nomina Episcoporum non ciuitatum.* 584

9 *Valetanum seu Valentinum Concilium, sic appellatur indistinctè, in omnibus Codicibus, sex Episcoporum, habitum Era 584. anno XV. Theodorici Regis, seu Theuderici, sub die II. nonas Decembris. In Vigilano Era 587. anno XV. Theodorici Regis, pridie Nonas Decembris. Reliqui CC. in Era consentiunt. In Lucensi scribitur anno XV. Theudi: habet subscriptiones.* 584

Bracarensis

		ERA
10	*Bracarensis Synodus prima, octo Episcoporum, regnante Domino Iesu Christo feliciter, currente Era 599. anno tertio Argemiri Regis, est in Hispalensi & altero Toletano; in aliis, Ariamiri, die Calendarum Maiarum. Lucensis, & Hispalensis Era 568.*	599
11	*Concilium apud Lucum à Theodomiro Principe habitum Era 607. Hoc Concilium habui ex archiuo Lucensis Ecclesiæ, D. Ioãne Ruizio Episcopo Lucensi meritissimo, cuius auctoritate ad id exscribendum vsus sum.*	607
12	*Bracarensis Synodus secunda XII. Episcoporum, regnante Domino nostro Iesu Christo, currente Era 610. anno secundo Regis Mironis, die Calendarum Iuniarum: sic habent omnes constanter.* *Post subscriptiones huius secundi Concilij dicitur sic in C. Hispalensi:*	610
13	*Capitula ex Orientalium Synodis, à Martino Episcopo ordinata, atque collecta, apud Lucense Concilium. Domino beatissimo, atque Apostolico sedis honore suscipiẽdo in Christo fratri Nitigesio Episcopo, vel vniuerso Concilio Lucensis Ecclesiæ Martinus Episcopus. Sancti Canones, qui in partibus Orientis, &c. In vtroq; Codice Toletano, inscribitur in titulo: Synodus Lucensis: quia ibi ordinata, postea in Bracarensi Synodo iterum, ad corrigendos mores Clericorum, & Laicorum vsurpata, veluti tertium Concilium fuit habita: atq; ita in vtroque Toletano in capite marginum foliorum dicitur tertium Concilium Bracarense.*	
14	*Toletanũ Concilium tertium. Toletana Synodus tertia LXII. Episcoporum, in qua Arriana hæresis in Hispania condemnata est. In nomine Domini Iesu Christi, anno quarto regnãte gloriosissimo, atq; piissimo, & Deo felicissimo, domino Reccaredo Rege, die octauo iduum Maiarum in Era 627. Hæc sancta Synodus habita est in ciuitatem Regiam Toletanam, ab Episcopis totius Hispaniæ, & Galliæ, qui infra subscripti. In Lucensi ponitur Era 627. & in Vigilano, & in vtroque Toletano: quam lectionem & annum sequutus sum; licet in Hispalensi ponitur Era DC. XXVIIII.* *Est in vtroque Toletano, & in Lucensi homilia S. Leandri, Episcopi Hispalensis, in laudem Ecclesiæ, post Concilium, & confirmationem Canonum edita. Est etiam in Hispalensi, sed non post Concilium, verum alibi. Scribunt Gothi constanter, Reccaredus, non Rechauedus, Spania non Hispania, Spalensis non Hispalensis.*	627
15	*Hispalense primum. Epistola Episcoporum de Concilio Spalẽsi ad Pegasum Episcopum missa VIII. Episcoporum. In fine Concilij*	

ciliy sic dicitur: data ad sanctitatem vestram die pridie Nonas Nouembris, anno quinto regni gloriosissimi domini nostri Reccaredi Regis. Era DC. XXVIII. in vtroq; Toletano, et in Vigilano: in Lucensi verò, Era DC. XXVII. — ERA 628

16 *Cæsaraugustanum secundum, anno septimo Reccaredi Regis; habet in fine: Sub die Calendarum Nouembrium, anno quo supra. Est in C. Hispalẽsi. Habet subscriptiones quatuordecim Episcoporũ. Non est in alijs. CC. Adieci Eram ex anno Regis septimo DC. XXX. Posui ex eodem C. constitutionem Fisci Barcinonensis; eo quòd sub eisdem Episcopis sit edita, eodem septimo anno Reccaredi Regis.* — 630

17 *Toletanum aliud. In nomine Domini constitutio Synodi Episcoporum numero XVI. qui conuenerunt in vrbem Toletanam, in Ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, sub die sexto decimo Calendas Iunias, anno feliciter duodecimo, regno Christianissimi, et amatoris Dei gloriosissimi Reccaredi Regis, Era DC. XXXV. Sic est in Hispalensi tantùm: in alijs non extat.* — 635

18 *Oscense Concilium, anno tertio decimo, regno domini nostri gloriosissimi Reccaredi Regis. Est tantùm in C. Hispalẽsi. Adieci Erã ex annis regni Reccaredi.*

19 *Concilium Barcinonense, Era DC. XXXVII. anno decimo quarto Regis Reccaredi.* — 637

20 *Toletanum. In nomine Domini Iesu Christi, constitutio Carthaginensium Sacerdotum, in Toletana vrbe, apud sanctissimum Ecclesiæ eiusdem Antistitem. In fine: Facta constitutio Sacerdotum in vrbe Toletana, sub die Calen. Nouembris, anno Regni primo piĩssimi, atque gloriosissimi Gundimari Regis. Era DC. XLVIII. Est tantùm in Codice Hispalensi.* — 648

21 *Concilium Tarraconense in Egara, vnde dicitur Egarense, anno tertio Regis Sisebuti. Est in Codice Hispalẽsi. Adieci Eram, ex anno Regis.*

22 *Hispalense secundum. Secunda Synodus habita in ciuitate Spali, sub die Iduum Nouembrium, anno regnante gloriosissimo Principe Sisebuto, Era DC. LVII. In vtroq; Toletano, anno nono Sisebuti Regis: in Vigilano, et Lucẽsi: Tẽpore Sisebuti Regis: in Era omnes consentiunt, et subscriptionibus.* — 657

23 *Toletanum quartum. Toletana Synodus IIII. Gesta Synodalia in Toletanam vrbem, apud Concilium LXII. Episcoporũ Hispaniæ, Galliæ prouinciarũ edita, anno tertio, regnante dño nostro gloriosissimo Principe Sisenando, die Nonas Decẽb. Era DC. LXXI.*

In vno

in vno Toletano Era DC.LXX. in altero DC.LXXI. subscribunt Episcopi LXII. Sic lego in Hispalensi; nam notæ Gothorum mirè connectuntur; vt facile existimes VI. pro II. In excusis nihil est certi. — ERA

24 *Toletanum quintum. Concilium Toletanum quintum Episcoporum XX. Era DC. LXXIIII. anno primo domini nostri Chintiliani Regis: ita in Vigilano: in Lucensi, Era DC. LXIII. in vtroque Toletano Era DC. LXIIII. in Hispalensi. XXIIII. in alijs XX. quam lectionem probant subscriptiones, quæ viginti sunt. In alio Toletano scribitur, Cinthilani.* — 674

25 *Toletanum sextum XLVIII. Episcoporum vniuersale, quinto Idus Ianuarij, anno præfati Principis & triumphatoris in Christo, secūdo, Era DC. LXXVI. In Lucēsi, Era DC. LXVI. & in vtroque Toletano. Lucense continet solùm quinque subscriptiones Episcoporum: in cæteris est, vt posuimus.* — 676

26 *Concilium Toletanum septimum. In nomine Domini & saluatoris nostri Synodale decretum, in Toletana vrbe XXX. Episcoporum Concilio gestum, anno quinto clementissimo domino nostro Cintasuintho Rege regnante, XV. Calēdarum Nouembrium, Era DC. LXXXIIII. Ita habent omnes Codices M.ss. in quibus tantum XXVIII. Episcopi subscribunt, Vicarij verò vndecim.* — 684

27 *Concilium Toletanum octauum. In nomine Domini saluatoris nostri Iesu Christi, incipiunt gesta Synodalia VIII. quinquaginta duorum Pontificum, in vrbem regiam celebrata, die XVII. Calēdarū Ianuariarū Era DC. LXXXXI. anno quinto orthodoxi, atque gloriosi, & vera clementiæ dignitate præcipui Reccesuinthi Regis: sic scriptum est in Gothicis M.ss. Lucensis habet, Era DC. LXXXX. & decretum, & lex Principis, quæ post subscriptiones ponuntur, in eo non extant.* — 691

28 *Concilium Toletanum nonum. In nomine Domini incipit Concilium Toletanum VIIII. quod actum est die Calendarum Decembrium, anno feliciter VII. regno serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesuinthi regis Era DC. LXXXXIII. in vrbe Toletana. In fine dicitur: Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero sedecim: ita consentiunt omnes CC. M.ss.* — 693

29 *Concilium Toletanum decimum. In nomine Domini habita Synodus X. in Toletana vrbe die Calend. Decemb. anno octauo gloriosi domini, & religiosissimi Reccesuinthi principis, Era DC. LXXXXIIII. in fine: Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero XX. Cōsentiunt in annis, & Era omnes CC. M.ss. In* — 694

Vigilano

Vigilano desiderantur aliquot subscriptiones, & cap. 7. quamuis in eo sint duo decreta, quæ in Lucensi non sunt. Vterq; Toletanus, & Hispalensis exactè Concilium totum complectuntur. ERA

30 *Concilium Emeritense. Concilium quod gestum est in prouincia Lusitania, apud vrbem Emeritensem, quæ caput Episcopis noscitur, XII. Episcoporum, in vnum collectis, die viij. Iduum Nouembr. anno octauodecimo serenissimi & pijssimi Reccesuinthi Regis, Era DCC.IIII. Est hæc Synodus in vtroque Toletano.C. & Lucensi, & non in alijs; vbi constanter scribitur Emeretensis, & Reccesuinti sine h.* 704

31 *Concilium Toletanum vndecimum. In nomine Domini incipiunt gesta Synodalia Concilij Toletani vndecimi, acta in vrbe Regia, in Toletana sede, à decem & septem Episcopis, anno quarto regni gloriosi Principis Vuambi Regis, sub die septimo Idus Nouembris, Era septuagesima tertia. In fine ante subscriptiones: Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero xvij. Consentiunt omnes CC. In Vigilano desiderantur subscriptiones Abbatum, & Vicariorum.* 713

32 *Bracarense tertium. In nomine Domini incipit Concilium Bracarense III. quod factum est sub anno quarto gloriosissimi domini nostri Vuambanis Regis, Era septingentesima, XIII. regni eius. In Vigilano & Lucensi dicitur: Cui interfuerunt Pontifices octo: in vtroque Toletano vocatur quartum; eo quòd Canones Orientales collecti à Martino Bracarensi, vocentur tertium Bracarense. Similiter in Lucensi vocatur quartum.* 713

33 *Concilium Toletanum duodecimum. In nomine Domini, acta Synodalia Concilij Toletani duodecimi, apud vrbem Regiam celebrata, sub die quinto Iduum Januarij, Era DCC. XVIIII. anno primo Orthodoxi, atque serenissimi domini nostri Heruigij Regis. In vtroque Toletano & Lucensi dicitur: Quinto Iduum Maiarum: verum corruptè, pro Januarij: nam infra dicitur: Consummatum est hoc sanctum Concilium die octauo Calendarum Februarij, anno regni feliciter primi serenissimi, atque clementissimi domini nostri Eruigij Regis, Era DCC. XVIIII. ita vt die nono Januarij sit inceptum, consummatum verò vigesimoquinto die, in Conuersione beati Pauli. Sic erat in more quàm citissimè extremam manum Concilijs imponere. Nam congregatio multorum, si diutius trahatur, aliquid infaustum solet parere: & vsus ipse frequens Synodorum rem faciliorem faciebat.* 719

In Vigilano & Lucensi est: Cui interfuerunt Pontifices XXXV.

c *Concilium*

34 *Concilium Toletanum decimum tertium. In nomine Domini incipiunt gesta Synodalia, habita in vrbe Toletana, sub Era DCC. X X I. anno regni excellentißimi Principis Eruigij IIII. pridie Non. Nouemb. In fine: Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero X L V I I I. Non est in Vigilano. Consentiunt reliqui codices in Era, anno regni, & numero Episcoporum. Habet subscriptiones Episcoporum, Abbatum, Vicariorum, virorum illustrium, Ducum, Comitum, Procerum officij palatini. In lege, in confirmatione Concilij edita, dicitur: Edita lex in formatione Concilij Toleto, sub die Idus Nouembris, Era DCC. X X I. anno quoque feliciter quarto regni gloriæ nostræ. Constanter omnes CC. M. ss. scribunt, Eruigius, non Heruigius.* — ERA 721

35 *Concilium Toletanum decimumquartum. Gesta Synodalia quæ acta sunt à Præsulibus Carthaginis prouinciæ, adsistentibus etiam Vicarijs: Incipiunt capitula Concilij Toletani X I I I I. decem & septem Episcoporum, anno quinto Eruigij Principis. Extat hoc Concilium tantùm in Lucensi & vtroque Toletano; sed in illis non est Era, sed tantum dicitur in fine: Peractum Concilium die Dominico sub die duodecimo Calendas Nouembris, anno quo supra. In alijs est, Decembris. Verum apposui Eram ex anno regni Principis DCC. X X I I.* — 722

36 *Toletanum Concilium decimum quintum. In nomine Domini Iesu Christi, anno primo sereniſsimi & Orthodoxi Egicanis Principis, sub die quinto Idus Maias, Era septingentesima X X V I. apud vrbem Toletanam, in Ecclesia Prætoriensi sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, omnes Spaniæ, Galliæque Pontifices aggregati numero LXI. Sic est in Hispalensi. Cōsentiunt in Era, & numero Pontificum & regni anno, omnes CC. M. ss. In Vigilano deficiunt aliqua subscriptiones Abbatum, & illustrium officij Palatini.* — 726

37 *Concilium Cæsaraugustanum tertium. In nomine Domini incipiunt gesta Synodalia in vrbe Cæsaraugusta, sub die Calend. Nouembris, Era DCC. X X I X. anno quarto Orthodoxi, atque sereniſsimi domini nostri Egicani Regis. Sic est in codice Hispalensi, & Vigilano: in alijs non extat; caret subscriptionibus Episcoporum.* — 729

38 *Concilium Toletanum decimumsextum. In nomine Domini incipit Synodus Toletana sextadecima L X. Episcoporum, anno sexto inclyti & orthodoxi domini & Principis nostri Egicanis, sub die sexto Nonarum Maiarum, Era DCC. X X X I. In* — 731

Lucensi,

Lucensi & in vtroq; Toletano est integra tota Synodus: in Vigilano & Hispalensi mutila: in vtroque est Era DCC. XLVI. in alijs vt posui. ERA

39 *Concilium Toletanum decimumseptimum. In nomine Domini incipit Synodus Toletana xvij. regula sanctæ fidei, decurrente imperij anno religiosissimi ac serenissimi domini nostri Egicani Regis VII. sub die quinto Idus Nouẽbris, Era DCC.XXXII. Est ita in vtroque Toletano, & Lucensi: in alijs non extat.* 732

40 *Concilium Toletanum decimum octauum petendum est ex eo quod tradit Rodericus Archiepiscopus in historia Hispaniæ.* 740

Ex his codicibus multa eduxi Concilia, quæ non extant excusa; & quæ edita, ampliora & auctiora, emendatioraq; quod legenti facile erit perspicere.

ORDO REGVM Gothorum Hispaniæ, & eorum Chronologia ex Concilijs M.ss. & Isidoro,& Vulsa.

	Era Augusti	Anni Christi.	
	407	369	*Athanaricus vnà cum Fridigerno,regnat annos tredecim,sub Valente Imperatore.*
	420	382	*Alaricus,& cum eo Redagasius, regnat ann.28. sub Theodosio Imperatore.*
	449	411	*Athaulfus regnat ann.6.sub Arcadio,& Honorio Imperatore.*
Segericus anno vno.			*Segericus, ilico suorum dolo interfectus,ann.22.imperij Honorij, & Arcadij:cui successit Vuallia.*
Vvalia annos. 22.	454	416	*Vvallia regnat annos.3.*
Theodoredus ann.14. Augustin. Theodoricus.	457	419	*Theuderedus, regnat annos.33. finem extremũ clausit in prælio Cathalaunico,sub Theodosio minori Imperatore.*
Thurismundus.	490	452	*Thurismũdus regnat ann.vnũ, sub Marciano.*
Theodoricus.	491	453	*Theudericus annos tredecim,sub Marciano Imperatore.*
Eurico Gregor. Turon. ann. 27. Sigisbert.19.	504	466	*Euricus annos decem & septem, sub Leone Imperatore.*
	521	483	*Alaricus annos viginti tres, sub Zenone Imperatore.*
Gesalaricus alij Geselicus.	544	506	*Gesaleicus annos quatuor, sub Anastasio Imperatore.*

	Era Augusti	Anni Christi.	
Theodoricus.	549	511	*Theudericus Rex Italiæ, pro nepote Amalarico regnat in Hispania annos quindecim, sub Anastasio Imperatore. In Cōcilijs M. ss. duo coacta esse sub Theuderico Rege lego: primum Tarraconense anno eius sexto, Era 555. alterum Gerundēse, anno & Era sequēti.*
	564	526	*Amalaricus ann. quinque, sub Iustiniano Imperatore.*
Theudius.	569	531	*Theudis, seu Theudio decem & septem annos, & menses quinque, sub Iustiniano Imperatore. Cōcil. Ilerd. anno eius. 15. vbi mendosè in omnibus M. ss. legitur, Era 584 pro Era 564 quod rectè cōuenit cū hac annorum ratione, quā sequimur.*
	586	548	*Theudisclus annum vnum, sub Iustiniano Imperatore.*
Aguila.	587	549	*Agila, seu Aquila, ann quinque sub Iustiniano Imperatore.*
Vulsa quindecim annos, et menses. 6.	592	554	*Athanagildus ann. 14. sub Iustiniano. Isidorus ponit interregnum quinque mensium.*
Luiba, & Loyba.	605	567	*Liuba annum vnum, sub Iustino Imperatore minori.*
Beda, Leuuigildus more Gothorū qui pro, eo, ponūt, eu.	606	568	*Leouigildus, ann. decem & octo, sub Iustino minori. Anno 17. regni Ermenegildum Hispali impiè interfecit.*
	624	586	*Reccaredus primus ann. 15. sub Mauricio Imperatore.*
Loyba.	639	601	*Liuba secundus annos duos, sub Mauricio Imperatore.*
Victericus.	641	603	*Vuittericus ann. sex, menses. 10.*
Gundemirus.	648	610	*Gundemarus annos duos, menses decē, sub Phoca Imperatore.*

Sise-

	Era Augusti	Anni Christi.	
	650	612	Sisebutus annos octo, menses sex, sub Heraclio Imperatore. Anno quinto Sisebuti Mahometes aduersus Romanos rebellat.
	659	621	Reccaredus secũdus menses tres.
Cintila, Santila.	659	621	Suinthila annos decem, sub Heraclio Imperatore. Is, vt nostri historici tradunt, primus pulsis Romanis, monarchiam totius Hispaniæ obtinuit.
Sisnandus.	669	631	Sisenãdus ann. 3. mẽses vndecim.
Cintila.	674	636	Cinthila annos tres, menses octo. Concilium Toletanum quintũ, primo anno eius regni coactum. Isidorus Iunior, Episcopus Hispalensis primæ sedis moritur.
Tulcas.	678	640	Tulca ann. 2. menses quatuor.
Cindasiũthus	680	642	Chindasuintus ann. 6. mẽses. 8.
Reccesiũthus.	687	649	Reccesuinthus annos. 23. mẽs. 6. Ildefonsus anno. 18. moritur.
Bamba.	710	672	Vvamba annos octo, mensem vnũ. Relicto regno vixit in monasterio, melius sibi regnans & viuens piè & sanctè, annos septem, menses tres.
Eringius.	718	680	Eruigius annos septem: relicto regno creatur Egica.
Egipsa.	725	687	Egica annos decem solus, quinq; vnà cum filio suo Vvittiza.
Vtiza.	739	701	Vvitiza ann. 9. sine Egica patre.
Rodericus annos. 3. duos simul cum Vitiza, vnũ solus.	748	710	Rudericus ann. vnũ. Hoc Rege nobilissima, & antiquissima Regum Gothorũ familia, ob impios & sceleratos mores Vvitizæ, & Ruderici, miserè extincta, in prædã barbaris Mauris, tãquã Dei flagello data, vniuersaq; nobilitas, totumq; regnum breui tẽpore vna funditus euersum.

REGES SVEVORVM in Gallœcia.

Era Augusti.	*Anni Christi.*	
446	408	*Hermericus ann.* 32.
478	440	*Rechila annos septem.*
486	448	*Recciarius annos nouem.*
495	457	*Maldra annos tres.*
498	460	*Frumarius annos quatuor.*
		Remismundus, qui cum tota gente, Arriana hæresi infectus fuit: in quo errore gens illa per annos ferè centum perseuerauit: quo tempore Reges non reperiuntur; quippè indigni, vt eorum repetita maneat memoria.
601	558	*Theodomirus seu Ariamirus catholicus: Concilium Bracarense primum, sub eo habitum, & Lucense: regnauit annis.* 12.
607	570	*Miro annos* 13. *Concilium Bracarense secundum.*
620	582	*Eboricus.*
		Andeca tyrannus.
		Sueuorum regnum deletum est tempore Leouegildi Gothorum Regis, postquam regnauerunt in Hispania annos centum septuaginta septem, vt auctor est Isidorus.

CHRO-

CHRONOLOGIA Toletanorum Præſulum.

Anni Dñi.	
68	*S. Eugenius martyr, primus.*
313	*Melanthius, qui interfuit Concilio Eliberitano, & in eo ſubſcripſit.*
325	*Pelagius.*
396	*Patruinus, qui primū Toletanum Concilium cōgregauit, & in eo ſubſcribit: Priſcillianam hæreſim pullulantē euertit.*
	Turibius.
	Quintius.
	Vincentius.
	Paulatus.
	Natalis.
	Olympius.
	Audentius.
405	*Aſturius. S. Illiſonſus eius vitam ſcribit in catalogo illuſtr. virorum.*
	Iſicius.
	Martinus, vel Maiorinus.
	Caſtinus.
	Campeius.
	Sinticio.
	Praumatius, vel Palmatius.
	Petrus primus.
	Celſus.
527	*Montanus. Secunda Synodus Toletana ſub Montano eſt habita: ſcripſitq; duas epiſtolas, alteram ad fratres territorij Palentini, alteram ad Toribium. S. Illiſonſus eius vitam literis mandauit.*
	Julianus primus.
	Bacanda.
	Petrus ſecundus.
589	*Euphimius: interfuit ſancto tertio Concilio Toletano, Era 627. & de eo fit mentio in decreto Gundemari.*
	Exuperius.

Era	Anni Dñi.	
	597	*Adelphius: ſubſcribit in Toletano, ſub Reccaredo Era 635. Conantius à S. Illifonſo non enumeratur inter Præſules Toletanos; fortè quia parum præfuit: inquit enim poſt Adelphium, Toletanæ ſedis Auraſium adeptum eſſe locum.*
	603	*Auraſius. S. Illifonſus ſcribit in catalogo, cathedram tenuiſſe poſt Adelphium.*
	615	*S. Helladius: obijt 18. Februarij. de eo Illifonſus ſcribit in catalogo.*
Era	633	*Iuſtus. Quarta Synodus Toletana fuit ſub Iuſto habita, in eaq; ſubſcribit: de eo Illifonſus ſcribit in catalogo.*
684	636	*Eugenius. Secunda, quinta, & ſexta, & ſeptima Synodus Toletana ſub Eugenio fuerunt collectæ: in eis ſubſcribit: de eo Illifonſus in catalogo.*
636	647	*S. Eugenius III. obijt xiij. Nouembris anno 658. interfuit octauo, nono, & decimo Concilijs Toletanis, Era 691.*
	659	*S. Ildefonſus obijt 23. Januarij, anno 667. cuius vitam Cixila Præſul Toletanus ſcripſit.*
	668	*Quiricus: interfuit vndecimo Concilio Toletano, Era 713. & in eo ſubſcribit. S. Illifonſus eius vitam ſcribit in catalogo.*
	685	*S. Julianus. II. obijt ſexto Martij, anno 690. interfuit duodecimo, & decimotertio, & decimoquarto, decimoquinto, Concilijs Toletanis, & in eis ſubſcribit, Era 719. de eo Felix ſcribit in catalogo.*
	691	*Siſibertus, qui aduerſus Egicanem Regem conſpirationem fecit, pro qua merito à dignitatis ordine amotus in Concilio Toletano decimoſexto: pro eo Felix ſuffectus eſt, Era 731.*
	693	*Felix: decimoſexto Concilio Toletano interfuit, in eoq; ſubſcribit Era 731.*
	700	*Guntericus.*
	714	*Oppas, intruſus.*
		Sinderedus.
	719	*Vrbanus poſt Sinderedum cathedram Toletanam tenuit: obijt anno 737. Toletum à Sarracenis occupatur, fueruntq; in captiuitate Præſules Toletani, qui ſequuntur, vſq; ad Joannem.*

Sunieredus.

Anni Domini.	
740	*Sunieredus.*
760	*Concordius.*
775	*Cixilanus.*
784	*Elipandus: heresi infectus in Concilio Francafordiēsi condemnatur, vt refert Ioannes Aurelianensis in libro de cultu imaginum.*
820	*Gumesindus.*
850	*Uvistremirus.*
859	*Sanctus Eulogius electus, martyr.*
	Bonitus.
926	*Ioannes, obijt anno. 926.*
	Paschalis.

Alfonsus VI. victis Sarracenis, Toletum expugnat, anno 1085. die 25. Martij, & Bernardum monachum S. Benedicti in sede Toletana collocat.

CHRO-

CHRONOLOGIA Conciliorum Hiſpaniæ, quæ tēporibus Gothorum Regum ſunt indicta.

Era Cæſaris. circa	Annus Chriſti	
362	324	*Eliberitanum eodem tēpore, quo Nicænum.*
418	380	*Cæſarauguſtanum primum.*
438	400, vel 405	*Toletanum primum aduersùs Priſcillianum, Conſule Stilicone, Arcadij, & Honorij tēporibus.*
554	516	*Tarraconenſe anno ſexto Theodorici Regis, Conſule Petro.*
555	517	*Gerundenſe anno ſeptimo Theodorici Regis, Agapeto V. C. Conſule.*
565	527 circa	*Toletanum ſecundum anno quinto Amalarici Regis, Montano Epiſcopo Toletano.*
578	540	*Barcinonenſe primum.*
584	546	*Ilerdenſe anno decimoquinto Theudi Regis.*
584	546	*Valletanum ſiue Valentinum eodem anno Theudi decimoquinto.*
599	561	*Bracarenſe primum anno tertio Argemiri Regis Sueuorum.*
607		*Concilium Lucenſe ſub Theodomiro.*
610	572	*Bracarenſe ſecundum anno ſecundo Mironis Regis Sueuorum: in quo Metropolitæ duo, ex Bracara & Luco, interfuerunt.*
627	589	*Toletanum tertium anno quarto Reccaredi: in quo Arriana hæreſis in Hiſpania damnatur; & in eo ſanctus Leander Hiſpalenſis, & S. Euphemius Toletanus interfuerunt.*

Hiſpa-

Era Cæsaris.	Annus Christi.	
628	590	*Hispalense primum anno quinto Reccaredi Regis: in quo S. Leander Hispalensis interfuit.*
630	592	*Cæsaraugustanum secũdum anno septimo Reccaredi Regis, Artemio Tarraconensi Metropolitano.*
635	597	*Toletanum anno duodecimo Reccaredi Regis, Adelphio Metropolitano vrbis Regiæ.*
636	598	*Oscense anno decimotertio Reccaredi.*
637	599	*Barcinonense secundum anno decimoquarto Reccaredi Regis, Asiatico Tarraconensi Metropolitano.*
648	610	*Toletanum anno primo Gundemari Regis, sancto Montano Toletanæ vrbis Metropolitano.*
652	614	*Egarense anno tertio Sisebuti Regis.*
657	619	*Hispalense secundum, Rege Sisebuto, & sancto Isidoro Episcopo Hispalensi.*
671	633	*Toletanum quartum anno tertio Sisenandi Regis: in quo S. Isidorus Hispalensis interfuit, & Iustus Toletanus.*
674	636	*Toletanum quintum anno primo Cinthilani Regis: in quo S. Eugenius Toletanus interfuit.*
676	638	*Toletanum sextum anno secundo Cinthilani Regis, Eugenio Toletano Antistite.*
684	646	*Toletanum septimum anno quinto Cindasuinthi Regis, Eugenio Toletano Antistite.*
691	653	*Toletanum octauum anno quinto Reccesuinthi Regis, Eugenio Regiæ vrbis Antistite.*
693	655	*Toletanum nonum anno septimo Reccesuinthi Regis, Eugenio Regiæ vrbis Metropolitano.*
694	656	*Toletanum decimum anno octauo Reccesuinthi Regis, Eugenio Metropolitano Regiæ vrbis.*
704	666	*Emeritense anno decimo octauo Reccesuinthi Regis, Proficuo Metropolitano Emeritensis vrbis.*

Era Cæsaris.	*Annus Christi.*	
713	675	*Toletanum vndecimum anno quarto Uvambani Regis, Quirico Metropolitano vrbis Toletanæ.*
713	675	*Bracarense tertium anno quarto Uvambæ, Leodegisio Metropolitano Bracarensi.*
719	681	*Toletanum duodecimum anno primo Eruigij Regis. S. Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.*
721	683	*Toletanum decimum tertium anno quarto Eruigij Regis. S. Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.*
722	684	*Toletanum decimumquartum anno quarto Eruigij Regis, S. Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.*
726	688	*Toletanum decimumquintum anno primo Egicæ Regis, S. Iuliano vrbis Regiæ Metropolitano.*
729	691	*Cæsaraugustanum tertium, anno quarto Egicæ Regis, Baldefredo Episcopo Cæsaraugustano.*
731	693	*Toletanum decimumsextum anno sexto Egicæ Regis, Felice vrbis Regiæ Metropolitano.*
732	694	*Toletanum decimumseptimum anno septimo Egicæ Regis.*
740	702	*Toletanum decimumoctauū anno primo Uvitizæ. Non extat in Canone, sed de eo meminit Rodericus.*
750	712	*Sarraceni Gothos expugnant & biennio totam Hispaniam occupant.*

INCI-

INCIPIT ORDO DE celebrando Concilio.

In 4. Cōcil. Tolet. c. 4. est formula posita, qualiter Concilium fiat: incipit: Hora itaque prima diei, &c.

Ex lib. Vigilano siue Albeldensi, qui asseruatur in bibliotheca Regia Diui Laurentij. M. S. Longè verò hæc antiquiora, & correctiora sunt, quàm quæ impressa circumferuntur.

HOra itaque diei prima ante solis ortum, eijciantur omnes ab Ecclesia; obseratisque foribus, cuncti ad vnam ianuam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent. Et conuenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundùm ordinationis suæ tempus resideant. Post ingressum omnium Episcoporum, atque consessum, vocentur deinde Presbyteres, quos causa probauerit introire. Nullus inter eos audeat ingredi Diaconorum. Post hos, ingrediantur Diacones probabiles, quos ordo popoſcerit interesse: & corona facta de sedibus Episcoporum, Presbyteres à tergo eorum resideant; Diacones in conspectu Episcoporum stent; deinde ingrediantur & laici, qui electione Concilij interesse meruerint. Ingrediantur quoque & Notarij, quos ad recitandum, vel ad excipiendum ordo requirit: & obserentur ianuæ. Sedentesque in diuturno silentio, dicat Archidiaconus: Orate: statimque omnes in terra prostrabuntur, & orantibus diutiùs tacitè cum fletibus atque gemitibus, vnus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palàm fundet ad Dominum, cunctis adhuc in terra iacentibus, dicens:

ADsumus, sancte Spiritus, adsumus; peccati quidem humanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter adgregati. Veni ad nos, adesto nobis, & dignare inlabi cordibus nostris: doce nos quid agamus; quò gradiamur ostende; quid efficiamus operare. Esto solus & suggestor & effector iudiciorum nostrorum; qui solus cum Deo Patre, & Filio, nomē possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiæ, qui summè diligis æquitatem. Vt sinistrum nos non ignorantiæ trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat; sed iunge nos tibi efficaciter, solius tuæ gratiæ dono: vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero; qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderatione pietatis, iustitiam, vt hîc à te in nullo dissentiat sententia nostra; & in futuro, pro benè gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.

Te condonante, qui cum Patre & Filio, vnus permanes Deus, per infinita ſecula ſeculorum.

In qua oratione, nec oratio paterna, nec benedictio, ſed ipſa ſolummodò oratio confirmetur. Quando autem plurimi Metropolitani fuerint, tunc ab altero hæc oratio dicitur.

ALIA.

DOmine, qui nos iuſtitiam loqui, & quæ recta ſunt præcipis iudicare, tribue nobis, vt nec iniquitas in ore, nec prauitas inueniatur in mente; vt puro corde purior ſermo conſentiat; procedat in operibus iuſtitia, nec appareat dolus in lingua.

A TERTIO VERO METROPOLITANO, *loco tertio hæc oratio pronunciatur.*

IEſu Domine, qui ſacro verbi tui oraculo, promiſiſti, vt vbi duo, vel tres in nomine tuo fuerint adgregati, medius dignareris adeſſe, adeſto cœtui noſtro propitius, & cor noſtrum perluſtra miſericors; vt ita rectum iuſtitiæ tramitem teneamus, ne à bono miſericordiæ aliquatenus aberremus.

ALIA.

DIſſolue Domine noſtrarum mentium ligaturam, & obligationis impiæ confringe catenam; vt tibi laudem pro liberatione reddamus, cuius vltionem pro tranſgreſsione paueſcimus.

ALIA.

DEus, qui veritatem loqui filios hominum cupis, & eorum caſto iudicio delectaris, mentem nos dignare habere rectam; vt poſsimus labijs veram depromere iuſtitiam.

Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus, Amen, rurſus dicit Archidiaconus: Erigite vos. Et cōfeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei, & diſciplina, tàm Epiſcopi, quàm Presbyteri ſedeant. Sicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſidentibus, Diaconus alba indutus, codicem Canonum in medio proferens, capitula de Concilijs agendis pronunciat: id eſt, ex Concilio Chalcedonenſi, Era XVIII. item ex capitulis Orientalium patrum, quæ Martinus Epiſcopus

copus de Græco in Latinum vertit, Era XVIII. de Synodo facienda. Item ex Cōcilio Toletano. IIII. Era III. Item ex Concilio Agathensi, Era XVI. siue ex sermone sancti Ambrosij de pace, vel aliud de Canonibus quod Metropolitano aptius visum fuerit, vt legatur. Finitisque titulis, Metropolitanus Episcopus Concilium alloquitur dicens.

EXHORTATIO.

Ecce sanctissimi Sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea, quæ à nobis de Deo, de sacris ordinibus, vel vestris moribus, vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quòd si forsan aliquis vestrûm aliter quàm dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo commotionis, in nostrorum omnium collatione, ea ipsa de quibus dubitauerit conferenda reducat; qualiter Deo mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione coniuro, vt nullus vestrûm in iudicando, aut personam excipiat, aut quolibet fauore, vel munere pulsatus à veritate discedat, sed cum tanta pietate quidquid cœtui nostro se iudicandum intulerit, vt nec discordans contentio ad subuersionem iustitiæ inter nos locum inueniat, nec item in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel solicitudo tepescat.

Post alloquutionem Concilij, qua Metropolitanus solet Synodum alloqui vniuersalem, statim Rex cum suis optimatibus ingreditur in Concilium: & in primis corona Sacerdotum post se dimissa, ad altare conuersus, ibi orationem dicit: sed ipsa oratione supra acta, ad Concilium conuersus dicit: & humo prostratus atque inde se erigens, & se ipsum precibus Sacerdotum commendat, & adloquendo Concilium, vt iustissimè agant religiosa exhortatione insinuat. Postquam autem expleuerit exhortationem suam, à Diacono dicitur: Oremus.

Tunc Rege conuerso ad Orientem, omnes Sacerdotes in terra pariter prosternantur, sicut & prius: sicque dicatur, hæc oratio Dominica.

Rex Deus à quo Regum regitur Regnum: quo gubernante sublime, quo deserente fit fragile, famulo tuo. N.

 solers

ſolers moderator adſiſte. Da ei Domine fidei rectitudinem firmam, & legis tuæ cuſtodiam indefeſſam: ita morum honeſtate præpolleat, vt tuæ maieſtati complaceat: ita nunc præſit populis, vt coronetur poſt tranſitum cum electis. Pater noſter.

BENEDICTIO.

Benedicat tibi, ſereniſsime Princeps, virtutum Dominus, & omnipotens Deus. Amen.

Inſpiret tibi facere miſericordiam, & temperare iuſtitiam. Amen.

Qui tibi tribuit regnum, ipſe cor tuum cõſeruet inlæſum à nocibilitate omnium populorum. Amen.

Et qui conuentum noſtrum pro Domino veneraris, cum tuis omnibus poſt longa ſecula coroneris. Amen.

Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum Deo Patre, & ſancto Spiritu, vnus Deus gloriatur in ſecula ſeculorum.

Qua benedictione ſuſcepta dicitur illi à Diacono.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ite cum pace.

Sicquè cunctis reſpondẽdum eſt: Deo gratias. Statimque idem Princeps ſecedit à conuentu Concilij. Poſt egreſſum igitur Regis & exhortationem Metropolitani, quæ prius dicta eſt, introibunt omnes quique fuerint Presbyteres, Diacones vel religioſi ad audiendam doctrinam. Sicquè Archidiaconus lecturus eſt Canonem Toletani Cõcilij. XI. Era. I. Ne tumultu Concilium agitetur. Quo Canone perlecto, ſtatim Concilium Epheſinum ex ordine perlegetur: deinde conlatio pariter & inſtructio de myſterio ſanctæ Trinitatis habebitur, ſimulquè & ordinibus officiorum, ſi in omnium [a] ſedibus eiuſdem celebritatis [b] vnitas teneatur. Pro his quoque cauſis, prout ſpatium diei permiſerit, & epiſtolæ Papæ Leonis ad Flauianum Epiſcopum de erroribus Eutychetis, & myſterio ſanctæ Trinitatis legendæ ſunt; Canones quoque de vnitate officiorum.

[a] Aliàs ſe diebus.
[b] Aliàs humanitas.

Nec aliud aliquid ante tranſibitur, quàm iſta omnia explicentur; ita tamen vt in totis tribus diebus litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, niſi ſola conlatio de myſterio ſanctæ Trinitatis, & de ordinibus ſacris, vel officiorum inſtitutis;

ſtitutis; ita vt hæc tota peragantur per iſtos tres dies; nihil aliud ſicut iam dictum eſt, niſi ſola quæſtio, de his quæ prædicta ſunt, habeatur, ita vt lectio ſemper congruens cauſam ordinis, quæ quærenda eſt, antecedat.

ITEM ORATIO IN SECVNDO DIE in inchoatione Concilij dicenda.

NOſtrorum tibi Domine curuãtes genua cordium quæſumus, vt bonum quod nobis à te requiritur, exequamur; ſcilicet, vt prompta tibi ſolicitudine gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile iudicium faciamus, ac miſericordiam diligentes, clareamus ſtudijs tibi placitæ actionis.

ITEM ORATIO, DIE TERTIO, quæ in inchoatione Concilij dicitur.

A Te Domine interni clamoris vocibus vnanimiter poſtulamus, vt reſpectu tuæ gratiæ ſolidati, præcones veritatis efficiamur intrepidi, tuumq; valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

Poſt hæc in quarto die reliquæ cauſæ per ordinem admittendæ ſunt. Sicq; omnes qui de religioſis in retrò actis diebus pro ſpirituali inſtructione interfuerunt Concilio, foris egredientur : reſidentibus aliquibus Presbyteris in Concilio, quos Metropolitanus ordinauerit honorandos. Per ſingulos tamen illos tres dies litaniarum Epiſcopi, vel Preſbyteres cum admonitore primum orationibus proſtrabuntur. Sicque collecta à Metropolitano oratione, & dicente Diacono: Erigite vos, conſurgent, & de diuinis tãtùm, vt dictum eſt, rebus conlationem habebunt. In reliquis tamen diebus, cunctis adſtantibus, oratio colligenda eſt. Et ſic conſidentes cauſarum negocia iudicabunt. Nullus tamen tumultus, aut inter conſidentes, aut inter adſtantes habebitur. Eodé autem modo, eodemq; ordine ad Concilium omnes per ſingulos dies ingrediantur, quo ſuperius iam præmiſſum eſt. Nam etſi Presbyteres & reliqui, aut Diaconus, Clericus, ſiue Laicus de his qui foris ſteterint Concilium pro qualibet re crediderit appellandum, Eccleſiæ Metropolitanæ Archidiacono cauſam ſuam intimet, & ille Concilio denuntiet: tunc

illi & introeundi,& proponendi licentia concedatur. Nullus autem Episcoporum à cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis aduениat. Concilium quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata: ita vt quæcũque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Ita tamen vt ante duos, vel tres dies, quàm soluatur Concilium, omnes constitutiones à se editas diligẽti consideratione retractent. Item in die, qua Concilium absoluendum est, Canones qui in sancta Synodo constituti sunt, coram Ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondetur. Amen.

Deinde ad locum redeuntes, vbi in Concilio residebant, Canones ipsos subscripturi sunt. Admonendi quoque à Metropolitano sunt, de Pascha ventura, quoto veniet. Admonẽdi sunt etiam quo tempore, superueniente anno, ad Concilium faciendum veniant, & eligendi etiam de Episcopis, qui cum Metropolitano dies festos natiuitatis Domini, & sanctũ Pascha debeãt celebrare. Post hæc dicente Archidiacono: Oremus, omnes simul in terram pariter prostrabuntur, vbi diutissimè orantibus hanc vnus ex maioribus orationem dicturus erit.

ORATIO.

NVlla est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffensè possit tuæ voluntatis iudicia expedire. Et ideò quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quod perfecto æquitatis fine concludere præoptamus: te in nostris principijs occursurũ poposcimus; te quoq; in hoc fine iudiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus speramus: scilicet, vt ignorantiæ parcas, errori indulgeas, vt perfectis votis perfectam efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsàn voluntas impulerit iustitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, vt si quid offensionis in hac Concilij celebritate adtraximus, te condonante, remissibile habeamus; vt in eo quod soluturi sumus adgregatum Concilium, à cunctis primùm absoluamur nostrorum nexibus delictorum: qualiter, & transgressores venia, & confitentes tibi subsequatur remuneratio sempiterna. Per.

BENE-

BENEDICTIO.

PAtris Dei filius,qui eſt initium , & finis,complementum vobis tribuat charitatis. Et qui vos ad expletionem huius fecit peruenire Concilij,abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Vt ab omni reatu liberiores effecti,abſoluti etiam per donum Spiritus ſancti,felici reditu veſtrarum ſedium cubilia repetatis inlæſi. Amen.

Præcedente lumine diuinitatis Domini noſtri, qui omnia regit in ſecula ſeculorum.

In margine erat: Huic oratio pater na adiungitur, & cunctis adhuc tacentibus, hac benedictio explicatur.

Quibus explicitis,dum dictum fuerit ab Archidiacono: Erigite vos : omnes ilicò pariter exurgentes, reſidente Metropolitano,ab ipſo primùm incipientes, oſculum ſibi inuicem omnes pariter dabunt. Sicquè poſt datam ſibi inuicem pacem,dicit Diaconus:

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eamus cum pace. Deo gratias.

ET SIC CONVENTVS
totus abſoluitur.

EXHORTATIO ad Principem.

ALIAS VIA REGIA.

Ex Codice Alueldensi, bibliotheca Regiæ Diui Laurentij.

DEVS omnipotens, ô clarissime Rex, quando voluit, & vbi voluit de regali nobiliq; genere te nobiliter procreauit, & misericorditer ad lauacrum regenerationis perduxit; caput tuum sacri chrismatis oleo liniuit, & dignãter in filium adoptauit; constituit te Regem populi terræ, & proprij filij sui in cœlo fieri iussit hæredem: his etenim sacris ditatus muneribus, ritè portas diademata Regis; primùm, quia de femore Regis, regalique descendis prosapia, decenter tibi conuenit, & benè multa regere regna: secundò quia te Regem esse & sacri chrismatis vnctio, & fidei confessio operisque confirmat & actio. Tertiò, quia vt æternum cum Christo perciperes regnum, misericorditer adhuc te paruulum Rex Regum adoptauit in filium. Hæc te perspicua claraque indicia ab infantia Regem clamitant, Regemque confirmant. Superest, vt hæc ipsa regalia, quæ percepisti bona à Domino munera, solicitè salua custodias, & operibus pariter moribusque defendas: exiguo etenim tempore in hac, qua viuimus, morabimur vita: quia viam vniuersæ carnis pergimus, & celeri cursu ad promissam quotidie patriam festinamus, Restat ergo, vt de illa tantùm solicitè interrogemus via, quæ nos à latronibus tutos, vitiisque defæcatos desideratam feliciter ducat ad patriam. Hortatur etenim nos de hac re propheta, cum dicit: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea; & inuenietis requiem animabus vestris. Solicitè ergo hæc à nobis discretèque quærenda est via, quæ nos saluos ad requiem perducat æternam: & quum, Domino nobis monstrante, fuerit inuenta, cautè discretèque nobis ambulandum est per eam; ne ad dexteram inclinantibus, aut ad sinistram, occurrat illa de qua propheticus sermo denuncians clamitat: Est via, quæ videtur hominibus recta, cuius nouissima demergunt ad inferna. Sed ne aliquis nostrûm per igno-

Vngebantur Hispaniæ Reges.

Hierem. 4.

Prou. 16.

ignorantiam,in hoc oberrans incidat deuium, piè nos propheta admonet Esaias, & ad rectam sanctamque viam dulciter reuocans clamat:Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Nam & Israëliticus populus quum per aliena transiens regna, ad repromissionis tenderet patriam, nuncios misit ad Seõ Regem Amorrhæorũ, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus ad dexteram,neque ad sinistram,sed per viam regiã gradiemur, donec pertranseam fines tuos. Et tibi ergo nobilissime Rex, si vis ad supernam feliciter promissionis tendere patriam, diligenter regia quærenda est via: quia, cum sis Rex in terra, ad cœlorum properans regna, per regiam debes currere viam: trita etenim est,& antiquitus sanctorum Regum vestigijs confricata. Per illam Iosue firmissimo properans gradu, multorum regum colla comminuit, & nefandorũ phalãges strauit;Hiericuntinos muros euertit, & Israëlitico populo terram repromissionis, distento fune,diuisit: per illam Dauid indeclinabilitèr gradiens, persecutori Sauli pepercit; lapideo ictu Goliam extinxit, & ab improperio Allophylorum Dei populum liberauit, & sibi regnum perpetuum solidauit: per illam firmiter ambulantem Ezechiam misericorditer Dominus visitauit, à mortis termino reuocauit, & quinquies ternos ad vitam addidit annos: per illam adhuc ambulans Salomon, quasi fluuius aqua, impletus est sapientia: & ab illa recedens,inexpiabilem gloriæ suæ intulit maculam: per illam intrepidus Iosias Rex iustus ambulans, excelsa comminuit regna, abominationes diuersas à populo Dei abstulit, & iustificationes à Domino multiplices accepit. Ecce conspicis perspicuè, Rex nobilissime, qualiter per regiam ad Dominum Reges ambulant viam, & ad cœlorum regna, cum cæteris sanctis, reges quoquè feliciter volant. Via etenim regia est, quæ per prophetam vocatur sancta: per quam non transibit pollutus, ait idem propheta, nec inuenietur ibi leo; diabolus scilicet, qui rugiens circuit quærens,quem deuoret:nec mala bestia;dæmon videlicet, ascendet per eam: sed est directa via,& ambulabunt,qui redempti à Domino,& liberati fuerint, per eam; per quam & te quotidie, auxiliante Domino, ire cognoscimus, & gratulamur, & ad

Esai. 30. — Deut. c. 17. — Iosue. c. 6. — Reg. 1. & 2. — Reg. 4. c. 18. — Reg. 3. c. 3. — Reg. 4. cap. 22. — Esai. 35. — 1. Pet. c. 5.

& ad æternam gloriam te esse venturum fideliter credentes non dubitamus. Tantum est, vt quod cœpisti bonum, perficias, & vsque ad perseuerantiæ finem perducas: quia nō qui inchoauerit, sed qui perseuerauerit saluus erit.

DE OBSERVANDIS mandatis Dei.

ATtende ergo, ò clementissimè ac mitissimè Rex, quantum nos diligat Dominus noster Iesus Christus, qui cum promissione suam à nobis exigit dilectionem, & Spiritum sanctum dicit nobiscum esse in æternum mansurum, si post dilectionem suam mandata eius seruauerimus: ab ipso enim, vt iam superiùs diximus nobis omnia bona conceduntur: & velle bonum, & operari ab illo priùs nobis largitur: diligimur enim, vt diligamus; amamur, vt amemus; cognoscimur, vt cognoscamus; adiuuamur, vt operemur, & operando virtutibus ditemur. Ergo si te dilectio Dei proximique demulcet, consequens est, vt facias quod ille præcepit; quia in tantum diligis, in quantum facis: neque enim potest sincerè Deum diligere, qui mandata eius fideliter non custodit, ipso te Domino docente, intellige: ait enim: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: &: Qui non diligit, me sermones meos non seruat. Ioannes quoque Apostolus dilectione Dei repletus, in epistola sua ait: In hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus: qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est; qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Liber quoque Iob, ore Domini sacratus, de hoc ipso testis est, maximè de regibus dicens: Non auferet à iusto oculos, & Reges in solio conlocat in perpetuum; & illuc eriguntur; reuelat quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquitur, vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint, & obseruauerint, complebūt dies suos in bono, & annos suos in gloria: si verò non audierint, transibunt per gladium, & stultitia consumentur. De se quoque ipse Iob bonum rèctumque dans testimonium, ait: Vestigia Dei sequutus est pes meus; viam eius custodiui, & non declinaui ex ea; à mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi

Ioan. 14.

Ioan. 1. c. 3.

Iob. 36.

Iob. c. 23.

abſcondi verba oris eius. Tale ergo de te, ò bone Rex, volumus ſemper audire teſtimonium, tale videre frequenter & opus. Ipſe quoque Dominus de dilectione ſua, atque mandatorum ſuorum obſeruantia populum Iſraëliticum admonens dicit: Et nunc Iſraël audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas in eis: obſerua & caue, ne quando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, atque iudicia, & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie; ne poſtquam comederis, & ſatiatus fueris, domus pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta & ouium greges, argentum & aurum, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui. Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſque mandata & ceremonias eius, quas ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi? Si autem audieris, vt facias omnia mandata eius, faciet te Dominus excelſiorem cũctis gentibus, quæ verſantur in terra: benedictus eris in ciuitate, & benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: mittet Dominus ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum benedictionem: dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgent aduerſus te conruẽtes in conſpectu tuo. Addit quoq; Dominus adhuc ad Iſraëlem dicens: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur: adprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra: dabo pacem in finibus veſtris: dormietis & non erit qui exterreat: auferam malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros: perſequemini inimicos veſtros, & conruent coram vobis: perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum ex vobis decem millia: cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro gladio. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea; ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea, quæ à me conſtituta ſunt, vt ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis: viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore:

Leuit. 26. & Deut. 28

ardore: conruetis coram hostibus vestris,& subijciemini his, qui oderunt vos; fugietisq; nemine persequente. Per Esaiam quoque Dominus ad Israel clamat & dicit: vtinam adtendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua,& iustitia tua,sicut gurgites maris; & fuisset sicut arena, semen tuum; & stirps vteri tui,vt lapilli eius; non interisset, & non fuisset ad interitum nomen eius. Bonum ergo tibi est,o Rex, vt diligas Dominum Deum tuum,& ob dilectionẽ eius nimiam, solicitè & diligenter custodias illius præcepta: sancta sunt enim mandata eius, & iusta: obseruantibus verò salutaria: propterea Pater, & Filius, & Spiritus sanctus ad te venient, & in perpetuum lætam mansionem facient; & beatus eris in perpetuum, tali hospite visitatus; propterea complebuntur in benedictionibus dies tui, & in gloria anni tui.

Esai. 48.

DE IVDICIO.

IN iudicando pupillis esto misericors,vt pater; & pro viro matri illorum: & eris velut altissimi obediens, & miserebitur tui,magis quàm mater. Iob quoque ait: Oculus fui cæco, & pes claudo; pater eram pauperum; & causam, quam nesciebam,diligentissimè inuestigabam;conterebam molas iniqui,& de dentibus illius àuferebam prædam; flebam quondam super eum, qui afflictus erat, & compatiebar pauperi. Nam & hanc regiam esse virtutem Rex Salomon adprobat dicens: Rex, qui iudicat in veritate pauperes,thronus eius in æternum firmabitur. Si vis ergo,ò Rex,vt thronus tuus à Domino in æternum firmetur,non cesses iustificare pauperem, & pupillum; non cesses subuenire viduæ & oppresso; non cesses defendere aduenam,& desolatum: subueni misero; eleua iacentem; solida confracta; conforta & robora lassum: diuitijs non cesses fulcire mendicum; demanu peccatoris non cesses liberare oppressum. Audi quid Regibus regumque iudicibus Dominus per Dauid clamitat dicens: Iudicate egenum & pupillum; humilem,& pauperem iustificate: eripite pauperem, & egenum; de manu peccatoris liberate eum. Huic sententiæ concordans liber Ecclesiasticus ait: Libera eũ qui iniuriam patitur de manu superbi. Esaias nihilo minus predicans ait: Quærite iudicium,subuenite oppresso,iudicate pupillo,defendite viduam; & venite & arguite me, dicit Dominus.

Ecclesiastici 4. Iob. 29. Prou. 29. Psal. 81. Cap 4. Cap. 1.

Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur;& si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana munda erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Vide ergo & diligenter adtende Rex, quid defensoribus euenit pauperum: se illis esse debitorem, seq; redditorem pronunciat Deus; niuis candorem peccatoribus promittit, & albæ lanæ munditiam pollicetur: postremò bona terræ comedere tribuit; terræ scilicet illius, de qua scriptum est: Sancti in terra sua duplicia possidebunt; & de qua Psalmista ait: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Vides quia bona terræ æternæ illis Regibus conceduntur, qui hîc pauperum defensores existunt; illis in escam fructus æternæ cōceditur terræ, qui hîc pauperes sciunt defendere piè: fructus optimos; scilicet Angelorum, fructus æternos, fructus perpetuos, fructus dulcissimos & amantissimos, plenos saturitate & pinguedine, plenos lætitia & gaudio, plenos felicitate & gloria. O quam beata est vita Regum iustorum, quæ & hîc temporalibus rebus fulta nitescit, & in æternum cum Angelis immortaliter requiescit: hîc terrenis nutritur delicijs; illic gloria vestitur decoris: hîc populorum constipatur cateruis; illic choris comitatur Angelicis: hîc hominum multitudine delectatur; illic cum Angelorum choro lætatur: hîc illi militia Imperatoris obtemperat; illic in militia redēptoris exultat: hîc stola vestitus regali nitescit; illic gloria immortalitatis indutus refulget: hîc Regis diademata portat; illic gaudio exultationis resultat: hîc terreni Regis filius vocitatur; illic cœlestis Regis filius cōfirmatur: hîc terreni Regni decenter magnam capit hæreditatem; illic cœlestis regni felicem feliciter accipit portionem. Hæc vt tibi eueniant, clarissime Rex, totis viribus laborare non cesses: nullus te felicior erit, si tibi hæc, auxiliante Deo, euenerint: nullus te transcendet in gloria, si hæc tibi à Domino feliciter fuerint conlata. Amen.

Esai. 40.

CONCILIVM ELIBERITANVM

XIX. Episcoporum, Constantini temporibus gestum, eodem tempore, quo Nicæna synodus habita est:

Era CCCLXII.

TITVLI

I *De his, qui post baptismum idolis immolauerunt.*

ij *De sacerdotibus[a] Gentilium, qui post baptismum[b] immolauerunt.*

iij *De eisdem, si idolis munus tantum[c] dederunt.*

iiij *De[d] eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.*

v *Si domina per zelum ancillam occiderit.*

vj *Si quicunq; per[e] maleficium hominem interfecerit.*

vij *De pœnitentibus mœchia, si rursus[f] mœchauerint.*

viij *De fœminis, quæ relictis viris suis, alijs nubunt.*

ix *De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & alijs nubunt.*

a Gentium. Excusi.
b Sacrificant. Exc.
c Dederint. Exc.
d Ijs. Exc.
e Malitiam. Exc.
f Peccauerint. Exc.

x *Derelicta[a] catechumeni, si alterum duxerit.*
xj *De catechumena, si grauiter ægrotauerit.*
xij *De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.*
xiij *De virginibus Deo sacratis, si adulterauerint.*
xiiij *De virginibus secularibus, si[b] mœchauerint.*
xv *De coniugio eorum, qui ex Gentilitate veniunt.*
xvj *De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.*
xvij *De his, qui filias "suas" sacerdotibus Gentilium coniungunt.*
xviij *De sacerdotibus, & ministris, si[c] mœchauerint.*
xix *De clericis negotia,[d] & nundinas sectantibus.*
xx *De clericis, & laicis vsurarijs.*
xxj *De his,[e] qui tardiùs ad ecclesiam accedunt.*
xxij *De catholicis in hæresim transeuntibus, si[f] reuertantur.*
xxiij *De temporibus ieiuniorum.*
xxiiij *De his, qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant.*
xxv *De epistolis communicatorijs confessorum.*
xxvj *[g] Vt omni Sabbatho ieiunetur.*
xxvij *De clericis, vt[h] extraneas fœminas in domo non habeant.*
xxviij *De oblationibus eorum, qui non communicant.*
xxix *De energumenis, qualiter habeantur "ab ecclesia".*
xxx *De his, qui post lauâcrum[i] mœchauerint, ne subdiacones fiant.*
xxxj *De adolescentibus, qui post lauâcrum mœchati[k] sunt.*
xxxij *De excommunicatis presbyteris, vt in necessitate cõmunionem dẽt.*
xxxiij *De Episcopis, & ministris, vt ab vxoribus "se" abstineant.*
xxxiiij *Ne cereum in cœmeterijs[l] incendatur.*
xxxv *Ne fœminæ in cœmeterijs peruigilent.*
xxxvj *Ne picturæ in ecclesia fiant.*
xxxvij *De energumenis[m] non baptizatis.*
xxxviij *Vt in necessitate & fideles baptizent.*
xxxix *[n] De Gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt.*
xl *[o] Ne id, quod idolothytum est, fideles accipiant.*
xlj *Vt prohibeant domini idola colere seruis.*
xlij *De his, qui ad fidem veniunt,[p] quando baptizentur.*
xliij *De celebratione Pentecostes.*
xliiij *De meretricibus paganis, si conuertantur.*
xlv *De catechumenis si "ad" ecclesiam non frequentant.*
xlvj *De fidelibus si apostatauerint, quàmdiu pœniteant.*
xlvij *De eo, qui vxorem[q] habens, sæpius mœchatur.*
xlviij *De[r] baptizatis vt nihil accipiat clericus.*
xlix *De frugibus fidelium, ne à Iudæis benedicantur.*

[a] Catechumena. Manuscrip.
[b] Mœchatæ fuerint. Exc.
" Deest in Exc.
[c] Mœchati fuerint. Exc.
[d] Vel. Exc.
[e] Qui ad Eccles. tardè. Exc.
[f] Non reuert. Exc.
[g] De hoc vt. Exc.
[h] Extraneam mulierem. Exc.
" Desunt in Exc.
[i] Mœchati fuerint, vt nec subd. Exc.
[k] Fuerint. Exc.
" Deest in Exc.
[l] Cerei in cœm. incendantur. Exc.
[m] Baptizandis. Exc.
[n] Vt Gentilibus desiderantibus man' imponatur. Exc.
[o] Ne de hoc quod idolis datum est, fid. Exc.
[p] Quomodò. Exc.
" Deest in Exc.
[q] Habet, si sæpius. Exc.
[r] Baptizandis. Exc.

a Dominantibus. Exc.
" Desunt in Exc.
b Auguribus. Exc.
c De adulteris. Exc.
d Adulterātur. Exc.
e Adulterātur. Exc.
f Si, &c. probentur. Exc.
g Mœchati sint. Exc.

CVM CONSEDISſent ſancti, & religioſi Epiſcopi in eccleſia Eliberitana, hoc eſt:

1 Felix	Epiſcopus	Accitanus.[a]
2 Oſius[1]	Epiſcopus	Cordubenſis.
3 Sabinus[2]	Epiſcopus	Spalenſis.
4 Camerinus	Epiſcopus	Tuccitanus.
5 Sanagius	Epiſcopus	Epagrenſis.[b]
6 Secundinus	Epiſcopus	Caſtulonenſis.
7 Pardus[c]	Epiſcopus	Menteſanus.
8 Flauius	Epiſcopus	Eliberitanus.[d]
9 Cantonius[e]	Epiſcopus	Corſicanus.[f]
10 Liberius	Epiſcopus	Emeritenſis.[g]
11 Valerius[3]	Epiſcopus	Cæſaraguſtenſis.[h]
12 Decentius	Epiſcopus	Legionenſis.
13 Melanthius	Epiſcopus	Toletanus.
14 Ianuarius	Epiſcopus	de Salaria.[i]
15 Vincentius	Epiſcopus	Oſſonobenſis.
16 Quintianus	Epiſcopus	Elborenſis.
17 Succeſſus	Epiſcopus	de Eliocrota.[k]
18 Eutychianus	Epiſcopus	Baſtitanus.
19 Patritius	Epiſcopus	Malacitanus.[l]

1 Oſius Epiſcopus Cordubenſ vir clarus in vita. De eo Nice. & Iſidorus de viris illuſtribus, ſine inſelix.

2 Fuerunt duo Sabini, primus poſt Marcellũ. ſecũdus poſt Martianum.

3 Valerius Epiſcopus Cæſaraguſtanus catalogo Sanctorũ adſcriptus eſt: eius corpus Strada, propè Rebagorçam, hodie magna populi veneratione colitur.

a Aliàs Auxitanus, vel Aquitanus, ſed legendum, Accitanus.

b Aliàs Bigerrẽſis, & Bigertenſis.

c Pardius.

d Elibertinus, Eliberinus.

e Catonus.

f Vrcitanus.

g Emeritanus.

h Cæſaraguſtanus.

i Sibarienſis, vel Salarienſis.

k Eliocrotenſis.

RESIDENTIBVS ETIAM[l] VIginti & ſex Presbyteris, adſtantibus Diaconibus, & omni plebe,[m] Epiſcopi dixerunt.

l Triginta ſex. Exc.

m Vniuerſi Epiſcopi. Exc. & M.S.S. Facundi.

De his,

I. De his, qui post baptismum idolis[a] immolauerunt.

PLacuit[b] inter eos, qui post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, ad tēplum idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen[c] principale (quia est summum scelus) placuit, nec in fine eum[d] communionem accipere.

a Sacrificant. Exc.
b Vt quicunq; post. Exc.
c Capitale Exc. & C. Al.
d Ad comm. suscipere. Exc.

II. De Sacerdotibus[e] Gentilium, qui post baptismum immolauerunt.

Flamines, qui post fidem lauacri, & regenerationis,[f] sacrificauerunt; eo quòd geminauerint scelera, accedente homicidio; vel triplicauerint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

e Gentium. Exc.
f Sacrificauerint. Excus.

III. De eisdem si idolis munus tantùm[g] dederunt.

Item flamines, qui non[h] immolauerint, sed munus tantùm[i] dederint; eo quòd se à funestis abstinuerūt sacrificijs, placuit, in fine eis præstari cōmunionem; acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitētiam fuerint mœchati, placuit, vlterius[k] his non esse dandam communionem; ne[l] lusisse de Dominica communione videantur.

g Dederint. Exc.
h Immolauerunt. Exc.
i Dederunt. Exc.
k Eis. Exc.
l Inlusisse C. Aluel.

IIII. De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando[m] baptizentur.

Item flamines, si fuerint catechumeni, &[n] se sacrificijs[o] abstinuerint, post triennij tēpora, placuit ad baptismum admitti debere.

m Baptizabuntur. Exc.
n Se à sac. Exc.
o Abstinuerūt. Exc.

V. Si domina per Zelum ancillam occiderit.

Si qua[p] domina furore zeli accensa[q] flagris verberauerit ancillam suam, ita vt[r] in tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quòd incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu,[s] post quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, ad cōmunionem placuit admitti. Quòd si[t] infra tempora constituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

Dist. 50. Si qua fœmina Decret Iuo. part. 10. cap. 11. Burch. lib. 6 cap. 19. Anselm. lib. 11. c. 36. Rab. pænit. cap. 14.

p Fœmina. Gratian.
q Flagellis. Exc. & Gratian. Iuo. Bur.
r Intra. Excus. Infr. Grat. & Iuo. & Burch.
s Per quinque annorum tēpora. Exc. Gratia. Iuo.
t Intra, Grat. Infrà tertium diem fuerit, Iuo.

VI. Si quicunq; per[a] *maleficium hominem interfecerit.*

[a] Malitiam. Exc.

Decret. Iuon. part. 10. c. 155. Burch. lib. 6 cap. 16.

Si quis verò[b] maleficio interficiat alterũ; eo quòd fine idolatria, perficere ſcelus non potuit,[c] nec in fine impertiendã eſſe illi communionem.

[b] Veneficio. Iuo. Burch.
[c] Niſi in fin. imper. non eſſ. Iuo. Burc.

VII. De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus[d] *mœchauerint.*

[d] Peccauerint. Exc.

Si quis forte fidelis poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora cõſtituta,[e] accepta pœnitentia denuò fuerit fornicatus, placuit, nec in fine habere eum communionem.

[e] Acta. Exc.

VIII. De fœminis, quæ relictis viris ſuis, alijs nubunt.

Decret. Iuõ. part. 8 cap. 198. Burch. lib. 9 c. 62.

Item fœminæ, quæ, nulla præcedẽte cauſa,[f] reliquerint viros ſuos, & ſe copulauerint[g] alteris,[h] nec in fine accipiãt communionem.

[f] Reliquerunt. Exc. Iuo. Burch.
[g] Copulauerũt. Exc. Iuo. Burch.
[h] Alteri; & in hoc permanere voluerint, nec in. Iuo. & Burc.

IX. De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & alijs nubunt.

32. q. 8. Fidelis fœmina quæ. Decret. Iuon. part. 8. cap. 199. Burch lib. 9. c. 26.

Item fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum[i] ducit, prohibeatur ne ducat;[k] ſi duxerit, nõ prius accipiat communionem,[l] niſi quem reliquerit, prius de ſeculo exierit; niſi fortè neceſsitas infirmitatis dare compulerit.

[i] Duxerit. Exc.
[k] Si autem dux. Exc. Grat.
[l] Quam is, quem reliquit de ſec. Exc. Deeſt in Exc.

X. De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit.

Si ea, quàm catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur, ab eo qui vxorem inculpatam reliquit,[m] & cũ ſcierit illum habere vxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit,[n] huic nec in finem dandam eſſe communionem.

[m] Et cũ cluerit illũ ab vxore. Exc.
[n] Huiuſmodi in fine dare communionem. Exc. & vnus manuſcrip.

XI.[o] *De catechumena ſi grauiter ægrotauerit.*

[o] De relicta catechumeni. Exc.

Intra quinquennij autem tempora, catechumena ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit; non denegari.

XII. De mulieribus, quæ [a] lenocinium fecerint.

Mater, vel parẽs, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit; eo quòd alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit,[b] eas nec in fine accipere communionem.

[a] In C. Alneldensi ad marginẽ erat: Lenocinia, id est, circumuẽtiones, vel complexiones meretricum.
[b] Eam. Exc.

XIII. De virginibus Deo sacratis, & si adulterauerint.

Virgines, quæ se Deo [c] dicauerint, si pactũ [d] perdiderint virginitatis, atq; eidem libidini seruierint; non intelligẽtes quod [e] amiserint, placuit, nec in fine eis dandam esse cõmunionẽ. [f] Quòd si semel persuasæ, aut infirmi corporis lapsu vitiatæ, omni tempore vitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam; [g] vt abstineant se à coitu; "eo quòd lapsæ potius videantur," placuit, eas in fine communionem accipere debere.

27. quæst. 1 virgines quæ se. In concil. Magunt. 3. c. 26. & in Colon. 1. c. 6

[c] Dedicauerũt. Exc.
[d] In concil. 3. Magũtino. c. 26. prodiderint.
[e] Admiserint. Exc.
[f] Quòd si semetipsas pœnituerit, quòd infirmitate corporis lapsę fuerint, & toto tẽpore. Excu. Quod si sibimet persuaserint. Grat. Cætera, vt Exc.
[g] Et. Exc.
" Desunt à Grat.

XIIII. De Virginibus secularibus, si [h] mœchauerint.

Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdẽ, qui eas [i] violauerint, [k] duxerint, & tenuerint maritos; eo quòd solas nuptias violauerint, [l] post annum, sine pœnitentia, recõciliari debebũt. Vel si alios cognouerint viros; eo quòd mœchatæ sint, [m] placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem "oportere"

[h] Mœchatæ fuerint. Exc.
[i] Violauerunt. Exc.
[k] Maritos acceperint. Exc.
[l] Post pœnitentiam vnius anni, reconcilientur. Si alios cognouerint. Bur. Iuo.
[m] Quinquẽnio pœniteant, & sic ad communionẽ accedat. Burc. Iuo.
" Deest Exc.

XV. De coniugio eorum, qui ex Gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gẽtilibus minimè in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ: ne ætas in flore tumens, in adulterio animæ resoluatur.

Ita Paulus 2. ad Corin. c. 6. Nolite iugum ducere cũ infidelibus.

XVI. De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Hæretici, [n] si se transferre noluerint ad Ecclesiam catholicã, nec ipsis catholicas dandas esse puellas: sed neq; Iudæis, neq; hæreticis dare placuit; eo quòd nulla possit esse societas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parẽtes, [o] abstineri per quinquennium placet.

2. Cor. c. 6.

[n] Hæreticis, qui errãt ab Ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas. Exc.
[o] Abstinere. Exc.

XVII. De his qui filias "suas" sacerdotibus [p] Gentilium coniungunt.

Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam "esse" communionem.

" Deest in Exc.
[p] Gentilibus. Exc.
" Deest in Exc.

XVIII. De clericis negotia,[a] & nundinas sectantibus.

[a] Vel. Exc.

Episcopi, Presbyteri, &[b] Diacones de locis suis, negotiandi causa, non discedant; nec circumeuntes prouintias, quæstuosas nundinas sectentur. Sanè ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quēlibet mittant: & si voluerint negotiari, intra prouintiam negotientur.

[b] Diaconi. Exc.

XIX. De sacerdotibus, & ministris, si[c] mœchauerint.

[c] Mœchati fuerint. Exc.

Episcopi, presbyteri, & Diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quòd sint mœchati, placuit, & propter scandalū, & propter[d] profanum crimen, nec in fine eos cōmunionem accipere debere.

[d] Nefandum. Exc.

XX. De clericis, & laicis vsurarijs.

Dist. 47. Si quis clericorum. Ivo. p. 13. c. 11.

Si quis clericorū detectus fuerit, vsuras accipere, placuit "eū" degradari, &[e] abstineri. Si quis etiā laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit[f] correctus iam, se cessaturum, nec vlteriùs exacturum,[g] placuit, ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab[h] ecclesia esse proijciendum.

"" Deest Exc.
[e] Abstinere. Exc. & Grat.
[f] Correptus. Exc.
[g] Placet. Exc.
[h] Sciat se esse proij. Exc.

XXI. De his qui[i] tardiùs ad ecclesiam accedunt.

[i] Tardè. Exc.

Si quis in ciuitate positus,[k] tres Dominicas ad ecclesiam nō accesserit,[l] pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

[k] Per tres. Exc.
[l] Alias tāto. in Exc.

XXII. De catholicis in hæresim transeuntibus, si[m] reuertantur.

[m] Si non. Exc.

Si quis de catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusq; recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam; eo quòd cognouerit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam. Cui post decem annos præstari communio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

XXIII. De temporibus ieiuniorum.

In decret. Ivon. part. 4. c. 31.

[n] Ieiuniorum superpositiones per singulos menses placuit cele-

[n] Ieiunia seu abstinentias per, &c. Exc.

celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij, & Auguſti;ob [a] quorundam infirmitatem.

[a] Eorundem. Exc. & Iuo.

XXIIII. De his, qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant.

Diſtin. 98. omnes qui peregrè.

Omnes, qui [b] peregrè fuerint baptizati, eo quòd eorum minimè ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouintijs.

[b] In peregrinatione Exc. in peregrè. C. A.

XXV. De Epiſtolis communicatorijs confeſſorum.

Arelatenſi cõcil. 1. c. 9.

Omnis, qui attulerit literas [c] confeſsionis, ſublato nomine confeſſoris (eo quòd " omnes " ſub hac nominis gloria [d] paſſim concutiant ſimplices) communicatoriæ ei dandæ ſunt literę.

[c] Confeſſorias. Exc. & C. Aluel.
" Deeſt in Exc.
[d] Partim. Exc.

XXVI. [e] Vt omni ſabbato ieiunetur.

[e] De hoc vt. Exc.

Errorem placuit corrigi, vt omni ſabbati die [f] ſuperpoſitiones celebremus.

[f] Ieiuniorum ſuper poſitionem. Exc.

XXVII. De clericis, vt [g] extraneas fœminas in domo non habeant.

[g] Extraneam mulierem. Exc.

Epiſcopus, vel quilibet alius clericus, aut ſororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantùm ſecum habeat; [h] extraneam nequaquam habere placuit.

[h] Extran. verò nequaquã ſecũ habeat. Ex.

XXVIII. De oblationibus eorum, qui non communicant.

[i] Epiſcopos, placuit, ab eo, qui non communicat, [k] munera accipere non debere.

[i] Epiſcopum. Exc. & Alu. C.
[k] Munus. C. Alu.

XXIX. De energumenis, qualiter habeantur " in Eccleſia."

" Deſunt Exc.

[l] Energumenus, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, huius nomen neq; ad altare, cum oblatione, recitandum, neq; permittendum, vt ſua manu in Eccleſia miniſtret.

[l] In alijs manuſcri. erat Energumeno.

XXX. De his, qui poſt lauácrum [m] mœchauerint, ne ſubdiacones fiãt.

[n] Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua [o] fuerint mœchati; eo quòd poſtmodùm, per ſubreptionem, ad altiorem gradum [p] promoueantur: vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati amoueantur.

[m] Mœchati fuerint. Exc.
[n] Subdiaconum eum. Exc.
[o] Fuerit mœchatus. Exc.
[p] Non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt, &c. Exc.

De

XXXI. De adolescentibus, qui post lauácrum mœchati [a] sunt.

Adolescentes,qui post fidē lauacri salutaris, fuerint mœchati,cum duxerint vxores, acta legitima pœnitentia,placuit ad communionem [b] admitti.

[a] Fuerint.Exc.
[b] Eos adm.C.Aluel.

XXXII. [c] De excommunicatis presbyteris, vt in necessitate communionem dent.

"Apud presbyterum," si quis graui lapsu in ruinā mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere,[d] sed potiùs apud Episcopum;cogente tamē infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare debere,& diaconum, si ei iusserit sacerdos.

[c] Fortè leg.De presbyteris,vt excommunicatis in necess.&c.
" Desunt in Exc.
[d] Sine episcopi consultu;sed pot. ap. Ep. agat. cogente tamen inf. Nō est Presbyterorū,aut Diaconorum communionē talibus præstare debere,nisi eis iusserit Episc. Exc.

XXXIII. De Episcopis,& ministris, vt ab vxoribus "se" abstineant.

Placuit in totum prohiberi Episcopis,Presbyteris,[e] & Diaconibus, vel omnibus clericis positis in ministerio,abstinere se à coniugibus suis,& non generare filios: [f] quicunq; verò fecerit,ab honore clericatus exterminetur.

" Deest Exc.& C. A.
[e] Et Diac. posit. in C. A. ac Subdiaconibus positis.Exc.
[f] Quod quicunq; fecerit ab.Exc.

XXXIIII. Ne [g] cereum in cœmeterijs [h] incendatur.

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Qui hæc non obseruauerint,arceantur ab ecclesiæ communione.

[g] Cerei. Exc.
[h] Incendantur.Exc.

XXXV. Ne fœminæ in cœmeterijs peruigilent.

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio peruigilent;eo quòd sæpe sub obtentu orationis latēter scelera committant.

XXXVI. Ne picturæ in ecclesia fiant.

De consecr. dist.4.c.placuit. Ivo. p. 3.c.40 Burc.lib. 3. c.35.

Placuit,picturas in ecclesia esse non debere; ne quod colitur, [i] & adoratur,in parietibus depingatur.

[i] Aut.Exc.

XXXVI. De energumenis [k] non baptizatis.

[k] Baptizandis.Exc.

Eos,qui ab immundis spiritibus vexantur,si in fine mortis fuerint

fuerint constituti, baptizari placet; [a] si fideles fuerint, dandam esse communionem: prohibendum etiam, ne lucernas "hi" publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, [b] abstineant à communione.

XXXVIII. *Ut in necessitate & fideles baptizent.*

[c] Peregrè nauigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lauâcrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positũ catechumenum: ita vt si superuixerit, ad Episcopum eum perducat, vt per manûs impositionem [d] proficere possit.

XXXIX. *De [e] Gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt.*

Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi [f] manũ imponi, si fuerit eorum, ex aliqua parte, vita honesta, placuit, eis manum imponi, & fieri Christianos.

XL. *Ne [g] id quod idolothytum est, fideles accipiant.*

Prohiberi placuit, vt cũ rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idôlum datum fuerit, acceptũ non [h] referant: [i] si post interdictum fecerint, per quinquennij spatia [k] temporũ, à communione esse arcendos.

XLI. *Ut prohibeant domini idôla colere [l] seruis.*

[m] Admoneri placuit fideles, vt in quantũ possint, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant: si verò vim metuunt seruorum, vel seipsos puros conseruent; si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

XLII. *De his, qui ad fidem veniunt, [n] quando baptizentur.*

Eos, qui ad fidem primã credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conuersationis, intra [o] bienniũ placuit ad baptismi gratiam admitti debere; nisi infirmitate compellente, coëgerit ratio, vel [p] ocyus subuenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

[a] Si verò fideles, &c. Exc.
"" Deest Exc.
[b] Abstineâtur. C. A. & reliqua desunt.
[c] Loco peregrè nauig. C. A.
[d] Perfici. Exc. & C. A. vid. not.
[e] Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur. Exc.
[f] Manus. Exc.
[g] De hoc quod idolis datum est. Exc.
[h] Inferant. Exc. ferât C. A.
[i] Si verò post. Exc.
[k] Temporis. Exc.
[l] Seruis suis C. A.
[m] Admonere. q. Exc.
[n] Quomodò. Exc.
[o] Bien. tẽporis. Exc. temporum. C. A.
[p] Socio. Exc.

XLIII. De celebratione Pentecostes.

Prauam institutionem emendari placuit,iuxta auctoritatem scripturarum,vt cuncti diem Pentecostes post pascha [a] celebremus, non quadragesimã,nisi quinquagesimam. Qui non fecerit,nouam hæresim induxisse notetur.

[a] Cũcti celebremus. Quod qui nõ.Exc.

XLIIII. De meretricibus paganis,si [b] conuertantur.

[b] Conuertũtur.Exc.

Meretrix quæ aliquando fuerit,& posteà habuerit maritum; si postmodùm ad credulitatem venerit, incunctàter placuit esse recipiendam.

XLV. De catechumenis, [c] si ad ecclesiam non frequentant.

[c] Qui Eccl. Exc. & C.A.

Qui aliquãdo fuerit catechumenus, & per infinita tempora nũquàm ad ecclesiam accesserit, si eum de clero [d] quisq; cognouerit esse Christianum,aut testes aliqui extiterint fideles, placuit,ei baptismum non negari; [e] eo quòd in veterẽ hominẽ deliquisse videatur.

[d] Quisquã agnouerit voluisse esse. Excus.

[e] Eo quòd veterem hominem dereliquisse, &c. C. A. rectè.

XLVI. De fidelibus, si apostatauerint, quamdiu pœniteant.

SI quis fidelis apostata, per infinita tempora, ad ecclesiam non accesserit; si tamen aliquando fuerit reuersus,nec fuerit idololatra, post decem annos, [f] placuit communionem accipere.

[f] Plac. eum Exc.

XLVII. De eo qui vxorem [g] habens, sæpius mœchatur.

[g] Habet,si sæp.Exc.

Burc.lib. 9. cap. 67.

SI quis fidelis habens vxorem, non semel,sed sæpe fuerit mœchatus,in fine mortis est conueniendus. Quòd si se promiserit cessaturum, detur ei cõmunio. Si resuscitatus,rursus fuerit mœchatus, placuit vlteriùs non [h] ludere eum de communione pacis.

[h] Fdere.Exc. Non illudere alios de cõ. Burc.

XLVIII. De [i] baptizatis vt nihil accipiat clericus.

[i] Baptizandis. Exc.

1. quæst. 1. Emendari placuit.

Emendari placuit,vt hi qui baptizantur(vt fieri solebat)nũmos in concham non immittant;ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neq; pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus, [k] sed clericis.

[k] Vel. Excus. Grat. C.A.

De

XLIX. *De frugibus fidelium, ne à Judæis benedicantur.*

Admoneri placuit possessores, vt non patiantur fructus suos, quos à Deo [a] percipiunt, à Iudæis benedici; ne nostram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere vsurpauerit, penitus ab ecclesia abijciatur.

[a] Perc. cum gratiarũ actione à Iud. Exc. & in vno manuscr.

L. *De Christianis, qui cum Judæis vescuntur.*

Decret. Iuo. p. 13. c. 119. & p. 15. c. 142.

Si verò [b] quis clericus, vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum à communione [c] abstinere; vt debeat emendari.

[b] Aliquis cle. siue fidelis fuerit, qui cũ. Exc.
[c] Abstineri. C.A.

LI. *De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.*

Ex omni hæresi [d] fidelis si venerit, minimè est ad clerum promouendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio [e] deponantur.

[d] Qui ad nos fidel. ven. Exc.
[e] Deponeatur. Exc.

LII. *De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.*

5. q. 1. Si qui inuenti. Decret. Iuo. p. 3. c. 151.

Hi qui inuenti fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

LIII. *De Episcopis, qui excommunicato alieno communicant.*

Placuit cunctis, vt ab eo Episcopo quis [f] accipiat communionem, à quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quòd si [g] alius Episcopus præsumpserit eum [h] admitti, illo adhuc minimè [i] faciente, vel consentiente, à quo fuerat communione priuatus, sciat, se huiusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstaturum.

[f] Recipiat. Exc.
[g] Aliquis. Exc.
[h] Admittere. Exc.
[i] Sciente. Exc.

LIIII. *De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt.*

Decret. Iuo. p. 8. c. 46.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennij tempore [k] abstineantur. Si tamen ijdem sponsus, vel sponsa [l] in graui crimine fuerint deprehēsi, excusati erunt parentes: [m] si in eisdem fuerit vitium, & polluerint se, [n] superior sententia seruetur.

[k] Abstineãt se à cõmunione. Si. Exc. Iuo.
[l] In illo graui. Exc.
[m] Si verò in eodem f. vitio, & c. p. s. consentiendo. Exc.
[n] Superioris. C.A.

LV. De sacerdotibus Gentium, qui iam non sacrificant.

Sacerdotes, qui tantùm [a] coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid [b] ad idôla præstant, placuit post biennium accipere communionem.

[a] Sacrificantium coronam. Exc. C. A. coronas.
[b] Idolis. Exc.

LVI. De magistratibus, & [c] duumuiratis.

[c] Dominãtibus. Exc.

Magistratum verò vno anno, quo agit duumuiratum, [d] prohibendum [e] placuit, vt se ab ecclesia cohibeat.

[d] Prohibere. Exc.
[e] Placet. C. Al.

LVII. De his, qui vestimenta ad ornandam pompam "seculi" dederint.

" Deest in Exc.

Matronæ, vel earum mariti, vt vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent; & si fecerint, [f] triennio abstineantur.

[f] Triennij tempore abstineant. Exc. vnus M. S. Toletanus, & C. A.

LVIII. De his qui communicatorias literas portant, "vt de fide interrogentur."

" Desunt in Exc.

Placuit, [g] vbique, & maximè in eo loco, in quo [h] prima cathedra constituta est Episcopatus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant; [i] suo testimonio comprobati.

[g] Vbicunque. Exc.
[h] Primæ cathedræ cõstitutus est Episcopus. Exc.
[i] Et suo test. comprobent. Exc. & vnus M. S.

LIX. De fidelibus, ne ad capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus [k] vt Gentilis, ad idôlum capitolij, causa sacrificandi, ascendat, & videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta pœnitentia, recipiatur.

[k] Aut. Exc.

LX. De his, qui destruentes idôla, occiduntur.

Burc. lib. 6. c. 45. Decret. Ivo. p. 10. cap. 117.

Si quis idôla fregerit, & ibidem fuerit occisus; [l] quatenùs in euangelio scriptum non est, neque inuenitur [m] sub Apostolis vnquàm factum, placuit [n] in numero eum non recipi martyrum.

[l] Quia. Exc.
[m] Ab. Exc. Iuo. Burc.
[n] In numerum. Exc.

De

LXI. De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum vxoris suæ, sororem eius duxerit, & ipsa [a] fuerit fidelis, [b] quinquennium à communione placuit [c] abstineri; nisi fortè dari pacem velociùs, necessitas coëgerit infirmitatis.

[a] Sit. Exc.
[b] Quinquénio. Exc.
[c] Abstinere. Exc.

LXII. De [d] Aurigis, & Pantomimis, si conuertantur.

[d] Auguribus. Exc.

[e] Si Auriga, & Pãtomimus credere voluerint, placuit, vt priùs [f] actibus suis renuncient, & tunc demùm suscipiantur; ita vt vlteriùs "ad ea" non reuertantur. [g] Qui si facere contra interdictum tentauerint, proijciantur ab ecclesia.

[e] Augur, aut Pantomimi. Exc.
[f] Artibus. Exc. & C. A.
" Desunt in Exc.
[g] Quod. Exc.

LXIII. De vxoribus, quæ filios [h] ex adulterio necant.

[h] De adulteris Exc.

Burc. li. 17. c. 51.

[i] Si qua per adulterium, absente [k] marito, conceperit, idq; post facinus, occiderit, placuit, [l] neq; in fine dandam esse communionem; eo quòd geminauerit scelus.

[i] Si qua mulier. Exc.
[k] Mar. suo C. A.
[l] Ei neq;. Exc. Ei vix in. Burc.

LXIIII. De fœminis, [m] quæ, vsq; ad mortem, cum alienis viris [n] adulterant.

[m] In M. ss. quæ semper.
[n] Adulterantur. Exc. & M. ss.

[o] Si qua, vsque in finem mortis suæ, cum alieno viro fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos [p] accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

[o] Si qua mulier. Exc.
[p] Recipi ad cõ. Exc.

LXV De adulteris vxoribus clericorum.

Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & [q] scierit eam maritus suus mœchari, & non eam statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, "ab eis" videantur scelerum magisteria procedere.

[q] Sciat. Exc.
" Desunt ab Exc.

LXVI. De his, qui præuignas suas ducunt.

Si quis præuignam suam duxerit vxorem; eo quòd sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

LXVII. De coniugio catechumenæ fœminæ.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut [a] comatos, aut viros cinerarios habeant. Quæcunq; hoc fecerint, à communione arceantur.

[a] Comicos, aut viros scenicos habeat. Quæ hoc fecerit à cō. arceatur. Exc.

LXVIII. De catechumena adultera, quæ filium necat.

Catechumena, si per adulterium conceperit [b] & præfocauerit, placuit in fine baptizari.

[b] Et conceptum necauerit, p. eā. Exc.

LXIX. De viris coniugatis, posteà in adulterium lapsis.

Decret. Iuō. p. 8. c. 281.

Si quis fortè, habens vxorē, semel fuerit lapsus, placuit, eum [c] quinquennium agere de ea re pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coëgerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum.

[c] Quinquennio agere debere pœ. Exc.

LXX. De fœminis, quæ conscijs maritis [d] adulterant.

[d] Adulterārunt. Exc.

Decret. Iuō. p. 8. c. 164.

[e] Si cum conscientia mariti, vxor fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam esse communionem: si verò eam reliquerit, post decem annos, accipiat communionem. [f]

[e] Si conscio marito fuerit. Exc.

[f] Si eam quum scierit adulterā, aliquo tēpore in domo sua retinuit. Exc. Iuo. & C. A.

LXXI. De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorū, nec in fine dandā esse cōmunionem.

LXXII. De viduis mœchis, si eundem posteà maritū duxerint.

31. quæst. 1. Si quam uler.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eundē posteà habuerit maritum, post quinquennij tēpus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam [g] communioni reconciliari: si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam esse communionem: vel si fuerit ille fidelis, quem [h] accepit, communionē non accipiat, nisi [i] post decem annos, acta legitima pœnitentia; [k] nisi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.

[g] Cōmunione. Exc. Ad cōmunionē. Grat.

[h] Acceperit. Exc. Accipit. C. A.

[i] Per C. A.

[k] Vel si. C. A.

4. q. 6. Delator si quis Burc. Lib. 6. c. 17.

LXXIII. De delatoribus.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem eius [l] aliquis

[l] Aliquis fidelium f. Grat.

quis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum [a] nec in fine, accipere communionẽ. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquennium, accipere poterit cõmunionem. Si catechumenus fuerit, [b] poſt quinquẽnij tempora, admittatur ad baptiſmum.

[a] Aliàs non niſi in fi. in Exc. Burch. & Grat. Vide quæ infra notauimus. c. 75.
[b] Poſt quinquenniũ Grat. & Exc.

LXXIIII. *De falſis teſtibus.*

Burch. lib. 2 q. c. 18. et lib. 16. cap. 18.

Falſus teſtis, prout eſt crimen, [c] abſtinebitur: ſi tamẽ non fuerit [d] mortale, quod obiecit, & probauerit; [f] quòd non tacuerit, biennij tempore [g] abſtineatur: ſi autem non probauerit [h] conuentui clerorum, placuit, per quinquennium [i] abſtineri.

[c] Abſtinebit Exc.
[d] Mortis. Exc.
[e] Exprobrauerit. C. A.
[f] Quod diu tac. Exc. & Burc.
[g] Abſtinebit, abſtinebitur C. A.
[h] In conuentu. Exc.
[i] Abſtinere Exc.
[u] Deſunt in Exc.

LXXV. *De his, qui ſacerdotes [u] vel miniſtros [u] accuſant, nec probant.*

Gratianus 2 q. 3. c. Si quis Epiſcopum.

Si quis autem Epiſcopum, vel Presbyterum, aut Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, [k] nec in fine dandam ei communionem.

[k] Hanc lectionẽ probat Decretũ Gregorianũ. Apud Adrianum, & luorẽ eſt: Nõ niſi in fine dandam ei eſſe cõmunionem. Vide can Nicæn. concil. 13. & quæ Innoc. prim. epiſt. 3. c. 2. ad Exuperium Epiſcop. Toloſan. ſcripſit.

LXXVI. *De Diaconibus, [l] qui, ante honorem, peccaſſe [m] probantur.*

Si quis Diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſpõte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitẽtia, poſt triennium accipere communionem. Quòd ſi alius [n] eum [n] detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

[l] Si. Exc. & A. C.
[m] Probentur. Exc.
[n] Deeſt Exc.

LXXVII. *De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.*

★ Intelligitur de Sacramẽto Confirmationis: quia à ſanctis patribus perfectio Græcè Τελείωσις appellatur, ex Dionyſio lib. de Eccl. Hierarchia, & Ambroſio lib. 3. de Sacra. c. 1. & Clement. epiſt. 4. & Melchiad. Papa ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Alia multa nomina ſunt huius Sacramẽti, de quibus alibi.

Si quis Diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per ★ benedictionẽ perficere debebit. Quòd ſi ante de ſeculo [n] receſſerint, ſub fide, qua quis credidit, poterit eſſe iuſtus.

[n] Receſſerit Exc.

LXXVIII. *De fidelibus coniugatis, ſi cum Iudæa, vel Gentili, mœchati [o] fuerint.*

[o] Sint. Exc.

Decret. Ino. p. 8. c. 81.

Si quis fidelis, habens vxorem, cum Iudæa, vel Gentili, fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quòd ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ ſociari communioni.

LXXIX. De his, qui[a] *tabula ludunt.*

Si quis fidelis[b] alea, id est, tabula luserit "nummos" placuit, eum[c] abstineri: & si emendatus cessauerit, post annum poterit reconciliari[d] communioni.

In C. A. ad marginem: Alea lusus est tabulæ, a quodã magno. Alea, nomine, qui hunc lusum inuenit. Dist. 54. Prohibendũ est, vt.

[a] Sic & C. A.
[b] Aleam, id est, tabuli nũmis. C. A.
" Deest in exc.
[c] Abstinere. Exc.
[d] Cõmunione. Exc.

LXXX. De libertis.

Prohibẽdum est, vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non[e] promoueantur.

[e] Prouehantur. Exc.

LXXXI. De fœminarum epistolis.

Ne fœminæ suo potiùs,[f] absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant;[g] quæ fideles sunt, vel literas alicuius pacificas ad suum solùm nomen scriptas accipiant.

[f] Quim. Exc.
[g] Qui. Exc.

DE SVBSCRIPTIONIBVS CONcilij Eliberitani.

Subscribunt decem & nouem Episcopi.

Osius] *Concilio Nicæno interfuit, & alijs: de eo Isidorus de viris illust. & Niceph. fuit vir doctrina & vita clarus, sed fine infelix.*
Sabinus] *Fuerunt duo Sabini Hispalensis ecclesiæ; alter post Marcellum alter post Martianum. prioris videtur esse hæc subscriptio.*
Valerius] *De eo infra in Concilio Cæsaraugustano: eius corpus Stradæ, in montanis Ribagorcæ, magna populi veneratione colitur.*
Sunt qui dicant, post subscriptiones Episcoporũ, in vetusto codice legi sequentes presbyterorum. Auctores sunt Zurita Hispanus in Annalibus Aragoniæ, & Genebrardus Gallus, vir sacrarum literarum cognitione insignis.

1 Restitut⁹ Pres. de[a] Elepel.
2 Natalis Pres. de Orsuna,
3 Maur⁹ Pres. de Illiturgi.
4 Lãponius Pres. Karula.
5 Barbatus de[b] Aduingi.
6 Felicissimus, de Ateua.
7 Leo Accinipi.
8 Liberatus, de Eliocrota.
9 Ianuarius, de Lauro.
10 Ianuarius, Barbæ.
11 Victorinus,[c] à Gabro.
12 Titus à Vinc.
13 Eucharius à Municipio.
14 Victor, Vlia.
15 Siluanus, Sagalbina.
16 Ianuarius, Vrci.
17 Leo, Gemela.
18 Turrinus Castellona.
19 Luxurius, de Drona.
20 Emeritus Barca.
21 Eumancius, Solia.
22 Eumencianus, Ossigi.
23 Euexes, Carthagine.
24 Iulianus Corduba Presb.

[a] Forte Illipa.
[b] Forte Osin...
[c] Gabro.

Suprà in principio dicitur: Residẽtibus etiã viginti & sex Presbyt.

FRAG-

FRAGMENTA QVAE A GRATIANO, IVONE, ET BVRchardo ex concilio Eliberitano citantur, & in eo non extant.

EX CAPITE PRIMO.

Gratian. 11 q. 4. Definitio. Ivo. p. 11. cap. 80. Burch. lib. 11. cap. 15. qui id ex cõcil. Hybern. citat.

DEfinitio incauta laudabiliter ſoluenda eſt; nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio.

EX CAP. 3.

De conſ. d. 2. Omnis homo. Burch. lib. 5. c. 21. Ivo. p. 2. c. 31.

Omnis homo, ante ſacram communionem, à propria vxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut aliâs quinque, aut ſeptem, aut octo diebus. Nec inter catholicos cõnumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus, Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini non communicauerit.

Nec inter] *Hæc vſque ad finem abſunt ab hoc loco in Burchardo, & Iuone.*

EX EODEM CAP.

11. quæſ. 5. Pueri. Ivo. p. 12. c. 81. Burch. lib. 12. cap. 16. qui hoc etiã caput, vt plerаque, quæ cõcil. Eliberit. tribuuntur, ex cõcil. Hybernĩ. citat.

Pueri, ante annos quatuordecim, non cogantur iurare. Puella quoque, ſi in puerili ætate ſita, in domo patris, illo neſciente, ſe iuramento conſtrinxerit, & pater ſtatim vt audierit, contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & faciliùs emendabitur.

EX CAP. 5.

Burch. lib. 19. cap. 75. Ivo. p. 15. c. 83.

Qui in Quadrageſima, aut Paſcha cognouerit vxorem ſuã, & noluerit abſtinere ab ea, vnum annum pœniteat, aut pretium, videlicet XXV. ſolidorum, ad eccleſiam tribuat, aut pauperibus diuidat. Si per ebrietatem, & ſine conſuetudine acciderit, XL. dies pœniteat.

EX CAP. 9.

Burch. lib. 11. c. 67. Ivo. p. 14. c. 115.

Decreuit sancta synodus, vt Episcopi, ac ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant; propter metum aliorũ: vt ipsi criminosi corrigantur, & vel inuiti pœnitentiã agant; ne æternaliter pereãt. Si verò seniores ipsorum colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur, defendere præsumpserint, sciant se excommunicationis ecclesiasticæ sententia feriendos.

EX CAP. 85.

Burch. lib. 6 cap. 39. & Ivo. p. 10. c. 168.

Si mulier maritum suum causa fornicationis, veneno interfecerit, aut quacumq; arte perimere facit; quia dominum, & seniorem suum occidit, seculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

EX EODEM CONCILIO.

Burch. lib. 19. c. 155. & Ivo p. 15. c. 163.

In tribus quadragesimis anni, & in die Dominico, & in quarta feria, & in sexta feria, coniugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quãdiu grauata fuerit vxor, id est, à quo die filius in vtero motum fecerit, vsque ad partum: à partu post XXXIII. dies, si filius; si autem filia, post LVI.

EX EODEM.

Ivo. p. 15. c. 164.

Si mater filium suum spontè occiderit. XV. annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi in die Dominico. Mulier autem paupercula si fecerit, pro difficultate nutriendi, sex annos pœniteat.

EX EODEM.

Burch. lib. 19. c. 132.

Si verò quis clericus vel fidelis, cum Iudęis cibum sumpserit, placuit, eum à communione abstineri; vt debeat emendari.

EX EODEM.

Ibidem. cap. 133.

Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, (quod dici nefas est) trãseuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos: quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, iubemus abscindi: & si resipiscentes fortè aliquandò fuerint ad lamenta conuersi, his, quàmdiu viuunt, agenda pœnitentia est,

est,& in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda; dicente Domino: Nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur, & viuat.

Ezech. 33. c.

EX EODEM.

Burch. lib. 19. c. 134.

De his qui apostatant, & rarò se ad Ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & posteà in infirmitate arrepti petunt communionem, placuit, non dandam eis communionem; nisi reuelauerint eorum rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ.

Qui concilia ediderunt, aliud caput adijciunt, quod habetur XXXI. q. 1. Si qua mulier. Verùm cum constet ex antiquis Gratiani. M. ss. codicibus, & Burchardo lib. 6. cap. 41. & Iuon. par. 10. cap. 169. esse ex concilio apud Vermerias, nos consultò omisimus.

Notæ in concilia Hispaniæ.

Concilium Eliberitanum.

ELiberitanum] *Sunt qui duas in Hispania hoc nomine fuisse vrbes putent: vnam, quæ in prouintia Bætica, propè Granatam, insignem nunc apud Hispanos ciuilium rerum conuentum, in culmine montis Eluira sita est, vt ex multis eius ruinis constat: alteram in prouintia Narbonensi, nunc Collibre appellatam. Alij verò inter vtramq; distinguunt; vt ea, quæ est in Bætica, Eliberis tantum siue Eliberi cũ E. dicatur: Narbonensis verò illa Illiberis, cum. I. nuncupetur. Quod vtrumq; Plinij probant auctoritate, qui lib. 3. c. 1. de*
„ Bætica oppidis agens, Eliberi, inquit, quod Eliberini. Et cap. 4. eius-
„ dem libri, de Narbonensis prouintiæ oppidis: Illiberis magna quon-
„ dam vrbis nunc tenue vestigium. Et Liuius lib. 31. Pyrenaũ trans-
„ greditur, & ad oppidum Illiberim castra locat. Qua ratione etiam scribendum arbitrantur, apud Pomponium Melam, & Straboně. Verùm existimo aliud efficacius & notius esse discrimen inter has vrbes, vt illa quæ est in prouintia Tarracoñ. Cauco Illiberis, quæ est Collibre; hæc Bætica, Eliberis solùm vocetur: fuisseq; diuersas vrbes, & diuersis prouintijs & metropolitanis attributas, constat ex subscriptionibus conciliorum. Hoc verò apud Eliberim, in prouintia Bætica coactum est, vt doctiores existimant, & subscriptiones Episcoporum indicant.

Constan-

Constantini temporibus.] *Inde coniectari licet, fuisse hoc primum cōcilium in Hispania celebratum. Nam vt D. Isidorus auctor* » *est Etymol. lib. 6. c. 18. Canones cōciliorum à temporibus Constanti-* » *ni cœperunt. In præcedentibus namq; annis, persequutione feruente,* » *docendarum plebium nemini dabatur facultas. Idem Gratianus in collect. Decret. dist. 15. Unde non probo eorum sententiam, qui ante hoc, quatuor alia concilia in Hispania esse coacta, ex nudis tantùm coniecturis & epistolis adstruere conantur.*

Eodem tempore quo Nicæna synodus.] *Absoluta Nicæna synodo à trecentis & decem & octo patribus, qui ex toto terrarum orbe eò conuenerant: qui inde recedentes, veluti flumina ex paradiso manantia, totas ecclesias doctrinæ sanctæ salutari aqua irrigârūt, & quam acceperant in illa magna & vniuersali synodo orthodoxæ sapientiæ regulam, à Romano Pontifice confirmatam, Episcopis, sacerdotibus, & populis obseruādā tradiderunt. Quare nō acquiesco sententiæ Petri Antonij Beuter diligentis rerum Hispaniarum scriptoris, qui auctor est, Eliberitanum cōcilium ante Nicænum fuisse habitum: neq; Ioannis Episcopi Gerundensis, qui affirmat, in eo esse in quinque prouintias, siue metropoles Hispaniam totam partitam; nimirum, Tarraconensem, Carthaginensem, Bæticam, Lusitaniam, & Gallæciam: cum ex canone. 58. constet, iam antè primam cathedram esse constitutam. Ioannes Vasæus anno Domini. 338. coactum, Ambrosius Morales, ex cod. vetusto, manuscr. adnotat Erā 362. qui est Domini. 324. quam sententiam sequutus sum. Idem Stephanus Garibaius antiquitatis Hispaniæ inuestigator eximius.*

Era. 362.] *De nomine, & ratione Eræ Hispanicæ hæc accipe.* ERA *pro temporum ratione, & annorū supputatione, numero & calculo, vsurpatur apud Latinos, ex Fausto Regiēsi in Gallia Epis-* » *copo, lib. de Spiritu sancto priori: Sacer (inquit) numerus dicimus,* T » *quia trecenti in Era siue supputatione, signum crucis; decē & octo* IH » *verò IESV adorandum nomen ostendunt: & ab Isidoro, qui ex canonibus euangelicis Græcis Eusebij Cæsariensis semper eras dicit,* » *quod Græcus scriptor ἀριθμὸν; per singulos (inquit) euangelistas, nu-* » *merus quidam capitulis affixus adiacet; quibus numeris subdita est* » *Era minio notata, quæ indicat, in quoto canone positus sit numerus,* » *cui subiecta est Era. Verbi gratia: si est Era prima in primo canone,* » *&c. & ex codice Theodosiano, vbi est scriptum: Imperator Theo-* » *dosius Era XXII. Era igitur sine controuersia, est nota numeri, & ita apud Hispanos accipitur pro ratione & supputatione ipsa temporum: nec deductam ab ære existimo, vt Isidoro Hispalensi placuit,*

cæterisq;

cæterisq; viris Hispanis. Nonius Grãmaticus non refragatur, nec
" *Lucilus poëta, dum inquit: Hæc ratio peruersa est, Era numeri sub-*
" *iecta improbè. Nonius neutrum facit æra, & plurale ab æs, nostri ve-*
rò fœmininum & singulare. Neq; scribendum censeo æra, sed, Era,
& nõ Hera; quasi à Domino, vt Petro Messia in Sylua placuit, &
posteà Gregorio in procœmio Partitarũ. Sic scribunt concilia, literis
Longobardis in vetustissima membrana manu exarata; neque bar-
barè, sed consultò. Et cum in alijs optima scribendi ratio seruetur,
" *cur non in Era? In tertio Toletano: In nomine Domini Iesu Christi,*
" *anno regnante quarto gloriosissimo atque pijssimo, & Dño fidelissi-*
" *mo Dño Reccaredo, die octaua Iduũ Maiarũ Era DCXXVII.*
" *in quarto apertius: Era DCLXI. literis maiusculis: in quinto*
" *etiã: Era DCLIIII. in sexto: Era DCLXVI. sic in cæteris ob-*
" *seruatur. In cippis similiter scribitur, in agro Hispalensi: Macarius*
" *famulus Dei vixit annos LII. recessit in pace die X. Kalen. Jan.*
" *Era. DLVIII. In agro Talabricensi: Litorius famulus Dei vixit*
" *annos plus minus LXXV. requieuit in pace VIII. Kal. Julias,*
" *Era. DXLVIII. In monumentis, in cruce apud Compostellam,*
" *sculptum est: Hoc signo vincitur inimicus, hoc signo tuetur pius: ob*
" *honorẽ sancti Iacobi Apostoli offerunt famuli Dei Aldefonsus prin*
" *ceps, cum coniuge Scemena regina. Hoc opus perfectum est, in Era*
DCCCC. duodecima. Hanc rationem scribendi sequitur Ioannes
Mariana conciuis, & amicus noster, non tantùm patriæ sed Hispa-
niæ ornamentum. Veteribus nostris Era incerta res, variè interpre-
tata, & deducta, vsque ad Ioannem Vergaram canonicum Tole-
tanum, Græcis & Latinis literis doctissimum, Vasæũ, & Resendium
Lusitanos, Genesium Cordubensem, Didacum Couarruuiam Epis-
copum Iurisconsultum eximium. Deindè apertiùs & copiosiùs à
Stephano Gariuaio, Ambrosio Morales, accuratis rerum Hispani-
carum scriptoribus tractata. Uniuersi Erã numerum annorum es-
se fatentur: id concilia, cippi, monimenta, historia nostra, & pere-
grina, externaq; comprobãt. Hinc ad exteros doctos, Iosephum Sca-
ligerum, Cæsarem Baronium, res hæc labitur. Omnes figmentum
Genesij viri docti rident: de alijs inter se dissidẽt. Superare Natiui-
tatis annum triginta octo annis Eram sine controuersia affirmant,
excepto Episcopo Gerundensi: à quo principio, aut qua ratione,
Hispania, in annorum ratione complexa sit Octauiani annum, ab-
errant à sententia. Alij ob assentationem, principibus ad deceptionẽ
continuò datam; alij ad initium imperij Hispanici Augusto ante
natiuitatem Christi anno trigesimo octauo concessum: Isidorus ad
censum

Petrus Messia vir doctiss. in tertia parte Syluæ. c. 36.

Lib. 3. de rebus Hispaniæ. c. 24.

censum impositum toti orbi in Octauiana descriptione refert. Illud grauiùs, an Julio Cæsari, an Augusto Octauiano sit hæc tributa " supputatio. Joseph Scaliger Julio: vt notant, inquit, qui Hispanos " libros, & Alfonsinos indices legerunt. Miror virum doctum ita lapsum, cū Natiuitas Christi inciderit in quadragesimum secundum annum Imperij Octauiani, vt Eusebius, Epiphanius, in Pan. lib. 1: hær. 20. & alij Græcorum, & Latinorum, vt Isidorus, Beda, de sex ætatibus sunt auctores: vel in primum, vt Julianus noster Toletanæ primæ sedis Episcopus, & Hieronymus in Esai. cap. 2. Julius verò Cæsar post Caium, & Sextum Pompeios, Magni Pompeij filios, apud Mundam in Hispania Bætica, victos, Sextumq;, occisum (in quo bello Octauianus decimum octauum agens annum strenuè militauit) Romam rediens, post triumphum à Bruto, & coniuratis occiditur. Quapropter si post natum Christum ab hinc triginta & octo annos est numerandum, in tempora Octauiani A. Pollione, & Domitio Consulibus, non Iulij necessariò incidimus: quo tempore Hispania pacata, Sexto Pompeio victo, Octauianus dominus est conclamatus, initiumq; Æraþ calculi inuentum, productumq; vsque ad 1383. qui est à Ioanne primo rege Castellæ lege antiquatus.

Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, diuinitus valdè doctus, vt Nicolaus Papa testatur in cap. Excellentissimus. 11. q. 3. in libro de concilijs, quem apud me habeo manuscr. contuliq; eum cum alio codice peruetusto, Bibliothecæ Regiæ diui Laurentij, de Era multò aliter quàm reliqui omnes scriptores, sentit. Totum subiciam paragraphum, vt obiter qua ratione Consules & Era in concilijs apponantur, perpendat studiosus lector.

QVID SIT HERA. &c.

" HERA *Autē huiusmodi concilijs præfixa, pro anno Dominicæ " incarnationis intelligitur, quæ iuxta Isidorum, ab ære denomi- " natur, eo quòd anni apud antiquos ære notarentur, cum & indictio- " nes instituerētur. Sed quia æs caret aspiratione, magis ab hera, id est, " nomine Junonis, id est aëris, tractum videtur, infra quem maximè " tempora variantur. Et notandum quia chronica pauciores annos " ab incarnatione Domini concilijs adscribunt, quā in titulis eorum " reperiantur: illa, inquam, chronica, quæ Dominus Hermanus, egre- " gius calculator, & temporum subtilissimus indagator, ex diuersis " chronicis & historijs diligentissimè composuit, quæ & vsque ad mil- " lesimum quinquagesimum quartū Dominicæ incarnationis annum perduxit*

„ *perduxit fideliter: nam in illis, secundo vniuersali cõcilio, id est Con-*
„ *stantinopolitano primo CCC. LXXXI. annus adscribitur, cui in*
„ *titulo CCCC. XVII. attribuitur. Item in illis, tertio vniuersali*
„ *cõcilio, id est, Ephesino CCCC. XXXI. annus adducitur, cuius*
„ *in titulo CCCC. LXXXVIII. sociatur. Népe Hera, in his ti-*
„ *tulis XXXVII. annorum habet plus, quàm reperiatur in chrono-*
„ *cis. Hæc diuersitas in Africanis, & in alijs Occidentalibus concilijs,*
„ *sæpenumerò inuenitur, quibus item Hera præfigitur. Qualibet autẽ*
„ *occasione huiusmodi diuersitas euenerit, nequaquam iam nobis tamẽ*
„ *fidem rerum impedire debebit: cum & in ipsis sacris literis diuersa*
„ *temporum prænotatio nullo modo rerum veritatem impediret. Nam*
„ *in illis LXX. interpretum auctoritas Hebraica veritate, in numero*
„ *annorum adeò discordat, vt ab origine mundi plus. M. quàm illa*
„ *in Natiuitate Domini ponat. Familiaris est vtiq; chronographis hu-*
„ *iusmodi diuersitas: nec lectores multum inde curant, dum tantùm ea*
„ *quæ legerant, indubitatæ veritatis esse cognouerint. Sciendum ta-*
„ *men, quòd maiores nostri scripta sua annotatione temporum firma-*
„ *re consueuerunt, sicut & Romanæ leges, quas suscepit ecclesia præci-*
„ *piunt: dicunt enim: Si quæ, post hæc, edicta, siue constitutiones sine*
„ *die & consule fuerint deprehensæ, auctoritate careãt. Hinc est, quod*
„ *sancti Patres etiam ecclesiasticis statutis, siue scriptis diem & con-*
„ *sulem assignare solent, annumq; ipsius consulis, siue consulum sig-*
„ *nãter adscribunt: vt illud: Honorio duodecies, & Theodosio septies,*
„ *subauditur, in consulatu annuato, factum est sextum Carthaginense*
„ *cõcilium. Africani quoq; canones præcipiunt, vt literas, quas Epis-*
„ *copi ab ordinatoribus suis accipiunt, diem & consulem habeant; vt*
„ *tempus suæ ordinationis semper attendant: ne his qui prius ordinati*
„ *sunt se temerè præferant. Sed ecclesiastica statuta non tam ex tem-*
„ *poris, sicut consulis annotatione, tantum firmitatis acceperunt, vt*
„ *non de eorum auctoritate dubitetur. Quapropter & nos eorum au-*
„ *ctoritati praiudicare non debemus, etiam si certum tempus institu-*
„ *tionis eorum ignoremus. Notandum quia Hera aliquando abusiuè*
„ *pro capitulo ponitur, vt in illo scripto Toletani concilij, de ordine*
tenendæ synodi tractatur. Hæc Hincmarus: nosq; hoc spicile-
gium dedimus, post tot doctissimorum hominum vberem
segetem.

> LXX. Interpretum auctoritas.

> *In VI Carthaginensi concilio sic dicitur in principio: Post consulatum gloriosissimorũ imperatorum, Honorij duodecimum, & Theodosij octauum Augustorum, octauo Kalendas Iulij.*

Cap. 1 Neq; in fine eum communionem acciperel] *Sincerè pœnitẽ-*
tibus non esse vitæ negandum viaticum, etiam non acta legitima pœ-
nitentia, si mortis periculum superuenerit, statuit Ancyrit. synod. c.
„ *6. & Nicæna prima. c. 12. & Aureli. 2. c. 12. sic ait: De his qui in*

C *pœnitentia*

„ *pœnitentia positi, vita excesserunt, placuit, nullum communionem*
„ *vacuum debere dimitti. Hanc canonis cum præsenti discrepãtiam,*
„ *soluit Innocentius. I. epistola. 3. c. 2. De his (inquit) obseruatio prior*
„ *durior, posterior, interueniente misericordia, inclinatior est. Nam*
„ *consuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, sed com-*
„ *munio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persequutio-*
„ *nes essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconci-*
„ *liatione securos non reuocaret à lapsu, negata meritò communio est,*
„ *concessa pœnitentia; ne totum penitus negaretur, & duriorem re-*
„ *missionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacẽ*
„ *ecclesijs suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari ab-*
„ *euntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticũ*
„ *profecturis; ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem*
„ *& duritiam subsequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia*
„ *extrema communio; vt homines huiusmodi, vel in supremis suis, per-*
„ *mittente Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.*

Cap. 3 Acta tamen legitima pœnitentia] *Illa vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat secundum canones Pontificios: vt ex Pœnitentiali Romano, Theodori, & Bedæ patet. Apud Burchardum lib. 20. multa librorum pœnitentialium fragmenta citantur: & infra cap. 5. Si qua fœmina.*

C. 13. Virgines quæ se Deo dicauerint.] *Erant hoc tempore virgines Deo sacratæ speciali dedicatione & voto; quibus nefas erat, coniugio aut libidini seruire, sed in cœlibatu & castitate sanctè vitam traducebant. Et ex Carthaginensi concilio. 3. cap. 33. in quo diuus Augustinus subscribit, patet iam tum fuisse harum virginum extructa monasteria: in quibus magna cum pietate, & religione educatæ, mente simul & corpore essent virgines. Eas etiam auditorium habuisse, quod nunc loquutorium dicitur, in quo coram testibus loquebantur, constat ex concilio Cabilonens. sub Carolo Magno. cap. 61. in quo studium sanctimonialium legendo & cantando, & in psalmorum celebratione, siue oratione, & canonicis horis, vitaq; communi clarè describitur; aduersus calamitosi huius temporis pestilentes nouatores, & castitatis corruptores. Concilium etiam Hispalense de custodia virginum seuerè decreuit.*

C. 23. Ieiuniorum superpositiones.] *Ieiunium vocatur superpositio;*
„ *vt patet ex indiculo pœnitentiæ: & infra cap. 26. Errorem placuit*
„ *corrigi, vt omni sabbati die superpositiones celebremus.*

C. 25. Literas confessionis.] *Idem cautum est in concilio Arelatensi 1. c. 9. ad retundendam confessorum tumidam iactantiam; de qua*

Cyprianus

Cyprianus in epistolis scripsit. Epistolæ commendatitiæ, quæ literæ appellantur fidelibus datæ, diuersi generis erant: complectebantur enim literas confeßionis; & hæ erant dignitatis & honoris, quibus in ecclesijs magna reuerentia habebatur. Fuerunt & communicatoriæ literæ, vt cum plebe aliena fideles communicarent, sine erroris periculo, quæ & scriptura dimissoria dicitur. 6. generali synodo. c. 17. Aliquando cõmendatitiæ literæ; vt in cõcil. Chalced. c. 12. Dicũtur & formatæ, vt in Mileuitano. c. 20: eo quòd certis notis, & sub certa forma erat scripta: vt cõstat ex concilio Carthag. 5. c. 7. In formatis autem oportet esse subscriptũ sanctũ Pascha diẽ. Vocabãtur & pacificæ & canonicæ literæ. Atq; hæc de epistolis quibus fideles cõmẽdabãtur. Exẽplum formatæ habes. d. 73. c. In nomine Patris.

C. 26. Errorem placuit corrigi.] *Est apud Matthæũ. c. 9. & Luc. c. 5. discipulos Ioannis, & Pharisæos Christum Dominum rogasse, „ quare discipuli eius non ieiunarent: quibus ipse respondit: Veniet „ dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt in illis diebus. Hinc Romana Ecclesia, quam secuta est Hispania, & aliæ Occidẽtales, ex Apostolorum traditione consueuit sexta feria, & sabbato ieiunare. His enim diebus ablatus fuit à discipulis sponsus. Veruntamen in ecclesijs Orientalibus aliter in more positum fuit: nempè vt feria quarta, & sexta ieiunaretur; vt constat ex canone. 68. Apostolorum, & ex D. Clemente lib. 5. const. Apost. c. 16. & vlt. & lib. 7. c. 24 & S. Ignatio epist. ad Philippenses, & Gratiano de consecrat. dist. 3. c. Ieiunia, ex dictis S. Apollonij, qui ab Iuone dicitur Apollinarius part. 4. c. 32. & ex Epiphanio in compendio doctorũ Eccles. & Origene in Leuit. & Cyrill. in Leuit. lib. 10. & Tertulliano aduersus Psychic. c. 14. Anastasio in lib. quẽ ὁδηγὸν inscripsit, id est, viæ ducẽ, & S. Petro Alexãdrio canone. 15. Producebatur vero hoc ieiunium vsq; ad horam nonam, cætera verò vsq; ad vesperam; vt testatur Tertullian. aduersus Psychic. c. 10. Horum ieiuniorum ra„ tionem reddit D. Clemens: Quoniam in quarta feria iudicium con„ tra Dominum prodijt; quum Iudas pecunia accepta, promisit eũ tra„ dere: in parasceue verò, quoniam in ea Dominus crucis supplicium „ passus est. Hæc Clemens lib. 7. c. 24. Sabbati verò ieiunium seuerè interdictum à Græcis est, & ab omni Orientali Ecclesia. D. Ignatius „ testatur in epistola ad Philippenses, quæ est. 8. Quicunq; Dominicã „ aut sabbatum ieiunauerit, præter vnum sabbatum Paschæ, ipse est „ Christi interfector. Vnde Græci insultabant Latinis, quòd contra Apostolicas leges sabbato ieiunarent. Huius obseruantiæ meminit Clemens cõstitut. Apost. lib. 7. c. 24. & Irenæus, lib. 1. c. 20. & deinceps. Epiphan. hæresi. 41. & 42. Greg. Nyssenus in oratione aduer-*

ſus eos qui ægrè ferunt reprehenſiones. Socrates hiſt. lib. 6. c. 8. Anaſtaſius Nican. lib. quæſt. q. 77. Quapropter Innocētius Papa in epiſt. ad Decentium cap. 4. Sabbato eſſe ieiunandum rationibus euidentiſsimis, vt ille ait, demonſtrat. Et ſanctum Eliberitanum concilium errorem huiuſmodi corrigendū decreuit, vt omni ſabbato ieiunaremus, vt primi Chriſtiani noſtri ieiunauerūt. Quum verò adhuc etiā Græcorum conſuetudo in Hiſpania perſeueraret, Lucinius nobilis Hiſpanus, prouintiæ Bæticæ Hieronymum conſuluit in Bethlehem cōmorantem, vtrùm ſabbato eſſet ieiunādum, vt Romana & Hiſpana Eccleſia obſeruabāt. Cui reſcripſit Hieronymus tom. 1. epiſt. 28. traditiones eccleſiaſticas ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorū conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti. Idē Auguſtinus ad Ianuariū reſpondit epiſt. 118. ex ſentētia Ambroſij „ dicentis Monicæ: Quum Romā venio, ieiuno ſabbato; quum hic ſum „ (id eſt Mediolani) non ieiuno. Et huius rei affert cauſam Auguſtinus ad Caſulanū epiſt. 86. & Caſsianus coll. 3. c. 10. In eccleſia Hipponenſi eadem conſuetudo viguit, vt teſtatur Auguſt. epiſt. 86. & 118. Iiſdē ferè temporibus Decentius Eugubinus Epiſcop. Innocētium. R. P. de ieiunio ſabbati conſuluit. Ad quē Pōtifex reſcripſit epiſt. 1. c. 4. Romanæ Eccleſiæ, & aliarum Occidentis conſuetudinē eſſe tenendam, quæ ſabbati ieiunium magnopere commendat. Nicephorus etiam huius cōſuetudinis Romanæ Eccleſiæ meminit, lib. 12. hiſtor. c. 34. & Gregor. VII. c. quia dies. de conſ. d. 5. Et Innocētius conſultus de hac re à Bracharēſi Archiepiſcopo, reſpōdit, prouintiæ cōſuetudinē debere obſeruari, vt ſabbatis à carne omnes abſtinerēt; infirmis & debilibus dūtaxat exceptis. Refertur lib. 3. Decretal. c. cōcilium. de obſeruatione ieiuniorū: errorq́; Socratis, hiſt. lib. 5. c. 21. refellēdus eſt, dum ait, Romæ in Quadrageſima ieiunare ſolitos fideles, ſabbato excepto, atq; Dñica. Hac hactenus de ieiunio ſabbati.

C. 34. Cereos per diē.] *Abſit vt intelligas de diuorum ſpiritibus, qui Deo fruuntur; qui cū nō magis per diem inquietentur cereis accēſis quàm per noctem, quin potius de cultu eccleſiæ lætantur, ridiculū eſt, vt de illis canonem hunc intelligamus. Sanctorum quippè nomine accipiendi ſunt fideles, quorum ſpiritus (dum orationis cauſa ad eccleſiam adueniunt) inquietantur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Sic pſal. 49. credētium Eccleſia, appellatur Ec- „ cleſia ſanctorū: ſic Paulus ad Epheſ. 4. ait: Ipſe dedit, quoſdā quidē „ Apoſtolos, &c. ad conſummationē ſanctorū, id eſt, fideliū, &. 6. iubet „ orare pro ſanctis. Et ad Philipp. 1. ſcribit: Omnibus ſanctis qui ſunt „ Philippis. Et. 1. Cor. 7. Sāctificatus eſt enim vir infidelis, per mulierē „ fidelē. Sic Petrus omnibus fidelibus ſcribit. 1. Petri. 2. Vos autē genus*

electum,

,, *electũ, regale sacerdotium, gens sancta, &c. Sic Iudas in canonica deprecãs*
,, *supercertari semel tradita sanctis fidei. Sed dices: Cur modò ecclesia cereos per diem accendi probat? Nã non defuere qui candelarũ vsum improbent, testimonio huius concilij ducti, & Lactãtij. lib. 6. c. 2. Hæreticus Vigilãtius dolens hunc honorẽ martyrum reliquijs exhiberi, calumniabatur Gẽtilicũ ritum introductum in ecclesijs, vt fulgente sole, moles cereorũ accen-*
,, *derentur. Huic obiectioni his verbis respondet D. Hieron. Cereos autem non*
,, *clara luce accẽdimus, sicut frustrà calumniaris, sed vt noctis tenebras hoc*
,, *solatio comparemus, & vigilemus ad lumen; ne cæci tecum dormiamus in*
,, *tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam, & simplicitatem secularium*
,, *hominũ, vel certè religiosarũ fœminarũ (de quibus verè possumus dicere:*
,, *Confiteor, Zelum Dei habent, sed nõ secundum scientiam) hoc pro honore*
,, *martyrum faciunt, quid inde perdis? Causabantur quondã Apostoli, quod*
,, *periret vnguentũ; sed Dñi voce correpti sunt. Neq; enim Christus vnguẽto*
,, *indigebat, nec martyres lumine cereorum: & tamẽ illa mulier in honorem*
,, *Christi hoc fecit, deuotioq; mẽtis eius recipitur: & quicũq; accendũt cereos,*
,, *secundũ fidem suam, habent mercedẽ, &c. Et post pauca: Et absq; martyrũ*
,, *reliquijs, per totas Orientis ecclesias, quando legendũ est euangelium, accẽ-*
,, *duntur luminaria, iam sole rutilante; non vtiq; ad fugãdas tenebras, sed ad*
,, *signũ lætitiæ demonstrãdum. Hactenus D. Hieronym. idem in epist. ad Riparium. Vt ergo fideles errorem Vigilantij, aduersum cultũ martyrum detestarentur, & aliorum hæreticorũ, cereos per diem accendere consueuerũt; non solum in cœmeterijs, verum in ecclesijs: quãuis id Hieronymi ætate nõ erat vbiq; receptũ. Lactãtius arguit eos, qui Deo hac mente offerrẽt lumẽ, quasi Deus egeat lumine, Conciliũ verò hoc Eliberitanũ agit de neophytis qui more Gentilium lucernas publicè accendebant, non verò de ijs, qui ad cultum & gloriam Dei lucernas & cereos publicè accendunt.*

C. 35. Mulierum vigilias prohibet.] *Idem nostris tẽporibus, propter eãdem rationem, in Toletano concilio primo post Tridentinum, decretum fuit, sicuti ab ea ratione in concilio Altisiodorensi can. 5. prohibentur.*

C. 36. Placuit picturas.] *Huius canonis variæ traduntur interpretationes à viris doctis, ad asserẽdũ sanctarum imaginũ cultum, & debitum honorem. Prima, hoc cõcilio reiectas esse imagines pictas, non sculptas, ob idololatriæ metũ; vt de Saluatore in forma Iouis picto tradit Nicephor. lib. 15. c. 23. Secunda, ne imminẽte persequutione Christiani auferre secũ, aut occultare nõ possent; & ita pictæ essent ludibrio Iudæis, & Paganis. Hæc ex Sãdero lib. 2. c. 4. de cultu imaginum. Idẽ Turianus lib. 1. de Hierar. ordin. c. 12. Tertia, ne picturæ facilè deformẽtur, parietũ crustis deiectis, & inde amissa venerabili forma, potius contẽptui sint, quã venerationi. Ita interpretatur hunc canonem doctor Petrus Martinez, insignis theologus, canonicus Cõchensis, & apud Complutenses magister meus, in cõmẽt. epist. Iudæ, loco. 18. de imaginum debito cultu. Quarta, pro tẽporum varietate statuta variari*

 humana:

humana: unde Eliberitana synodo nō esse imaginibus negatū honorē; quia potius in sanctarū imaginum veneratione, esse interdictū, ne in parietibus depingerētur. Verū concil. Nican. 2. Act. 7. id modis omnibus permittitur:
„ Definimus, cū omni diligentia & cura venerādas & sanctas imagines ad
„ modū & formā veneranda & viuificantis crucis, è coloribus & tessulis, aut
„ alia quauis materia cōmodè paratas, dedicandas, & in tēplis sanctis Dei
„ collocādas, habendasq́; tū in sacris vasis & vestibus; tum in parietibus &
„ tabulis; in ædibus priuatis, in vijs publicis; maximè autem imaginē Dñi &
„ Dei, seruatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ Dñæ nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde sanctorum virorum.

C.43. Iuxta auctoritatem Scripturarū.] *Sic enim ex Leuit. 23. & Deuter. 16. c. constat; videlicet, vt sint septem hebdomadæ plenæ. Quomodo intel-*
„ ligendum illud Actor. Apostol. c. 11. vbi dicitur: Cum complerentur dies
„ Pentecostes. Et August. tract. 13. super Ioannem, inquit, quòd Dominus
„ post resurrectionem quadraginta diebus conuersatus est in terra, cum dis-
„ cipulis suis: quadragesimo autem die cum ascendisset in cœlum, peractis
„ decem diebus, misit mercedem Spiritus sancti.

C.48. Pedes eorum lauādi sunt.] *De huius lotionis ritu vide Ambros. lib. 3. de Sacram. c. 2. Quam consuetudinem, ibi ait Ambrosius, Ecclesiam Romanam non habere: & vbiq; abrogatam ait D. August. epistol. 119. c. 28. Eius etiam meminit Tertull. lib. de Baptismo. Neq; censeo in hoc concilio interdictam, nisi tantum ne fiat à sacerdotibus.*

C.62. Si Auriga & Pantomimus.] *Artes hæ habent actiones similes & ferè copulatas: Quod enim in circo est Auriga, id in theatro est Pantomimus: Auriga qui currui præest dicitur, Pantomimus personarū omniū in scena imitator & effictor; ex Cass. lib. 4. variar. epist. 4. & Arnob. lib. 4. & Tertul. de spectaculis. c. 17. homines officio infames & vita. Unde & in concil. 1. Arelat. c. 20. & 3. & Carthag. & hoc eodem concil. infra. c. 67. quādiu hæc agunt, à cōmunione separantur. Extat huius rei epist. D. Cypriani, & D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 3. ad. 3. arg. docta & pia de histrionum officio & moderato vsu sententia: quāuis sæpe vrget nos illud August. super Ioānē,*
„ tract. 100. Donare res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus.

C.77. Aut viros cinerarios.] *Acron Grāmaticus, exponens illud Horatij,*
„ primo serm. saty. 2. Multa tibi tū officient res: Custodes, lectica, ciniflones,
„ parasiti. Ciniflones, inquit, & cinerarij eadem significatione apud veteres
„ habebātur, ab officio calamistronum, id est, verum in cinere calefaciēdorū
„ quibus effœminati viri capillos crispabant: cuius rei & Virgilius meminit:
„ Vibratos calido ferro. Dicti autē ciniflones, ab eo q̄ in cinerē flant ad ferrū
„ calefaciendū, quos cinerarios appellant. Tertull. lib. 2. ad vxorē, cinerarios,
„ dicit peregrinæ proceritatis, eo quòd in his hominibus humana vanitas proceritatem immanem requirit.

CONCILIVM Cæsaraugustanum. XII. Episcoporum. Era cccc.xviij.

Est Prouinciale. Exc.

TITVLI

I *Fœminæ fideles à virorum alienorum cœtibus separentur.*

ij *Vt diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus Quadragesimæ ab ecclesia se absentet.*

iij *Vt qui eucharistiam in ecclesia[a] accipiunt, & ibi eam non[b] sumunt, [c]anathema sint.*

iiij *Vt tribus hebdomadis, quæ sunt ante Epiphaniam, ab Ecclesia nemo recedat.*

v *Vt qui à suis Episcopis[d] priuantur, ab alijs non recipiantur.*

vj *Vt clericus, qui propter[e] licentiam monachus vult esse, excommunicetur.*

vij *Vt Doctoris sibi nomen[f] non imponat, cui concessum non est.*

viij *Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.*

a Accipit. Exc.
b Sumit. Exc.
c Anathematizetur. Exc. & C.A.
d Communione priuantur. Exc.
e Luxum. Exc.
f Quia non. Exc.

"EXEMPLVM SENTENTIARVM Episcoporum concilij Cæsaraugustani."

" Desunt ab Exc.

Quarto Non. Octobris Cæsaraugustæ in secretario residẽtibus Episcopis,[g] Fitadio, Delphino,[h] Eutychio, Ampelio, Augentio, Lucio,[i] Ithacio, Splendonio, Valerio, Symposio,[k] Cartherio, Idatio, ab vniuersis dictum est:[l] Recitentur sententiæ. Lucius Episcopus legit.

g Siradio. Exc.
h Raticeio. Exc.
i Italio. Splendinio. Exc.
k Catherio, & Italio. Exc.
l Recitetur sentẽtia. C.A.

I. *Vt fœminæ fideles à virorum alienorum cœtibus separentur.*

Vt mulieres omnes Ecclesiæ Catholicæ, "&" fideles à virorum alienorum lectione, & cœtibus separentur;" vel ad ipsas legentes[n] aliæ, studio vel docendi, vel discendi, conueniant. Quoniam hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis Episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc concilij sententiam nõ obseruauerint.

" Deest in Exc.
" Nec. Exc.
n Alij. Exc.

1. Corint. 14. G. Et. 1. Timoth. 2. C.

II. *Ut diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus Quadrageſima ab eccleſia ſe abſentet.*

De cõſ diſt. 3. Ne quis te iunet.

Item legit: Ne quis ieiunet die Dominica,[a] cauſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis:[b] vt de Quadrageſima-rũ diebus, ab eccleſijs nõ deſint, nec habitent latibula cubiculorum, ac montium, qui in " his " ſuſpicionibus perſeuerant, ſed exemplum & præceptum cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas villas agendorum conuentuum cauſa non conueniant. Ab vniuerſis Epiſcopis dictũ eſt: Anathema ſit, qui[c] hoc commiſerit.

[a] Cauſa timoris. Grat.
[b] Nec Quadrageſimæ dieb. ab ecc. fideles deſint, nec habitent in latibulis. Exc. & Grat.
" Deeſt ab Exc. & Grat.
[c] Hæc. Exc. & Grat.

III. *Ut qui Euchariſtiam in Eccleſia accipit, & ibi eam non [d]ſumit, anathematizetur.*

[d] Conſumit. Exc.

Item legit: Euchariſtiæ gratiam, ſi quis probatur acceptam in eccleſia non[e] ſumpſiſſe, anathema ſit in perpetuum. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet.

[e] Cõſumpſiſſe. Exc.

IIII. *Ut tribus hebdomadis, quæ ſunt ante Epiphaniam, ab Eccleſia nemo recedat.*

Vide notam poſitam infra, in concilio Tolet. 2. cap. 14. De ſumptione Euchariſtiæ

Item legit:[f] Viginti &[g] vno die, quo à XVI. Cal. Ianuarij vſque in diem Epiphaniæ, quæ eſt octauo Idus Ianuarij, continuis diebus, nulli liceat de eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſecedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad Eccleſiam. Quod qui non obſeruauerit,[h] his decretis anathema ſit in perpetuum. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit.

[f] Viceſimo. Exc.
[g] Primo. Exc.
[h] De ſuſpectis anathe. Exc. De ſuſceptis. C.A.

V. *Ut qui à ſuis Epiſcopis[i] priuantur, ab alijs non recipiantur.*

[i] Communione priuantur. Exc.

Decretum Iuon. part. 14. c. 19.

Item lectum eſt, vt hi qui per diſciplinam, aut ſententiam Epiſcopi ab eccleſia fuerint ſeparati, ab alijs Epiſcopis non ſint recipiendi. Quod ſi ſcientes Epiſcopi fecerint, " dictum eſt. Qui hoc commiſerit " non[k] habeat communionem.

" Deſunt in Exc.
[k] Habeant. Exc. & C.A.

Ut

VI. Ut clericus, qui propter [a] licentiam monachus vult esse, excommunicetur.

[a] Luxum. Exc.

Item legit: [b] Si quis de clericis propter luxum, [c] vanitatemq; præsumptã, de [d] officio sponte discesserit, ac velut obseruatorem legis monachum videri voluerit esse, magis quàm clericum, ita de ecclesia [f] repellendum, vt nisi rogando, atque [g] obseruando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Ita fiat.

[b] Si quis clericus. Exc.
[c] Vanitatisque præsumptum Exc.
[d] Officio suo. Exc. & A.C.
[e] Obseruatoré. l. m. se videri maluerit esse quam. cl. Exc.
[f] Repellendus erit. C.A.
[g] Obsecrando M. & CC.
[h] Quis non. Exc.

VII. Ut doctoris sibi nomen [h] non imponat, cui concessum non est.

Item lectum est: Ne quis doctoris sibi nomen imponat, præter has personas, quibus concessum est; secundum quod scriptum est. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet.

Ad Hebr. 5. 4.

VIII. Ut ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

Item lectum est, non velãdas esse virgines, quæ se Deo [i] vouerint, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam Sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet.

[i] Vouerunt. Exc.

De subscriptionibus.

Subscribunt in hoc concilio duodecim Episcopi, quorũ nomina hoc ordine in exordio concilij. M. ss. ponuntur.

1. Fitadius.
2. Delphinus.
3. Eutychianus: *fuit Bastitanus.*
4. Ampelius.
5. Augentius.
6. Lucius.
7. Ithacius: *fuit Episcopus Sossubensis, apud Sulpitium. Fortè Osonobensis.*
8. Splendonius.
9. Valeri9 Cæsaraugustan9
10. Symposius.
11. Catherius.
12. Idacius.

Duo

Duo Episcopi, nimirùm Eutychianus, & Valerius, alter Bastitanus, alter Cæsaraugustanus, subscribunt etiam in Eliberitano: vnde constat hoc concilium fuisse actum, circa tempora Eliberitani. Hic Valerius fuit secundus. Prætereà Ithacius & Idacius septimo, & duodecimo loco subscribunt. Vnde error Trithemij corrigitur, existimantis eundem esse: est enim Ithacius Episcopus, cuius in Priscilliano meminit D. Hieronymus; qui librũ, sub specie apologiæ edidit, in quo detestanda Priscilliani dogmata, & maleficiorum venena, & libidinum detexit. At Idacius Episcopus vixit cum Ithacio, anno Domini 388. *Seuerus Sulpitius libro*. 11. *historiæ sacræ, Ithacium Sossubensem Episcopum facit: Idacium verò tantùm Episcopum nominat: studium eorum in expugnandis hæreticis reprehendit: quia animo vincendi potiùs quàm oportuit, certarunt. Vixerunt Ithacius & Idacius Episcopi, temporibus Damasi Papæ, Gratiani Imperatoris, & Ambrosij Mediolanensis*
" *Episcopi. De Ithacio, sic Sulpitius: Certè Ithacium nihil pensi, ni-*
" *hil sancti habuisse definio: fuit enim audax, loquax, impudens,*
" *præsumptuosus.*

Valerio] *Interfuit huic concilio Valerius Cæsaraugustanus. Fuerunt autem duo Valerij Episcopi Cæsaraugustani, quorum prior sedit temporibus Daciani, qui sub Maximino & Diocletiano Imperatore Hispanias rexit, quando & eius Diaconus. S. Vincentius martyrij palmam adeptus est. Posterior vixit temporibus Constantini, quando Synodus Eliberitana est celebrata: interfuitq́; in ea Osius Episcopus Cordubensis: sicut in Nicœna, & alijs, magna cum nominis existimatione. Id videtur sentire Prudentius in Peri Steph. hymn.* 4. *vbi agens de Cæsaraugustanis martyribus: sic ait de Vincentio & Valerijs.*

Inde, Vincenti, tua palma nata est.
Clerus hinc tantum peperit triumphum,
Hinc Sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

De ordine & tempore sacerdotum Cæsaraugustanæ ecclesiæ, extat epistola Antonij Augustini Archiepiscopi Tarraconeñ. viri doctissimi ad Hieronymum Blancam Aragonensium rerum accuratum scriptorem.

Notæ

Notæ in Concilium Cæsaraugustanum primum.

CÆsaraugustanum] *De Cæsaraugusta Tarraconensis prouinciæ vrbe nobilissima, lege Ptolemæum lib. 2. c. 6. Geograph. Melam. lib. 2. cap. 6 Plinium lib. 3. cap. 3. Strabon. lib. 3. & Antonini Itinerarium. De ea sic Prudentius, in Peri Steph.*

» *Tu decem sanctos reuehes & octo,*
» *Cæsaraugusta, studiosa Christi;*
» *Verticem flauis oleis reuincta,*
» *Pacis honore.*

» *Et infra, vocatur, Procerum creatrix purpureorum. Habitum fuit hoc concil. Era CCCC. XVIII. hoc est anno Domini 380. Rege Alarico.*

Fuit aliud Cæsaraugustanum concilium post hoc, in quo primò damnata est hæresis Priscilliani, cui etiam Aquitani Episcopi interfuerunt: in eo etiam Ithacius, & Idacius Episcopi, qui in hoc subscribunt, strenuè se gesserunt in extirpanda Priscilliani impietate. Seuerus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ.

Vt mulieres] *Intelliges hunc Canonem ex epistola Pauli. 1. ad Corint. c. 14. vbi ordinem docendi & legendi in ecclesia constituit.*
» *Excusi. CC. habent: Nec ad ipsas legentes alij studio vel docendi,*
» *vel discendi conueniant: quoniam & hoc Apostolus iubet. In Gothico est: Vel ad ipsas legentes aliæ; nimirum fœminæ. Verba autem Apo-*
» *stoli hæc sunt: Mulieres in ecclesijs taceant: non enim permittitur*
» *eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt,*
» *discere, domi viros suos interrogent. Et. 1. ad Timotheum. c. 2. Mu-*
» *lier in silentio discat, cum omni bona conscientia. Docere autem*
» *mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.*

In hæresi Priscilliani, vt Sulpitius est auctor, mulier Agape, mollis, & impudica, magistri nomen sibi vsurpauit, parteſq; illius erroris mirificè gessit: vnde fortè aliæ infectæ, simili docendi studio tenebantur: quem errorem Concilium extirpandum radicitus curauit.

Causa

C. 2. Causa temporis] *Gratianus de cons. d. 3. c. Ne quis. habet: Causa timoris; & eius glossator: Causa timoris, aliàs terroris. Quã lectionem retinuit Gregorianus codex: verùm non est lectio reijcienda omninò, Causa temporis; hoc est, quoniam dies Dominica est; in qua ieiunare sanctionibus ecclesiasticis prohibetur, vt constat ex Conc. Gangrensi. c. 18. & ex decretis Melchiadis Papæ, vt est in Pontificali Damasi. Apud Burch. lib. 19. imponitur pœnitentia ei, qui die Dominica ieiunet, propter abstinentiam, aut religionem.*

C. 8. Nisi quadraginta annorum] *Concil. Carthagin. 3. can. 4. Itẽ ,, placuit, vt ante. xxv. annos ætatis, nec Diaconi ordinẽtur, nec virgi ,, nes consecrentur. Et in. 4. cap. 11. de eorum ordinatione, & vestitu. ,, Et in decretis Zozimi Papæ, cap. 26. Virgines velari poßint ab ,, Episcopo infra annos. xxv. si neceßitas vrget: & quòd ei non obsit ,, concilium, quod est de isto annorum numero constitutum. Tridẽtino concilio ætas emittendi profeßionem est immutata, sess. 25.*

Ad annum vigesimum quintũ est monialium professio redacta.

INCIPIT CONCILium Toletanum primum.xix. Epiſcoporum.

TITVLI

I DE Presbyteris, & Diaconibus, ſi poſt ordinationem filios genuerint.

ij Vt [a] pœnitentes, ſi neceßitas cogat, [b] Lectores aut Oſtiarij fiant.

iij De his qui viduas acceperint, ne Diacones efficiantur.

iiij Vt Subdiaconus, ſi defuncta vxore aliam duxerit, Oſtiarius fiat.

v Vt cuiuslibet ordinis clericus, ſi ad eccleſiam nō venerit, deponatur.

vj Vt religioſa puella virorum familiaritatem [c] non habeat.

vij Vt clericus, cuius vxor peccauerit, prater necem, poteſtatem habeat diſtringendi eam, & cum ea cibum non ſumat.

viij De eo, qui poſt baptiſmum militauerit, vt ad [d] Diaconum non promoueatur.

ix Vt nulla profeſſa vel vidua, abſente ſacerdote, in domo ſua ſacerdotale officium, vel lucernale impleat.

x Vt nullus obligatum cuiquam, abſque conſenſu domini, vel patroni clericum faciat.

xj Vt ſi quis potentium quemlibet [e] ſpoliauerit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur.

xij Vt nullus clericus [f] de Epiſcopo ſuo recedat, & ad aliū ſe trāsferat.

xiij De his, qui "in" eccleſiam intrant, & non communicant, vt excommunicentur.

xiiij De eo, qui acceperit Euchariſtiam, & non [g] ſumpſerit, vt ſacrilegus repellatur.

xv De his, qui excōmunicātur à ſacerdotibus, vt nullus ad eos accedat.

xvj [h] Deuota ſi adulterauerit, decem annos pœniteat; ſi maritū duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit.

xvij De eo, qui vxorem habet, ſi concubinam habuerit, vt nō cōmunicet.

xviij [i] Si Sacerdotis vidua vel Leuita, maritum acceperit, in finem tantùm communionem accipiat.

xix Si Sacerdotis, vel Diaconi filia religioſa peccauerit, in fine tantùm [k] communionem accipiat.

xx Vt prater Epiſcopum, nullus chriſma conficiat.

xxj De regulis fidei catholica contra Priſcillianos.

[a] Pœnitens. Exc.
[b] Lector, aut Oſtiarius fiat. Exc. & C. A.
[c] In domo non hab. Exc.
[d] Diaconatum. Exc. Diaconium. C. A.
[e] Expoliauerit. C. A. & Exc.
[f] Ab Exc.
" Deeſt in Exc.
[g] Conſumpſerit. Exc.
[h] Vt deuota, ſi adultera fuerit. Exc.
[i] Si vidua Epiſcopi, Presbyteri vel Diaconi mari. acc. Reliqua deſunt in Excuſ.
[k] Communicet. Exc. & C. A.

Conſtitutio concilij Epiſcoporum Toleti habiti Arcadij, & Honorij temporibus. Era cccc. xxxviij. ſub die ſeptimo Idus Septembris, Stilicone Conſule.

In Decreto Iuonis part. 8.c.69. vbi citatur hoc ordine.

C.A.XXXV.

Eſt prouintiale. Exc.

COnuenientibus Epiſcopis in eccleſia, Toleto, id eſt, [a] Patruinus, Marcellus, Aphrodiſius, Licianus, Iucundus, Seuerus, Leonas, Hilarius, Olympius, Ortizius, Aſturius, Lampidius, Serenus, Florius, Leporius, Statius, Aurelianus, Lampadius, Exuperantius de Gallicia, ★Lucenſis conuentus, Municipij Celenis; ★omnes decem & nouẽ iſti ſunt, qui & alijs geſtis aduerſus Priſcilliani ſectatores, & hæreſim quam adſtruxerat, libellarem [b] direxere ſententiam. Conſidentibus presbyteris, adſtantibus Diaconibus, & cæteris, qui intererãt concilio, [c] congregatis,

[d] Patruinus Epiſcopus dixit: Quoniam ſinguli cœpimus in eccleſijs noſtris facere diuerſa, & inde tanta ſcandala ſunt, quæ vſque ad ſchiſma perueniunt, ſi placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus Epiſcopis, in ordinandis clericis, ſit ſequendum. Mihi autem placet conſtituta primitus concilij Nicæni perpetuò eſſe ſeruanda, nec ab iis eſſe recedendum. [e] Epiſcopi dixerunt: Hoc [f] omnibus placuit: ita vt ſi qui cognitis geſtis cõcilij Nicæni, aliud, quàm ſtatutum eſt, facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit, [g] tũc excommunicatus habeatur, niſi per conreptionem fratrum emendauerit errorem.

★ *Locus in prouintia Gallicia ex Ptolemæo, Plinio & alijs.*

★ *De Gallicia Lucenſis vrbis conuẽtu & municipij Celenis omnes decẽ, & nouem iſti ſunt. Exc. ad marginem.*

[a] Patronn, Marcello, Aliciano, Aphrodiſin, Iocundo, Olympio, Seuero, Aſterio, Hilario, Lampadio, Euſtochio, Exuperantio, Serenn, Floro, Leporio, Aureliano, Lãpadio, Leona, Gallia, Lucenum. Hic cõuentus municipijs Celenſis actus eſt. Iſti ſunt, &c. Exc.

[b] Dedere. Exc.

[c] Congregato. Exc.

[d] Patronus. Exc.

[e] Vniuerſi Epiſcopi. Exc.

[f] Nobis placet. Exc.

[g] Hic. Exc.

I. De Presbyteris, & Diaconibus, ſi poſt ordinationem filios genuerint.

In decretis Iuon. lib. 3.

Placuit, vt Diacones, ſi vel integri, vel caſti ſint, & continentis vitæ; etiamſi vxores habeant, in miniſterio conſtituantur: ita tamen, vt ſi qui etiam ante interdictum, quod [h] per Luſitanos Epiſcopos conſtitutum eſt, incõtinenter cum vxoribus "ſuis" vixerunt, Presbyterij honore non cumulentur. Si quis verò ex Presbyteris, ante interdictum filios ſuſceperit, [i] de Preſbyterio ad Epiſcopatum non [k] permittatur.

[h] Per priores ante nos Epiſcop. &c. Exc.

" Deeſt in Exc. & : Vixerint in ijſdem legitur.

[i] De Presbytero ad Epiſcopũ in M.ſſ.

[k] Admittatur. Exc.

Vt

II. Vt [a] pœnitentes, si necessitas cogat, [b] Lectores, aut Ostiarij fiant.

Item placuit, [c] vt de pœnitente non admittatur ad clerum; nisi tantùm si necessitas, aut vsus exegerit, [d] inter Ostiarios deputetur, vel inter Lectores: ita vt Euangelia, & Apostolum non [e] legat. Si qui autem antè ordinati sunt Diacones, inter Subdiacones habeantur: ita vt [f] manum non imponãt, [g] aut sacra non contingãt. [h] Pœnitente verò dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisq; peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub [i] cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario.

Distin. 40. Placuit, & in decret. Iuon. lib. 6. c. 138. et Burchard. lib. 2 cap. 37.

[a] Pœnitens. Exc.
[b] Lector, aut ostiarius fiat. Excus. & C.A.
[c] Vt pœnitentes nõ admittantur. Exc. & Grat.
[d] Et tunc inter ostiarios deputentur. Exc. Grat.
[e] Legant. Exc.
[f] Manus. Exc.
[g] Nec sac. contingãt. Exc.
[h] Eum verò pœnitẽtem dicimus, qui p. Exc. Grat.
[i] Concilio. Exc.

III. De his, qui viduas acceperint, [k] vt Diacones non efficiantur.

[k] Ne Diac. efficiantur. Exc.

Item constituit sancta synodus, vt Lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper Lector habeatur, aut fortè Subdiaconus.

IIII. Vt Subdiaconus, si defuncta vxore, aliam duxerit, Ostiarius fiat.

Subdiaconus autem, defuncta vxore, [l] si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter Ostiarios, vel inter Lectores: ita vt Euãgeliũ, & [m] Apostolum non legat; propterea, ne qui ecclesiæ seruierit, publicis officijs seruire videatur. Qui verò tertiam, quod nec dicẽdum, "aut audiendum" est, acceperit, abstentus biennio, posteà inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

[l] Si vxorem aliam. Exc.
[m] Epistolam. Exc.
"Desunt in Exc.

V. Vt cuiuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.

Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo ecclesia est, [n] aut castello, aut vico, aut villa, & ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non [o] accesserit, clericus non habeatur, [p] si castigatus per satisfactionem veniam ab Episcopo [q] noluerit promereri.

Burc. lib. 2. c. 152. Decret. Iuon. part. 6. cap. 243.

[n] Aut Castella, aut vici sunt, aut villę, si ad eccl. aut ad. Excus.
[o] Venerit. Exc.
[p] Si cast. non emendauerit. Bur. Iuo.
[q] Noluit. Exc.

VI. Vt religiosa puella virorum familiaritatem [a] non habeat.

Item neque puella Dei aut familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico," sibi" sanguinis alieni: aut conuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque; vbi honestè confessor quilibet, cum plurimorum [b] testimonio, conuiuio interesse poterit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas; nisi fortè consanguinea soror sit, vel vterina.

[a] In domo non. Exc.

" Deest in Exc.

[b] Test. testium con. Exc.

VII. Vt clericus, cuius vxor peccauerit, præter necem, potestatem habeat distringendi eam, & cum ea cibum non sumat.

33. q. 2. Placuit, vt si quorumcũque. Decr: Iuon. p. 8. c. 283.

Placuit, vt si [c] quorumcũque clericorum vxores peccauerint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi, ac ligandi in domo sua; ad ieiunia [d] salutaria non mortifera [e] cogentes: ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia fortè non habeant. Cum vxoribus autem ipsis, quæ peccauerint, nec [f] cibum sumant; nisi fortè ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.

[c] Quęcũque Iuo.

[d] Salutifera Iuo.

[e] Eas cog. Exc.

[f] Cibos. Exc.

VIII. De eo, qui post baptismum militauerit, vt ad [g] Diaconium non promoueatur.

Dist. 51. Si quis post baptism.

Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut [h] cingulum; etiamsi grauiora non admiserit, si ad clerum admissus fuit, Diaconij non accipiat dignitatem.

[g] Diaconatum. Exc.

[h] Cing. ad necandos fideles, etiãsi gratuia non. Excus. & Grat.

IX. Vt nulla professa vel vidua, absente sacerdote, in domo sua sacerdotale officium, vel lucernale impleat.

Nulla professa, vel vidua, absente Episcopo, vel Presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel seruo suo faciat: lucernarium verò, nisi in ecclesia non legatur; aut si [i] legitur in villa, præsente Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono, legatur.

[i] Legatur. Exc.

Vt

X. Vt nullus obligatum cuiquam, absq; consensu domini, vel patroni, clericum faciat.

Dist. 53. c. Si quis obligatus est. Et habetur inter canones à Martino Brachar. Episcopo collectos. c. 46.

Clericos,[a] si qui obligati sunt, vel[b] pro æquatione, vel[c] genere alicuius domus, non ordinandos; nisi probatæ vitæ fuerint, & [d] patronorum consensus accesserit.

a Si quidem obl. sint. Exc.
b Per æquationem. C. A.
c De genere. Exc.
d Patroni. Exc.

XI. Vt si quis potentium quemlibet expoliauerit, & admonente Episcopo, non reddiderit, excommunicetur.

24. q. 3. Si quis de potentibus.

Si quis de potẽtibus clericum, aut quemlibet[e] pauperiorem, aut religiosum expoliauerit;[f] & mandauerit ad ipsum Episcopus, vt eum audiat, & si contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ Episcopos, & quoscũq; adire potuerint; vt excommunicatus[g] habeatur, donec audiatur, vt reddat aliena.

e Pauperem Exc & Grat.
f Et mand. eum ad se venire Episcopus, vt audiatur, & si n. c. Exc. & Grat.
g Hab. ipse, donec obediat, & redd. Exc. & Grat.

XII. Vt nullus clericus[h] de Episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.

h Ab Exc.

Item, vt liberum[i] vlli clerico non sit, discedere[k] de Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare; nisi fortè ei, quẽ Episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum vel palàm, vel occultè,[l] qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam iam notati, fuerint inuenti, habeãt illorum, ad quos ire[m] voluerunt, etiam in[n] damnationem consortium.

i Nulli e. sit. Exc.
k Ab Exc.
l Cum eis qui. Exc.
m Voluerint. Exc.
n Damnatione. Exc.

XIII. De his, qui in ecclesiam intrant, & non communicant, vt excommunicentur.

De consec. d. 2. Hi qui intrant.

De his, qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur,[o] vt si non communicãt, ad pœnitentiam accedant; si communicant,[p] non super[q] abstineantur; si non fecerint, abstineantur.

o Quod. Exc. & Grat.
p Non semper. Exc.
q Abstineantur apud Grat. in vtroq; loco: quãquam priori loco abstineant magis probat glossa apud Gratianũ.

XIIII. De eo qui acceperit Euchariſtiam, & non ſumpſerit, vt ſacrilegus repellatur.

Si quis autem acceptam à ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur.

XV. De his, qui excommunicantur à ſacerdotibus, vt nullus ad eos accedat.

11. q. 3. Si quis laicus abſt. Adducitur ex concilio Tolet. canon 11. vocaturq; ibi concilium primum Toletanum. Decre Iuon. p. 13. c. 30.

Si quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum eius, clericorum vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut cõuiuari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius [a] ſint Epiſcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue [b] laico, ſiue clerico.

[a] Sunt. Exc.
[b] Laico quolibet Grat.

XVI. Deuota ſi [c] adulterauerit, decẽ annos pœniteat: ſi maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, niſi maritus diſceſſerit.

[c] Adultera fuerit. Exc.

27. q. 1. Deuotam peccantem. Et in cap. Martin. 31.

Deuotam peccantem non recipiendam [d] in eccleſiam, niſi peccare deſierit, & deſinens egerit [e] aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priùs autem quam in eccleſia [f] admittatur ad oratiõe, ad [g] nullum conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quod ſi admiſſa fuerit, etiam hæc, quæ eam [h] recepit, habeatur abſtenta. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritũ acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc viuente ipſo [i] viro caſtè viuere [k] cœperit, aut poſtquam ipſe diſceſſerit.

[d] In Eccleſia cenſemus. Grat.
[e] Veram, in Exc.
[f] Recipiatur. Grat.
[g] Nullius. Exc. Grat.
[h] Receperit. Exc.
[i] Marito. Exc.
[k] Cœpit. Exc.

XVII. De eo qui vxorem habet, ſi concubinam habuerit, [l] non communicetur.

[l] Vt non communicet. Exc.

Diſt. 34. c. Is qui non habet. Iuo. p. 8. c. 64. In notis decreti Gregoriani exponitur hoc decretũ, de iuſta concubina ex ſententia D. Auguſt. lib. de bono coniugali, quæ eſt vxor minus ſolemniter ducta.

Si quis habens vxorem [m] fidelem, [n] ſi concubinam habeat, nõ communicet. Cæterum [o] qui non habet vxorem, & pro vxore cõcubinam habet, à communione non repellatur; tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus; aliàs [u] verò [u] viuens abijciatur, donec deſinat, & per pœnitentiam reuertatur.

[m] Et Exc.
[n] Fidelis. Iuo. & Panormia.
[o] Is, qui.
[u] In Exc. deeſt.

Si ſa-

XVIII. Si ſacerdotis vidua, vel leuita, maritum acceperit, in fine tantùm communicet.

Si qua vidua Epiſcopi, ſiue Presbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat; nunquàm communicet; morienti tantùm ei ſacramentum ſubueniat.

XIX. Si Sacerdotis, vel Diaconi filia religioſa peccauerit, in fine tantùm communicet.

Epiſcopi, ſiue Presbyteri, ſiue Diaconi filia, ſi "Deo" deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit; ſi eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater verò cauſas in concilio ſe nouerit præſtaturum: mulier[a] verò non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto, egerit pœnitentiam. Si autem, viuente eo, ſeceſſerit, & pœnituerit,[b] vel petierit communionem, in vltimo vitæ deficiens, accipiat communionem.

"Deeſt in Exe.

[a] Autem. Exe.

[b] Nullo modo niſi vita deficiens ac. Exe. Aliás vel petierit com. in vltimo accipiat.

XX. Vt præter Epiſcopum nullus chriſma conficiat, "neque Diaconus chriſmare præſumat, ſed nec presbyter, niſi abſente Epiſcopo."

"Deſunt ab Exe.

Quamuis penè vbiq; cuſtodiatur, vt abſque Epiſcopo chriſma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis, vel prouintijs, Presbyteri dicuntur chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium, niſi Epiſcopũ chriſma facere, & per diœceſim deſtinare: ita vt de ſingulis eccleſijs ad Epiſcopum ante diem Paſchæ Diaconi deſtinẽtur, aut Subdiaconi;[c] vt confectum chriſma ab Epiſcopo deſtinatum ad diem Paſchæ[d] poſsit occurrere. Epiſcopo ſanè certum eſt omni tempore licere chriſma conficere: ſine conſcientia autem Epiſcopi,[e] nihil penitus faciendum. Statutum verò eſt, Diaconũ non chriſmare, ſed presbyterum, abſente Epiſcopo; præſente verò,[f] ſi ab ipſo fuerit præceptum. Huiuſmodi conſtitutionem meminerit ſemper Archidiaconus, vel præſentibus, vel abſentibus Epiſcopis ſuggerendam; vt eam Epiſcopi cuſtodiant, & Presbyteri non relinquant.

[c] Qui. Exe. Aliás vt confectum.

[d] Poſsint ad tẽpus deferre. Exe.

[e] Nihil p. Presbyteri agere præſumãt. St. Exe.

[f] Non niſi ab. Exe.

Item ſubſcriptiones.

1 [a] Patruinus Epiſcopus ſubſcripſi.
2 Aphrodiſius Epiſcopus ſubſcripſi.
3 Seuerus Epiſcopus ſubſcripſi.
4 Hilarius Epiſcopus ſubſcripſi.
5 [b] Ortizius Epiſcopus ſubſcripſi.
6 [c] Aſterius Epiſcopus ſubſcripſi.
7 Serenus Epiſcopus ſubſcripſi.
8 Leporius Epiſcopus ſubſcripſi.
9 Aurelianus Epiſcopus ſubſcripſi.
10 Lãpadius Epiſcopus ſubſcripſi.
11 Marcellus Epiſcopus ſubſcripſi.
12 [d] Licianus Epiſcopus ſubſcripſi.
13 Leonas Epiſcopus ſubſcripſi.
14 Olympius Epiſcopus ſubſcripſi.
15 Iocundus Epiſcopus ſubſcripſi.
16 Lampadius Epiſcopus ſubſcripſi.
17 Florus Epiſcopus ſubſcripſi.
18 [e] Statius Epiſcopus ſubſcripſi.
19 Exuperantius Epiſcopus ſubſcripſi.

[a] Patronus. Exc.
[b] Ortigius Exc.
[c] Supra; Aſturius.
[d] Alicianus Exc.
[e] Euſtochius. Exc.

De ſubſcriptionibus.

Patruinus] *Toletanus Antiſtes primo loco ſubſcribit.*
Marcellus] *Eſt Hiſpalenſis Epiſcopus, vt conſtat ex Catalogo in Cod. S. Michaëlis ſcripto.*

Explicit conſtitutio Toletani concilij.

[f] INcipit regula fidei catholicæ contra omnes hæreſes, & quàm maximè contra[g] Priſcillianos, quam Epiſcopi Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani, & Bætici fecerunt,[h] & cum præcepto Papæ vrbis Romæ Leonis, ad Balconium Epiſcopum Galliciæ tranſmiſerunt. Ipſi etiam & ſupra ſcripta viginti canonum capitula ſtatuerunt in concilio Toletano.

[f] Regulæ. f. Exc.
[g] Priſcillianiſtas quas. Exc.
[h] Ex. p. Papæ. L. & ad Balconiũ. Exc.

Balconius fuit Præſul Bracharenſis Eccleſiæ. Ex conc. 1. Brachar. in princ.

Cre-

De hac regula habes in primo Bracchar. concil. in princip.

CRedimus in vnum [a] Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, visibilium, & inuisibilium factorem; per quem [b] creata sunt omnia in cœlo & in terra: " hunc " vnum Deum, & hanc vnam esse diuinæ substantiæ Trinitatem: patrem autem non esse ipsum filium, sed habere filium, qui pater non sit: filium non esse patrem, sed filium Dei de patris esse natura: spiritum quoq; paraclêtum esse, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre filioq; procedens. Est ergo ingenitus pater, genitus filius, non genitus paraclêtus; sed à patre filioq; procedens. Pater est, cuius vox hæc est audita de cœlis: Hic est filius [c] meus in quo mihi " benè " complacui, ipsum audite. Filius est, qui ait: Ego à patre exiui, & à Deo veni in hunc mundum. Paraclêtus spiritus est, de quo filius ait: Nisi abiero ego ad patrem, paraclêtus non veniet " ad vos." Hanc Trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, virtute, & potestate, & maiestate indiuisibilem, indifferentem; præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius, quæ Deus esse credatur. Hunc [d] igitur filium Dei, Deum natum à patre ante omne omninò principium, sanctificasse vterum Mariæ virginis, atque ex ea verum hominem, sine virili generatum semine suscepisse; duabus duntaxat naturis (id est) deitatis, & carnis in vnam conuenientibus omninò personam (id est) dominũ nostrum Iesum Christum: nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum, atque verum: hunc & esurîsse, & sitîsse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse; postremò à Iudæis crucifixum, & sepultum [e] tertia die resurrexisse; conuersatum postmodùm cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die, ad cœlum ascendisse: Hunc filium hominis etiam Dei filium " dici;" filium autem Dei dominum filium hominis appellamus. Resurrectionem verò futurã humanæ credimus carnis, animam autem hominis non [f] diuinam esse substantiam aut deiparem, sed creaturam dicimus [g] diuina voluntate creatam.

Matth. 3. D. Marc. 1. B. Luc. 3. D. Ioann. 16. f. Ioan. 16. B.

a Verum D. Exc. b Omnia facta sunt. Exc. " Deest in Exc. c Meus dilectus. Exc. " Deest in C. A. " Desunt in Exc. d Ergo. Exc. e Etiam. Exc. " Deest in Exc. & legitur: Et filiũ Dei, & hominis filium app. f Diuinæ esse substantiæ, aut Dei patris. Exc. g Dei. Exc.

I Si quis autem dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotenti mundum hunc factum non fuisse, atque eius omnia instrumenta, anathema sit.

ij Si quis dixerit, atque crediderit, Deum patrem eundem esse filium, [h] atque paraclêtum, anathema sit.

Si quis

iij Si quis dixerit, vel crediderit, " Dei " filium eundem esse patrem, vel paraclêtum, anathema sit.

iiij Si quis dixerit, vel crediderit, paraclêtum, vel patrem esse, vel filium, anathema sit.

v Si quis dixerit, vel crediderit, carnem tantùm sine anima à filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

vj Si quis dixerit, vel crediderit, Christum innascibilem esse, anathema sit.

vij Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Christi [a] conuertibilem esse, vel pasibilem, anathema sit.

viij Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum euangeliorum; anathema sit.

ix Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mũdum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram, anathema sit. *Gen. 1. A.*

x Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

xj Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit.

xij Si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter quas Ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

xiij Si quis dixerit, vel crediderit, deitatis, & carnis vnam esse in Christo naturam, anathema sit.

xiiij Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid, quod se extra diuinam Trinitatem posit extendere, anathema sit.

xv Si quis Astrologiæ, vel Mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

xvj Si quis dixerit, vel crediderit, coniugia hominum, quæ secundùm legem diuinam [b] licita habentur, execrabilia esse, anathema sit.

xvij Si quis dixerit, vel crediderit, carnes auium, [c] vel pecorum, quæ ad escam datæ sunt, non tantùm pro castigatione [d] corporis abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

xviij Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, aut aliud in [e] salutari baptismo, contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

[a] Deest in Exc.
[a] Nascibilẽ esse, anathema sit. Si quis dixerit, &c. Exc.
[b] Licet habere. Ex.
[c] Seu. Exc.
[d] Hominum. Aliâs corporum.
[e] Salubri. Exc.

Incipiunt

Incipiunt exemplaria professionum in concilio Toletano, contra sectam Priscilliani.

ERA CCCC.XXXVIII.

POst habitum iam cōcilium Kal. Septembribus, tertio Nonas Septembris, post diuersas cognitiones tunc habitas, sub die octauo Iduum Septembrium excerptæ sunt de plenarijs gestis professiones domini Symphosij, & domini Dictinij sanctæ memoriæ Episcoporum, & domini sanctæ memoriæ Comasij, tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in concilio Toletano, de damnatione Priscilliani, vel sectæ eius, in hunc modum. Post aliquanta, & inter aliquanta eodem tempore acta, Dictinius Episcopus dixit: Audite me, optimi Sacerdotes, corrigite omnia: quia vobis correctio data est. Scriptum est enim: Vobis datæ sunt claues regni cœlorum. Sed peto à vobis, vt claues nobis regni, non portæ aperiantur inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono. Hoc enim in me reprehendo, quòd dixerim vnam Dei & hominis esse naturā. Item dixit: Ego non solùm correctionem vestram rogo, sed & omnem præsumptionem meam de scriptis meis arguo, atque condemno. Item dixit: Sic sensi, testis est Deus. Si erraui, corrigite. Item dixit: Et paulò ante dixi, & nunc iterùm repeto: In priori comprehensione mea, & in principijs conuersionis meæ, quæcunque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei omnia anathematizo. Item dixit: Omnia quæ inueniuntur contra fidem, cum ipso auctore condemno. Symphosius Episcopus dixit: Iuxta id quod paulò antè lectum est in membrana nescio qua, in qua dicebatur filius innascibilis, hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut filium innascibilem, cum ipso auctore damno, qui scripsit. Item dixit: Ego sectā, quę recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Ego sectam malam, quę recitata est, damno, cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam; ipsis verbis condemno. Et cùm accepisset chartulam, de scripto recitauit: Omnes libros hæreticos, & maximè Priscilliani doctrinam, iuxta quod hodie lectum est, vbi innascibilē filium scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno.

Matt. 16. c.

damno. Comaſius presbyter dixit: Nemo dubitet,me cum domino meo Epiſcopo ſentire,& omnia damnare,quæ damnauit, & nihil eius præferre ſapientiæ, niſi ſolum Deum. Atque ideò nolo me dubitetis aliud eſſe facturum, aliterve ſenſurum, quàm quod profeſſus eſt: ac proinde quomodo dixit Epiſcopus meus,quem ſequor;quicquid ille damnauit, & ego damno.

ERA, qua ſupra, ſub diem tertium Iduum Septēbrium, profeſsiones ſanctæ memoriæ Epiſcoporum domini Symphoſij,& domini Dictinij,& ſanctæ memoriæ Comaſij tunc presbyteri. Comaſius Presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere,quod ſemel dixiſſem,vt gaudeam. Sequor auctoritatem Epiſcopi mei Symphoſij; ſequor ſapientiam ſenis. Sentio quod dixi; ſi iubetis ex chartula relegam. Omnes id ſequantur, qui voluerint veſtro hærere conſortio. Et Comaſius Presbyter ex chartula legit:Cum catholicam & Nicænam fidē ſequamur omnes,& ſcriptura recitata ſit, quam Donatus Presbyter, vt legitur, ingeſsit, vbi Priſcillianus innaſcibilem eſſe filium dixit, conſtat hoc contra Nicænam fidem eſſe dictum: atque ideò Priſcillianum huius dicti auctorem,cum ipſius dicti peruerſitate, & quos malè condidit libros,cum ipſo auctore condemno. Symphoſius Epiſcopus dixit: Si quos malè condidit libros, cum ipſo auctore condemno. Dictinius Epiſcopus dixit: Sequor ſententiam domini mei & patris mei, & genitoris & doctoris mei,Symphoſij:Quæcumq; loquutus eſt,loquor. Nam ſcriptum legimus: Si quis vobis aliter euangelizauerit, præterquàm quod euangelizatum eſt vobis,anathema ſit:& idcircò omnia,quæ Priſcillianus, aut malè docuit, aut malè ſcripſit, cum ipſo auctore condemno.

1.Tim.6.A

Exemplar diffinitiuæ ſententiæ tranſlatæ de geſtis.

DIe qua ſupra,Epiſcopi dixerunt: Legatur ſcriptura ſententiæ.Et legit:Etſi diu deliberātibus verum, poſt Cæſarauguſtanum concilium,in quo ſententia in certos quoſq; dicta fuerat, ſola tamen vna die, præſente Symphoſio, qui poſtmodùm declinando ſententiam, præſens audire contempſerat, arduum nobis eſſet audire iam dictos, literis tamen

Cæſarauguſtanū concilium,de quo Seuerus Sulpic.lib.2. ſac. hiſt.

men

men sanctæ memoriæ Ambrosij, quas post illud concilium ad nos miserat; vt si condemnassent, quæ perperam egerant, & implessent conditiones, quas præscriptas literæ continebant, reuerterentur ad pacem (adde quæ sanctæ memoriæ Syricius Papa suasisset) magnam nos constat præstitisse patientiam: & si priùs indictum in Toletana vrbe concilium declinarant, ad quod illos euocaueramus, & audissemus, cur non implessent conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsente, & audiente posuissent, patuit respondisse Symphosium, se à recitatione eorum, quæ dicebant martyres, recessisse, ác de hinc deceptum tentumque, per plurimos secus aliqua gessisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut nouis scientijs, quas Priscillianus composuerat inuolutum: Dictinium epistolis aliquantis penè lapsum, quas omnes sua professione condemnans, correctionem petens, veniam postularet. Quem constat, vt Symphosius fecit, quæcumq; contra fidem catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse. Cæterùm extortum sibi de multitudine plebis probaret Symphosium, vt ordinaret Dictinium Episcopum, quem sanctus Ambrosius decreuisset, bonæ pacis locum tenere Presbyterij, non accipere honoris augmentum. Confitentur etiam illud quod alios per diuersas ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes; habentes hanc fiduciam, quòd cum illis propemodùm totius Galliciæ sentiret plebium multitudo. Ex quibus ordinatus est Paternus Bracharensis ecclesiæ Episcopus. In hanc vocem confessionis primus erupit, & sectam Priscilliani se scisse, sed factum Episcopum liberatum se ab ea, lectione librorum sancti Ambrosij esse, iuraret.

D. Ambrosius.

Paternus, Bracharensis.

Item Isonius nuper baptizatum se à Symphosio, & Episcopum factum, hoc se tenere, quod in præsenti concilio Symphosius professus est, respondit.

Isonius, Episcopus.

Vegetinus verò olim, ante Cæsaraugustanum concilium Episcopus factus, similiter libros Priscilliani, cum auctore damnauerat; vt de cæteris acta testantur. De quibus qui consuluntur Episcopi, iudicabunt.

Vegetinus.

Herenas clericos suos sequi maluerat; qui sponte, nec interrogati, Priscillianum catholicum, sanctumque martyrem clamassent, atque ipse vsque ad finem, catholicum hunc esse

Herenas.

dixiſſet, perſecutionē ab Epiſcopis paſſum. Quo dicto omnes ſanctos, iam plurimos quieſcentes, aliquos in hac luce durantes, ſuo iudicio deduxerit in reatū. Hunc cū his omnibus, tam ſuis Clericis, quàm diuerſis Epiſcopis, hoc eſt, Donato, Acurio, Emilio, qui ab eorū profeſsione recedentes, maluiſſent ſequi conſortium perditorum, decernimus ab ſacerdotio ſubmouendum, quem conſtaret etiam de reliquis verbis ſuis conuictum per tres Epiſcopos, multos quoque Preſbyteros, ſiue Diaconos, cum periurio eſſe mentitum. Vegetinum autem, in quem nulla ſpecialiter dicta fuerat ante ſententia, data profeſsione, quam ſynodus accepit, ſtatuimus communioni noſtræ eſſe reddendum. Paternum, licet pro catholica fidei veritate, & publicatæ hæreſis errore, libenter amplexi, eccleſiam, in qua Epiſcopus fuerat conſtitutus, tenere permiſimus; recepturi etiam in noſtram communionem cum ſedes Apoſtolica reſcripſerit. Reliqui, qui ex prouintia Gallœcia ad concilium conuenerant, & in Symphoſij ſemper communione durauerant, accepta forma à concilio miſſa, ſi ſubſcripſerint, etiam ipſi in cœleſtis pacis contemplatione conſiſtant; expectantes pari exemplo, quid Papa, qui nunc eſt, quid ſanctus Simplicianus Mediolanenſis Epiſcopus, reliquique Eccleſiarum reſcribant ſacerdotes. Si autem ſubſcriptionem formæ, quam miſimus, non dederint, Eccleſias quas detinent, non retineant; neque his communicent qui reuerſi de ſynodo, datis profeſsionibus ad ſuas Eccleſias reuerterunt. Sanè Vegetinum ſolùm cum Paterno communicare decreuimus. Symphoſius autem ſenex religioſus, qui quod egerit ſupra ſcribimus, in Eccleſia ſua conſiſtat, circumſpectior circa eos, quos ei reddemus, futurus, inde expectabit communionem, vnde priùs ſpem futuræ pacis acceperat. Quod obſeruandum etiam Dictinio, & Anterio eſſe decreuimus. Conſtituimus autem, priuſquam illis per Papam, vel per ſanctum Simplicianum communio redditur, non Epiſcopos, non Presbyteros, non Diaconos ab illis ordinandos; vt ſciamus ſi vel nunc ſciant, ſub conditione remiſsi, tandem Synodicæ ſententiæ præſtare reuerentiam. Meminerint autem fratres & Coëpiſcopi noſtri enixè excubandum, ne quis communione depulſus, collectiones faciat per mulierum domos, & apocrypha, quæ damnata

damnata sunt, legant; ne communicantes his, pari societate teneantur. Quoniam quicumq; has susceperint, certum est, eos etiam grauiori sententia retinendos esse. Fratri autem nostro Ortygio Ecclesias, de quibus pulsus fuerat, pronunciauimus esse reddendas.

Ortygius.

AD PLENIOREM HVIVS concilij intelligentiam, apponam epistolam Innocentij primi, quam huic concilio missam existimo; nam tempora concilij & Pontificis conueniunt, neque in ullo codice M.S. inuenies concilium aliud circa hæc tempora coactum.

Epistola Innocẽtij primi, ad Synodum in ciuitate Toletana constitutam.

INNOCENTIVS vniuersis Episcopis in Toletana Synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in Domino salutem. Sæpe me, & nimiùm cum teneret cura solicitum, super dissensionis schismate Ecclesiarum, quod malum per Hispanias latiùs indiès separationis gradu incedere, fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis vitio, Hispanienses Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundùm maiorum traditionem statuendum; nisi perpenderemus, ne perturbationes quàm plurimas ecclesijs moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea, quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potiùs dimittamus iudicio.

2 Distinct. 51. aliquantos ex.

Quantos enim ex eis, qui post acceptam baptismi gratiam, in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi per-

tinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse comperimus; è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur? quantos ex militia, qui cum Potestatibus obedierunt, seuera necessariò præcepta sunt executi? quantos ex Curialibus, qui dum parent Potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt? quantos, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi Sacerdotij peruenisse; quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse? Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus prouintijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcircò remittenda potiùs hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi, saltem nunc, finis necessarius imponatur; eo videlicet constituto, vt quicumq; tales ordinati fuerint, cum ordinationibus suis deponantur.

3 Post hæc, si quis aduersus formas canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentauerit, vnà cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et quamuis dilectioni vestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundùm quas ordines esse faciendos per sententiam decernitis, tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inserendam putaui; vt secundùm eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus; ne cui interpretandi aliter, liberum arbitrium relinquatur. Ac primùm quæ sunt prohibita, digerantur.

4 Ne quispiam, qui post baptismum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptam Dei gratiam administrauerint, neq; de Curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de Curialibus est cauendum, ne ijdem, qui ex Curialibus fuerint, aliquando à suis Curijs, quod frequenter videmus accidere, poscantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

Nicænæ synodi, cap. 11. vel. 12. in epist. Innocētij ad Victricium Rothomegensem. c. 11.

Quales

5 Quales verò eligendi sunt in ordine clericorum, euidens forma declarat, id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & Lectorum officio sociati; vel, si maiores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipauerint. Et si vxores habuerint, quærendum, si vxorem virginem habuerint: quia scriptum est in veteri testamento: Vxorem virginē accipiat sacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei semel nubant. Neque qui duas vxores habuerit: quia Paulus Apostolus ait: Vnius vxoris virum.

Supra in decret. Siricij ad Himerium Tarraconensem, cap. 9.
Leuit. 21. C.
1. Tim. 3. A. Tit. 1. B.

6 Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione parui erroris opponunt & asserunt, quòd ante baptismum omnia dimittuntur; non intelligentes huiusmodi, quòd sola in baptismo peccata dimittuntur, non vxorum numerus aboletur. Nam si à Deo, vt scriptum est, præparatur viro vxor, &: Quod Deus iunxit, homo non separet; & ipsi auctores generis humani in origine à Deo benedicuntur, quomodo inter peccata, ista creduntur posse dimitti? Quòd si secundùm illos qui ita credunt, verum est, ergo omnis iustitia, quæ à catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum aufertur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, vnius vxoris virum, siue ante baptisma esse nominatum, siue post baptismum. Si enim vxor ante baptismum accepta, non ducitur in numerum, nec filij ex eadem suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod quàm absurdum sit atque alienum, prudentia vestra meliùs æstimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit; ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem, & regulas euertisse iudicentur: sed ea tenenda sunt, quæ diuinarum scripturarum series cōtinet, & à sacerdotibus vtili ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres charissimi.

Sup. in epist. Innoc. ad Rufum, & Eusebium, &c. cap. 2.
Prou. 19. B.
Matth. 19. A.
Marc. 10. A.

CONCILIVM FRAGMENTA SVB TITVLO CONCILIORVM Toletanorum, vel corruptè, vel falsò citata; cum in his concilijs non inueniantur.

EX CONCILIO QVARTO Tolet. Cap. 8.

27.q.1. De viduis. Burc.lib. 8. c.48. Ino. p. 7.c.66.

DE viduis & puellis, quæ habitum religionis in domibus proprijs, tam à parentibus, quàm per se mutauerunt, si posteà, contra instituta patrum, vel præcepta canonum coniugia crediderint copulanda, tamdiu vtræq; habeantur à cõmunione suspensæ, quousque quod illicitè perpetrauerunt, emendent: quod si emendare neglexerint, à communione & omnium Christianorum conuiuio perpetuò sint sequestratæ.

EX CONCILIO TOLETANO.

10. quæst. 1. Relata. Burch. l. 1. c. 229. Ino. p. 5. c. 341. In lib. M.S. priuilegiorũ eccles. Toletana citatur hoc cap. tãquam, quarti concilij Toletani: Verũ Burch. & Ino. citant ex concilio Triburiensi, tempore Arnulphi Regis.

[a] Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, quòd sint quidam Episcopi, nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parœcias circumire; qui tamen exigunt, vt mansiones, quibus in profectione vti debuerant, [b] aliquo pretio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia negligentiæ, & auaritiæ, sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat illud cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

[a] Aliàs delata.

[b] Aliàs alio.

EX CONCILIO TOLETANO.

12. q. 2. Sancimus. In collectione Canonum incerti auctoris, quæ est in bibliotheca Vaticana, attribuitur Syluestro P.

Sancimus omnibus Episcopis curam laicorum instare; vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant. Et insuper [c] informamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor diuidant partes; ita vt prima pars secundùm [d] Apostolorum præcepta, titulorum, necnõ cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur; secunda clericis; tertia cunctis pauperibus; quarta verò aduenis.

[c] Aliàs cõfirmamus.

[d] Aliàs Apostolicorum.

EX

EX CONCILIO TOLETANO.

16.q.1.Plures baptism. Burch. li.3. c.22. Ivo.p.3. cap.27. qui illud ex concil. Aquisgranens. citat.

Plures baptiſmales eccleſiæ in vna terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantùm cum capellis ſuis. Et ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes vtrarumq; decernant: et ſi non conuenerint, lis Dei iudicio decernatur.

EX CONCILIO [a] TOLETANO.

[a] Aliàs Moguntino.

16.q.7. Congregatio Burch. lib.8.c.86. Ivo.p.7.c.104.

Congregatio debet ſibi eligere Abbatem, poſt Abbatis ſui mortem, vel eo viuente, ſi ipſe deceſſerit, vel peccauerit. Epiſcopus enim non debet Abbatem violenter retinere in loco ſuo. Ipſe autem non poteſt aliquem ordinare de ſuis propinquis, vel amicis, ſine voluntate fratrum.

EX CONCILIO [b] TOLETANO.

27.q.2. Statutum. Burch. lib.9.c.36. Ivo.p.8.c.175.

[b] Fortè Trosleianos ex concilio Rhemenſi Trosleiano. Vide Decret. Gratiani correctum.

Statutum eſt à ſacro conuentu, vt ſi quis ſponſam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe coniugij maneat. Et ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alij non negetur. Quòd ſi poſt hæc coniungere ſe præſumpſerint, vterque vſq; ad ſatisfactionem anathematizetur.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decretal. lib.1.c.1. Bernardus Præpoſitus, Papienſis in collectione Decretal. lib.1.tit.15.c.3.

Officium verò Archidiaconi eſt, Euangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de Diaconis præcipere. Et quando Epiſcopus Miſſam canit, ad iuſsionem illius induant ſe Leuitæ veſtimentis ſacris, qualiter cum Pontifice ad Miſſam procedant. Omnem querimoniam, ſeu cauſam, vel iuſtitiam Preſbyterorum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorum ipſe debet deliberare, ordinare, & facere. Ideò verò ſtrenuus, prouidus, cautus, vicem ſui Epiſcopi agens, Epiſcopij totius curam habeat, & omne Eccleſiaſticum officium prouidẽdo, lectiones, aut Reſpõſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare: [c] in tantum, vt nullus Euangelium, aut Epiſtolam, Reſponſoria, vel quamlibet in Eccleſia lectionem legat, vel cantet, [d] donec auſcultetur ab ipſo. Acolythos quoq; ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quiſue minorum in Eccleſia aliqua officia agere debeat.

[c] Aliàs & interim.

[d] In Bernar. Præpoſ. Papienſ. legitur: Donec anteipſum legat, vel cantet, & auſcultetur.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decreta lib. 1. tit. 24. c. 1. Bernard. Præpositus, Papiens. lib. 1. tit. 10. c. 1. Burchar. lib. 3. c. 50. Ivo. p. 6. c. 10.

Vt Archipresbyter sciat se subesse Archidiacono,[a] & eius præceptis sicut sui Episcopi obedire, & quòd specialiter pertinet ad eius ministerium, super omnes presbyteros in ordine Presbyterali positos curam agere animarum, & assiduè in Ecclesia stare. [b]Et in Episcopi sui absentia, ad vicem eius, Missarum solennia celebret, & Collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.

[a] Bernard. Præpos. Pap. & eius præcept. omnibus vel præceptionibus, sicut Episcopi sui obedire debet.

[b] Bernard. Præpos. Pap. & quãdo Episcopi sui absentia esse contigerit.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decreta. lib. 1. tit. 26. c. 1. Ivo p. 6. c. 10. Bernard. Præp. Pap. lib. 1. tit. 18. cap. vnico.

Vt sciat se Sacrista subiectum Archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimẽtorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, nec non quæ ad luminaria pertinent, siue in cera, siue in oleo.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decreta. lib. 1. tit. 27. c. 1. Bernard. Præp. Pap. lib. 1. titu. 19. c. 2.

Custos solicitus esse debet de omni ornamento Ecclesiæ, & luminarijs, siue incenso; nec non & panem, & vinum omni tempore præparatum ad Missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum, ex consensu Archidiaconi sonare; vt oblationes omnes, seu eleemosynas, seu decimas (cum eiusdem tamen consensu, absente Episcopo) inter fratres diuidat. In his tribus Ecclesiæ columnis (vt sanxit sancta Synodus) consistere debet alma mater Ecclesia; vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint; vt nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur. Hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos, simul iuncti, vno animo prouidè peragant & perfectè, & non sit inuidia, neq; zelus inter illos.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 1. cap 23. Ivo. Decret. p. 6. c. 38.

De rebus verò illorum, vel peculiari, qui à dominis proprijs libertate donantur, vt ad gradus Ecclesiasticos promoueri debeant, statutum est, vt in potestate dominorum consistat, quidquid ante libertatem habuerunt; vtrùm illis concedere, an sibi retinere voluerint.

Ex

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 2. c. 17. Ivo. p. 6. c. 118.

Debent autem ſupraſcriptæ ingenuitatis chartæ, non ſolùm nomen illius, qui has fieri rogat, ſed etiam nomina ſacerdotum & nobilium laicorum, qui ibi fuerint, in ordine digeſta, cum ſignis propria manu impreſsis continere. Nam ſine horum aſtipulatione, pagina auctoritate teſtium nudata, pro nihilo deputatur. Oportet etiam vt locum, diem, annum, & Principem, & indictiones in fine, vel in margine annotatas habeat; in hunc modum: Actum in illa ciuitate, in domo ſancti Petri, Calẽdis illis, anno Dominicæ incarnationis illo, regnante illo Rege, & præſidente in cathedra ſupradictæ ciuitatis Epiſcopo illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas: Quæcunq; leges ſine die & Conſule fuerint prolatæ, non valeant.

EX EODEM CONCILIO.

Burch. lib. 2. cap. 18. Ivo. p. 6. c. 129. Bern. Trapo. Pap. lib. 1. tit. 10 cap. 2.

Inſtruendi ſunt præterea laici, vt ſciant, quod nullatenus alio loco manumittere proprios poſſunt ſeruos, quos Dominicis caſtris aggregari decreuerunt, niſi in ſacroſancta Eccleſia, ordine ſupra notato. Quomodo enim clerici extra eccleſiam libertatem conſequi poſſunt, qui à lege mundana extranei ſunt? Et quibus interdicitur, ne ad ſeculare iudicium procedant, quomodo ſeculari iudicio à iugo ſeruitutis abſoluuntur? Sed fortaſſe dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, niſi ante ſuſceptum clericatus officium, ingenuitatis dignitate potiatur. Reuera verum dicit: & ideò quod infirmari vel vituperari poteſt, præcaueri debet.

EX EODEM.

Burch. lib. 2. c. 19. Ivo. p. 6. c. 130.

Non ſolùm autem, qui ad clericatus ordinem promouendi ſunt, in eccleſia manumittendi ſunt, verùm etiam hi, quos quiſque pro remedio animæ ſuæ emancipari vult: quia ſic ſcriptum quippè eſt in pacto Francorum.

EX EODEM CONCILIO.

Charta ingenuitatis.

Burch. lib. 2. c. 30. Ivo. p. 6. c. 131.

Qui debitum ſibi, nexum, atq; competens relaxat ſeruitium, præmium in futuro apud Dominum ſibi prouenire non dubitet.

bitet. Quapropter ego in Dei nomine ill. pro remedio animæ meæ, vel æterna retributione, in Ecclesia sancti Petri, vel illius Sancti, sub præsentia Episcopi, vel sacerdotum ibi consistentium, ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesiæ, absoluo seruum meum. Ill. per hanc chartam absolutionis, & ingenuitatis, ab omni vinculo seruitutis; ita vt ab hac die, & deinceps ingenuus sit, & ingenuus permaneat; tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus, vel procreatus. Eam pergat partem, quam maluerit, vel quam ei auctoritas Canonica permittit, & sicut alij ingenui, vitam ducat ingenuam. Nulli autem hæredum meorum, ac prohæredum, nec cuicumq; personæ alij quidquam debeat seruitutis, vel libertatis obsequium, nisi soli Deo, cui omnia, subiecta sunt, vel pro cuius amore ipsum deuotus ad eius seruitium obtuli. Peculiare verò suum, quod ei Dominus dederit, vel deinceps, Deo auxiliante, laborare potuerit, concessum in perpetuum habeat; vt inde faciat, quidquid illi placuerit, secũdùm Ecclesiasticas sanctiones. Si quis verò, quod futurum esse non credo, siue ego ipse, aut aliquis de hæredibus meis, vel quælibet opposita persona contra hanc ingenuitatis chartam venire tentauerit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ extraneus efficiatur, & insuper cui litem intulit, sexaginta solidos persoluat, & quod repetit euindicare non valeat; sed præsens ingenuitas, mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata, aut adstipulatione subnixa, omni tempore maneat inconuulsa.

EX EODEM CAP. 82.

Burch. lib. 2. c. 31. Iuo. p. 6. c. 132. Bernar. Prapo. Pap. lib. 1. tit. 10. c. 2.

De séruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscretè promouentur, placuit omnibus, cum sacris Canonibus concordare debere; & statutum est, vt nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat; nisi prius à dominis proprijs libertatem consequuti fuerint. Et si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, vt deponatur, & dominus eius eũ recipiat. Si verò auus, aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem

eadem prouintia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus Ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrùm seruus sit, ignotum sit, & posteà veniens dominus illius, legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat: si verò eum catena seruitutis à castris Dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta sacros Canones, vilis persona manens, Sacerdotij dignitate fungi non potest.

EX EODEM CONCILIO. C. 33.

[illegible] 2. c. 32. Iuo. p. 6. c. 133.

De Ecclesiarum verò seruis, communi sententia est decretum, vt Archiepiscopi per singulas prouintias constituti, nostram auctoritatem sequantur; suffraganei autem illorum exemplar illius penès se habeant: & quandocunq; de familia Ecclesiæ vtilis inuentus, aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coràm populo legatur, & coràm Sacerdotibus, & omni Clero, ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur; & tunc demùm ad gradus Ecclesiasticos promoueatur.

EX CONCILIO TOLETANO. C. 6.

Burch. lib. 2. c. 179. In Canonibus Apostolorũ. Can. 29.

Si quis Presbyter ab Episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspēsus, & ipse per contemptũ, & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto, agere præsumpserit, & posteà ab Episcopo suo correptus, in certa pręsumptione perdurauerit, hic omnimodis excommunicetur, & ab Ecclesia expellatur, & quicunque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de Clericis, laicis, vel fœminis excommunicatis obseruandũ est. Quòd si aliquis ista omnia contēpserit, & Episcopus emendare potuerit minimè, Regis iudicio exilio damnetur.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 3. c. 122. Iuo. p. 3. c. 97.

Cæterùm Presbyter, si post ordinationem aliquid acquisierit, illud obseruandum est, quod in Canonibus de Consecratis nihil habentibus, constitutum est.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 3. c. 136. De his, quæ ad parochitanas Ecclesias offeruntur, in terris, vineis, mancipijs, peculijs, antiquorum canonum instituta seruentur; vt omnia in Episcopi potestate consistant. De his autem, quæ altaribus offeruntur, tertia pars fideliter Episcopis deferatur, duæ clericis, decimæ autem secundùm quosdam, singulis annis, tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartã partem, aut in quarto totam Episcopi recipiant.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 3. cap. 188. Ivo. p. 3. cap. 248. Fugitiuos etiam seruos Ecclesiasticos, domos suas, aut familias deferentes, qui etiam si reuocati fuerint, teneri non possunt, simili ratione ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur,

EX CONCILIO TOLETANO. C. 5.

Burch. lib. 8. c. 7. Ivo. p. 7. c. 31. Vt Clerici qui se fingunt habitu, & nomine Monachos esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atq; emendentur; vt vel veri Monachi sint, vel veri Canonici.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 8. c. 10. Ivo. p. 7. c. 41. Si aliquis incognitus Monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut seruus, aut libertus, vel colonus quæratur à domino suo, reddatur ei, cum omnibus quæ attulit; fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium requisitus non fuerit, posteà quæri non potest; nisi sit tam longè, quòd inueniri non possit: sed tantùm ea, quæ in Monasterium adduxit, dominus serui recipiat.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 19. c. 76. Quicunque in Quadragesimæ diebus esum carnium præsumpserit attẽtare, non solùm reus erit resurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiusdem diei sancta Communione:

munione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt in ipsius anni curriculo, ab omni esu carnium abstineat: quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 19. c. 151. Iuo. part. 15 cap. 160.

De viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt, nec manifestè ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti, pro peccatis suis confessionem Episcopo, siue Presbytero occultè faciunt, bonum mihi videtur, vt secundùm id, quod sibi decretum fuerit ab Episcopo, siue Presbytero, pœnitentiam agant; non trepidè nec tardè, sed feruenter & solicitè; ac sic se veniam peccatorum à Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

EX EODEM CAP. XVII.

Burch. lib. 19. c. 151. Iuo. part. 15 c. 163.

De his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa fœmina, quæ menstruum suum sanguinem immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo, vt comederet, & de illa, quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea, quæ testam hominis combussit igni & viro suo dedit, pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ: vt nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli: quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his, qui magicam artem exercuisse noscuntur, & qui auguria attendunt, & diuinationes obseruant, Theodori Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmonijs in minimis, vno anno pœniteat; qui verò in magnis, decem annis pœniteat.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burch. lib. 19. c. 158. Iuo part. 15. cap. 66.

Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequẽti & sententia condemnantur.

EX CONCILIO TOLETANO.

Bernard. Prap. Pap. lib. 1. tit. 19. c. 1.

Custos Ecclesiæ, cui ea quæ Ecclesiæ competunt, custodien-

da committuntur, oportet vt ſui Archidiaconi iuſsioni in cunctis obediat. In canonibus horis ſigna tintinnabulorum pulſanda ipſo Archidiacono iubente, ab eo pulſentur: pallia verò, vel linteamina, altaria, ſeu cuncta vtenſilia eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat: lampades, & laternas in accēdendo, ſeu in extinguendo peruigil exiſtat; vt ne ſupra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit eccleſia; ſed omnia cū diſcretione agantur; quæ noſcitur mater omnium virtutum. Si verò is, cui eccleſia cuſtodienda traditur, minùs idoneus ad hoc peragendū extiterit, ab Archidiacono coërceatur, vt ſe emendet. Si autem indomitus permanſerit, Archidiaconus Epiſcopo nunciando prouideat, vt indecente eiecto, aptus domui Dei conſtituatur miniſter; vt omnia in laudem & nomen Domini fiant: qualiter poſsit Deus in Eccleſia placari ab obſeruientibus ſibi.

Notæ in concilium Toletanum primum.

TOletanum] *Toletanæ vrbis, Hiſpaniæ Metropolis meminêre Ptolemæus lib.* 1 *.cap.* 6 *. Plinius lib.* 3 *.cap.* 3 *. Antoninus in Itinerario. Concilium.* 11 *. Toletanum canone.* 11 *. vocat hoc primū:*
„ *Relatus eſt, inquit, Canō, concilij primi Toletani, in quo præceptū*
„ *eſt, &c. can.* 14.

Nouemdecim Epiſcoporum] *Hinc colligo nationale fuiſſe concilium; cum eo tempore ſedes Toletana tot ſuffraganeos non haberet Epiſcopos. Similiter de Eliberitano ſtatuo; cum eodem Epiſcoporum numero fuerit celebratum. Et in regula fidei, in calce*
„ *huius concilij poſita, aduerſus Priſcillianiſtas, dicitur: Ipſi etiam &*
„ *ſupraſcripta viginti canonum capitula ſtatuerunt in concilio Toletano. Qui ſunt ipſi, niſi Præſules Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani, Bætici, vt ſupra dicitur? Adde etiam quòd in ſubſcriptionibus Marcellus ſubſcribit, qui fuit Hiſpalenſis Epiſcopus. Unde his argumentis liquet fuiſſe nationale.*

Celenis] *Locus in prouintia Gallæciæ. Ptolemæus, Plinius, alij.*

Con-

Constituta primitùs concilij Nicæni perpetuò esse seruanda,neq; ab ijs esse recedendum] *D. Ambrosius in epistol. 32. ad*
» *Valentinianum iuniorem scribens: Sequor (inquit) tractatum Ni-*
» *cæni concilij: à quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Idẽ*
Basilius epistol. 78. & Leo Pontifex sanctißimus & doctißimus in
» *epist. 78. ad Leonem Imperatorem: Non sunt (inquit) omninò inter*
» *catholicos computandi, qui diffinitiones venerabilis synodi Nicænæ,*
» *vel sancti Chalcedonensis concilij regulas non sequuntur. Quod illi*
sancti patres de Nicæna synodo, & alijs vniuersalibus & œcumenicis concilijs dixerunt, idem nobis dicere licet, & credere de sancto & venerabili concilio Tridentino, in quo Spiritus sanctus, sicuti in Nicæno, lucem & veritatem Patribus ad reuincendas hæreses cõtulit.

Cap. 9. Lucernarium verò] *Lucernarium antiquis dicebatur pars prima vespertini officij, quæ nunc Vesperæ dicuntur. Id constat ex Isi-*
» *doro, in regula monachorum. c. 6. In vespertinis, inquit, officijs, pri-*
» *mò Lucernarium, deinde psalmi duo, respõsorius vnus, & Laudes,*
» *hymnus atque oratio dicenda est. Hæc Isidorus. Continebat verò vespertinum officium quatuor psalmos; vt ex regula D. Benedicti*
» *liquet. c. 17. Vespertina autem synaxis (inquit) quatuor psalmis,*
» *cum antiphonis, terminatur. Quia verò duo priores in lucernarum accensione, & gratiarum actione vespertini luminis legebantur, inde illa prima pars vespertini officij Lucernarium appellabatur. Post vespertinum autem officium, Completorium Isidorus ibidem ponit, & lib. 1. de ecclesiasticis offic. Ex his itaq; patet, Lucernarium ad nostras Vesperas pertinere: vt etiam probatur ex concilio Emeritensi.*
» *c. 2. his verbis: Vespertino tempore, post lumen oblatum, priùs dici-*
★ » *tur vespertinũ, quàm * sonum in diebus festis. Lucernarium itaq; dicitur à lucernis accensis: Nam vespertinum officium eo tempore antiquitus fieri consueuit, vt esset diurni officij finis, & diei: vt*
» *testatur idẽ Isidorus lib. de Eccles. offi. c. de vespertinis, Vespertinum*
» *diuini finis officij, diurnæ & alternæ lucis occasus est. Et infra: Ve-*
» *spertinũ enim nominatur à sydere, quod vesper vocatur, & decedẽ-*
» *te sole exoritur. Et lib. Etymol. 6. c. vltimo: Vespertinum officium*
» *est in noctis initio; vocatum à stella Vespere, quæ surgit oriente nocte. Diuus etiam Hieronymus in explicatione psalmorum. 119.*
» *Hora tertia oramus, hora sexta oramus, nona Lucernarium facimus: vbi nonam pro vltima posuit. Idem Augustinus in regul. 2. Diuus autem Benedictus, in regul. c. 41. totum ecclesiasticum offi-*

„ *cium luce diei concludendum præscripsit. Vespera, inquit, sic aga-*
„ *tur, vt lumine lucernæ reficientes non indigeant, sed luce adhuc diei*
„ *omnia cõsummentur. Basilius Lucernarium fieri lib. de Spiritu san*
„ *cto cap. 29. in exortu Luciferi docet: Visum, ait, est patribus no-*
„ *stris, vespertini luminis gratiam haud quaquam silentio arripere,*
„ *sed mox vt apparuit, gratias agere. Quis autem fuerit auctor illo-*
„ *rum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, di-*
„ *cere non possumus: populus tamen antiquam profert vocem: neque*
„ *quiquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt: Laudemus*
„ *Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Hactenus Basilius. Ex*
quibus sanctorum Patrum testimonijs efficitur, quod quærebamus;
nempe Lucernarium ad nostras vesperas pertinere, atque ita di-
ctum à lucernarum accensione. Quare vero prohibeatur Lucerna-
rium in villa legi, nisi præsente Episcopo, Presbytero, vel Diacono,
„ *colligi licet ex Isidoro, in regul. cap. 6. Post vespertinum, congregatis*
„ *fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus diuinæ*
„ *lectionis quæstionibus disputare; conferendo piè, ac salubriter tan-*
„ *quam meditando disputandoq; immorari; quo vsque Completorij*
„ *tempus possit occurrere. Eũdem morem in Cypro, & Cæsarea Cap-*
padociæ obseruatum tradit Nicephorus. lib. 12. cap. 34. Ecclesiast.
„ *histor. Consimiliter, inquit, in Cypro, & Cæsarea Cappadocum, in*
sabbato, & in Dominico die, vesperi, post Lucernarum accensionem,
Episcopi & Presbyteri sacras scripturas populo exponant. Quum
igitur post Lucernariũ statim scripturæ interpretatio subiungi so-
lita sit, & id munus Episcopo in primis, atque Presbytero, vel ijs
deficientibus, Diacono incumbat, meritò a patribus cautum est,
non nisi aliquo eorum præsente, Lucernarium fieri oportere.

Cap. 14 Si quis autem acceptam] *Antiquus Ecclesiæ mos fuit, dari fi-*
delibus Eucharistiam in manus. Niceph. lib. 12. cap. 41. miracu-
lum de muliere, quæ accepta communione, panem supposuit, tradit.
Est etiam apud Eusebium lib. 7. cap. 33. & 34. Eccles. hist. & in
concilio Antisiodorensi. c. 36. & apud Balsamonem super canones
sextæ synodi. c. 38. Idem Dionysius Alexãdrin. epist. 5. ad Sixtum
Papam, quæ extat apud Nicephorum, lib. 6. cap. 19. Idem Cypria-
nus in sermone de lapsis. Quomodo verò in manu accipiebant, ex-
„ *plicat Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi mystagogica. 5. Sinistrã*
„ *(inquit) veluti sedem quandam subijciens dexteræ, quæ tantum re-*
„ *gem susceptura est, & concaua manu suscipiebat corpus Christi.*
Postea verò, propter fraudes impiorum hominum cautum est, vt in
os mit-

os mittatur. Id constat ex concilio Rothomagensi.c.2. Et hoc tēpore, non ante, qui accedebat ad communionem, manus in formam crucis figurabat: ex synodo sexta in Trullo.c.102. Idem Damascenus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap.14.

Incipit regula fidei] *Quid de regula fidei hoc loco posita sentiam, à multis viris doctis dubitatum, in medium proferam. Serpēte in Hispania hæresi Priscilliana, à Marco Ægyptio intra Hispanias illata, Leo PP. sanctiss. qui à Petro, non quadragesimus, sed quadragesimus quintus, vt annales Romani tradunt, extitit, Turibium Notarium cum epistola, ad Synodum Gallæciæ misit, in qua beatus Pontifex, dogmatis impietate commotus, multa aduersus impiam sectam sanctè & doctè decreuit: quam concilium suscipiens Priscilliani figmēta, ex auctoritate beatiss. Leonis damnauit. Eodem tempore idem Pontifex alterum concilium in Hispania ferè nationale, ex Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, & Bæticis Episcopis indixit, in quo hæc regula fidei aduersus Priscillianum est edita, transmissaq́ue Balconio Metropolitano Gallæciæ, qui tunc etiam cōcilium, Turibio instante, agebat. Quā regulā, vt orthodoxā, & à Romano Pōtifice approbatā, concilium Gallæciæ suscepit; quod & Celense appellatur; fortè quia vsitatum est. C. pro G. poni, vt Gaspar Caspar, Gaius Caius, Galba Calba, sic Celense pro Galense. Hæc verò duo concilia à nostris celebrata ad huius hæresis extirpationem, non extant; tātùm regula fidei seruata est; in multis alijs concilijs, cum ageretur de hac hæresi reuincenda, iterum acclamata, & proposita: vt in hoc primo Toletano, & primo Bracharensi. Epistola Leonis scripta est ad Turibium notarium: vel fortè fuit instructio data Turibio, vt in Hispania hæresim Priscilliani iugularet. Ex ipsius auctoritate postea creatus Episcopus Astoricensis, libros edidit Leoni dicatos, aduersus Priscillianum: vt ex epist. Montani ad Turibium Episcopum Palentinum patet. Neque hæc Synodus secunda Toletana est appellanda, cum illa prima nationalis Synodus, potius Tarracōnēsis, quā Toletana fuerit. Verùm pullulāte iterum hæresi Priscilliana, in hac prima synodo Toletana, Era 435. iterum eadem regula fidei, veluti gladio probatissimo confoditur, reprimitur, & extirpatur, sicut in Brachar. I. Era. 568. Hæc de regula fidei aduersus Priscillianum à patribus Hispaniæ, ex auctoritate Romani Pontificis Leonis edita.*

Quis fuerit Priscillianus accipe: Hispanus, familia nobilis, diues, acer, facundus, multa lectione eruditus, prauo studio corrupit

optimum ingenium: ex laico & haresi infecto Abela Episcopus clam factus, ex omnium hereticorum sentina haresim hausit, prasertim Gnosticorum: contra quē Leo PP. in epistol. ad Astoricen. Episcopum, & Augustinus lib. de haresibus ad Quodvult, scripsit. Casaraugustana etiam synodus aduersus eum est habita; demum gladio seculari interijt. Seuerus Sulpit. lib. 2. sacra historia in fine.

Patruinus Episcopus subscripsi] *An is fuerit Episcopus Toletanus, an verò Asterius vel Asturius, qui sexto loco subscribit, docti immeritò dubitarunt. Vt constat ex Ioanne Vasao, in chronico. S. Ildefonsus in catalogo virorum illustr. de Asturio, sic inquit:*
„ Asturius post Audentium in Toletana vrbe sedis metropolis pro-
„ uintia Carthaginis Pontifex successor, vir egregius, &c. Unde de alio Asturio qui Audētio successit, loquitur Ildefonsus: de quo sic
„ inquit: Et in Toleto sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur pri-
„ mus. Patruinus verò in hoc ordine secundus fuit, qui anno Domini
„ CCC. XCIII. Ecclesia Toletana praerat: Asturius verò, circa
„ annum Domini CCCC. LV.

CON-

CONCILIVM Tarraconense, X. Episcoporum habitum: Era D. LIIII.

TITVLI.

I *VT etiam ad proximas sanguinis Clerici cum testimonio vadant.*

ij *Ut[a] Clerici emendi viliùs, vel vendendi cariùs[b] non permittatur.*

iij *Ut[c] Clerici, si solidum praestiterint, sine usura recipiant.*

iiij *Ut nullus Episcopus, vel infra positus, die Dominico causas iudicare praesumat.*

v *Ut qui in Metropolitana ciuitate Episcopus[d] non ordinatur, post duos menses se Metropolitano praesentet.*

vj *Ut Episcopus, qui à Metropolitano commonitus ad Synodum non venerit, excommunicetur.*

vij *Ut diœcesani Clerici septimanas teneant, & die sabbato omnes in vnum conueniant.*

viij *Ut annis singulis Episcopi[e] diœcesani visitent, & vt non plus quàm tertiam de[f] Parochis accipiant.*

ix *De Clericis & Ostiarijs, qui adulteris mulieribus admiscentur, vt[g] proijciantur.*

x *Ut nullus Episcopus pro iudicijs munera accipiat.*

xj *Ut Monachus missus alicubi, ministerium Clericatus agere non praesumat, nec negotiator, " nec executor " existat.*

xij *Ut si Episcopus intestatus obierit, inuentarium de rebus eius Clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.*

xiij *Ut Episcopus diœcesanos Presbyteros, & quosdam ex laicis[h] conuenire literis ad Synodum moneat.*

[a] Clericis. Exc.
[b] Non permittatur licentia Exc.
[c] Vt quantum Clericus praestiterit, tantum recipiat. Exc.
[d] Non fuerit ordinatus. Exc.
[e] Diœcesim. Exc.
[f] Parochijs. Exc.
[g] Prohibeantur. Exc.
" Desunt in Exc.
[h] Moneat literis cōuenire. Exc.

In nomine[i] Christi habita Synodus Tarraconae, anno sexto,[k] Theuderici Regis, consulatu[l] Petri, sub die octauo Idus Nouembris.

[m] Antiqui Patres statuta de his censuisse videtur, quae in tempore, aut ad illos[n] relata peruenerunt, aut certè acta testimonio

[i] Domini Iesu Christi.
[k] Theudorici. C.A.
[l] Fonté Agapeti, vt infra in cōcilio Gerundensi.
[m] Alij M.ss. Antiqua. Antiquorum patrum. Exc.
[n] Alijs perlata. Exc.

 nio

nio proprio comprobauerunt. Cuius rei & nos ſequentes exemplum, illa, quæ nunc fiunt, placuit obſeruanda decernere, vt præterita abſque ambage cuſtodiantur, & præſentia [a] obſeruatione ſint firma. Igitur cùm in vnum pariter conueniſſemus in vrbem Tarraconenſem, quæ eſt [b] Metropolitana, titulos ſubter adnexos conſcripſimus obſeruandos.

[a] Hac obſeruatione. Exc.
[b] Metrop. obſeruatione. fundata. ut. C.A. Metrop. obſeruantiſsimè fũd.ut.Exc.

I. *Vt etiam ad proximas ſanguinis Clerici cum teſtimonio vadant.*

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur, [c] vt cautela eorum neceſsitates [d] ſuſtentent, pietatis beneficia, quæ eis ſunt neceſſaria, [e] præbeant: ipſi verò pro viſendis eis, cùm ingreſsi fuerint, celeri ſalutatione recurrant, nec [f] inibi faciant manſionem: qui tamen, cùm ad earum viſitationem pergunt, teſtem ſolatij ſui, [g] fide, & ætate probatum adhibeant ſecum. Si quis hæc à nobis ſtatuta contempſerit; ſi Clericus eſt, loci ſui dignitate priuetur; ſi verò Religioſus, vel Monachus, in cella Monaſterij [h] recluſus pœnitentiæ lamentis incumbat; vbi ſingulari afflictione, panis & aquę victum ex Abbatis ordinatione percipiat.

[c] Ea. Exc.
[d] Suſtineant. Exc.
[e] C.A. Lõgiùs præbeant.
[f] Ibi. Exc.
[g] Fide & ætate prouidum. C.A.
[h] Incluſus. Exc.

II. *Vt [i] Clerici emendi viliùs, vel vendendi cariùs non [k] permittantur.*

[i] Clericis. Exc.
[k] Permittatur licentia. Exc.

14. q. 4. Canonum ſtatutis. Decre. Iuon part. 13. cap. 13. Burch. lib. 2. c. 122.

" Sicut " Canonum ſtatutis firmatum eſt, [l] quicunque in Clero eſſe voluerit, emendi viliùs, vel vendendi cariùs ſtudio non vtatur: [m] certè ſi voluerit [n] hæc exercere, cohibeatur à Clero.

" Deeſt in Exc.
[l] Vt quicunq; apud Grat. Greg.
[m] Quòd certè, ſi voluerit exercere, cohibeatur à clero. Gratian. Gregor.
[n] Hoc. C. A.

III. *Vt Clerici, ſi ſolidum præſtiterint, ſine vſura recipiant.*

[o] Vt quantum Clericus præſtiterit, tãtùm recipiat. Exc.

14. q. 4. Si quis Clericus in neceſſ. Decret. Iuon p. 6. c. 369.

Si quis " verò " Clericus ſolidum in neceſsitate [p] præſtiterit, vt hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi cauſa, tempore ſtatuto decretum fuerit [q] venundari: cæterùm ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, ipſum quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

" Deeſt Exc.
[p] Præſt. hoc. Iuo.
[q] Venũdare. Iuo.

IIII. *Vt nullus Epiſcopus, vel infra poſitus, die Dominico cauſas iudicare præſumat.*

15. q. 4. Nullus Epiſcoporũ, aut Presbyt. Iuo. p. 4. c. 22.

" Vt " nullus Epiſcoporũ, aut Presbyterorũ, vel Clericorum, die

" Deeſt in Exc.

die Dominico propositum cuiuscunq; causæ negotium audeat [a] iudicare; nisi vt hoc tantũ, vt Deo statuta solennia peragant. Cæteris verò diebus cõuenientibus personis, illa, quæ iusta sunt, habeant licentiam [b] iudicandi, [c] exceptis criminalibus negotijs.

[a] Vendicare. Exc. Ventilare, Grat. Greg.

[b] Vindicandi. Exc.

[c] Excepto criminali. Grat. Greg.

V. Vt qui in Metropolitana ciuitate Episcopus [d] non ordinatur, post duos menses se Metropolitano præsentet.

[d] Non fuerit ordinatus. Exc.

Dist. 64. Si quis in Metropol.

Si quis in Metropolitana ciuitate non fuerit Episcopus ordinatus, posteà [e] cum susceperit benedictionem, per Metropolitani literas honorẽ fuerit [f] Episcopatus adeptus, id optimum esse decreuimus, vt postmodùm statuto tẽpore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitani sui repræsentet aspectibus: vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus, pleniùs quod obseruare debeat, recognoscat. Quod si fortè [g] hæc implere neglexerit, in Synodo increpatus à fratribus corrigatur. [h] Quòd si fortè infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit prępeditus, hoc suis literis Metropolitano indicare procuret.

[e] Quàm suscepta benedictione. Exc. & Grat. Greg.

[f] Episcopi. Exc.

[g] Hoc. Exc.

[h] Et si. Exc. Grat. Greg.

VI. Vt Episcopus, qui à Metropolitano commonitus ad Synodum non venerit, excommunicetur.

Dist. 18. Si quis Episcoporum commonitus. Simile est in Panor. lib. 4 c. 18. ex Arvernens.

Si quis [i] Episcopus commonitus à Metropolitano ad Synodum, nulla graui intercedenti necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta patrum [k] sanxerunt, vsque ad futurum concilium cũctorum Episcoporum charitatis communione priuetur.

[i] Episcoporum. Exc.

[k] Censuerunt. Exc.

VII. Vt Diœcesani clerici septimanas teneant, & die sabbato omnes in vnum conueniant.

De Diœcesanis ecclesijs, vel clero id placuit definiri, vt Presbyteri, vel Diaconi, qui inibi cõstituti sunt, cum clericis septimanas obseruent: id est, vt Presbyter vnam faciat hebdomadam; qua expleta succedat ei Diaconus similiter: ea scilicet conditione seruata, vt omnis clerus die [l] sabbato ad Vesperam sit paratus; quo faciliùs die Dominico solennitas, cũ omnium præsentia celebretur: ita tamen, vt omnibus diebus Vesperas, & Matutinas celebrẽt: quia desistẽte clero (quod est pessimũ) comperimus in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sanè negligẽtiæ vitio hæc implere noluerint, nouerint se secũdùm statuta canonũ, pro modo personarum, canonicæ disciplinæ subdendos. Vt

[l] Sabbati. Exc. & A.C.

VIII. Ut annis singulis Episcopi[a] *diœcesani visitent, & ut non plus quàm tertiam de*[b] *parochis accipiant.*

[a] Diœcesim. Exc.
[b] Parochijs. Exc.

10.q.1.Decreuimus, ut antiquæ. Ivo p.3.c.38 Burch. lib. 3.c.33.

Multorum casuum experientia magistrante, reperimus nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas:[c] ob quam rem, id hac constitutione decreuimus, ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, &[d] annuis vicibus ab Episcopo[e] diœcesano visitentur: & si qua fortè basilica reperta fuerit destituta,[f] ordinatione ipsius[g] reparetur. Quia[h] tertia ex omnibus per antiquam traditionē, ut accipiatur ab Episcopis,[i] nouimus statutum.

[c] Pro qua re id cōst. Burc. & Iuo.
[d] Annis singulis. Ex cus. & Iuo.
[e] Diœces. visit. Exc. & Grat.
[f] Ordinatori eius Grat.
[g] Reparari præcipiatur. Exc.
[h] Tertia pars. Grat. & Exc.
[i] Ex principibus nouimus stat. Burch. Iuo.

IX. De Clericis, & Ostiarijs qui adulteris mulieribus admiscentur, ut[k] *projiciantur.*

[k] Prohibeantur. Exc. Ut à Clero projiciantur C.A.

Si quis[l] Lectorum adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adhærere consortio; aut relinquat adulterā, aut à clero habeatur extraneus.[m] Similis sententia Ostiariorum manebit scholam.

[l] Lector adult. mulieris. Exc.
[m] Simili sent. Ostiar. lasciuia punietur. Exc.

X. Ut nullus Episcopus pro iudicijs munera accipiat.

15.q.1.Obseruandum quoqud.

Obseruandum quoque decreuimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum, more secularium iudicum, audeat[n] accipere pro impensis patrocinijs munera; nisi fortè in[o] Ecclesia oblata gratuita, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata.[p] Quia si qui ista[q] probantur accipere, veluti exactores fœnoris, aut vsurarum[r] possessores, secundùm statuta patrum se[s] nouerint degradandos.

[n] Aliàs exigere.
[o] Ecclesijs obl. gratuito. Exc.
[p] Quod si quis. Exc.
[q] Probatur. Exactor. Exc.
[r] Possessor. Exc.
[s] Nouerit degradandum. Exc.

XI. Ut Monachus missus alicubi, ministerium Clericatûs agere non præsumat, nec negotiator "nec executor" existat.

" Deest in Exc.

16.q.1. Monachi à monast.

Monachi à monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium Ecclesiasticum præsumant agere, prohibemus, nisi fortè cum Abbatis imperio. Similiter, ut nullus eorum (id est monachorum) forensis negotij susceptor, vel executor existat; nisi id, quod monasterij exposcit vtilitas; Abbate sibi nihilominus imperante;"canonum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione seruatā."

" Hæc verba vsq; in finem cap. non extant in Excusis.

XII. Ut si Episcopus intestatus obierit, inuentarium de rebus eius Clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.

12.q.5. Sicubi defunctus.

Sicubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post [a] depositionem eius, à Presbyteris, & Diaconibus, de rebus ipsius [b] breue fideliter conscribatur, à minimo vsque ad maximum; id est, de vtensilibus, vel omni supellectile: ita tamen, vt si quis exinde, vel [c] præsumpsisse, vel occultè fuerit tulisse conuictus, secundùm furti tenorem, restituat vniuersa.

[a] Difinitionem, in G. Grego. defunctionem Exc.
[b] Inuentarium. Exc. Aliàs in eisdem breue inuentarium.
[c] Præsump. aliquid. Exc.

XIII. Ut Episcopus Diœcesanos Presbyteros, & quosdam ex laicis, [d] conuenire literis ad Synodum moneat.

[d] Moneat literis cõuenire. Exc.

Burch. lib 1 c.48. Ivo. p.5.c. 158.

Epistolæ tales per fratres à Metropolitano sunt dirigendæ, vt non solùm [e] à Cathedralibus Ecclesijs Presbyteri, verùm etiam de Diœcesanis, ad concilium trahant, & aliquos de filijs Ecclesiæ secularibus secum adducere debeant.

[e] E Cathedralis Ecclesiæ Presbyteris. Exc. & C.A.

1 Ioannes in Christi nomine, Episcopus Tarraconensis ciuitatis [f] constitutiones à nobis conscriptas subscripsi.

2 Paulus in Christi nomine, Episcopus [g] Impuritanæ ciuitatis subscripsi.

3 Hector [h] Episcopus Carthaginensis Metropolis subscripsi.

4 [i] Fontinianus „in Christi nomine, Episcopus Gerundensis ciuitatis„ subscripsi.

5 Agritius in Christi nomine, Episcopus [k] Barcinonensis ciuitatis subscripsi.

6 Vrsus in Christi nomine, Episcopus Dertosanæ ciuitatis subscripsi.

7 Orontius in Christi nomine, Episcopus [l] Illeberitanæ ciuitatis subscripsi.

8 Vincentius in Christi nomine, Episcopus Cæsaraugustanæ ciuitatis subscripsi.

9 [m] Camidius in Christi nomine, Episcopus [n] Ausonitanæ ciuitatis subscripsi.

10 Nibridius in Christi nomine, minimus Sacerdotum [o] constitutionem sanctorum canonum subscripsi, sanctæ Ecclesiæ Egarensis minister.

[f] Constitutionibus conscriptis Exc.
[g] In Tiraisonens. ciuitate, Exc.
[h] In Christi nomine, Epis. Carthaginis. C.A.
[i] Fortunianus. Exc.
„ Desunt Excus.
[k] Gerundensis. Exc.
[l] Eliberitanæ. Exc.
[m] Cinidius Exc. Diuadius. C.A.
[n] Ausonensis. Exc. & C.A.
[o] Ecclesiæ Egarensis (aliàs Bigerrensis) minister constit. sau. Can. subscripsi. Exc.

De Subſcriptionibus.

In Concilio Gerundenſi primo habito Era 555. vnum annum poſt hoc Tarraconenſe, ferè ijdem Epiſcopi ſubſcribunt: vt Paulus, Ioannes, Fontinianus, ſeu Frontinianus, Agritus ſeu Agritius, Orontius, Nebridius.

Nebridius] *Frater Iuſti Vrgelitani, qui in Cantica ſcripſit, & Iuſtiniani, Valentini, & Elpidij. non fuit Epiſcopus Agathenſis, ſed potiùs Egarenſis: vt ex hac ſubſcriptione conſtat, conſentientibus omnibus CC. M. SS.*

FRAGMENTVM TARRAconenſis Concilij ex Gratiano.

GRatianus de conſ. diſt. 5. cap. Dictum eſt. Habetur etiam in Concilio Cabilonenſi. 2. c. 27. vſque ad verbum, Quia bis vel ter. Ita etiam eſt adnotatum in Decreto Gregoriano.

Burch. lib. 4. cap. 50. Ivo. p. 1. cap. 244.

Dictum eſt nobis, quòd quidã de plebe, bis vel ter, vel eo ampliùs Epiſcopis ignorãtibus, tamen ab eiſdẽ Epiſcopis confirmentur. Vnde viſum eſt nobis, eandem confirmationem, ſicut nec baptiſmum, iterari minimè debere: quia bis, vel ter, vel ampliùs baptizatos, aut confirmatos, non ſeculo, ſed ſoli Deo, ſub habitu regulari, vel Clericali religioſiſsimè famulari, decretum eſt.

Notæ in Concilium Tarraconenſe.

TArraconenſe] *Tarraco celeberrima etiam nunc in Comitatu Cathaloniæ Metropolitana ciuitas. Meminere huius Ptolemæus lib. 2. Geograph. c. 2. 4. & 6. Plinius lib. 3. c. 1. & 3. & Strabo lib. 3. Antoninus in Itinerario, Pomponius Mela, atq; alij. Fuit autem Tarraconenſis hæc ſynodus celebrata ſub Hormiſda Romano Pont. anno Domini D. XVI. ex Iſidoro, & alijs, eſt Era D. LIIII.*

Theo-

Theuderici] *Theodoricus Ostrogothorum, & Italiæ Rex, Arrianus, pro Alarico Rege Hispaniæ, genero suo, bellum contra Clodouæum Gallorum Regem suscepit, eumq; fudit. Mortuo autē Alarico, pro Amalarico, Alarici filio, eiusq; ex filia nepote, Hispaniam sapienter & piè rexit, eamq; à Francorum incursionibus liberam seruauit, donec Amalaricus regimen regni susciperet. Huius ingenium, mores, ætatem, vitamq; omnem Sidonius Apollinaris eleganti epistola describit ad Agricolam.*

Cap. 8 Quia tertia ex omnibus] *Gelasius Papa cap. 29. epist. ad Episcopos per Lucaniam, & Brutiam, Quatuor (inquit) tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, pro vt cuiuslibet Ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) conuenit fieri portiones: quarum vna sit Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. Ex quo decreto constat, Ecclesiasticarum rerum diuisionem quadripartitò fieri solitam. Qua de re Gregorius agit lib. 3. epistolarum epist. 11. Idemq; ad Augustinum Episcopum Anglorum, Mos est, inquit, Apostolicæ sedis, ordinato Episcopo præcepta tradere, vt de omni stipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones. Refert idipsum Gratian. 12. q. 2. ex decretis Gelasij Quam diuisionem ex concilio Romano, sub Syluestro primo celebrato, originem ducere existimo. Nam in canone eius. 4. id sancitur, nec ante id tempus mentionem illius inuenio: vocaturq; à Gregorio Canonica partitio, lib. 3. Epistolarum, epist. 11. In Hispania verò hanc diuisionem non receptam, sed eam, quæ fit in tres tantum portiones, constat ex concilio Tarraconens. canon. 8. & concil. Tolet. 4. c. 32. & ex Toletano. 9. c. 6. ex Bracarens. etiam 2. c. 2. refertq; Gratianus. 12. q. 3. c. Si episcopus, & Iuo. lib. 3. cap. 171. Et apertiùs id ostendit concil. Agrippinense. c. 6. Item quod decima, quæ à fidelibus datur, Dei census nuncupandus est, & Deo integrè reddēda: cuius tertia pars, secundùm canonem Toletanum, Episcoporum esse debet. Nos verò hac potestate vti nolumus, sed tantùm singulis annis quartam partem, iuxta vsum Romanorum Pontificum, & obseruantiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, de eâdem habere volumus. In principio verò Ecclesiæ, hanc diuisionem nōdum in vsu positam existimo, quòd arbitrio Episcopi res Ecclesiæ regebātur; postea verò crescente Ecclesiæ peculio, in concilio Niceno, sunt qui dicant, vt quieti & paci consuleretur, hanc diuisionem esse factā. Quòd verò omnia bona Ecclesiæ sub vnius Pontificis potestate principio Ecclesiæ fuerint, ex canone Apostolorum. 14. constat; vbi sic habetur: Præcipimus, vt in potestate sua Episcopus Ecclesiæ*

G res

res habeat. Canone etiam. 5. iubetur, vt omnia, quæ offeruntur, ad domum Episcopi, & Presbyteri mittantur; vt eorum arbitrio Diaconis, & cæteris Clericis diuidãtur: & can. 39. omnium Ecclesiasticorum negotiorum soli Episcopo æqua dispensatio, curaq́; committitur: sicut etiam concil. Lucens. can. 16. De qua re eruditissimam & sanctissimam scripsit epistolam Vrbanus primus, ad vniuersos Episcopos, & Lucius primus. Consule etiam concil. Gangrense. 7. & 8. & concil. Antiochens. can. 24. & 25. Citat hoc caput D. Thomas 2. 2. quæst. 185. artic. 7. vt probet, Episcopos plenam suarum rerum habere potestatem.

CON-

CONCILIVM GErundense, septem Episcoporum: habitum

Era. D. LV.

TITVLI.

[a] Sabbato. Exc.

[b] Vt Pascha tant. & Natale Domini. CC. M. ss.

[c] In vno Tol. Cod. vt qui ex côiugib⁹ ordinati sunt, sine testimonio communiter non habitẽt.

[d] Ne laici. Exc.

[e] In Clero ad. Exc.

[f] Horis Vesp. Exc.

IN NOMINE CHRISTI SYNOdus habita Gerundæ, anno VII. Theuderici Regis, VI. Idus Iunias, Agapeto V. C. Consule.

I. Vt vnaqueq; Prouincia in officio Ecclesiæ vnum ordinem teneat.

De consecr. dist. 1. Institutio. Burch. lib. 3. cap. 66. Ivo. part. 3. c. 68.

[g] De institutione missarum, vt quomodò in Metropolitana Ecclesia [h] fuerit, ita in Dei nomine, in omni Tarraconensi Prouincia, tam ipsius missæ ordo, quam [i] psallendi, vel ministrandi consuetudo seruetur.

[g] Vt institutio missarum sicut in Metrop. Exc.

[h] Agitur. Exc.

[i] Psallendo, vel ministrando. Exc.

II. Vt Litaniæ post Pentecosten à quinta feria, vsq; in Sabbatum celebrentur.

"De litania,"vt expleta solennitate Pentecostes,[a] sequens septimana,à quinta feria vsque in Sabbatum,per hoc triduum, abstinentia celebretur.

" Desunt in Exc.
a Sequenti septimana.Exc.

III. De secundis Litanijs faciendis Kal. Nouemb.

Item[b] secundæ litaniæ faciendæ sunt Kalend. Nouemb. ea tamen conditione seruata, vt si iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada, secúdum prioris abstinentiæ obseruantiam, à quinta feria incipiatur, & in[c] Sabbato vesperæ missa facta[d] finiantur. Quibus tamen diebus à carnibus, & à vino abstinendum decreuimus.

b Secunda litania facienda est. Exc.
c Sabbati vespere. Exc.
d Finiatur. Exc.

IIII. Vt Pascha tantùm, & Pentecoste baptismus detur, exceptis his qui in languore consistunt.

De consecr. dist. 4. De catechume. Ivo. part. 1. c. 60. Pann. l. 1. c. 10.

De catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschæ solennitate,[e] vel Pentecostes,quãto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: cæteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari: quibus quocunq; tempore conuenit,baptismum non negari.

e Vel natalis Domini in aliquibus M. ss.

V. Vt vnius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.

Ivo. part. 1. c. 136.

De paruulis"verò"qui nuper[f] materno vtero editi sunt,placuit constitui, vt si infirmi (vt adsolet)fuerint, & lac maternum non appetunt,etiam eàdem die,qua nati sunt (si[g] oblati fuerint)baptizentur.

" Deest in Exc.
f E matre. Exc.
g Si allati. Excus. & Ivo.

VI. Vt coniugati,ab Episcopo vsq; ad Subdiaconum, non sine testimonio viuant.

In vno M. ss. Vt qui ex coniugibus ordinati sunt, sine testimonio communiter non habitẽt.

De[h] conuersione vitæ id statuere placuit à Pontifice vsque ad[i] Subdiaconum, post suscepti honoris officium,[k] si qui ex coniunctis fuerint ordinati,vt sine coniuge habitent: quòd si habitare noluerint, alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere.

h De conuersatione. Exc.
i Subdiaconatum. Exc.
k Si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris,&c. Exc.

Vt qui

VII. Vt qui sine vxoribus ordinantur, extraneas in domo non habeant.

De his verò, qui ſine [a] coniugibus ordinãtur, & familias [b] domi habent, habito ſecum, [c] pro vitæ conuerſatione, fratre in teſtimonium, nõ per quamcũque fœminei ſexus perſonam [d] eius ſubſtantia gubernetur: niſi aut per puerum, aut per amicum, ſuam domum [e] debet ordinare. [f] Si verò matrẽ in domo habuerit, aut ſororem ſecundùm priorum canonum ſtatuta, per earum perſonas [g] eius debet contutari ſubſtantia.

[a] Vxoribus. Exc.
[b] Domus. Exc.
[c] Pro conuerſationis fratre. C. A.
[d] Eorum. Exc.
[e] Debeant. Exc.
[f] Niſi matrem, aut ſororem in domo habuerint, vt ſecũdùm, &c. Exc.
[g] Eorum. Exc.

VIII. [h] De laicis, qui viduam aut dimiſſam acceperint, [i] vt in clero non admittantur.

[i] Ne laici. Exc. In clero admitt. Exc.

Diſt. 34. c. ſi quis de laicis. Citatũ ex concilio Aurelianẽſi, & apud Iuon. part. 6. cap. 139. & Burchar lib. 2. cap. 38.

Si quis verò de laicis poſt vxorem, aliam cuiuſcunq; cõditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

IX. De his, qui publicè pœnitentiam non accipiunt, ſed tantùm viaticum, vt in clero promoueantur.

Diſt. 50. Is verò qui.

Is verò, qui ægritudinis languore depreſſus, pœnitentiæ benedictionem (quam viaticum deputamus) per communionẽ acceperit, & poſtmodùm reconualeſcens caput pœnitentiæ in Eccleſia publicè non ſubdiderit; ſi prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad Clerum.

X. Vt omnibus diebus, [k] Veſpertinis & Matutinis oratio Dominica dicatur.

[k] Horis Veſp. Exc.

De cõſec. d. 5. Id ſemper plac.

[l] Ita nobis placuit, vt omnibus diebus, poſt Matutinas, & [m] Veſpertinas, oratio Dominica à ſacerdote proferatur.

[l] Item nobis ſemper placuit obſeruari, vt. Exc.
[m] Veſperas. Exc.

Ioannes, "in Chriſti nomine" Epiſcopus, ſubſcripſi.
[n] Frontinianus, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.
Paulus, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.
Agritius, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.
[o] Cinielius, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.
Nibridius, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.
Orontius, in Chriſti nomine Epiſcopus, ſubſcripſi.

"" Deſunt vbique in Exc.
[n] Fortunianus. Exc.
[o] Emidius (aliàs Cinidius Epiſcopus ſubſcr. Exc.

De subscriptionibus.

Ex Tarraconensi concilio constat, quòd Ioãnes fuerit Tarraconensis, Frontinianus Gerundensis, Paulus Empuritanæ, Agritius Barcinonensis, Nebridius Egarensis, Orontius Eliberitanæ. Hæc est Cauco Illiberis, ad radices Pyrenæi montis vergentis ad mare Mediterraneum.

Notæ in concilium Gerundense.

GErundense] *De Gerunda Hispaniæ citerioris nobili oppido Cathaloniæ, vide Ptolemæum lib.2.c.6. Plinium lib.3.c.3. & Antonini Itinerarium.*

Ioannes in Christi nomine] *Ad hunc Episcopum habes epistolam Hormisdæ Papæ in collectione nostra decretalium epistolarum.*

C.2.3. De Litaniã] *Can.2.& 3. His duobus capitibus agitur de primis & secundis litanijs faciendis. Litaniæ Græcè, Latinè rogationes dicuntur, vt constat ex concil. 1. Aurelian.c.29. & 32. & Maguntiaco sub Carol.Mag. Sunt autem rogationes ad rogandum Deum, à Patribus, & ad impetrandam Dei misericordiam institutæ: sunt autem aliæ maiores, aliæ minores: neque statuto tempore in principio celebrari solitas inuenio, sed multoties & plures, pro consuetudine & deuotione Ecclesiæ, & ingruentibus necessitatibus; cum auxiliares sint, ad cor populi ad pœnitentiam emolliendum. Apud sanctũ Gregorium epist.76.lib.7. indict.2. ad Castorem habetur memoria, de quatuor vel quinque solennibus litanijs in Rauennate ecclesia celebrari solitis.*

A quo autem fuerint primo editæ nondum constat. Hoc autem certum, fuisse totius Ecclesiæ catholicæ vetustissimum institutum, supplicationes publicas in calamitatibus & populi pressuris habere: vnde Gregorius, vrgente aliqua necessitate, non tantùm Romanis, sed etiam externis litanias indicebat, vt apparet, lib.9. regist. epistol. 45. indict.4. Orĩetales Ecclesiæ litanijs vtũtur, vt cõstat ex Basilio epist.63. ad Neocæsarienses, quas à S.Gregorio Thaumaturgo in ea Ecclesia celebratas, & in more positas tradit, & deinde omnes Oriẽtales patres, Arrianos etiam solenni pompa eas fuisse æmulatos, auctor est Socrates lib.6.c.8. & Zozomen.lib.8.c.8. quas Arcadius

Imperator

Imperator edicto promulgato illis inhibuit. l. 30. de hæt. Cod. Theod. Sanctus etiam Mamertus Episcopus Viennensis, nō instituit celebres illas quas penè tota Ecclesia recepit, sed ad meliorem formam sacras rogationes reduxit, consopitasq; & frigidas excitauit, vt cōstat ex Adone in Chronico, & Alcimo Auito, eiusdē Ecclesiæ Episcopo, & ex epist. Sidonij Apollinar. ad S. Mamertum, lib. 7. epist. 1. & alia ad Aprium lib. 14. epist. 5. Sanctus Gregorius litanias maiores ad S. Petrum indixit, earumq; annuam celebritatem decreto confirmauit, vt in principio lib. 2. registri: Solennitas (inquit) annuæ deuotionis nos, fratres dilectissimi, admonet, vt litaniam, quæ maior ab omnibus appellatur, solicitis ac deuotis debeamus, auxiliante Deo, mentibus celebrare. Idem Pontifex, occasione imminētis pestilentiæ litaniam, quam septiformem appellant, instituit. Extat de ea re constitutio data. 4. Kalen. Septemb. lib. 11. c. 2. Eiusdē meminit Gregorius Turoneñ. de gestis Franc. lib. 10. c. 1. & Paul. Diacon. de gestis Longobardorum, lib. 3. cap. 11.

Fiebant autem Litaniæ incessu & cantu: vnde processiones dicuntur, concilio Laod. c. 17. Fuit autem penes Christianos Latinos antiqua consuetudo, deuotè & simul ad loca martyrum procedere, vt constat ex Hierony. epist. 12. ad Eustoch. & Tertul. lib. 2. ad vxorē. De tempore celebrationis constat, temporibus D. August. ante solennitatem Ascensionis, rogationes sacras fieri, vt est in eius sermone. 173. de tempore, habito in vigilia Ascensionis, & ex conc. 1. Aurel. c. 29. relato à Gratiano in cap. Rogationes de consec. dist. 3. vbi sic scriptum est: Rogationes ante Ascensionem Domini placuit celebrari: ita vt præmissum triduanum ieiunium in Dominicæ Ascensionis solennitate soluatur: per quod triduū serui, & ancillæ ab opere relaxentur. Quem morem nunc seruat Ecclesia. In quinta Domin. post Pasch. maiores rogationes tribus diebus celebrat, feria. 2. 3. & 4. quæ est vigilia Ascensionis: minores verò rogationes, in die S. Marci Euāgelistæ. Fiebant & aliæ à die Iduum Decēbrium, triduo vbiq;, vt constat ex. 5. concilio Tolet. cap. 1. & 6. c. 2. & 2. Brach. c. 9. Et Kalendis Nouembris aliæ institutæ, ex Gerund. c. 3. Tribus etiam continuis diebus magna populi consensione & numero celebrabant, orando, ieiunando, & psallendo, ita castè & piè, vt in cōcilio Maguntiaco sub Carolo Magno dicatur, celebrādas esse, sicut cuncti Patres sancti nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalciati, cinere & cilicio induti, &c. Idem Tertul. lib. 2 ad vxorē. Et hos rogationum dies laicis denuntiandos inter missarum solennia statuit concilium Lugdunense à Gratiano

citatum in cap. 1. de Consecr. dist. 4. Hæc de litanijs, ad populi deuotionem excitandã, subiecimus. Nicephorus auctor est, lib. 14. c. 3. Theodosium Iuniorẽ Litaniam pro serenitate, & aëris clementia impetranda instituisse. Ponã verba, vt quæ diximus, aptiùs comprobentur. Litania (inquit) instituta est; supplicantes processere, laudibus Deum vexere, atque vna concors Ecclesia ciuitas tota facta: & ipse Theodosius hymnis canendis præit, habitu priuato incedens. Minimè verò eum fefellit opinio: statim enim cœlum aërem turbidum cum serenitate commutauit, & frumenti non mediocrem inopiam ingens quædam frugum copia, & vbertas est sequuta. Gentilibus etiam supplicationes publicè fiebant: vt à Senatu Romano, dierum XX. vel XXX. decernebantur, bello gesto, vel victoria parta. Dei enim anticipata cognitio ita mentibus hominum insidet, vt rerum humanarum procurationem ab ipso pendere, atque ipsi esse gratias agendas, publicis supplicationibus faterentur.

C.4. Vel Pentecostes] *Sic habetur de Cons. d. 4. c. de Catechumenis: quam lectionem existimo esse sequendam. Nam quamuis Apostolorum tempore, & infrà, non erant diffinita, distinctaq; tempora ad baptismum suscipientibus, sed petentibus conferri quocunque tempore solebat: vt auctor est Diuus Ambros. ad cap. 4. Epistolæ ad Ephesios. (Tertulliani verba, lib. de baptismo, de hac re ponam. c. 19. Diem baptismo solenniorem (inquit) Pascha præstat; cùm & passio Domini, in qua tinguimur, adimpleta est: nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quòd cùm vltimum Pascha Dominus esset acturus, missis discipulis suis ad præparandũ, Inuenietis (inquit) hominẽ aquã baiulantem, Pascha celebrandæ locum de signo aquæ ostendit. Exinde Pentecoste, ordinandis lauacris, latissimum spatium est, quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia Spiritus sancti dedicata, & spes aduentus Domini subostensa: quòd tunc in cœlos recuperato eo, Angeli ad Apostolos dixerunt, sic venturum, quemadmodùm & in cœlos conscendit, vtique in Pentecoste. Sed enim Hieremias, cùm dicit: Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo, Pascha diem significat, & Pentecostes, quod est propie dies festus. Cæterùm omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solennitate interest, de gratia nihil refert. Hæc Tertullianus.) Sed propter baptismi solẽnitatẽ, & præstantiorẽ catechumenorum institutionem statuta, diffinitaq; sunt duo hæc tẽpora, Pascha & Pentecoste. Auctores sunt Siricius Papa, Epistola ad Himeriũ Tarraconẽsem, Canone: Non ratione. de Conse. d. 4. Hieronymus ad c. 14 Zachar. & Epist. 61. ad Pammachium,*

Marc. 14. Act. 1. Act. 1. Hier. 31.

machium, cap. 16. Leo Magnus, epist. 4. ad vniuersos Episcopos per Siciliam constitutos, Can. Cùm duo tempora, de Consec. d. 4. & epist. 68. ad vniuersos per Campaniam, &c. constitutos: & Gelasius Papa ad vniuersos Episcopos per Lucaniam: & in hoc cap. 4. Alcuinus de Ecclesiasticis officijs. cap. De baptismo Domini, & cap. de Sabbato sancto Paschæ. Fuit verò hæc cõsuetudo antiquata tunc, propter communis vitæ pericula. Vnde Socrates lib. 5. Histor. Ecclesiasticæ, cap. 19. refert in Thessalia complures obijsse absque baptismo, quòd diebus Paschæ dumtaxat baptisma conferri consueuerit. Fontis verò consecratio stata, & solennis tam in Pascha, quàm in Pentecoste fit, vt in ritu Romano, in Missali constat: & aqua illa benedictionibus lustrata, summa populi obseruantia in vrceolos per domos deducta, ad omne malum repellendum eximiè prodest.

TOLE-

TOLETANA SYNOdus ſecunda, VIII. Epiſcoporum.

TITVLI.

I *DE his, quos parentes ab infantia* [a] *Clericatus officio mancipa-runt, ſi poſteà voluntatem habeant nubendi.* [a] In Cler. Exc.

ij *De Clerico, qui ad aliam Eccleſiã* [b] *tranſijt, & qui eum* [c] *ſuſceperit.* [b] Tranſit. Exc. [c] Receperit. Exc.

iij *Vt nullus à Subdiaconatu, & ſupra,* [d] *cum extranea habitet mu-liere.* [d] Extraneam habeat mulierem. Exc.

iiij *Vt quidquid de iure Eccleſiæ Clerici* [e] *tenuerint, poſt obitum eorum ad Eccleſiam reuertatur.* [e] Tenuerunt. Exc.

v *De his, qui proximis ſuis ſe copulant, vt à communione Chriſti ſeparentur.*

„ IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti Synodus habita in ciuitate Toletana, apud Montanum Epiſcopum, ſub die xvj. kalendas Iunias, anno quinto regni domini noſtri Amalarici Regis, Era D.LXV.„ [g] Deſunt in Exc.

CVm in voluntate Domini apud Toletanam vrbem ſanctorum Epiſcoporum præſentia conueniſſet, & de inſtitutis Patrum, canonumq; decretis cõmemoratio haberetur, id nobis in vnum poſitis placuit, vt ſi qua in antiquis canonibus minimè commemorata ſunt, ſalubri tractatu, ac diligẽti conſideratione inſtituantur. Si quã verò in anterioribus concilijs ſunt decreta, ſed abuſione temporum hactenus ſunt neglecta, rediuiuæ ordinationis cenſuram obtineant: quatenus dum in his, [f] quæ ad occultum fidei pertinent, ſtudium religioſæ obſeruationis impẽdimus, Dei „noſtri„ miſericordiam faciliùs impetremus.

[f] Quæ in concilijs ſunt decreta, ſed abuſione temporum hactenus dimiſſa, & ad cultũ fidei p. Exc.

„ Deeſt in Exc.

Vt

I. De his, quos parentes ab infantia[a] Clericatus officio manciparunt, si postea volunt atque habeant nubendi.

[a] In cler. Exc.

Distin. 28. cap. De his quos volu. De his, quos voluntas parentũ à primis infantiæ annis[b] Clericatus officio manciparit, statuimus obseruandum, vt mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ, sub Episcopali præsentia, à præposito sibi, debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius Cleri plebisque cõspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, [c] placuit, & [d] professionem castimoniæ suæ, absque coniugali necessitate[e] se spoponderint seruaturos hi tamquã appetitores arctissimæ viæ, lenissimo Domini iugo subdantur: ac primùm Subdiaconatus ministerium [f] habitu probationis suæ, à vicesimo anno suscipiant. Quòd si inculpabiliter ac inoffensè [g] vicesimum, & quintum annum ætatis suæ peregerint, ad Diaconatus officium, si [h] scienter implere posse ab Episcopo [i] comprobantur, promoueri debent. Cauendum tamẽ est his, ne quando suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, [k] aut furtiuos concubitus vltra recurrant. Quod si fortè fecerint, vt sacrilegij rei [n] damnentur, & [n] ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab [l] Apostolis [m] sententiam auferre non possumus; ita vt cum [n] perfectæ ætatis in coniugio positi, renũtiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.

1. Cor. 7. A.

[b] In Cleri off. vel monachali posuit, pariter stat Exc.
[c] Placuerit. Exc.
[d] Promissione. Exc.
[e] Respõderint. Exc.
[f] Probatione habita professionis suæ. Exc.
[g] Viginti quinque annos Grat.
[h] Scientes. Exc.
[i] Comprobentur. Exc.
[k] Abortiuos. Exc.
[n] Desunt in Exc.
[l] Apostolo. Exc.
[m] Aliàs licentiã. Exc.
[n] Prouectæ. Exc.

II. De clerico, qui ad aliam ecclesiam[o] transijt, & qui eum[p] susceperit.

[o] Transit. Exc.
[p] Receperit. Exc.

Similiter placuit custodire, [q] ne qui [r] de his, qui tali educatione [s] imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriã [t] relinquentes ecclesiam, ad aliam transire [v] præsumant. Episcopus verò, qui eos suscipere absque conscientia proprij sacerdotis fortasse præsumpserit, totius fraternitatis reum esse se nouerit. Quia durum est, vt eum, quem alius rurali sensu [x] ac squalore infantiæ exuit, alius suscipere, [y] aut vendicare præsumat.

[q] Ne quis. Exc.
[r] Ex ijs. Exc.
[s] Imbuitur. Exc.
[t] Relinquens. Exc.
[v] Præsumat. Exc.
[x] &. Exc.
[y] ac. Exc.

III. Vt nullus à Subdiaconatu & supra,[a] cum extranea habitet muliere.

[a] Extraneam habeat mulierem. Exc.

Illud verò præterea speciali ordinatione decreuimus, quod nec antiqua concilia in vniuersis "penè" canonibus siluerunt; vt nullus Clericorũ à gradu Subdiaconatûs, & suprà, in[b] consortij familiaritate habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, aut ancillam. Sed si sunt ei huiuscemodi seruitia matri, vel sorori,[c] aliæq; propinquitati contradat. Et quidquid suis manibus[d] perfecerint, proprio domino deferatur. Aut si[e] propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur; dummodò nulla occasio introeundi domum Clerici fœminæ permittatur, vnde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortassè possit[f] inuri. Sanè[g] si post datam hanc monitionem, quisquis horum consortio frui voluerit, nouerit se non solùm à clericatûs officio retrahi, vel ecclesiæ foribus[h] pelli, sed etiã "ab" omnium Catholicorum Cclericorum vel laicorum communione priuari; nulla prorsus vel colloquij consolatione relicta: quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.

" Deest in Exc.
[b] Consortio familiaritatis. Exc.
[c] Vel alij propinquæ. Exc.
[d] Profecerint, alids. Exc.
[e] Propinquitatis memoria deest, alterius damus adhærẽtis habitac. Exc.
[f] Oriri. Exc.
[g] Deinceps post. Exc.
[h] Expel'i Exc.
" Deest Exc.

IIII. Vt quidquid de iure ecclesia Clerici[i] tenuerint, post obitum eorum, ad ecclesiam reuertatur.

[i] Tenuerunt. Exc.

Bernar. Præp. I. Papiẽs. collect. de erect. lib 3. ti. 10. 11. cap. 17. Idem 4. Aurel. c. 33.

Si quis sanè Clericorum agellos, vel[k] vineolas in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ[l] vitæ causa, vsque ad diem obitus sui possideat; verùm post suum de hac luce[m] discursum, iuxta priorum Canonum constitutiones, ius suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamẽtario, ac successorio iure cuiquam hæredum[n] prohæredumve relinquat, nisi forsitan cui Episcopus pro seruitijs, ac præstatione ecclesiæ, largiri voluerit.

[k] Vinio!. vel alia ędificia in terr. Exc.
[l] Vitæ suæ. Exc.
[m] Discessum. Exc.
[n] Aut prohæredum. Exc.

V. De his, qui proximis suis se copulant, vt à communione Christi separentur.

Burc. lib 7. c. 6. Ivo p. 9. c. 41.

Nam & hæc salubriter præcauenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, vsque quò affinitatis lineamenta, generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Quoniam scriptum est: Omnis homo ad

Leui. 18. d.

proxi-

Leuit. 18. A. proximam sanguinis sui nō accedat, vt reuelet turpitudinem eius;[a] nec sine denunciatione[b] sententiæ: nam paulò post infert, & dicit: Anima quæ fecerit de abominationibus istis quidpiam, peribit de medio populi sui. Si quis ergo huius decreti "nostri" temerator extiterit, ac vetitum violare præsumpserit, tanto grauiori se multandum sententia recognoscat, quāto eam propinquiorē, cui copulari se maluit,[c] suæ originis esse non ambigat; tantoq́;[d] annosioris excommunicationis tempore à Christi corpore, & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus. Ibidem. D.

Huius institutionis regulam,[e] qui[f] subscribimus, irrefragibili auctoritate nos spondemus seruaturos. Si quis autē[g] nostrûm, vel eorum, qui nunc sanctæ Synodo, ex hac prouincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obuiare præsumpserit, vel solerter adimplere neglexerit, conuictus, totius fraternæ charitatis[h] aliquādo habeatur extraneus. Sanè, iuxta priorum Canonum decreta, Cōcilium apud fratrem nostrū Mōtanum Episcopum, si Dominus voluerit, futurum pronūciamus:[i] ita vt frater, & Coëpiscopus noster Montanus, qui in Metropoli est, ad comprouinciales nostros, Domini Sacerdotes, literas de congreganda Synodo, adueniente tempore, debeat destinare. Nūc ergo in nomine Domini finitis his, quæ in[k] collatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde domino nostro glorioso Amalarico Regi; diuinam clementiā postulantes, vt innumeris annis regni eius, ea quæ ad cultum fidei[l] proueniunt, peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

a Et iterum: Anima quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui. Sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, • habebunt ineundi melioris coniugij libertatem. Burch. & Iuo. qui reliqua non habent.
b Fit sent. Exc.
" Deest Exc.
c Serie. Exc.
d Annosiore. Exc.
e Quam. Exc.
f Subscripsimus. Exc.
g Tam nostrorū quā vel eor. Exc.
h Aliquamdiu. Exc.
i Itaque statuimus, vt frater. Exc.
K Consultationem. Exc.
l Pertinebunt. Exc.

1 Montanus in Christi nomine Episcopus, his constitutionibus adquieui, relegi, & subscripsi, die & anno, quo supra.

2 [m] Pangarius in Christi nomine Episcopus, his constitutionibus adquieui, relegi, & subscripsi, die & anno, quo supra.

3 Nibridius in Christi nomine nostræ[n] Ecclesiæ Egarensis Episcopus, hāc constitutionem consacerdotum meorum, in Toletana vrbe habitam, cum post aliquantum[o] tēporum aduenissem, salua auctoritate "priscorum" Canonū, relegi, probaui, & subscripsi.

4 [p] Cannonius Episcopus his constitutionibus acquieui, & relegi, & subscripsi, die, & anno, quo supra.

m Pancarius. aliàs Panacrius. Exc.
n Eccles. Catholicæ Agragensis. Exc.
o Temporis. Exc.
" Deest in Exc.
p Cantonius in Exc. ad marg.

5 Paulus Epiſcopus his conſtitutionibus adquieui, relegi,& ſubſcripſi, die & anno, quo ſupra.

6 Domitianus Epiſcopus his conſtitutionibus adquieui, relegi,& ſubſcripſi, die & anno, quo ſupra.

7 Maracinus, in Chriſti nomine Epiſcopus, ob cauſam fidei catholicæ, in Toletana vrbe exilio deputatus, ſanctorum fratrum meorum conſtitutionibus interfui, relegi, & ſubſcripſi, die & anno, quo ſupra.

8 Iuſtus, in Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Vrgelitanæ Epiſcopus, hanc conſtitutionem conſacerdotum meorum, in Toletana vrbe habitam, cum poſt aliquãtum temporis aduenißem, ſalua auctoritate priſcorum canonum, relegi, probaui, & ſubſcripſi.

Duæ ſequẽtes epiſtolæ deſunt in excuſis.

DOMINIS DILECTISSIMIS, fratribus, filijſq; territorij Palentini Montanus Epiſcopus æternam ſalutem.

CVnctarum Eccleſiarum, Domini piißimi, Præſules per Ezechielem prophetam terribilis illa cõmonitorij dictio, ſub ſpeculatoris nomine, concutit dicẽs: Fili hominis, ſpeculatorẽ dedi te domûs Iſraẽl: audiens ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me: ſi dicente me ad impium, Impie morte morieris, non annũciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram: & cætera, quæ huius lectionis ordo de admonentis admonitique animis exquirendum oſtendit. Hac ergo voce permotus, huius officij neceßitudinem me ſuſcepiſſe non neſciens, ſtudere curaui, ne cuiuſquam perditi animam de manu mea Chriſtus inquirat; præſertim cum Toletanæ vrbi Metropolitani priuilegium vetus conſuetudo tradiderit; & eo magis, non ſolùm parochiarum, ſed & vrbium cura huius vrbis ſolicitet Sacerdotem. Ergo vt Apoſtolus dicit: Quid horum vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Noua namq; præſumptio præſidentium vobis Presbyterorum, noſtrorum pulſauit auditus: ſi tamen noua tantùm, & non deteſtabilis dici poßit, quæ ab initio fidei catholicæ nũquã, præter nunc, ſubrepſiſſe probatur, vt id, quod

Ezech. 3. v. 33.

1. Corint. 4.

per

per manus summi Pontificis trinæ diuinitatis inuocatio sanctificare consueuit,[a] Presbyter ignarus disciplinæ conficere sibi chrisma præsumeret. Hoc si ignauiæ est, tam demens sacerdos esse non debuit; si præsumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rem, & religioni contrariam, senescente iam mundo, talis temerator iudicat? Reuoluatur manibus vestris, ô Presbyteri, sacratissimus Numeri liber, in quo[b] vestri officij in septuaginta seniorum personis auspicatus est honor, & inuenietis, quorum negociorum vobis prærogatiua concessa sit. Adiutores suos[c] Dominus nostri laboris secundo dignitatis gradu esse voluit, non temeratores sacrarum quarundam rerum permisit. Sic Nadab, & Abiu ignem afferentes alienum; id est, sui officij non debitum, diuinus ignis absumpsit: sic Core, Dathan, atq; Abiron Moseo, Dei gratia, diuinis eloquijs perfruenti inuidentibus, ac dicentibus: Non soli tibi locutus est Dominus; quia omnis congregatio sancta est, nouis schismaticis interitus nouæ prædicationis aduenit; vt ieiuno ore insatiabiliter terra sorberet, quos indignatio diuina damnasset. Quid memorem Oziam, qui non contentus regalibus fascibus, ne fungeretur & sacerdotis officio, contra ius, fasq; potestatis velatus cothurno, oblationem expiationis solis Sacerdotibus debitam offerre pararet, sic vltione cœlesti, lepra perfunditur, vt munere sacerdotis, & regni careret, exosusq; ad obitum permaneret. Ozam pariter, quantum ad ipsum erat, deuoto officio, iumentis calcitrantibus, ne arca Dei laberetur, sustinere parantem diuinitùs percussio illata consumpsit: ostendere scilicet volens, quia nullis omninò causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, diuina officia, & sacramẽta cœlestia, ab eo cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent. Caueant ergo, caueant hi, qui sibi putant esse licitum, quod alijs non ignorãt esse illicitum, ne similis eos horum, quos memorauimus, pœna percellat. An forsitan[d] sanctorum Patrũ regulas, & constitutiones synodicas ignoratis, quibus præcipiũtur parochenses Presbyteri, non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorũ, annuis vicibus chrisma à Præsidẽte sibi Episcopo petãt? Credo, quòd qui petere iusserunt, potestatẽ cõsecrãdi penitus abstulerũt. Prouiderit ergo charitas vestra, ne post huius humilitatis nostræ interdictum, donec & cõsuetus vobis à Domino

Num. 11. — Leuit. 10. — Num. 16. — 2. Paralip. 26. — 2. Reg. 6.

[a] Solus Episcopus conficit chrisma. 1. Tolet. c. 2. & Innocẽtius PP. I. epist. 1. cap. 8. & Vvormat. 2.

[b] Aliàs: vestris officijs.

[c] In alio M. S. erat: Domini nostri.

[d] Decretũ est à sanctis Patribus, vt Presbyteri quotãnis chrisma petant à proprijs Episcopis, appropinquante solennitate Paschali, vt constat. 1. Vasen. c. 3. Vvormat. c. 60. 4. Carthag. c. 36. Synod. Francica, sub Zacharia PP. Tamen Synodus Antisiodorensis. c. 6. iubet peti à media Quadragesima, & linteo imponi, sicut reliquię sanctorum deportari solent.

præparatur Antistes, quisquam vetita iterare præsumat, & incipiat grauiorem ecclesiasticæ districtionis sustinere censuram, vtatur quisque honoris sui concesso priuilegio, quod proprium sit ordinis Presbyterij; non quod summi Pontificatus est, improbus minister adsumat. Quisquis post hanc admonitionem in huiuscemodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, sub anathematis insolubili vinculo se nouerit esse damnandum. Cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum. Sanè si Dominus voluerit, cum tempus paschalis festiuitatis aduenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis literis vestris indicare debebitis: & nos sacri huius liquoris vltrò poterimus transmittere gratiam; dum non præsumatur illicita. Pari ratione cognouimus, quòd ad consecrationem basilicarum alienæ sortis à vobis Episcopi inuitentur; & licet sint vnius fidei copula nobiscum in Christo connexi, tamen nec prouinciæ priuilegijs, nec rerum Domini noscuntur vtilitatibus conuenire: quia iam ad ipsum huiuscemodi fama prolata est. Ideoq; salubri ordinatione censuimus, vt si quando talis necessitas incubuerit, literis nos informare debeatis, & aut per nos, aut eum, qui nobis ex fratribus, & Coëpiscopis nostris visus fuerit, & cõsecratio ecclesiarum, Deo auspice, poterit celebrari. Præterea perditissimam Priscillianistarũ sectam, tam actis, quàm nomine à vobis præcipuè nouimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia, in eius amore superfluè labi, quem in opere non velis imitari? Nam vt pauca de [a] eius spurcitijs in notitiam vestri deducã, exceptis his, quæ in diuinitate prophanus erupit, & ore sacrilego blasphemauit, omnium vitiorum in eodem cõgeries, veluti in sordium sentina confluxit; vt sectatricum pudorem impudefactus adulter eriperet; & vt ad sceleris nefarij effectum faciliùs perueniret, maleficij vsum gesta etiam ei adsignant. Quid tandẽ in hoc religioni congruum fidelis cuiusquam anima veneratur, qui non solũ à sanctis Sacerdotibus refutatus est, verùm etiam mundani Principes, iustitia legum suarum, eum pro memorati sceleris qualitate damnarunt? Hunc talem fuisse pleniùs discet, qui beatissimi ac religiosissimi viri, Theoribij Episcopi, ad sanctum Papam vrbis Romæ Leonem, libros editos legit, in quibus hanc sordidam hæresim explanauit, aperuit, & occultam tenebris suis, perfidięq; nube velatam in propatulo

[a] Antea erat rebus.

propatulo misit. Ex ipsis etenim libris qualiter cauere, quid respondere contra sacrilegos possit pius lector, inuenitur. Vnde quæso, vt perfidiam cum auctore damnantes, atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, & de omnibus superscriptis cautiores exhibere vos procuretis: quo faciliùs nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, & vobis de obedientia fructum maximum coram Saluatore, Deo nostro prouidere possitis. Pax Domini cum omnibus vobis. Amen.

DOMINO EXIMIO, PRÆCIPUOQUE Christicolæ, Domino, & filio Theoribio Montanus Episcopus.

ALumnum te fidei catholicæ, & sanctæ religionis amicũ, etiam in actis mundialibus conuersantem, valde, & nouimus, & probauimus. Quum enim adhuc floreres in seculo, ita Claritatis tuæ vita perpatuit, vt secundùm sententiam Domini, & quæ sunt Cæsaris, Cæsari non negares, & Deo, quæ sua sunt, deuota mẽte persolueres. Iure etenim te diuini cultus in hac præsertim prouincia nominabo. Putas ne quãta tibi apud Deum maneat merces, cuius solertia, atque instinctu, & idololatriæ error abcessit, & Priscillianistarum detestabilis, ac pudibunda secta contabuit? si tandem adhuc, & in nomine honorare desistant, cuius per tuam admonitionem collapsa esse opera non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendisti laborem, vt feroces cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam & normam regularis disciplinæ duceres. Præstauit diuina clementia, quia id, quod summo labore conatus es, precibus, & oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino conuentu ad nos peruenerint, Celsitudini vestrę indicare curaui: quo faciliùs per vestram increpationem nefanda præsumptio in posterum cõquiescat. Quidam (vt ad nos perlatũ est) Presbyteri ausu temerario, res sacras non tam consecrare, quàm violare præsumunt; & cunctis ab initio fidei catholicæ seculis inusitatum summis sui ordinis hominibus, nisi tantùm Pontificibus debitum, ius consecrationis chrismæ,

Matth. 22. B.

nescio,quo typo an demētia dicam, indubitanter adsumunt: quod quàm sacrilegum sit,pijssimam conscientiam tuam latere non credo:& ideò spero,vt pro eneruanda hac ipsa superfluitate,seuerissimi Sacerdotis auctoritate vtaris,& tantæ rei temeratores districtiori increpatione coërceas. Qui si post datam admonitionem,nefas iterare præsumpserint,cōtumacia eorum, sententia conuenienti damnabitur. Simili ratione cognouimus,eo quòd necessitudine consecrādarum basilicarum,fratres nostri,alienæ sortis Episcopi,in locis istis inuitati conueniant; & licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus vnus,eiusq; Antistites vna in eodem fibula charitatis,& fidei vnione connexi; quod tamen priuilegium decessori nostro,necnon dominis, & fratribus nostris,Carpetaniæ vel Celtiberiæ Episcopis vester Coepiscopus fecit, in exemplaribus charitati vestrę direximus:vt scire possitis,improba petitio qualem potuisset habere effectum. Et certè municipia,id est Segobia, Brittablo, & Cauca eidem non quidem rationabiliter,sed pro nominis dignitate,concessimus;ne collata benedictio,persona vagāte,vilesceret. Quod ipsi tātummodò dum aduiuit, præstitum fuisse cognoscite. Hoc ergo prouidere volumus, vt consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis. Quòd si hæc nostra admonitio in vobis nihil profecerit,necesse nobis erit Domini nostri exinde auribus intimare, pariter & filio nostro Ergani suggerere: & huiusmodi ausum præcepta culminis eius, vel districtio iudicis, non sine vestro detrimento, seuerissimè vindicabunt:tanta enim,tribuente Domino,eius est pietas,vt nihil de hoc,quod ius antiquum custodisse probatur,immutari permittat. Diuina vos custodiat Trinitas. Amen.

Segouia. Britablo. Cauca. Coca.

Notæ in concilium Toletanum secundum.

ANno quinto regni domini nostri Amalarici] *Isidorus, & post eum Rodericus Toletanus celebratum aiunt anno secundo Theudi Regis:verū ex principio & capite vltimo huius concilij clarè euincitur,sub Amalarico Rege fuisse congregatum,id est,circa tempora Ioannis secundi Pontif. Max. Era D. L XV.*

In

In ſubſcriptiones.

Montanus in Chriſti nomine] *De Montano, vide, quæ ſcribit Iſidorus in libello de viris illuſtribus, & Ildefonſus. Cõſtat eum rexiſſe Metropolitanam Toletanam ſedem, ex eius prima epiſtola ad fratres territorij Palentini.*

Nibridius] *Nibridius frater Iuſti Epiſcopi Vrgelitani: fuerunt enim quatuor fratres: Iuſtinianus, Epiſcopus Valentinus, Iuſtus, & Nibridius, & Elpidius. De Iuſto meminit Iſidorus libro de viris illuſtribus.*

IN EPISTOLAM MONTANI AD fratres territorij Palentini.

Priſcillianiſtarum ſectam] *De Priſcilliano vide Hieronymum de viris illuſtribus, & Auguſtinum de hæreſibus, hæreſ. 70. Extat de hac hæreſi conſultatio Oroſij ad Auguſtinum, & eius ad Oroſium eruditiſſimum reſponſum. Vide etiam Vincentium Lirinenſ. & Sulpitium Seuerum lib. 2. ſacræ hiſtoriæ ſub finem. Supplicium ſumptũ à Priſcilliano ſeculi gladio, & totius, vt ait Hieronymus, orbis auctoritate, teſtatur id ipſum idem Hieronymus ad Cteſiphõtem contra Pelag. & Leo primus Pontif. epiſt. 93. & Synodus Burdigalenſis.*

IN EPISTOLAM AD THEORIBIVM.

Theoribio] *An hic Turibius ille Monachus fuerit, cuius meminit Ildefonſus, de viris illuſtribus, de vita Montani, an alter Notarius ſedis Apoſtolicæ, à B. Leone PP. miſſus in partes Hiſpaniæ, ad Priſcillianam hæreſim extirpandam, vt conſtat ex cõcilio Bracar. primo in exordio (vocabantur & hi Notarij Regionarij, vt conſtat ex ordine Romano) an verò Epiſcopus Palentinus & Aſtoricenſis, non ſatis conſtat: poſtremæ ſententiæ aquieſco, vt ex prima epiſt. patet, & ſcripſiſſe libros doctiſſimos aduerſus Priſcillianos: & in ſecunda „ epiſtola, eum vocat Sacerdotem, hoc eſt, Epiſcopum: Vt ſeueriſſimi „ (inquit) Sacerdotis auctoritate vtaris.*

Iuſtus] *Iuſtus Vrgelitanæ eccleſiæ Epiſcopus fuit: de eo in Kalen. Romano, die. 28. Maij, & ſanctus Iſidorus, de viris illuſtr. Claruit temporibus Iuſtiniani Imperatoris.*

Certè municipia] *Tria nominat municipia, Segouia, Brittablo, Cauca. Segouia, Plinio Secubia, Ptolemæo* ζεγκβία, *opidum Hiſpa-*

nia, inter Vacceos celebre, in quo aquaductus molis ingentis, auctoribus incertis structus; tamen nobilis, seculis futuris imitatione inaccessus. Incertum an tanta machinatio Carthaginensium, an Romanorum opus fuerit; cum nullis sit literis nec notis dicatum: hoc notum, maiestate, & sumptu cum omnium orbis structurarum gloria certare: est nunc sedes, ut Gothorum tempore, Episcopalis: paruo fluuio abluitur; lanificio conspicua, & officina politi argenti signati. Brittablum, ab alijs Litabrum sed corruptè, à. C. Flaminio expugnatũ, locus iuxta Secouiam: de eo Liuius lib. 39. Cauca à Ptolemæo ponitur in Vacceis, hodie Coca.

CANONES Barcinonenses.

QVVM conuenissent in Dei nomine, Barcinona sancti Episcopi, id est, Sergis Metropolitanus, Nibridius Barcinonensis Casotius, Empuritanus, Andreas Ilerdensis, Stafilius Gerundensis, Ioannes Cæsaraugustanus, Asellus Dertosanus, hæc obseruanda statuerunt:

I.

Vt Psalmus quadragesimus ante Canticum dicatur.

II.

Vt benedictio in Matutinis, Fidelibus, sicut in Vespera, tribuatur.

III.

Vt nullus Clericorum comam nutriat, aut barbam radat.

IIII.

Vt Diaconus in consessu Presbyteri nullatenus sedeat.

V.

Vt Episcopo præsente, orationes Presbyteri in ordine colligant.

VI.

Pœnitentes viri tonso capite, & religioso habitu vtentes, ieiunijs & obsecrationibus vitæ tempus peragant.

VII.

Vt pœnitentes epulis non intersint; nec negocijs operã dent in datis, & acceptis: sed tantùm in suis domibus vitam frugalem agere debeant.

VIII.

De his, qui in infirmitatibus poscunt pœnitentiam, & à Sacerdote accipiunt, si posteà conualuerint vitam pœnitentium peragant; excepta manus impositione, segregati à communione, quandiu probabilem Sacerdos eorum adprobauerit vitam.

IX.

Iubemus verò in infirmitate positis, * beaticam benedictionem percipiant. *

X.

De Monachis verò id obseruari præcipimus, quæ Synodus Chalcedonensis constituit.

Notæ

Notæ.

Concilium hoc coactũ fuisse existimo ferè Era D.LXXVIII. Sic posui in chronologia.

De Monachis.] *Multa in concilio Chalcedonensi à sanctis Patribus instituta de cultu, vita, & habitu, regula, & castitate Monachorum, quæ ab alijs concilijs accepta, in monasterijs castè & piè obseruata sunt.*

CONCILIVM ILERdense VIII. Episcoporum, gestum Era D. LXXXIIII.

TITVLI.

I. DE his, qui altario ministrant, vt à sanguine hominis[a] abstineant.

a Se abs. Exc.

ij De his, qui[b] abortum faciunt, vel natos suos extinguunt.

b Abortiuum. Exc.

iij De Monachis, vt Clerici ordinentur cum voluntate Abbatis, & quæ monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis, quas Laici fecerint.

iiij De incestis, vt quàmdiu in scelere sunt, inter Catechumenos habeantur.

v De his, qui altario seruiunt, si subitò carnis[c] fragilitate corruerint.

c In carnis fragilitate inciderint. Exc.

vj De eo, qui viduæ pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerit.

vij De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

viij Si Clericus seruum, vel discipulum de ecclesia traxerit, vt pœnitentiam agat.

ix De his, qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.

x De his, qui iubente Episcopo,[d] omissa culpa, ab ecclesia exire contemnunt.

d Remissa Exc.

xj De Clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

xij De his, qui contra Canones ordinati sunt, vt deponantur.

xiij De Catholicis, qui filios suos baptismati hæreticorum[e] dederunt.

e Tradiderunt. Exc.

xiiij De Catholicis, vt cum rebaptizatis non conuersentur.

xv Vt Clerici cum extraneis mulieribus non habitent.

xvj [f] Si Sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ obseruetur.

f Cùm. Exc.

SYNODVS HABITA IN CONuentu Ilerdēsi, anno quindecimo[g] Theuduredi Regis, sub die octauo mensis Augusti.

g Decimoquinto Theoderici octa. Id. Exc.

I. De his, qui altario ministrant, vt à sanguine omni abstineant.

Dist. 50 De his Cler. qui.

De his Clericis, qui in[h] obsessionis necessitate positi fuerint, id statutū est, vt qui altario ministrāt, & Christi[i] sanguinem tradunt,

h Obsidionis. Exc.

i Corpus & sang. Exc.

tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectãt, vt ab omni humano sanguine, etiam hostili[k] abstineãt. Quòd si in hoc incidérint, duobus annis, tam officio, quàm [l]cõmunione priuentur: ita vt his duobus annis, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis, pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur; & ita demum officio, vel communioni reddantur; ea tamen ratione "seruata," ne vlteriùs ad officia potiora [m] promoueantur. Quod si [n] infrà præfinitum tempus negligentiores circa salutem suam [o] extiterunt, [p] protelandi ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat Sacerdotis.

k Se abst. Exc.
l Commun. corporis Domini priuētur. Exc.
m Deest Exc.
n Prouehantur. Exc.
n In diffinito tempore. Exc. Alias ve nostri.
o Extiterint. Exc.
p Alias protelandæ. Exc.
q Abortiuum. Exc.

II. De his,[q] qui abortum faciunt, vel natos suos extinguunt.

Hi verò, qui malè conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerint, vel in [r] vteris matrum, potionibus aliquibus [s] colliserint, in vtroque sexu adulteris, post septem annorum curricula, communio tribuatur: ita tamen, vt omni tempore vitæ suæ, fletibus, & humilitati insistant. Si verò Clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat; attamen in choro psallentium, à tempore receptę communionis intersint. [t]Ipsis veneficis in exitu tantũ, si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleuerint, communio tribuatur.

Ivo. p. 9. ca. 101. vbi ita legitur: De illis mulieribus, quæ male conceptos ex adulterio etc. Et ita apud eundẽ. p. 10. cap. 181. Vide Consti tut. Stati P. de hac re.

r Ventribus. Exc. Alias vt nostri. Ia ventre suo. Iuo.
s Cõsumpserint. Iuo
t Ipsis autem. Exc.

III. De Monachis, vt Clerici ordinentur cum voluntate Abbatis, & quæ monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis, quas Laici fecerint.

De Monachis "verò" id obseruari placuit, quod Synodus Agathensis, "vel Aurelianensis" noscitur decreuisse: hoc tantummodò [v] adijciendum, [x] vt pro ecclesiæ vtilitate, quos Episcopus probauerit in Clericatus [y] officio, cum Abbatis voluntate debeant ordinari. Ea verò, quæ in iure monasterij, de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege, ab Episcopis contingantur. Si autem ex Laicis quisquam, à se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam [z] sub monasterij specie, vbi congregatio non colligitur, "vel regula ab Episcopo non constituitur," eam à diœcesana lege audeat segregare.

C. 27. Conci. Agathensis, 16. q. 1. cũ pro vtilit.

10. q. 1. Si ex Laicis.

" Deest in Exc.
" Deest in Exc.
v Adijciendo. Exc.
x Vt cum. p. eccl. vti. aliquos. Exc.
y Off. promouẽdos, cum. Exc.
z Eam sub. Exc. & Grat.
" Desunt à Gratiano.

De in-

IIII. *De incestis, vt quamdiu in scelere sunt, inter Catechumenos habeantur.*

33.q.2. & 4. debis, qui incest. Burc. lib. 7. cap. 3. Iuo. p. 9. c. 29.

1. Corint. 5. B.

De his, qui se [a] incesta pollutione commaculant, placuit, vt quousq; in ipso detestando, & illicito carnis cõtubernio perseuerant, vsque ad missam tantùm Catechumenorum in Ecclesia admittantur: cum quibus etiam, nec cibum sumere vllum Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet.

[a] Incestis. Exc.

V. *De his, qui altario seruiunt, si subitò [b] carnis fragilitate corruerint.*

[b] In carnis fragilitate inciderint. Exc.

Dist. 50. Hi qui altario sancto, & 15. q. 8. Hi qui altario Dei. Burch. lib. 19. cap. 74. Iuo. p. 15. cap. 87. Raban. poenit. 1.

Prou. 26. 2. Pet. 2. D.

Hi qui altario Dei deseruiunt, si subitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, dignè pœnituerint; ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Põtificis, vel veraciter afflictos non diu suspẽdere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorũ suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlteriùs promoueri. Quòd si iteratò, velut canes, ad vomitum reuersi fuerint, [c] non solùm dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

[c] Et veluti sues, in volutabria luti iacuerint. Exc. Grat. & Iuo. Quæ verba non leguntur in antiquis editionibus Conciliorum, neque. 15. q. 8. Hi qui. Sunt tamẽ apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.

VI. *De eo, qui viduæ pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerit.*

Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrari noluerit, pariter à communione, & à Christianorũ consortio segregetur. Si verò illa, quæ vim pertulit, ad sanctam religionem redierit; [d] in illo solo, quoadusque publicè pœniteat, data sententia perseueret.

[d] In illo solùm sententia excommunicationis teneatur, quoadusq; publicè pœniteat. Exc.

VII. *De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.*

[e] Vt litiget cũ quolibet, ne ad pacem vllo modo, &c. Burch.

23. q. 4. Qui in sacramẽto se oblig. Burch. lib. 12. cap. 17. Iuo p. 12. c. 74. Raban. in pœnitent. c. 10.

2. Pet. 4. B.

Qui sacramẽto se obligauerit, [e] vt litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro periurio, vno anno [f] à cõmunione corporis & sanguinis Domini segregatus, reatũ suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs abluat: ad charitatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, [g] celeriter venire festinet.

[f] A corpore & sanguine Domini segregetur, & reatũ suum ieiun. & eleemos. absoluat. Burchard & Iuo.

[g] Celeriter redeat. Burch.

VIII. Si Clericus seruum, vel discipulum de Ecclesia traxerit, vt pœnitentiam agat.

17. q. 4. Nullus clericorum seruum. Ius lib 3. c. 117. & lib. 6. c. 370.

Nullus Clericorum seruum, aut discipulum suum, ad Ecclesiam cõfugientem, extrahere audeat, vel flagellare præsumat: quod si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur.

IX. De his qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.

C. 10. Nicenæ Synodi.

De his, qui [a] in præuaricatione, rebaptizati, sine aliqua necessitate vel tormento, delapsi sunt, placuit vt circa eos illa Nicænæ Synodi statuta seruentur, quæ de præuaricatoribus [b] cẽsita esse noscũtur: id est, vt septem annis inter catechumenos orent, & duobus inter Catholicos, & posteà moderatione & clementia Episcopi, fidelibus, [c] in oblatione, & Eucharistia communicent.

[a] In præuaricationẽ rebaptizati sunt, si aliqua. C. A.
[b] Constituta. Exc.
[c] In obl. Eucharistiæ commun. Exc.

X. De his, qui iubente Episcopo, [d] omissa culpa, ab Ecclesia exire contempserint.

[d] Commissa fortè. Remissa. Exc.

11. q. 3. Qui iubente Sac.

Qui iubente Sacerdote, pro [e] quacũq; culpa, ab Ecclesia exire contempserit, [f] pro noxa contumaciæ, tardius recipiatur ad veniam.

[e] Qualicunque Gratian.
[f] Pro contumeliæ noxa. Exc. & Grat.

XI. De Clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

Burch. lib. 2. c. 116. Ius. p. 6. c. 292.

Si qui Clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à Pontifice districtiùs vindicetur.

XII. De his, qui contra Canones ordinati sunt, vt deponantur.

Qui contra decreta Canonum, indiscretè Clericos, vsq; nũc, [g] ordinauerint, eis Dominus, vel sancta Ecclesiastica charitas ignoscat; amodò verò, si [h] in tali ausu proruperint, decretum Canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, vt nullum [i] ordinare audeant, obseruetur; vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur: hi verò qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore [k] promoueantur.

[g] Ordinauerunt. Exc.
[h] In talia ausa. C. A.
[i] Ordinare iam audeant. Exc.
[k] Amoueantur. Rectius.

De

XIII. De Catholicis, qui filios suos baptismati Hæreticorum [a] dederunt.

Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur.

XIIII. De Catholicis, vt cum rebaptizatis non conuersentur.

Cum rebaptizatis fideles religiosi, nec in cibo, participent.

Ivo. p. 1. c. 249. Apud quem malè legitur: Cur rebaptizatis religiosi participent.

XV. Vt Clerici cum extraneis mulieribus non habitent.

Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus præceperint [b] Ecclesiasticis euitandam, id nunc tamen nobis visum est, vt qui talis probabitur; si post primam, & secundam commonitionem, se emendare neglexerit; donec in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuetur. Quod si se, Deo iuuante, correxerit, sancto ministerio restauretur.

XVI. Si Sacerdos moritur, quid de rebus Ecclesiæ obseruetur.

Licet de re huiusmodi, quam constituere salubri ordinatione decreuimus, prisca auctoritas Canonum nequaquam siluerit, sed euidenti sanctione præceperit, vt cuiuscunq; Ecclesiæ Pontifice defuncto, non passim pro [c] libito suo de earum rerum direptione, quas obiens derelinquit, quisquam irruat, do mumq; subuertat; sed Sacerdos qui exequiarum tempore ad est, omnia, quæ ad vtilitatem & conseruationem pertinẽt, debeat diligenti circunspectione munire; tamen quia hæc ipsa sanctio (quod peius est) à multis Clericis [d] cognoscitur violari ([e] ita vt occumbente Sacerdote, expectorato affectu, totaque disciplinæ seueritate posthabita, immaniter, quæ in domo Pontificali reperiuntur, inuadũt & abrãdunt) [f] ideò nũc hæc, huius [g] placiti, vel constituti inter nos censura, placuit custodiri, vt defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agẽte, nullus Clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quidquam de domo "auferre" præsumat, [h] vel de vtilitate, quæ instrumenti domus esse noscitur, id est, [i] mobili, & immobili rei

12. q. 2. Hac huius placiti. Idem in Concil. Valent. c. 3.

[a] Tradiderunt. Exc.

[b] Ecclesijs Excus. & C.A. malè.

[c] Libitu suo, in earũ rerum direptioné. Exc. & C.A.

[d] Nunc cognosc. Exc.

[e] Ita vt non iubente. Exc.

[f] Id nunc huius placiti, vel constitutionis. C.A.

[g] Plac. constitutione inter nos censoria. Exc.

" Deest in Exc. & Grat.

[h] Vel quod de vtilitate instrumenti domus esse agnoscitur. Exc.

[i] Mobilis & immobilis. Exc.

rei ecclesiasticæ,conetur inuadere; nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens,auferens,atque abscondens: sed is cui domus commissa est,subiunctis sibi,[a] cum consilio Cleri,vno vel duobus fidelissimis,omnia vsq; ad tempus Pontificis substituendi, [b] debeat cõseruare, vel his,qui in domo inueniuntur, Clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem Antistes,[c] suscepta ea,prout decessor suus ordinauit,vel huic Deus imperauit,[d] vti cum his debeat, quos cognouerit, disciplinæ & charitati decessoris sui fideliter paruisse. Quòd si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis (vt superiùs dictum est) Clericus,quacumq; occasione,de domo Ecclesiæ, vel de[e] omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse,vel forsitã dolo aliquo suppresisse, reus sacrilegij,prolixiori anathemate condemnetur; & vix quoq; peregrina ei cõmunio "animæ" concedatur. Quia durũ est, vt hi,quos constat in seruitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse,[f] illorum qui suarum rerum [g] incubatores,vel vtilitatibus seruientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

a Cum consilio, vno vel duobus fidelissim. Clericis. Exc.
b Debet. Grat.
c Susceptæ sedis cõmoda ordinabit, velut Deus imperauit. Exc. Grat.
d Vteis vti cum his debeat. Exc.
e Quacũq; Clericus occasione de omni facultate quippiam. Exc.
" Deest Exc. & Gratien.
f Ab his qui. Exc. & Grat.
g Incubitatores atq; vagãtes fuisse noscuntur. despecti aliquat. cruc. Exc.

1 Sergius, in Christi nomine Episcopus,has constitutiones,secundùm quod nobis cum fratribus "nostris," Deo inspirante complacuit,relegi,& subscripsi.

2 Iustus,in Christi nomine Episcopus, his constitutionibus interfui,& subscripsi.

3 [h] Casonius,in Christi nomine Episcopus, his constitutionibus interfui,& subscripsi.

4 Ioannes, in Christi nomine Episcopus, his constitutionibus interfui,& subscripsi.

5 [i] Paternus,in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Barcinonen. adquieui,& subscripsi.

6 Maurelio,in Christi [k] nomine Ecclesiæ Dertosanæ Episcopus, his constitutionibus interfui,& subscripsi.

7 Taurus,in Christi nomine Ecclesiæ Agarẽsis Episcopus, his constitutionibus interfui,& subscripsi.

8 Februarius,in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Ilerden. his constitutionibus interfui,& subscripsi.

9 Gratus,in Christi nomine Presbyter, directus à domino meo [l] Stafilio Episcopo, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

" Deest in Exc.
h Castonius: Exc. Carontius. C. A.
i Petrus, in Christi nomine, subscripsi. Exc.
K Nomine Episcopus subscripsi. Excus.
l Stephano. Exc. vel Staphilio: fortè Seaphilio Gerundẽsi.

De

De ſubſcriptionibus.

Subſcribunt in Concilio Sergius, qui erat Metropolitanus Tarraconenſis, vt dicitur in Canonibus Barcinonenſibus, & colligitur ex verbis ſubſcriptionis: Cum fratribus noſtris. Iuſtus erat Vrgelitanæ, Caſonius ſeu Caſtotius Impuritanæ, Ioannes Cæſarauguſtanæ, Maurelio Dertoſanæ; Februarius ſucceſsit Andreæ Ilerdenſi, Staſilius Gerundenſis per procuratorem ſubſcribit; Paternus ſucceſsit Nebridio Barcinonenſi.

FRAGMENTA EX Concilio Ilerdenſi.

EX Cap. 3.

33. q. 4. Nõ oportet. Burchar. lib. 9. c. 4. Iuo. p. 8. c. 141.

Quòd non oporteat à Septuageſima, vſque in octauas Paſchæ, & tribus hebdomadibus ante feſtiuitatem ſancti Ioãnis Baptiſtæ, & ab Aduentu Domini, vſque poſt Epiphaniam, nuptias celebrare. Quod ſi factum fuerit, ſeparentur.

EX CONCILIO ILERDENSI Cap. 7.

Burch. lib. 2. c. 217.

Frater in fratrem ſi auſus fuerit manum mittere, legitimam diſciplinam accipiat.

EX CONCILIO ILERD. Cap. 10.

2. q. 5. Presbyter. Burc. lib. 2. c. 184. Iuo. p. 6. c. 229.

Si quis Presbyter à plebe ſibi commiſſa, mala opinione infamatus fuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur ab officio Presbyter, vſque ad dignam ſatisfactionem: ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna enim ſatisfactio eſt, ſi eis, à quibus reus creditur, poſt rectam ſecuritatem, de impoſito crimine innocens eſſe manifeſtatur. Quod ita nobis à maioribus conſtitutum eſſe docetur. Sed ſiue ſecundùm Canones, ſiue ad arbitrium Epiſcopi, ſibi collegas ſeptem coniungat, & iuret in ſacro coram poſito Euangelio, quòd cum ſancta Trinitas, & Chriſtus filius Dei, qui illud fecit, & docuit, quod Euangelium continet, & ſancti quatuor Euangeliſtæ, qui illud ſcripſerunt, ſic adiuuent, quòd ille prænominatam actio-

nem ita non perpetrarit, sicut ei de illis oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum exerceat ministerium. Quam satisfactionem nonnulli præcedentium patrum sanctum Leonem Papam, in basilica sancti Petri, coram reuerēdissimo Cæsare Carolo, ac Clero, & plebe, ita fecisse commemorant; atque ita mox venerandum Principem, contra eiusdem sancti Papæ aduersarios, dignæ vltionis vindictam exercere.

EX CONCILIO ILERDENSI Cap. 10.

Burch. lib. 19. c. 150. De his ergo visum est nobis conscribi, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, vt mihi videtur, hæc distantia esse debet, vt hi, qui deprehēsi, vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus, secundùm sacrorum canonum instituta, à gradu proprio deponantur: quia est scandalum populo Dei, tales personas super se positas habere, quas vltra modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahuntur homines à sacrificio Dei; sicut quondam, filijs Heli peccātibus, fecisse leguntur: & rebelles hinc, atque contrarij existentes, eorum prauis exēplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis viris, per occultam confessionem, mala à se abscōsè commissa coram oculis Dei præsente etiam Sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitētur, & semetipsos grauiter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes, cum lacrymis, purgare certauerint, his etiam gradu seruato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est; qui omnes *1. Tim. 2.* homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis perue- *1. Tim. 2.* nire; neque vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.

EX CONCILIO ILERD. C. 20.

Burch. lib. 7. c. 17. Vt omnis controuersia, quæ de Ecclesiasticis rebus fit, secundùm diuinam legem, sub duobus vel tribus testibus termine- *Deuter. 17. & 19. D. Matth. 18. B. 2. Cor. 13. A* tur, testis est Dominus quum, dixit: Non vnus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

EX

Distin. 55. Si quis in infirm. Iuo. p. 6. c. 34.

EX CONCILIO ILERD. C. 20.

Si quis in infirmitate positus Clericus, in medicorum incisione claudus efficitur, promoueri eum ad sacros ordines non denegamus.

EX CONCIL. ILERD.

De consecr. dist. 4. Omnis Presbyter. Burch. lib. 4. c. 13. Iuo. p. 1. c. 108.

Omnis Presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens solummodò ad baptizandi officium habeat; quod extra Ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris, propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

HÆC DVO DECRETA ADDVCIT Surius ex vetusto codice M.S.

Episcopi, Presbyteri, Diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.

Quod non oporteat, Christianos euntes ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet.

Notæ in Concilium Ilerdense.

ILerdense] *Ilerda, Ilergetum vrbs, in Hispania Tarraconensi, de qua in Commẽtarijs Cæsaris de bello ciuili, frequens mentio: abluitur fluuio Sycore: eius meminêre Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Plinius lib. 3. cap. 3. Antoninus, & alij. Vnum verò tantũ Ilerdense concilium ab Iuone, Burchardo, Gratiano, atque alijs collectoribus Canonum citatur: sed illud mutilum, ex eo videtur, quòd Burchardus lib. 7. c. 17. vigesimum huius capitulum adducit, quod hic nusquam comparet; cum sexdecim tantùm habeantur. Aduerte scribẽdum, Ilerda, non Illerda: Horatius: Aut fugies Vticam, aut vinctus mittêris Ilerdam.*

In conuentu Ilerdensi.] *A Plinio municipium, non conuentus dicitur. Conuentus sunt. 7. Tarraconensis, Carthaginensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Bracarensis. Municipia tredecim, Saguntum, Bœtulum, Illurco, Blãda, Emporia, Dertosani, Bigargitani, Bellitani, Calagurris, Ilerda, Osca, Tarracona, Bilbilis.*

Vix quoque peregrina ei communio concedatur.] *Communio corporis & sanguinis Christi, non vno eodemq; modo omnibus fidelibus tradebatur. Vnde diuersis quoque nominibus appellatur. Sacerdotalis communio dicitur, quam Sacerdos sumit, in Concilio 2. Arelatensi, cap. 2. & Ecclesiastica in Concilio Aurelianensi. 4. c. 14. & Laica de qua frequens mentio est, præsertim in Eliberitano Concilio. c. 76. & Sardicensi. c. 1. Quid verò sit Clericum Laicam communionem accipere, explicat Canon Apostolorum decimusquintus, his verbis: Tanquàm Laicus ibi communicet. & Toletanum Concilium. 1. cap. 4. Inter Laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet. Idem Cornelius Papa Epist. ad Fabium Antiochenum, & Eusebius lib. 6. histo. Ecclesiast. c. 35. Nicephorus lib. 6. c. 3. Sanctus Cyprianus lib. 1. Epistol. 4. de Martiale & Basilide. Nam hoc certum est, quòd orabant, & communicabant Laici extra cancellos per ministerium Archidiaconi; vt constat ex Concilio Toletano. 4. Can. 18. Et Brac. 1. cap. 13. sic dicitur: Item placuit, vt intra Sanctuarium altaris ingredi, ad communicandum non liceat Laicis, viris vel mulieribus, nisi tantùm Clericis, sicut antiquis Canonibus statutum est: Episcopi verò & Sacerdotes, & Clerici orabant, & communicabant intra Cancellos, per ministeriũ Episcopi, vel Sacerdotis, vt patet ex Synodo Nicæna Can. 14. & Laodicens. c. 19. & sexta Synodi in Trull. Can. 68. quod Diuus Ambrosius factum, in pœnitentia Theodosij similiter affirmat. Ordinem standi in templo inuenies in constitut. Apostol. lib. 2. Can. 61. Dicitur etiam Peregrina communio in Concilio Agathensi. cap. 2. & Gratianus cap. Clerici. 13. q. 2. & distinct. 50. cap. Contumaces. Vbi glossa: Peregrina, quæ aliàs dicitur Laica. Ibi Archidiaconus, & Turrecremata, & Dominicus, non satis assequuntur quid sit peregrina communio: sed existimo Laicam, & Peregrinam cõmunionem idem esse, nullumq; discrimen inter vtramq; versari. Nam duo tantùm ordines communicãdi erãt, Clericorum & Laicorum: peregrinus autem superueniens, aut inter Clericos, aut inter Laicos habebat locũ: ex Concilio Carthaginensi. 3. c. Episcopi, vel Presbyteri. Aliter sentit Lindanus vir doctissimus, in Panoplia, lib. 4. cap. 58.*

CONCI-

CONCILIVM VALENTINUM VI. Episcoporum, habitum Era D. LXXXIIII.

TITVLI.

a Præsum. inuadere. Exc.

b Spondeat. Exc.

I. Vt Euangelium post Apostolum legatur.

ANNO decimoquinto Theodorici Regis, sub die ij. Non. [c] Decemb. in nomine Dñi nostri Iesu Christi, Valētiæ in Concilio cōgregati, [d] cū de Ecclesiastica regula tractaremus, antiquos Canones relegentes, inter cætera, [e] hæc censuimus obseruandum: vt sacrosancta Euangelia, ante munerum illationem, [f] vel missam Catechumenorum, in ordine lectionū, post Apostolum legantur: quatenus salutaria præcepta Domini nostri Iesu Christi, [g] vel sermonem Sacerdotis, non solùm fideles, sed etiam Catechumeni, ac pœnitētes, & omnes, qui [h] ex diuerso sunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos ad fidem adtractos euidenter scimus.

c Aliàs pridie Nou.

d Dñ Ecclesiasticas regulas Exc.

e Hoc. Exc.

f In missa. Exc.

g Sermones. Exc.

h é. Exc.

Vt de-

II. Vt defuncto Episcopo, de rebus ipsius, vel Ecclesiæ nullus quicquam [a] præsumat.

a Præsum. inuadere. Exc.

Hoc etiam placuit, vt Episcopo ab hoc seculo, iubente Domino, accersito, Clerici ab omni omninò supellectili, vel quæcunque sunt in domo Ecclesiæ, vel Episcopi; in libris, in speciebus, vtẽsilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omninò re rapaces manus abstineãt, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec Canonum auctoritate [b] cohibiti fuerint; omnia, quæ peruaserint, Metropolitani, vel omnium Comprouincialium Sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum [c] reddere integra cogantur: vt nihil Antistiti, vel dispensatori futuro necessariorum, sub hac iusta constitutione, depereat. Quod vt confidentius, iustitia manente, seruetur, secundum Regiensis Synodi constituta, Episcopo [d] à corpore recedente, vicinior illi accedat Episcopus; qui, ex more exequijs celebratis, statim Ecclesiæ ipsius curã districtissimè gerat; ne quid ante ordinationem futuri Pontificis, [e] inhiantium Clericorum subuersioni, vel direptioni iam liceat. Ita vt [f] de repertis omnibus inspectior censitio, descriptioq́; fidelissima (si fieri potest) intra octauas defuncti, sub diligentia præsentis Episcopi, peragatur. [g] Dehinc ad Metropolitani notitiã habita [h] ordinatio, vel descriptio deferatur: vt eius electione talis persona ordinandæ [i] domus Ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta Clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit) Metropolitano congruis temporibus reddere posit rationem: vt, sub hac salubri constitutione, Clerici stipendijs suis omninò contenti, labores nõ diripiant Episcopi decedentis; & in vacuam Ecclesiæ domum futurus Põtifex, non sine dolore, succedat; sed magis de prædecessoris sui dimisso posit & ipse gaudere, & alijs ministrare.

c. 5. Regiẽs. synod.

b Prohibiti. Exc.

c Redintegrare cog. Exc.

d è. Exc.

e Remanentium Cleric. Exc.

f Directis hominib. inspectio certior, & descriptio fidel. Exc.

g Ac dehinc. Exc.

h Ordinatẽ descriptio defer. Exc.

i Domui. Exc.

III. Vt propinqui morientis Episcopi de rebus eius nihil vsurpẽt, sine Metropolitani, aut Comprouincialium conscientia.

Simili quoque modo, parentibus, & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuncietur, vt sine Metropolitani, vel Comprouincialium Sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti [k] occupare pertentẽt; ne fortè [l] in hæreditarijs

k In alio M. s. auerare.

l Cum. Exc.

tarijs rebus, etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia, vel permixta vsurpent; sed aut vsque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certè, si longum fuerit, ad Metropolitani (vt dictum est) ordinationem recurrant. Si quis autẽ [a] immemor diuini timoris, contra hæc [b] sancita Synodica Clericus quisquã, vel Laicus venire, improba mente, tentauerit, & communione, & cõsortio priuetur Ecclesiæ: quia durum est, vt ad illam conueniat, quam expoliare non metuit. Nisi fortè spiritu meliori [c] correctus, dum à præsumptione cessauerit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter, modesteque vnusquisque repetit, quod sibi iure debetur, ei, absque aliqua animaduersione, à Metropolitano, vel cui iniunxerit, aut res, aut ratio non negetur. Hoc [d] etiam omnes Canone constringendi, qui in præteritum res ecclesiæ, vel Episcopi vsurpantes diripuerint.

[a] Contemptor. Exc.
[b] Sancta. Exc.
[c] Correptus. Exc.
[d] Hoc etiã Canone omnes constring. qui tam in præterit quàm in futur. res Eccl. Exc.

IIII. De exequijs morientis Episcopi, qualiter humetur.

Illud etiam prouido Concilio decretum est, vt quia sæpè sanctorum Antistitum, per absentiam Commendatoris Episcopi, exequiæ differuntur; ita, vt veneranda Pontificis membra, dum tardiùs funerantur, iniuriæ omnino subiaceãt, Episcopus, qui post mortem fratris, ad sepeliendum eum solet inuitatus occurrere, infirmũ magis, & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat: vt, aut de releuatione Consacerdotis ampliùs gaudeat, aut certè de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, eiusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem à seculo, post oblatum in eius commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissimè, & superiùs constituta [e] Canonica non differat adimplere. Si [f] autem, vt fieri solet, Antistes obitu repentino discesserit, & conlimitanei [g] Sacerdotes de longinquo minimè adesse potuerint, vno die tantùm [h] cum nocte, exanimatum corpusculum Sacerdotis maneat; non sine fratrum, ac religiosorum frequentia, vel psallentiũ excubatione seruatum, à Presbyteris, cum omni diligentia, in [i] loculo conditum seorsum, non statim humetur, sed honorificè commendetur; donec sine mora, inuitato vndecunque [k] Pontifice, ab ipso, vt condecet, solenniter tumuletur, vt & iniu-

[e] Canonicè. Exc.
[f] Autem Antistes.
[g] Sacerd. (vt fieri solet) de longinq. Exc.
[h] Cum sua nocte. Exc.
[i] Loco. Exc.
[k] Post Sacerdotis corpus ab ipso. Exc.

iniuriæ tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis Sacerdotibus obseruetur.

V. De vagis, & inobedientibus Clericis.

Hoc etiam placuit, vt vagus, atque instabilis Clericus, siue etiam in Diaconi ministerio, vel Presbyteri officio constitutus, si Episcopi, à quo ordinatus est, præceptis non obedierit, vt in delegata sibi Ecclesia officiũ dependat asiduum; quousque in vitio permanserit, [a] à communione, & honore priuetur.

[a] Et. Exc.

VI. Vt Clericum alienum nullus ordinet; nec sit Clericus, qui non [b] spoponderit locum, vbi sit delegatus.

[b] Spondeat. Exc.

Vt nullus alienum Clericum, secundùm decreta Canonum, sine consensu Episcopi sui, audeat ordinare. Sed nec illum sanctorum Sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitùs non spoponderit: vt per [c] hoc nullus à regula, vel disciplina ecclesiastica deuiare permittatur impunè.

[c] Hæc. Exc.

1 [d] Celsinus, in Christi nomine Episcopus, [e] hæc capitula [e] subscripsi.

2 Iustinus, in Christi nomine Episcopus, hæc capitula subscripsi.

3 Reparatus, in Christi nomine Episcopus, hæc capitula subscripsi.

4 Setabius, in Christi nomine Episcopus, hæc capitula subscripsi.

5 Benagius, in Christi nomine Episcopus, hæc capitula subscripsi.

6 Ampellius, in Christi nomine Episcopus, hæc capitula subscripsi.

7 Sallustius Archidiaconus, vicarius domini mei Marcellini Episcopi, subscripsi.

[d] Celsinus. Exc.
[e] Desunt vbique. Exc.
Hæ subscriptiones in Exc. corruptæ & mutilæ sunt.

FRAGMENTA, QVAE citantur ex Concilio Valentino; siue id Hispanum, siue Gallicum sit.

CAPVT IIII.

Burch. lib. 3. c. 140.

CLerici, etiam vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint Ecclesijs, vel Monasterijs, crediderint auferendum, sicut Synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab Ecclesijs excludantur.

CAP. 4.

Burch. lib. 3. c. 142.

Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excõmunicentur.

CAP. 16.

Burch. lib. 3. c. 18

Vt Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gẽtilem, siue Hæreticum, siue Iudæum, vsque ad Missam Catechumenorum.

CAP. 50.

Burch. lib. 3. c. 170.

Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel communicatio, absque eorum collaudatione, & subscriptione.

CAP. 101.

Burch. lib. 9. c. 5.

Sponsus & sponsa quum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus, vel à paranymphis, in Ecclesia sacerdoti offerantur: & quum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

Notæ in Concilium Valentinum.

" " VAlentinum.] *Ciuitatis Valētiæ in Hispania, meminit Ptolemæus lib.2.c.5. & Plinius.3.cap.3. Valentia, inquit, colonia tria millia passuum à mari Mediterraneo remota. De ea Pomponius Mela, lib.2.cap.6. & Itinerarium Antonini. Fuit hoc Concilium celebratum sub Symmacho Papa: eius mentio habetur in 7.Concil. Toletan.cap.3. Tres sunt in Hispania Valentiæ: prima in ore maris Mediterranei, celebre & nobile opidum, in quo actum est hoc Concilium; sedes hodie Archiepiscopalis: altera Valentia de don Iuan, in diœcesi Palentina: tertia Valentia de Alcantara, in diœcesi Caurienſi; neque hæ obscura opida.*

Cap.1 In missa Catechumenorum.] *Catechumeni ante oblationem corporis & sanguinis Christi, extra tēplum eijciebantur, dicto Euāgelio. Idq; constat ex Dionysio Areopagita, lib. de Cœlesti Hierarc. cap.3. tertiæ partis. & ex Concil. Laodic. can. 19. & Clemente, lib. 8. constit. Apostol. cap.12. Tertulliano, de præscript. aduersus Hæreticos. S. Athanasio in Apolog. 2. contra Arrianos, Cyrillo Alexandrino, lib.12. in Ioannem, c.50. & ex alijs. Catechumenus, & audiens appellabatur: quia vt fide imbueretur, humiliter sacramenta religionis & Domini præcepta ex ore Sacerdotis audiebat. Augustinus lib. de Fide & operibus cap.6.*

C.1. Post Apostolum legatur.] *Qua ratione, in munerum illatione, epistola ante Euangelium legatur, adnotat Rupertus lib.1. cap. 32. & Innocētius cap.29. Alcuinus de celebratione Missæ. Simon Thessalonicensis, in lib. de mysterijs Missæ, cap.22. Vualfrid. de rebus Ecclesiasticis cap.22.* " *Anteponitur, inquit, in ordine Epistola* " *Euangelio, etsi inferior dignitate; vt ex minoribus animus audien-* " *tium, ad maiora sentienda proficiat, & gradatim, ab imis ad sum-* " *ma conscendat.*

C.4. Mos antiquus in sepeliendis Sacerdotibus.] *Sepulturam & exequias mortuorum maxima obseruantia coluerunt antiqui Patres; quasi argumentum, euidensq; præsagium resurrectionis corporum; & in honorem organi, quo Spiritus sanctus ad officia pietatis est vsus, dum illud corpus defunctum vitam ageret. Vnde Concil. Bracar.1. cap.16. his qui sibi inferunt mortem, commemo-*

rationem

rationem in oblatione negat, & officium psalmorum in funere: idem de Catechumenis cap. 17. Neque vno eodemq́ modo funeris ritus & caremonia apud Christianos fuerunt, sed pro diuersitate status, dignitatis, & ordinis, alius Prasulis, alius Sacerdotis, alius Laici Christiani iusta soluendi modus, diuersaq́ caremonia; & sicuti in vita, ita in morte discrepans cultus & religio corporibus tributa. Fuit interdictum Christianis intra templa sepeliri; vt de Imperatoribus Constantinopolitanis (quorum corpora extra Ecclesiam pendebāt) refert Chrysostomus, Homil. 66. ad populum Antiochenum; præsertim de Constantino Magno, cuius corpus pro foribus piscatoris, vt ianitor, excubias agebat: & de Theodosio Iuniori, & Arcadio tradit Nicephorus lib. 14. cap. 58. Et miraculum insigne de hac re refert S. Gregorius Magnus lib. 4. dialog. cap. 53. Verùm hoc quod Imperatoribus fuit negatum, Sacerdotibus fuit indultum; ex Euagrio, lib. 4. cap. 30. De hac re multa ab antiquis & neotericis scriptoribus aduersus Hæreticos, traduntur, qui in viuos & mortuos Catholicos Christianos bellum immane gerunt. Sed pro decreto describam locum D. August. lib. 1. de ciuitate Dei cap.
„ 13. Non sunt contemnenda, inquit, & abijcienda corpora defun-
„ ctorum; maximè iustorum atque fidelium, quibus tanquam orga-
„ nis, ac vasis, ad omnia bona opera, sanctus vsus est Spiritus. Si enim
„ paterna vestis & anulus, ac si quid eiusmodi, tanto charius est po-
„ steris, quanto erga parentes maior affectus; nullo modo ipsa spernen-
„ da sunt corpora, quæ vtiq́ multo familiariùs, atque coniunctiùs,
„ quàm qualibet indumenta gestamus. Et infra: Unde & antiquorum
„ iustorum funera, officiosa pietate curata sunt, exequia celebrata, &
„ sepultura prouisa: ipsiq́, dū viuerent, de sepeliendis, vel etiam trāsferendis suis corporibus, filijs mandauerunt. Hæc, & alia Augustinus, præsertim in libro de cura pro mortuis agenda.

CONCILIA

BRACARENSIA

SVB

REGIBVS SVEVORVM.

SERIES SVEVORVM Regum, ſub quibus Bracarenſia Concilia habita ſunt.

Era Cæſaris.	*Anno Chriſti*	
446	408	*Hermericus regnauit ann.* 32.
478	440	*Rechila ann. ſeptem.*
486	448	*Recciarius ann. nouem.*
495	457	*Maldra ann. tres.*
498	460	*Frumarius ann. quatuor.*
		Remiſmundus: qui cum tota gente, Arriana hæreſi infectus fuit. In quo errore gens illa per annos ferè centum perſeuerauerit: quo tempore Reges non reperiuntur; quippè indigni, vt eorum repetita maneat memoria.
596	558	*Theodomirus ſeu Ariamirus, Catholicus ann. 6. Concilium Bracarenſe primum ſub eo habitum, & Lucenſe: regnauit annis duodecim.*
608	570	*Miro ann.* 13. *Concilium Bracarẽſe ſecundum.*
620	582	*Eboricus.*
		Andeca tyrannus.
		Sueuorum regnum deletum eſt tẽpore Leouegildi, Gothorũ Regis; poſtquàm regnauerunt in Hiſpania annis centum ſeptuaginta ſeptem: vt auctor eſt Iſidorus.

SYNODVS BRAcarensis prima, regnante Domino nostro Iesu Christo, currente Era D. XCVIIII. anno tertio Ariamiri Regis, die Cal. Maiarum.

CVM Galliciæ Prouinciæ Episcopi, Lucretius, Andreas, Martinus, Cottus, [a] Ildericus, Lucentius, Timotheus, Maliosus, ex præcepto præfati gloriosissimi Ariamiri Regis, in Metropolitana eiusdem Prouinciæ Bracarensis Ecclesia conuenissent; considentibus simul Episcopis, præsentibus quoque Presbyteris, adstantibusque ministris, vel vniuerso Clero, Lucretius memoratæ Metropolitanæ ecclesiæ Episcopus dixit:

Diu est, sanctissimi fratres, quòd secundùm instituta venerabilium Canonum, & decreta Catholicæ & Apostolicæ disciplinæ, desiderabamus Sacerdotalem inter nos fieri debere conuentum; [b] qui non solùm Ecclesiasticis regulis & ordinibus [c] opportunus est, sed etiam stabilem semper efficit charitatis fraternæ concordiam: dum congregati simul, in nomine Domini, Sacerdotes, ea inter se salutifera collatione requirunt, quæ secundùm doctrinam Apostolicam, vnitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc igitur, quoniam optatum nobis huius congregationis diem gloriosissimus, atque piissimus filius noster, adspirante sibi Domino, regali præcepto concessit, [d] & simul positi [e] considemus, prius si placet, de [f] statutis fidei Catholicæ perquiramus: tunc deinde sanctorum patrum instituta, recensitis Canonibus, innotescant: postremò quædam etiam, quæ ad obsequium Dei, vel officium pertinent Clericale diligentiùs pertractentur: vt si qua fortassè per ignorantiæ desidiam, vel per [g] longi temporis incuriam, aut varia inter nos habentur, aut dubia,

Ephes. 4. a.

a Gildericus. Exc.

b Quia. Exc.

c Opportunum. Exc.

d Vt. Exc.

e Cōsideremus. Exc.

f Statu. Exc.

g Longinqui. Exc.

ad vnam, ſicut decet, rationis, aut veritatis formulam reuocentur.

Omnes Epiſcopi dixerunt: Proſecutio tuæ beatitudinis iuſta eſt: ea namque de cauſa cõuenimus, vt aliqua nobis Eccleſiaſticæ conſtructionis vtilitas commodetur.

Lucretius Epiſcopus dixit: Priùs ergo de ſtatutis fidei, ſicut ſuperiùs dictum eſt, conferamus. Nam licet iam olim Priſcillianæ hæreſis contagio in Hiſpaniarum prouincijs detecta ſit, & damnata, ne quis tamen, aut per ignorantiam, aut aliquibus, vt aſſolet, ſcripturis deceptus apocryphis, aliqua adhuc ipſius erroris peſtilentia ſit infectus, manifeſtiùs ignaris hominibus declaretur; qui in ipſa extremitate mundi, & vltimis huius prouinciç regionibus conſtituti, aut exiguã, aut pçnè nullam rectæ eruditionis notitiã contigerunt. Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus [a] nefandiſsima Priſcillianæ ſectæ venena ſerpebant, beatiſsimus Papa vrbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ferè extitit Apoſtoli Petri ſucceſſor, per Turibium notarium ſedis ſuæ, ad Synodum Gallicię, contra impiam Priſcilliani ſectam, ſcripta ſua direxit. Cuius etiam præcepto Tarraconenſes, & Carthaginenſes Epiſcopi, [b] Luſitani quoque, & Bætici, facto inter ſe Concilio, regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim, cum aliquibus capitulis conſcribentes, ad Balconium, tunc huius Bracarenſis Eccleſiæ Præſulem, direxerunt. Vnde, quia & ipſum præſcriptæ fidei exemplar, cum ſuis capitulis, prç manibus hîc habemus; pro inſtructione ignorantium, ſi veſtræ placet reuerentiæ, recitetur.

Vide Concil. Tolet. 2. epiſtol. Montani Epiſcopi ad Theoribium. Nam de illo hic fit mentio.

De hac regula fidei, vide quæ notata ſunt in primo Toletano.

[a] Nefandiſsimæ. Exc.

[b] Luſitani quoque & Betica Exc.

Omnes Epiſcopi dixerunt: Valdè neceſſaria horum capitulorum eſt lectio: vt dum ſimplicioribus quibuſque priſtina ſanctorum patrum [c] ſtatuta panduntur, abominata iam olim à ſede beatiſsimi Petri Apoſtoli, & damnata [d] Priſcilliani hæreſis figmenta [e] cognoſcant.

[c] Inſtituta. Exc.

[d] Priſcillianæ. Exc.

[e] Cognoſcatur. Exc.

Lectum eſt exemplar fidei, cum capitulis ſuis: quę, ne prolixitatem facerent, his geſtis minimè ſunt inſerta.

Poſt lectionem capitulorum, omnes Epiſcopi dixerunt: [f] Licet horum capitulorũ lectio neceſſaria recenſita ſit, tamẽ euidentiùs, & ſimpliciùs ea, quæ ſunt execrabilia, ita [g] præpoſitis etiam capitulis modò declarentur, vt, qui minùs eſt eruditus, intelligat; & ſic ſub anathematis ſententia exploſa

[f] Licet lectio neceſſariè recenſita ſit. Exc.

[g] Poſiti. Exc.

iam

iam olim Priſcilliani erroris figmenta damnentur. Vt quiſquis Clericus, vel Monachus, ſiue Laicus, tale aliquid ſentire adhuc, vel defendere fuerit deprehenſus, tanquàm verè putre membrum continuò de corpore abſcindatur catholicæ Eccleſiæ:[a] ne aut ſocietas eius maculam ſuæ prauitatis rectè credentibus ingerat, aut ampliùs de permixtione talium, aliquod Orthodoxis reputetur opprobrium.

[a] Ne aut ſocietatis, ſiue prauitatis eius macula á rectè credẽtibus, de permixtione talium, &c. Exc.

Propoſita contra Priſcillianam hæreſem capitula, & relecta continentur hæc.

I Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non confitetur tres perſonas vnius ſubſtantiæ, & virtutis, ac poteſtatis, ſicut Catholica & Apoſtolica Eccleſia docet, ſed vnam tantùm dicit, & ſolitariam eſſe perſonam; ita vt ipſe ſit Pater, qui Filius, ipſe etiam ſit Paraclêtus Spiritus, ſicut Sabellius, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

ij Si quis extra ſanctam Trinitatem, alia neſcio quæ, diuinitatis nomina introducit; dicens,[b] quòd in ipſa diuinitate ſit Trinitas Trinitatis, ſicut Gnoſtici, & Priſcilliani dixerunt, anathema ſit.

[b] Quòd ipſa diuinitas ſit Trinitas, ſicut. Exc.

iij Si quis filium Dei Dominum noſtrum, antequàm ex Virgine naſceretur, non fuiſſe, ſicut Paulus Samoſatenus, & Photinus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

iiij Si quis Natalem Chriſti, ſecundùm carnem, non benè honorat, ſed honorare ſe ſimulat; ieiunans in eodem die, & in Dominico; quia Chriſtum in "vera" hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichæus, &[c] Priſcillianus, anathema ſit.

" Deeſt in Exc.

[c] Priſcill. dixerunt.

v Si quis animas humanas, vel Angelos, ex Dei credit ſubſtantia extitiſſe, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

vj Si quis animas humanas dicit, priùs in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro hoc, in corpora humana, in terram deiectas, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

vij Si quis dicit, diabolum non fuiſſe priùs bonum Angelum à Deo factum, nec Dei opificium fuiſſe naturam eius; ſed dicit, eum "ex chao &" tenebris emerſiſſe; nec aliquem ſui habere auctorem, ſed ipſum[d] eſſe principium, atque ſubſtantiam mali, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerũt, anathema ſit.

" Deſunt in Exc.

[d] à ſe principium. Exc.

viij Si quis credit[e] quia aliquantas in mundo creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempeſtates, & ſiccitates

[e] Quòd. Exc.

tates ipſe diabolus ſua auctoritate faciat, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

ix Si quis animas, & corpora humana [a] fatalibus ſtellis credit adſtringi, ſicut Pagani, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

x Si quis duodecim ſigna, [b] quæ Mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ vel corporis membra [c] diſpoſita credunt, & nominibus Patriarcharum adſcripta dicunt, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

xj Si quis coniugia humana damnat, & procreationem naſcentium perhorreſcit, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

xij Si quis plaſmationem humani corporis, diaboli dicit eſſe figmentum, & conceptiones in vteris matrum, operibus dicit dæmonum figurari; propter quod & reſurrectionem carnis non credit, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

xiij Si quis dicit creationem vniuerſæ carnis, non opificium Dei, ſed [d] malignorum eſſe Angelorum, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

xiiij Si quis immundos putat cibos carniũ, [e] quos Deus in vſus hominum dedit; & non propter afflictionem [f] corporis, ſed quaſi immunditiam putans, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus prægustet, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

xv Si quis Clericorum "vel Monachorum" præter matrem, aut germanam, vel thiam, [g] vel proximam ſibi conſanguineam iunguntur, aliaſq; aliquas adoptiuas fœminas ſecũ retinẽt, & cũ ipſis cohabitãt, ſicut Priſcilliani ſecta docuit, anathema ſit.

Concil. Eliber. can. 17. & Concil. Tolet. can. 15.

xvj Si quis quinta feria Paſchali, quæ [h] eſt Cœna Domini, hora legitima, poſt nonam ieiunus in Eccleſia miſſas non tenet; ſed ſecundùm ſectam Priſcilliani, feſtiuitatem ipſius diei, ab hora tertia, per miſſas defũctorũ, ſoluto ieiunio colit, anathema ſit.

xvij Si quis ſcripturas, quas Priſcillianus, ſecũdùm ſuum deprauauit errorem, vel tractatus Dictinij, quos ipſe Dictinius antequam cõuerteretur, ſcripſit, "vel quæcumq; hæreticorum ſcripta" ſub nomine Patriarcharum, Prophetarum, vel Apoſtolorum [i] ſuo errori conſona [k] confinxerunt, legit, & impia eorum figmenta ſequitur, aut defendit, anathema ſit.

Propoſitis his capitulis, & relectis, Lucretius Epiſcop. dixit: Quoniam

[a] Fatali ſigno. Exc.
[b] In nonnullis M.ſſ. ita eſt: Signa de ſideribus, quæ. Exc.
[c] Diſſipata. Exc.
[d] Malorum. Exc.
[e] Quas. Exc.
[f] Sui corpor. Exc. & C.A.
" " Deſunt in Exc.
[g] Vel etiam quæ proxima conſanguinitate iunguntur, aliàs. Exc. & C.A.
[h] Vocatur. Exc.
" " Deſunt in Exc.
[i] & ſuo. Exc.
[k] Confinxit. Exc.

Quoniam [a] ea, quæ à Catholicis [b] abominãda ſunt, & damnanda, manifeſtiùs & apertiùs etiam ignorantibus declarata ſunt, neceſſarium poſt hoc arbitror, ſi veſtræ fraternitati videtur, vt inſtituta nobis ſanctorum Patrum, recenſitis antiquis Canonibus, innoteſcant. Quæ etſi non omnia, certè vel pauca quædam, quæ ad inſtructionem Clericalis diſciplinæ pertinent, relegantur. Omnes Epiſcopi dixerũt: Placet [c] quod dictum eſt, & congrua res eſt, vt quibus fortaſſè per incuriam abolita ſunt Eccleſiaſtica conſtituta, audiant ſanctorum Canonum regulam, & obſeruent.

Relecti ex codice coram Concilio tam generalium Synodorum Canones, quàm localium.

Poſt quorum lectionem Lucretius Epiſcopus dixit: Ecce ex ipſa Canonum lectione agnoſcat ſancta fraternitas veſtra, non ſolùm in generalibus Concilijs, ſed etiam in localibus congregatos ſimul Sacerdotes, vno conſenſu, ea quę Eccleſiaſtico conueniebant ordini, ſtatuiſſe, & ſecundùm quod vniuſcuiuſq; rei [d] exhibebat ratio, proſpexiſſe; ſequẽtes ſententiam doctrinæ Apoſtolicæ, dicentis: Probate quæ bona ſunt, & tenete. Si ergo placet charitati veſtræ, quia ſunt aliqua Eccleſiaſticæ inſtitutionis obſequia, quæ in huius præſertim extremitate prouinciæ, non per contentionem, quod abſit, ſed magis, ſicut præfati ſumus, [e] per incuriam, aut per ignorantiam variantur, conſtituamus quædam inter nos capitula; vt quæ non vno modo tenentur à nobis, ad vnam [f] omnimodò formulam reuocentur.

1. Theſ. 5. D

Omnes Epiſcopi dixerũt: Neceſſarium, & valdè hoc vtile arbitramur, vt ea quæ apud vnumquemque noſtrûm varia & inordinata conſuetudine retinentur, vnito inter nos, per Dei gratiam, [g] quo per concordiam, celebrentur, officio. Et idcircò ſi quid illud eſt magnum, vel paruum, in [h] quibus variari videmur, ad vnam, ſicut dictum eſt, formulam, præfixis rationabiliter capitulis [i] reuocentur. Præcipuè cum & de cæteris quibuſdam cauſis inſtructionẽ apud nos ſedis Apoſtolicæ habeamus, quæ ad [k] interrogationem, quondam venerandæ memoriæ, prædeceſſoris tui, [l] Profuturi, ab ipſa beatiſsimi Petri cathedra directa eſt.

Lucretius Epiſcopus dixit: Rectè veſtra fraternitas pro auctoritate ſedis Apoſtolicæ [m] reminiſcita eſt: quæ licet eodem tempore innotuerit, quo directa eſt, tamen pro firmitate

a Etiam ea. Exc.
b Abominata & dãnata. Exc.
c Hoc edictũ & cõg Exc. Aliàs dictũ.
d Expetebat. Exc.
e Fiunt per incuriã. Et deeſt: Variãtur in Exc.
f Omnino. Exc.
g Et concordi celebrentur officio. Exc.
h Quo. Exc.
i Reuocetur. Exc.
k Interrogationes ſuas. Exc.
l Profuturi prudentia ab ipſa B. Pet. accepit cathedra. Exc.
m Recordata eſt. Exc. terminata eſt C.A.

tate

tate testimonij, & instructione multorum, si vestrę vnanimitati complacet, quia præ manibus est, coram his omnibus [a] relegatur.

Omnes Episcopi dixerunt: Iustum est, vt, quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quæ [b] sit eius doctrina, à circunstantibus audiatur.

Relecta est auctoritas sedis Apostolicæ, ad quondàm Profuturum directa Episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minimè est inserta. Post cuius lectionē Lucretius Episcopus dixit:

Manifestiùs patet, Apostolicam nobis opitulari doctrinam: Et ideò sicut fraternitas vestra [c] prædixit, si quid per ignorantiam apud quosdam [d] variũ habeatur, ad vniformem concordiæ regulam, perscriptis inter nos capitulis, [e] adiungatur.

Proposita sunt igitur capitula " & relecta " quæ continent hæc.

I Placuit omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in Matutinis, vel Vespertinis officijs teneatur; & non diuersæ, ac priuatæ, "neque" monasteriorum consuetudines [f] cum Ecclesiastica regula sint permixtæ.

ij Item placuit, vt per solennium dierum Vigilias, vel Missas, omnes easdem, & non diuersas lectiones, in Ecclesia legant.

iij Item placuit, vt non aliter Episcopi, & aliter Presbyteri populum, sed vno modo salutent, dicentes: Dominus sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur; & vt respondeatur à populo: Et cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis Apostolis traditum omnis retinet Oriens, & non sicut Priscilliana prauitas permutauit.

iiij Item placuit, vt eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus, [g] quem Profuturus quondam huius Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum.

v Item placuit, vt nullus eum baptizandi ordinem [h] prætermittat, quem & antea tenuit Metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus Episcopus scriptum sibi, & directum à sede beatissimi Apostoli Petri suscepit.

vj Item placuit, vt conseruato Metropolitani Episcopi primatu,

Marginal notes:

Dist. 12. c. Placuit omnib. & Concil. Tolet. 4. c. 2.

Ruth. 1. A. Vide Petrũ Damianum in libello de Dominus vobiscum.

Ivo. p. 1. ca.

[a] Legatur. Exc.

[b] Est. Exc.

[c] Dixit. C. A.

[d] Variat. C. A.

[e] Adstringatur. C. A. & Exc.

" Desunt in Exc.

" Deest in Exc.

[f] Contra Ecclesiasticas regulas sint permistæ. Exc.

[g] Quomodo. Exc.

[h] Præterm. vsu quem Exc.

matu, cæteri Episcoporum, secundùm suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum.

vij *De hac re diximus Cōcil. 16. Tol. c. 5. Concil. Tarracon.*

Item placuit, vt de rebus Ecclesiasticis tres æquè fiant portiones; id est Episcopi vna, alia Clericorum, tertia in [a] recuperatione vel in luminarijs Ecclesiæ: de qua parte siue Archipresbyter, siue Archidiaconus, illam administrans, Episcopo faciat rationem.

[a] Reparatione. Exc. sed in sequenti cōcilio recuperatione etiam legitur.

viij *Vide quæ diximus Cōcil. Tolet. 13. c. 11.*

Item placuit, vt nullus Episcopus Clericum alterius ordinare præsumat; sicut & antiqui Canones vetuerunt; nisi fortè signata ipsius Episcopi scripta susceperit.

ix *De Orario diximus in Concil. Tol. 4. c. 38.*

Item placuit, vt quia in aliquantis huius prouinciæ Ecclesijs, Diacones absconsis infra tunicam vtuntur orarijs; ita vt nihil differre à Subdiacono videantur, de cætero superposito scapulæ (sicut decet) vtantur orario.

x *23. distin. non liceat cuilibet.*

Item placuit, vt non liceat cuilibet ex Lectoribus, sacra altaris vasa portare; nisi his, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.

xj

Item placuit, vt Lectores in Ecclesia, in habitu seculari ornati, non psallant, neque granos Gentili ritu dimittant.

xij *Hos Augustinus epist. 119. in Donatistis improbat.*

Item placuit, vt extra psalmos, [b] vel canonicarum scripturarum noui, & veteris testamenti, nihil poëticè compositum in Ecclesia psallatur; sicut & sancti præcipiunt canones.

[b] Vel, deest in Exc.

xiij *Vide notas Concil. Ilerdensis. c. 16*

Item placuit, vt intra sanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis, viris vel mulieribus; nisi tantùm Clericis; sicut & antiquis canonibus statutum est.

xiiij

Item placuit, vt quicunq; in Clero cibo carnium non vtuntur; pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tantùm prægustare cogantur. Quod si contempserint, secundùm quod de "his" talibus sancti Patres antiquitùs statuerunt, necesse est, eos, pro suspicione hęresis huius, officio, excommunicatos, omnibus modis remoueri.

" Deest in Exc.

xv

Item placuit, vt hi, qui pro hęresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare pręsumat; sicut & antiqua canonum continent statuta; quæ si quis spernit, voluntariè seipsum [c] alienæ damnationi tradet.

[c] Alienum à cōmunione facit. Exc.

xvj *23. q. 5. Placuit, vt hi. Burch. lib. 19. c. 130. Iuo. p. 10 cap 158. De desperantibus habes in Conc. Tol. 16 c. 4. & Altisiod. c. 17.*

Item placuit, vt hi, qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, vel quolibet modo "violentam" inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur: multi enim sibi hoc per

" Deest à Burch. Vel quolibet modo violentiæ. Iuo.

 ignoran-

ignorantiam [a] vſurpauerunt. Similiter & de his [b] placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

xvij Item placuit, vt Catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo, neque oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam vſurpatum eſt.

xviij *Burch. lib. 3. c. 157. Ivo. p. 3. cap. 110.* Item placuit, vt corpora defunctorum nullo modo [c] in baſilica ſanctorum ſepeliantur; ſed ſi neceſſe eſt, deforis, circa murum baſilicæ, vſque adeò non abhorret. Nam ſi firmiſsimum hoc priuilegium vſque nunc [d] manet ciuitates, vt nullo modo intra [e] ambitus murorum cuiuſlibet defuncti corpus [f] humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia [g] obtinere.

xix Item placuit, ſi quis Presbyter, poſt hoc interdictum, auſus fuerit chriſma benedicere, aut eccleſiam, aut altarium cõſecrare, à ſuo officio deponatur: nam & antiqui [h] hoc canones vetuerunt.

xx *Idem cap. 4. octaua Synodi.* Item placuit, vt ex laico ad gradum Sacerdotij ante nemo veniat, niſi priùs anno integro, in officio [i] Lectorati vel Subdiaconati diſciplinam Eccleſiaſticam diſcat; & ſic per ſingulos gradus prædictus ad Sacerdotium veniat. Nam ſatis reprehenſibile eſt, vt qui necdum didicit, iam docere præſumat; dum & antiquis hoc Patrum inſtitutionibus interdictum ſit.

xxj Item placuit, vt ſi quid ex collatione fidelium, aut per [k] feſtiuitates martyrum, aut per [l] commemorationem defunctorum offertur, apud vnum Clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel, aut bis in anno, inter omnes Clericos diuidatur: nam non [m] modica ex ipſa inæqualitate [n] diſcordia generatur, ſi vnuſquiſque in ſua ſeptimana quod oblatum fuerit, ſibi defendat.

xxij Item placuit, vt quæcumque præcepta antiquorum Canonum modò in Cõcilio recitata ſunt, nullus audeat præterire. Si quis autem quaſi contumax trãſgreditur, [o] ille, neceſſe eſt, vt de ſuo degradetur officio.

Relectis capitulis, Lucretius Epiſcopus dixit: Quia opitulante nobis Domino, ea quæ ad firmitatem Catholicæ, & orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis Eccleſiaſtici pertinebãt, vnanimi (ſicut oportebat) collatione decreuimus, reſtat nunc, vt ex omnibus his, quæ [p] fidei gratia ſalubriter ſtatuta

[a] Vſurpant. Exc.
[b] Placuit fieri. Exc.
[c] Intra baſilicam ſepeliantur. Exc.
[d] Retinent. Exc. Burchardus: Amplius retinent Galliæ ciuitates. Sic Iuo.
[e] Ambitum murorũ ciuitatum cuiuſlibet Exc.
[f] Sit humatum. Exc.
[g] Obtineri. Exc.
[h] Hoc omninò C. A.
[i] Lectorum, vel Diaconatus. Exc.
[k] Feſtiuitatẽ C. A.
[l] Commemorationes. C. A.
[m] Modicæ. Exc.
[n] Diſcordiæ generantur. Exc.
[o] Ille. Exc.
[p] Dei. Exc.

[a] statuta sunt, propriam vnusquisque nostrûm studeat docere, atque informare diœcesim. Si quis autem ex nobis in parochijs suis, post agnita huius Concilij statuta, aut Clericum, aut Monachum sanæ huic doctrinæ resistẽtem inuenerit, aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare persenserit, & non continuò illum excommunicatum, & anathematizatum [b] ab Ecclesia foras eiecerit; ita vt cum huiusmodi homine, nec cibum aliquis fidelium sumere, nec communicare præsumat; nouerit se is, qui talem receperit, & fraternæ esse excommunicationi obnoxium, & diuinæ procul dubio sententiæ reum.

[a] Instituta. Exc.

[b] De. Exc.

Omnes Episcopi dixerunt: Quæcunque à nobis [c] per Dei gratiam communi consensu decreta sunt, peruigili necesse est, "vt cum omni" solicitudine obseruentur. Quæ vt stabilem placitæ constitutionis obtineant firmitatem, propria vnusquisque his gestis, manu "sua" subscribat. Et pòst Episcoporum subscriptio subsecuta est.

[c] Vnito per Dei grat. consens. Exc.

" Desunt in Exc.

" Deest in Exc.

Lucretius Episcopus subscripsi.
[d] Ildericus Episcopus subscripsi.
Andreas Episcopus subscripsi.
Lucentius Episcopus subscripsi.
Martinus Episcopus subscripsi.
Timotheus Episcopus subscripsi.
Cottus Episcopus subscripsi.
Maliosus Episcopus subscripsi.

[d] Gildericus. Exc.

De subscriptionibus.

Lucretius] *Fuit Episcopus primæ sedis Bracaræ Ecclesiæ.*
Andreas] *Fuit Iriensis.*
Lucentius] *Conimbriensis.*

Martinus] *De sancto Martino Episcopo Dumiensi hæc accipe: Fuit enim Dumiensis monasterij Episcopus, de quo sic Isidorus libello de viris Illustribus. Martinus Dumiensis monasterij sanctiss. Pontifex, ex Orientis partibus nauigans Gallæciam venit: ibiq́ conuersis ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Sueuorum populis, regulam fidei & sanctæ religionis constituit; Ecclesiasticos informauit, monasteria condidit, copiosaq́ precepta piæ institutionis composuit. Cuius equidem ego ipse legi librum de differentijs quatuor*

„ *tuor virtutum, & aliud volumen epistolarum; in quibus hortatur*
„ *vitæ emendationem, & conuersationem fidei, orationis instãtiam,*
„ *eleemosynarum distributionem, & super omnia, cultum virtutum*
„ *omnium, & pietatem. Floruit regnante Theodomiro, Rege Sueuo-*
„ *rum, temporibus illis, quibus Iustinianus in republ. & Athanagil-*
„ *dus in Hispanijs imperium tenuere. De eo etiã. 10. Cõcilio Toleta-*
no. Construxit primò Ecclesiam Dumiensem, deinde est Pontifex Bracar. factus, qui scripsit de differentijs virtutum, ad Mironem, & epistolas varias, & tractatum de castigatione rusticorum: in Compendium contraxit Concilia Orientalia, & Nitigesio Episcopo Lucensi Metropolitano misit.

Cottus] *Empuritanæ Ecclesiæ: vt ex subscriptionibus secundæ Synodi Bracarensis constat.*

Notæ in Concilium Bracarense primum.

ANno tertio Ariamiri] *Sic omnes codices M.ss. constanter habent, & excusi. Verùm historici nostri, Theodomirum non Ariamirum Regem Sueuorum congregasse hoc Concilium affirmant: de cuius mirabili ab errore & impietate Arriana, conuersione agit Gregorius Turonens. lib. 5. cap. 11. & 37. sed existimo, idem esse Ariamirum & Theodomirum. Vasæus aliter: secundum Bracarense, tempore Theodomiri coactum existimat; primum verò anno Theudi tertio. 536. Domini: sed in re dubia editis & omnibus codicibus M.ss. demere fidem non ausim.*

Cum Galliciæ] *In prouincia Gallæcia, duos contineri Metropolitas, patet ex secundo Bracar. nimirum Bracarensem, & Lucensem.*

Priscillianæ hæresis contagio] *Damnata fuit hæresis Priscilliani Concilio nationali Hispaniæ: vbi capitula contra eum sunt edita, transmissaq; ad Balconium, Bracaræ Episcopum. De hac re vide Seuerum in historia. Isidorum lib. 8. etymolog. cap. de hæresibus, & quæ diximus supra.*

Dominus vobiscum] *Salutatio hæc Sacerdotalis ad populum, antiquissima est, ab Apostolisq; fluxit; eius meminit S. Dionysius, de Eccles. Hierarc. & Sother. PP. apud Gratianum de consecrat. dist. 1. can. Hoc quoq; & Burchard. lib. 3. cap. 34. Iuo p. 2. c. 127.*

Alcuinus

Alcuinus lib. de diuinis officijs, cap. de celebratione Missæ, Hugo de Sacramentis. Et Petrus Damianus librum inscripsit: Dominus vobiscum, *qui floruit anno Domini.* 1050. *Neque in hoc capite reijcitur Pontificalis Episcopalisq; salutatio:* Pax vobis, *quæ antiquissima etiã est, & solis Episcopis tributa: eaq; forma vsi sunt sanctus Iacobus, & Basilius in liturgijs, & D. Ambros. libro de dignitate Sacerdotali c. 5. & Chrysostomus homil. 3. ad Coloss. sed aduersus Priscilliani figmentum, qui vsum salutandi in Missa permutauit, decernitur, Episcopum posse vti etiam Sacerdotali salutatione: nam in Missis priuatis, & in solennioribus prima vice Episcõpus salutat hac forma:* Pax vobis: *postea dicitur:* Dominus vobiscum; *sicuti Sacerdos, quod Priscillianus negabat, affirmans esse:* Pax vobis, *tantùm ab Episcopo dicendum semper, à Sacerdote verò:* Dominus vobiscum.

Cap. 11. Neque granos Gentili ritu demittant] *Excusi, gradus: lego granos, vt est in M. ss. De ijs Isidorus lib. 19. etymolog. cap. 23.*
„ *Nonnullæ etiam gentes, non solùm in vestibus, sed & in corpore,*
„ *aliqua sibi propria quasi insignia vendicant; vt videmus cirros*
„ *Germanorum, granos & cinnabar Gothorum. Existimo esse genus laicæ vestis, oblongæ. Hodie Gramalla murice tincta Magistrorum Barcinonis insigne est. Apud eosdem populos dicitur etiam Gramalla, genus vestis luctuosæ, pullæ, quæ à Castellanis loba de luto dicitur, cum capirote.*

C. 12. Sancti præcipiunt Canones] *Sic enim Concilio Laodic. cap. 59. statutum est, vt in Ecclesia non legantur, nisi volumina noui & veteris testamenti, nihilq; à plebe editum: & Carthag. 3. cap. 23. &*
„ 47. *Sub nomine diuinarumq; scripturarum nullæ preces, vel oratio-*
„ *nes legantur, nisi sint in Synodo approbatæ, vel à prudentibus tractatæ. Mileuitano cap. 12. legi permittuntur martyrum passiones, cum eorum aniuersariæ dies celebrantur, & Carthag. 3. c. 47. doctorum Orthodoxorum hymni: & Tolet. 4. c. 13.*

C. 13. Antiquis Canonibus] *Sacerdotibus & Leuitis dabatur communio ante altare, Clero in choro, populo extra chorum. Id constat ex Concilio Tolet. 4. cap. 18. Hinc à locorum diuisione vocatur Laica communio, & peregrina, & Sacerdotalis. De qua re diximus*
„ *Concil. Ilerd. cap. 16. Laodic. cap. 19. sic legitur: Solis autem mini-*
„ *stris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.*

Sanctuarium altaris] *Sanctuarium, velum intelligitur, quo distinguebatur locus altaris, & tegebatur, ne omni populo esset conspicuus: hoc constat ex Gregorio in epist. 30. ad Constantiam, August.*

lib.3.Vocatur & Brandeum; ex quo,cum à S.Leone P P. forcipibus incideretur, sanguis effluxit: alibi appellatur velamen.

C. 14. Cibo carnium non vtũtur] *Carnibus vesci noluerunt Eustathiani, eo quòd immundas ducerent: ideoq; in Concilio Gangrensi damnati sunt. De hac re etiam decretum est. 14. Concilij Ancy-*
„ *rani, ijsdem penè verbis. Qui in Clero sunt, Presbyteros, vel Dia-*
„ *conos à carnibus abstinentes, visum est eas attingere; & sic si ve-*
„ *lint ab eis abstinere: Si autem nolint olera, quæ cum carnibus ap-*
„ *ponuntur, comedere, & Canoni non cedant, ab ordine cessare.*

C. 16. Qui pro suis sceleribus puniuntur] *Contrarium videtur de-*
„ *cernere Concilium Aurelianense. 2. cap. 14 his verbis: Oblationem*
„ *defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debe-*
„ *re censemus; si tamen non ipsi sibi mortem probentur proprijs mani-*
„ *bus intulisse.*

C. 17. Catechumenis] *Catechumenus is est qui audiens à patribus appellatur: nam de fide, quæ ex auditu est, teste Paulo, instruebatur. August. lib. de fide, & operibus cap. 6. Instituebantur autem Catechumeni ab Episcopo, & Sacerdotibus; Nicol. PP. Tribur. 6. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 20.*

C. 18. Deforis circa murum] *Idem statuit Concilium Triburiense cap. 17. de Laicis, vt non in Ecclesia, sed in communi cœmeterio*
„ *seu dormitorio sepeliantur: additur tamen: Nemo enim in Ecclesia*
„ *sepeliatur; nisi fortè talis sit persona Sacerdotis, aut cuiuslibet*
„ *iusti hominis, qui per vitæ meritum talem viuendo suo corpori de-*
„ *functo locum acquisiuit. Concilium Maguntinum, cap. 52. excipit Episcopos, Abbates, & dignos Presbyteros. Pelagius. II. sic statuit,*
„ *vt inter alia eius decreta, legi in lib. M. S. bibliot. D. Laurentij: Item*
„ *placuit, vt corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sepe-*
„ *liantur; sed si necesse est, foris circa murum basilicæ. Hunc morem antiqui Christiani, religiosè seruarunt, vt in capellis, aut in muro ecclesiæ, & non intra ecclesiam humarentur; quãuis essent proceres & Principes viri: vt obseruatum est in multis basilicis Hispaniæ. Nunc verò tanta omnes homines ambitio & fastus cepit, vt lacera corpora, trunci artus, putres formæ, propè Christi Dei veri Sacramentum, adhibitis marmoreis imaginibus superbè collocentur. Superbiam & luxum inanem damnamus, nõ pietatem; modumq; profanis sepulturis adhibendum, suademus. Vide quæ supra notauimus in calce Concilij Valentini.*

In sepeliendis verò sanctorum martyrum corporibus, alia erat ratio & conditio: Nam in illis condiendis, & in templis struendis ad

eorum

eorum cultum, effusæ erant impensæ Christianorum; vt auctor est Tertull. in apologet. & Prudentius, & Gregorius Nyssen. in oratione de funere Meletij, & Nazianzenus epist. 18. ad Sophron.

Nam si firmissimum hoc] *Duodecim tabularum lege interdictum erat, intra vrbem mortuos sepeliri: vnde in vijs sepeliebantur Romani.*

C. 19. Chrisma] *Nullus Presbyter chrisma potest conficere, vt statuit Syluester PP. Act. 1. Concil. Rom. c. 5. & 2. Carthagin. c. 3. & 3. Carth. cap. 36. & 1. Tolet. cap. 20. & in epistola Montani ad Theoribium: id enim munus solius Episcopi est. Innocē. PP. epist. 5. Estq; Cyprianus auctor, id à Christi Saluatoris Domini nostri facto emanasse, in Opusculo de vnctione chrismatis, & alijs Sacramentis.*

Aut altarium] *Presbyter non debet consecrare altare: nam id etiam Episcopo reseruatum est. Concil. Agathen. c. 43. Vide etiam Cōcil. 2. Hispal. c. 7. De eo etiam Felix PP. IIII. in epist. Decretal. cap. 1. & Concilium Toletanum. 8. c. 7. & Vvormatiense. c. 8.*

C. 21. Semel aut bis] *Hæc diuisio erat oblationum. Idem dicitur. 2. Bracarens. cap. 6. At. 1. Aurelian. cap. 16. dimidia pars assignatur Clero, dimidia Episcopo: & cap. 13. dicitur, tertiam partem esse Episcopi, Clericorum verò duas alteras. Vide decretum Damasi PP. apud Gratian. 10. q. 1. c. Hanc consuetudinem, & Concilio. 4. Tolet. cap. 32.*

CONCILIVM apud Lucum a Theodomiro Principe habitum: Era DC. VII.

TEmpore Sueuorum, ſub Era 607. die Calendarum Ianuarij, Theodomirus, Princeps idem Sueuorum, Concilium in ciuitate Luco fieri præcepit; ad confirmandam fidem Catholicam, vel pro diuerſis Eccleſiæ cauſis. Poſtquam peregerunt quicquid ſe Concilio ingerebat, direxit idem Rex epiſtolam ſuam ad Epiſcopos, qui ibidem erant congregati, continentem hæc.

Cupio, ſanctiſsimi patres, vt prouida vtilitate decernatis in prouincia Regni noſtri; quia in tota Gallœciæ regione ſpatioſæ ſatis diœceſes à paucis Epiſcopis tenentur; ita vt aliquantæ Eccleſiæ per ſingulos annos vix poſsint à ſuo Epiſcopo viſitari; inſuper tantæ prouinciæ vnus tantummodo Metropolitanus Epiſcopus eſt, & de extremis quibuſq; parochijs longum eſt, ſingulis annis ad Concilium conuenire.

Dum hanc epiſtolam Epiſcopi legerunt, elegerunt in Synodo, vt Sedes Lucenſis eſſet Metropolitana, ſicut & Bracara: quia ibi erat terminus de confinitimis Epiſcopis, & ad ipſum locū Lucenſem grandis ſemper erat coniunctio Sueuorum: etiam in ipſo Concilio alias ſedes elegerunt, vbi Epiſcopi ordinarentur. Sicq; poſt hæc pro vnaquaque cathedra diœceſes & parochias diuiſerunt; ne inter Epiſcopos contentio aliquatenus fieret; id eſt:

Ad cathedram Bracarenſis Eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, Centumcellas, Coetos, Lenetos, Aquaſte, Milia, Ciliolis ad poſtam, Ailio, Carandonis, Tauis, Ciliotao, Getanio, Oculis, Cerecis, Petroneto, Equirie ad Saltum: item pagi, Pannonias, Ledera, Vergancia, Aſtiaſtico, Tureco, Cuneco, Cherobio, Bereſe, Palanticio, Celo, Supelegio, & Seneſquio.

Ad

Ad ſedem Portugalenſem in Caſtronouo Eccleſias quæ in vicino ſunt, Villanoua, Betaonia, Viſea, Mentuno, Torebia, Baubaſte, Benzoaſte, Lumbo, Neſcis, Flapolet, Curmiano, Cagueſto, Leporeto, Melga, Tangobia, Villagomedea, Tauuaſe: Item pagi, Labrencio, Aliobio, Vallacia, Truluco, Cepis, Flandolas, & Palentiaca. II.

Ad Lameco, Lamecum, Tuentica, Atauoca, Cantabiano, Omnia, & Camianos. III.

Ad Conimbrienſem, Conebrei, Eminio, Lutbine, Inſula, Antunane, & Portucale Caſtrum antiquum. IV.

3. 5. & 6. Concilijs Toletanis ſubſcribit ſeruus Dei Epiſcopus Caliabrienſis.

Ad Veſenſe, Veſeo, Rodomiro, Submontio, Subverbeno, Coſonia, Ouellione, Totela, & Caliabrica, quæ apud Gothos poſtea ſedes fuit. V.

Ad Dumio familia ſeruorum. VI.

Familia ſeruorũ] *Sic vocat monaſterium Dumienſe. In Itacio Ouetenſi eſt. Ad ſedem Dumienſem familia Regia*

Ad Egitanienſem, tota Egitania, Mene, Cipio, & Francos. VII.

Ad Lucenſem, Luco ciuitas cum adiacentia ſua, quàm tenent Comites. XI. vna cum Cairoga, Lemos, & Cauarcos. VIII.

Ad Aurienſem, Palla, Auna, Verugio, Bebalos, Ceporos, Tennes, Pinca, Saſſauio, Verecanoe, Senabia, & Calapages maiores. IX.

Ad Aſturienſem, Aſtorica, Legio, Bergido, Petra, Speranti, Comanea, Ventoſa, Maurellos ſuperiorum, & inferiorum, Senuire, Francelloe, & Peſicoe. X.

Ad Irienſem Mortacio, Salinienſe, Centenoe, Celonoe, Medienſie, Peſtamarcos. XI.

Ad Tudenſem eccleſias in vicino, Turedo, Tabolela, Locoparre, Aureas, Tabulela, Lõgetude, Cariſiano, Martiliana, Turonio, Celeſſantes, Turuea. Item pagi, Aunone, Sacria, Erbilone, Gauda, Obinia, & Corteſe. XII.

Ad Sedem Britonnorum, Eccleſiæ, quæ ſunt intro Britõnes, vnà cum monaſterio Maximi: & quæ in Aſturijs ſunt. XIII.

Notæ.

Notæ.

A Theodomiro.] *Is fuit septimus Rex Sueuorum, qui in Gallæcia imperium obtinuit, hoc ordine: Hermericus, Rechila, Reciarius, Maldra, Frumarius, Remismundus, qui hæresi infectus est cum vniuersa Sueuorum gente; & eadem labes per ferè annos centum est propagata, vsque ad Theodomirum, siue Ariamirum, catholicum & optimum Principem, qui totam gentem. S. Martini Episcopi Dumiensis, posteà Bracarensis, studio & labore ad veram sinceramq; Ecclesiæ Catholicæ fidem reduxit: resq; Ecclesiasticæ, institutaq; iam ferè antiquata, mirum in modum amplificata, auctaq; sunt. Idem indixit hoc Concilium Lucense: ad quod, & ad Nitigesium Lucensem. S. Martinus Dumiensis trāsmisit opusculum Orientalium Conciliorum, quod magno studio in compendium reduxerat.*

De hoc Concilio Lucensi sic scribit Ioannes Vasæus, libro chronicorum Hispaniæ, tomo posteriori, anno Domini, 564.

" *Hoc Concilium Lucense circa hunc annum celebratum est, Calen-*
" *dis Ianuarijs, sub Theodomiro Rege Sueuorum; sub quo & Bra-*
" *carense, ad confirmandam fidem Catholicam, & cōstituendum Ec-*
" *clesiæ statutum. In eo Concilio Ecclesiæ Bracarensi Metropolitanæ*
" *& alijs Gallæciæ Ecclesijs cathedralibus sui cuique fines aßignati*
" *sunt, quos ne excederent. Ex archiuio Ecclesiæ Bracarensis; vbi pro*
" *Nigesio Lucensi Episcopo, legitur Netigio. Meminit huius rei Lu-*
" *cas Tudensis in Rege Vvāba, & dicit, Adaulphum Episcopum Le-*
" *gionensem huic interfuisse Concilio. Hæc ex annalibus Vasæi.*

Ego verò accepi hoc Lucense Concilium, à D. Ioanne Ruizio Episcopo meritißimo Lucensi, studio sapientiæ & religione claro, qui illud mihi rescripsit, se descripsisse, ex C.M. scripto Ecclesiæ Lucensis perantiquo.

" *Hæreo in exordio Concilij, an legendum sit: Tempore Sueuorum*
" *sub Era 600. septimo die Calendarum, an: sub Era 607. die Calē-*
" *darum Ianuarij: & quamuis mihi prior lectio magis placeat, tamē posteriorem, propter auctoritatem Ambrosij Mori, & Ioannis Vasæi, sequor.*

Ponuntur in hoc Concilio XIII. sedes prouinciæ Gallæciæ: Bracara prima sedes, Portucal, Lameco, Conimbrica, Veseo, Dumio, Egitania, Luco prima sedes, Auria, Asturia, Iria, Tude, Britona.

Oppor-

Opportunus hic se offert locus, ad differẽdum de diuisione sedium Episcopatuũ Hispaniæ; de qua multa scripta sunt ab historicis nostris: & in re ita obscura, & fere iam antiquata, nihil cõsultiùs faciendum existimaui, quàm ipsos fontes veteres & reconditos, ex quibus illi rem hanc hauserunt, emendatos & puros edere; vt ex libris M.ss. Ecclesiæ Toletanæ, & D. Laurentij correctioribus, & vetustioribus, elicere potui; & ex Codice Ecclesiæ Ouetensis, qui inscribitur Itacius.

Est in bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ processus quidam, & acta in causa Ecclesiæ Valentinæ: nam quàm primum expugnatur à Iacobo Aragonum Rege, strenuo Maurorum domitore, & in deditionem venit, Primas Toletanus ad suam iurisdictionẽ iure antiquo pertinere dicebat. In quibus actis hæc habentur.

Cæsar Constantinus Imperij sui IIII. anno, cum esset in Hispania, conuocatis eius Episcopis, totam prouinciam in sex Archiepiscopatus partitus est, decreuitque omnes peculiaribus diœcesibus & finibus contineri.

Prima sedes est Narbo. II. Tarraco. III. Bracara. IIII. est Spalis. V. Emerita. VI. Toletum, quæ habet sibi subdita hæc opida: Oretum, hoc est çalana; Baecia, hoc est Baeça; Mentesa, hoc est Iaen; Acci, hoc est Guadix; Vrgi, hoc est Almeria; Bagastri, hoc est Albarracin, aut Biluestre; Illici, hoc est Elche; Setabis, hoc est Xatiua; Denia, Valẽcia, Valeria propè Quòn cam; Secobria, id est Sogorbe; Arcobrica, hoc est Arcos; Com plutum, hoc est Guadalaxara, siue Alcala; Segoncia, hoc est Siguença; Oxoma, hoc est Osma; Secobia, hoc est Segouia; & Palencia.

Et infra. Postmodùm quatuor libros Arabicos in iudicio nobis exibitos inspeximus, & fecimus legi in libris illis per vnum Iudæum & alium Sarracenum: & ipsi legentes in dictis libris, scilicet in libro Rasis, qui multos libros fecerat de Physica, vt Sarracenus dicebat; & in libro Abiba Cacahabi, qui peritus fuerat in lege eorum; & in duobus alijs libris, quorum auctores non erant; dixerunt nobis, quòd in dictis libris continebatur, quòd inter sex diuisiones dictas, factas à Constantino Imperatore in Hispania, erat ciuitas Valentia sub ciuitate Toleto: *Hæc ibi.*

In Codice Hispalensi Diui Laurentij, qui anno Domini 962. scriptus est, sic inuenio.

Diuisio

Diuiſio prouinciarum Hiſpaniæ, & earum ſedium

PROVINCIA GALLECIÆ.

BRACHARA Metropolis.
Portucale.
Conimbria.
Eguitania.
Veſeo.
Lameco.
Vetica.
Dumio.
Aurienſe.
Tude.
Luco.
Iria.
Britóna.
Aſtorica.

PROVINCIA GALLIÆ.

NARBONA Metropolis.
Caucoliberi.
Carchaſona.
Biterris.
Agata.
Luteba.
Magalona.
Nemis.
Enemaſo.
Elena.

PROVINCIA LVSITANIÆ.

EMERITA Metropolis.
Auela.
Salmantica.
Elbora.
Caurio.
Exonoba.
Oliſibona.

PROVINCIA CARTHAGINIS.

TOLETO Metropolis.
Compluto.
Segontia.
Oxoma.
Palentia.
Valeria.
Oreto.
Valentia.
Dianio.
Setabi.
Carthago.
Baſti.
Menteſa.
Acci.
Biacia.

PROVIN-

PROVINCIA BETICÆ.

SPALIS Metropolis.
Italica.
Elipa.
Aſtigis.
Corduba.
Egabro.
Eliberi.
Malacha.
Aſidona.

PROVINCIA TARRACONENSIS.

TARRACONA Metropolis.
Dertoſa.
Cæſarauguſta.
Tyraſona.
Calagurris.
Auca.
Pampilona.
Oſca.
Elerda.
Barcinona.
Egara.
Auſona.
Gerunda.
Impurias.
Orgello.

IN Concilio Emeritenſi, Canone. 8. dicitur Reccefuinthum Regem, prouinciæ Luſitaniæ terminos Epiſcopis & Parochis diuiſiſſe, & iuxta priſcorum Canonum ſententias in antiquam formam reduxiſſe. Ibiq; Egitania ad prouinciam Luſitaniæ eſt attributa.
In C. M. S. literis Gothicis, Eccleſiæ Ouetenſis, in principio ſic ſcriptum eſt.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti, incipit numerus ſedium Hiſpanienſium: & vniuſcuiuſq; prouinciæ ſedes ſuo Metropolitano ſubſcriptæ, vſque in Rhodanum amnem, ideſt:

METROPOLI TOLETO SVBDITÆ.

Oreto.
Beatia.
Menteſa.
Acci.
Baſti.
Vrgi.
Bagaſtri.
Illici.
Setabis.
Dianium.

M Valeria.

Valeria.
Valentia.
Secobriga.
Arcabrica.
Compluto.
Segontia.
Oxoma.
Secobia.
Palentia.

Sub vno XX.

METROPOLI SPALI SVBDITÆ.

Italica.
Asidona.
Elepla.
Malaga.
Elberris.
Astigi.
Corduba.
Egabro.
Tuccis.

Sub vno X.

MERITÆ METROPOLI SVBDITÆ.

Merita.
Pace.
Olixibona.
Exonoba.
Egitania.
Conimbria.
Viseo.
Lamego.
Caliabria.
Cauria.
Elbora.
Abela.
Salmantica.
Numãtia.i.çamora

Sub vno XIII.

BRACARÆ METROPOLI SVBDITÆ.

Bracara.
Dumio.
Portucale.
Tude.
Auria.
Iria.
Lugo.
Britonia.
Astorica.

Sub vno IX.

TARRACONÆ METROPOLI SVBDITÆ.

Tarracona.
Barcinona.
Egara.
Gerunda.
Empurias.

Empurias.	Cæsaraugusta.
Ausona.	Osca
Vrgello.	Pampilona.
Lerita.	Calaforra
Ictosa,	Tirasona.
Tortosa.	Auca.

Sub vno XV.

NARBONA METROPOLIS.

Narbona.	Luteba.
Beterris.	Carcasona.
Agatha.	Tolosa.
Magalona.	Elna.
Nemauso.	

Sub vno IX.

Et sub vno sedes Hispanienses, absque Prouincia Tingitania vsque ad mare Oceani, qui eas circundat, sedes Lxxxij. exceptis Legione, & Oueto, quæ nulli vnquàm Metropoli fuerunt subditæ.

Diuisio terminorum Diœcesium, & Parochiarum Hispaniæ à Vvamba rege facta: ex libris M. SS. Ecclesiæ Toletanæ, & Ecclesiæ Ouetensis, cuius titulus est Itacius; in quo historia Regum Vandolorum & Alanorum in Gallœcia, & posteà Sueuorum, & demùm Gothorum scribitur.

Era DCC.IIII. post Reccesuindum Vvamba Rex Gothorum regnum nouē annos obtinuit. Hic Toleto ea hora, qua vnctus est in Regem, cum quadam euaporatione visa est apis à cunctis, qui aderant, ex capite eius exire, & ad cœlos volare. Hoc signum factum est à Domino, vt futuras victorias nunciaret de inimicis per eum, & dulcedinem pacis, quam habuit erga suos. Astures & Vascones in finibus Cantabriæ crebrò rebellãtes edomuit, & suo imperio subiugauit: ciuitatem, quæ Cartua vocabatur, & Pampilonē ampliauit, quam Vvambæ Lunã vocauit: Prouinciã quoq; Galliæ, quæ Hispania citerior dicitur, sibi rebellantē, multis agminibus Francorum interceptis, subiugauit, & Paulum perfidum, Galliæ tyrannum cepit, eiq; oculos euellere pręcepit: & ad vrbem Toletanã cum triumpho magno reuersus, discordesq; Pon-

tifices,eò quòd alij aliorum parochias inuadebant,ad concor diam ſtuduit reuocare. Fecit & chronicas regum priorum coram ſe legere:vt faciliùs poſſet terminos parochiarum diuidere, ſicut antiquitas denotaret,& exigeret iuris cenſura, & iura propria quælibet Eccleſia poſsideret: ſicut ſubiecta denotat ſcriptura.

CONCEDIMVS & cõfirmamus,quod,ſicut Gunde ricus,Geſericus,Hunericus,Gũtamundus,Iſoris,& Guimel, Reges Vandalorũ ciuitatẽ Lucum ſucceſsiuè dotauerunt,teneat pacificè, & quietè terminos, qui inferiùs ſubſcribẽtur:

Itacius de Loco Aſtic intelligit.

Totas Aſturias per Pyrenæos mõtes, & per flumen magnum Oue, & per totum litus maris Oceani vſq; Biſcaiam, per Summumroſtrũ, & per Summumcabrium,per portas de Sancta Agatha, per Poçaſalem, per Limbam de Folios, vnà cum campo Erbolio, Gordon vſque ad illam arborem de Quadros,per Riuulum de Humana. Lunã, Vandabiam, vſq; ad Pyrenæos montes, Coyanzam Villam, Quexidam, per Coniaquelã, Montoſam vſq; ad flumen Vrbetũ in Gallecia, Suernã,Vallemlongã, Verã, Flamoſam, totã Sarriam, Paramũ vſq; ad flumen Mineum.Totã Lemos, Vinyſo,Veroſmo,& Semmanorũ,&Froiam vſq; ad flumẽ Silũ.Totam Lumiam,cum Eccleſijs de Petraio,quę ædificatę ſunt,vel fue rint,inter Arnoyum flumẽ & Silũ. A termino montis Buron.& per aquam Zore,vſq; in fundũ Arnoyi, & per ipſum [a] diſceſſum vſq; in flumen Mineum,Iueza vſq; Portelam de Vanati,& Eccleſias de Sallaz,inter Arnoyum & Silum,cum Eccleſijs de Barcoſo,Caſtellã, Cunſancã,Barnãtes,& Auion, Aſmam, Carabam, Amancam, ſicut dictam Eccleſiam Lucenſem Reges Vandali dotauerunt.[b]

[a] Diſcurſum. Itacius.

[b] Itacius addit: Et dixerũt omnes: Placet: placet nobis omnibus.

Legio,quam condiderunt Romanę Legiones, quę antiquitùs Flos fuit vocata,&per Romanum Papam gaudet perpetua libertate,& ★ extat ſedes regia, atq; alicui Metropoli nunquàm fuit ſubdita, teneat per ſuosterminos antiquos, ſicut eam dotauerunt Hermericus, Rechila, Recciarius,Maldra, Frumarius,Remiſmundus,Theodomundus Sueuorum Reges, & Theodomirus.

Legio teneat,per Pyreneos mõtes,& per Pennã rubeam, vna cum Medialeuaca, Ceruera, Petras nigras. Anion vſque ad flumen Carrionem,per villã Sernam, per Riuulumſiccũ, vſque ad villam Ardegam.Per Cereſinos,vſque in Caſtrum Pepi.

Pepi. Per villam Manam vſque in arborem de Quadros.

[a] Supra Fines terræ Galliciæ, tria Caſtella, Turtures, Datineus, Caſtellatum, & Nauiam.

Hanc Hiſtoria generalis Hiſpaniæ vocat Lucernam.

Legio ciuitas Sacerdotalis, & regia, & Lucus, quam Vvandali ædificauerunt in Aſturijs, teneant, per ſuos terminos antiquos, ſicut eis diuiſit Rex Theodomirus. Hæ nulli ſubdantur Archiepiſcopo vel Primati.

Sedes etiã Portucaliæ permanet in ſua diuiſione ſicut eis diuiſit Rex Theodomirus cũ his, etiã quę nos eis adiecimus.

BRACARA Metropolis teneat Centũcellas, Gẽtis millia, Laineto, Giliolis, Adoneſte, Aportis, Aylo, Ceutendonis, Laubis, Cilioto, Letania, Cereſis, Petroneyo, Equiſis ad ſaltum: item pagi, Panoias, Leta, Bregantia, Aſtiatigo, Tarego, Aunego, Metrobio, Bereſe, Palãtuſico, Celo, & Senequumio, ſub vno XXX.

In diuiſione Theodomiri ſupra dicitur: Ad Dumio familia ſeruorũ, quã hic vocat regiam; intelligit de monachis, qui Deo ſeruiũt: & ei ſeruire regnare eſt.

Ad ſedem Dumenſem familia regia.

Egitamẽſis teneat totã Egitaniã, Mene, Cipio, & Frãcos.

Portugalenſis teneat in Caſtronouo Eccleſias, quæ in vicino ſunt; ſcilicet, Villanoua, Betaonia, Veſea, Menturio, Torebia, Bramaſte, Pongoaſte, Lumbo, Neſtis, Napoli, Curmano, Magneto, Leporeto, Melga, Tangobria, Villagomedi, Tanuatta. Item pagi, Lambrencio, Aliobrio, Valericia, Turlango, Ceris, & Mendolis, & Palencia. Sub vno XXV.

Lamecum teneat ipſum Lamegum, Tuencia, Arauca, Cantabriana, Omnia, & Ceminus. Sub vno. VI.

Conimbrienſis ſedes teneat ipſam Conimbriam, Eminio, Selio, Bime, Inſula Aſtrucione, & Portugaliæ Caſtrum antiquum. Sub vno VII.

Idem ſupra in Concilio Lucenſi.

Veſenſis teneat ipſum Veſeo, Rodomiro, Submoncia, Suberbeno, Oſania, Oueliõne, Tutella, Goleia, & [b] Caliabria, quę apud Gothos poſteà ſedes fuit. Sub vno VII.

Irienſis teneat ipſam Iriam: de Iſſum vſq; Cuſancaro, & de Caldas [c] de Rege vſque in oram maris Oceani.

Lucenſis teneat ipſam ciuitatem cum adiacentibus ſuis, cum Cantoquia, Somes, Carabarcos, Montenigro, Parraga, Latra, [d] Azamana, Segios, Triauada, Pogonti, Saluatera, Mõterroſo, Doira, Deça, Colea. Sub vno XVI.

Aurienſis teneat Veſugio, Ruuale, Teporos, Sediſos, Pincia, Caſauio, Verenganos, Sanabria, & Calabazas maiores. Sub vno X.

[a] Infra, Itacius.

[b] Caliabrica, Itacius.

[c] In alijs, de Caldes de ere.

[d] Azumara, Italius.

Aſtoricenſis teneat ipſam Aſtoricã, Legionẽ ſuper Vrbico, Beriſo, Petra ſperanti, Antiribis, Caldelas, Marellos ſuperiorem & inferiorem, Senure, Frogelos, & Pericos, ſub vno. XI.

Britonacenſis teneat Eccleſias quæ in vicino ſunt intro Britones, vnà cum monaſterio Maximi vſque in flumine Ouæ.

Tudẽſis teneat ipſam Tudẽ cum Eccleſijs quæ in vicino ſunt, Torelo, Torobera, Ludo, Patre, Agnoue, Sagria, Erbilione, Aureas, Langetue, Caraſino, Toruca. Item pagi, Cauda, Ouinia, & Cartaſſe, ſub vno. XV.

TOLETO METROPOLI SVBIAceant hæ ſedes.

Oretũ hæc teneat: de Galla vſque [a] Eciga: de Betra vſque Campaniam.

[a] Pinta, in Itacio.

Beatia.

Menteſa, hæc teneat: de Eciga vſque Securam: de Lila vſq; Pulixena.

Acci hęc teneat: de Secura vſque Montaneam: de Arcatel vſque Carachuel.

Baſti hęc teneat: de Montanea vſque Egeſtam: de Rauca vſque [b] Fuſitam.

[b] Ruſitam Itacius.

Vrgi hæc teneat: de Egeſta vſq; Carthaginem: de Gaſtri, vſque Mundam.

Bigaſtrum hæc teneat: de Pugilla vſque Niſdomiã, de Serta vſque [c] in Babam.

[c] Lumbam Itacius.

Illici hęc teneat: per terminos Bagaſtri & Setabis, & Denia.

Setabis hæc teneat: de Cuſto vſque ad Moletam: de Togola vſque ad Intam.

Denia hæc teneat: de Soſa vſq; in Intã: de Silua, vſque Gil.

Valẽtia teneat de Silua vſq; Muſuetũ: de mari vſq; Alpõt.

Valeria hæc teneat: de Alpont, vſque in Terrabelam: de Stizerola vſque Ninar.

Secobrica hæc teneat: de Tarabella vſque Obuiam, de Toga vſque Brecam.

Arcabrica hæc teneat: de Alcõt vſque ad Obuiam, de Mora vſque [d] Baſtram.

[d] Luſtriam Itacius.

Complutum hæc teneat: de Alcõt vſque ad cortem, de Guſia vſque ad Coſtem.

Segontia hæc teneat: de Coſte vſque Fuſcam: de Godol vſque Pinam.

Oxoma

Oxoma hæc teneat: de Fusca vsq; Arlanzon, quomodò currit in camino sancti Petri, qui vadit ad sanctum Iacobum, de Garafe vsque Hermitas.

Secobia hæc teneat: de [a] Almet vsque Mambellã: de Montel vsque Vasodoto.

[a] Alhomet.

Palentia hæc teneat: de Mambella vsque Caltam: de Valbona vsque Fortosam. *

* In Itacio est: Hæ sunt sedes. XX. diuisæ Episcopales de Toleto à mari vsq; in caminum S. Petri, qui vadit ad S. Iacobum.

TARRACONENSI METROPOLI subiaceant hæ sedes.

Barcinona hæc teneat: De Mina vsque Pagellam: de Vsa vsque Bordel.

Egara[b] hæc teneat: de Bordel vsque Paladera: de Montesa vsque Portellam.

[b] Exara, Itacius.

Gerunda hæc teneat: de Palada vsque Iustemate: de Alosa vsque Pinnas.

Empuriæ hæc teneant: de Iustamate vsq; Bercam: de Ventosa vsque Giluam.

Ausona hæc teneat: de Borga vsque Auratam: de Bulga vsque Mentiam.

Vrgela hæc teneat: de Aurata vsque Nasonam: de Murela vsque Valam.

Lerita hæc teneat: de Nasona vsque ad fontem Salam: de Lora vsque Matam.

Ictosa hæc teneat: de Font Salla vsque Portellam: de Morale vsque Tormelam.

Tortosa hęc teneat: de Portella vsque Deniam: de Tormoga vsque Catenam.

Cæsaraugusta hæc teneat: de [c] Moouia vsque Splanam: de Ribas montes vsque Gordoto.

[c] De Denia, Itacius.

Osca hæc teneat: de Splana vsque Cobello, de Speflem vsque Riberam.

Pampilona hæc teneat: de Cobello vsque Mustelam: de Lotica vsque Tallam: de Mustela vsque Nampiam: de Sparga vsque Ostrual.

Calaforra hæc teneat: de Nampia vsque Spargam: de Mustela vsque Lacalam.

Tirasona hęc teneat: de Sparga vsque Platenam: de Altomonte vsque Millesam.

Auca hęc teneat: de Planta vsque Amayam: de Villainferno vsque Pedem Moram.

Insulæ Baleares, Maioricam, Minoricam Formenteram, Vseticam.

SPALI METROPOLITANÆ SVBiaceant hæ sedes.

Italica hæc teneat: de Vlea vsque Busam: de Asa vsque Iamolam.

Asidona hæc teneat: de Busa vsq; ad Senã: de Lotesa vsque viamlatam.

Elepla hæc teneat: de Sena vsque Datam: de Abisa vsque Cortesam.

Malaca hæc teneat: de Data vsque Malexcam: de Temia vsque sedes campo.

[a] Eliberis hæc teneat: de Maleoca vsque Sotellam: deAlmica vsque Sedille.

Maleora, pro mala loca forsitè hodiè, Malagon.

Astigi hæc teneat. de Sotella vsque Parietẽ: de Luca vsque Raucam.

Corduba hæc teneat: de Pariete vsq; ad Vbetam: de la Galla vsque Ranam

Egabro teneat: de Vbeta vsque ad Malam Sayam: de Gasta vsque Suetam.

Tucci hæc teneat: de Malã saya vsque à Balagar: de Gigara vsque Calonam.

[a] Elberri, Itacius.

BRACARÆ METROPOLI SVBIAceant hæ sedes

Dumio hæc teneat: de Duma vsque Albiam: de Rianteca vsque Adasam.

Portucale hæc teneat: de Ibdia vsque Losolam: de Olmos vsque Solam.

Tude hæc teneat: de Losola vsque Lagunam, de Mõte albo vsque Fetosam.

Auria hæc teneat: de Cusanca vsque Silum, de Vereganos, vsque Calabaças maiores.

Iria hæc teneat: de Iso vsque Cusacam [b]: de Caldas de ære vsque in oram maris Oceani.

[b] De Caldas de rege. Itacius.

Luco hæc teneat: de Laguna vsque Bussam: de Monte soto vsque Quintanam.

Britonia: de Bussa vsque Torrentes, de Octoba vsque Tobellam & vsque ad Ouem.

Astori-

Astorica hæc teneat per oram vallis Carcer,&per fluuios, Humaria ſcilicet,& Vbigo,per Berco & Tauara.

EMERITÆ METROPOLI SVBIAceant hæ ſedes.

Pace hæc teneat:de Balagar vſque ad Crocam, ad Montẽ de Olla vſque Marabal.

Oliſibona hæc teneat:de Darca,vſque Ambiam:de Olla vſque Matam.

Elbora hæc teneat:de Sotobra vſque Petram: de Rucella vſque Paratam.

[a] Exonoba hæc teneat: de Ambia,vſque Salam;de ipſa vſque Turrem.

[a] Oxonoba.

Egeditania hęc teneat:de Sala vſque Nauam: de Sena vſque Muriellam.

Conimbria hęc teneat:de Naua vſque Bergam:de Torrente vſque Loram.

Veſeum hęc teneat:de Borga vſque Sortam:de Bonella vſque Ventoſam.

Lamecum hæc teneat: de Sorta vſque Petram:de Tara vſque Ortoſam.

Caliabria hęc teneat:de Sorta vſq; Albeniã:de Soto vſq; Farã.

Salmantica hęc teneat: de Albenia vſque Sotobram: de Ruſſa,vſque Siberam.

Numantia hęc teneat:de Peñagodiſſe vſque ad Tormem ſuper illos Balneos: de Valle de Rege vſque Doriũ.De Villalalle vſque Oterum de Fumus; ſecus Riuulum ſiccum, vſque Breto:de Tauara vſque Dorium.

Abula hęc teneat:de Petra vſque Villam:de Viaſto vſque Torrero.

Cauria hęc teneat:de Villa [b] vſque Tagum, de Aſa vſque Pumar.

[b] Vſque Doriũ Itacius.

NARBONÆ METROPOLI SVBIAceant hæ ſedes.

Beterris hęc teneat: de Staleth vſq; Barcinona: de Macai vſq; Ribafora.

Agatha hęc teneat:de Nuſa vſque Riberã:de Gallar vſque Mirlam.

Magalona hæc teneat: de Nuſa vſque Ribogar,de Caſtello millia vſque Angoram.

Nemauſo

Nemáuso hæc teneat: de Busa vsque Angoram, de Castello vsque Sambiam.

Luteba hęc teneat: de Samba vsq; Rabaual, de Anges vsque montem Rufum.

Carcasona hæc teneat: de Monte Rufo, vsque Angeram, de Angosa, vsque montaña.

Elna hæc teneat: de Angera vsque Rosinolam, de Latero sa vsque Lamusam.

Hæ sunt sedes harum duarum Hispaniarum octoginta, sub dominio Gothorum, tam Archiepiscopales quàm Episcopales, perquas nobis ministratur verbum Dei, quæ à Romano Pontifice accipiunt communionem catholicæ veritatis; vt secundùm traditionem & Doctrinam Sanctorum patrum, animas sibi comissas valcant gubernare. Hęc igitur nostra institutio, quę assensu omnium Archiepiscoporum & Episcoporum dictarum sedium, auctore Deo, facta est, firma permaneat in ęternum. Hęc omnia supra scripta legit gloriosus Rex Vvamba in Cōcilio Toletano, vbi omnes Archiepiscopi & Episcopi conuenerant; quę subscriptione omniū confirmata sunt, Quiriaco Toletano Archiepiscopo primatię dignitate, & fide catholica consistente.

Statutum est pręterea in dicto Concilio, vt omnes Clerici viuerent secundùm regulam sanctißimi patris Isidori, prout cōtinetur in libro eiusdem de honestate clericorum. Et quicumq̃ue Archiepiscopus, Episcopus, Abbas claustralis, vel secularis, pro dignitate, vel ordine, aut aliq̃uo Ecclesiastico beneficio, minam daret regi, siue aliquę alię personę, ille ex communicatione perpetui anathematis innodetur.

Erat vlteriùs scriptum in dicto codice. M.S.

DIVISIO Prouinciarum secundùm Plinium lib. III. cap. III. Hispanię citerioris: & diuiditur in. VII. Conuentus: Primus Carthaginensis, secūdus Tarraconē̄sis, tertius Cęsaraugustanus, quartus Cluniensis, quintus Asturiensis, sextus Lucensis, septimus Bracarensis.

In Carthaginensi cōueniunt populi. XLII. exceptis insularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenses, & Libisosona cognomine Foroaugustana: quibus duobus ius Italię datum. Ex colonia Salariensi Oppidani, Latij veteris Castalorienses, qui Cæsari venales appellantur. Setabitani qui Augustani. Valerienses; Stipendiariorū celeberrimi. Babarrē̄ses, Bastitani

Plinius. c. 3. lib. 3. ſtitani, Conſaburenſes, Dianenſes, Celeſtani, Iloricitani, Laminitani, Menteſani, qui & Oritani, Mētiſani, qui & [a] Baſtriali, Oretani qui & germani cognominantur, caputque Celtiberiæ, Segobrienſes, Carpetani, Toletani Tago flumini impoſiti, dein Beacienſes & Vrgilienſes.

[a] Baſtuli. Exc.

DIVISIO Prouinciarum ſecundum Imperatorē, hoc modo: Cęſar Conſtantinus anno. 4. Imperij ſui, ſex Archiepiſcopos, vt diuiderent Hiſpaniam in ſexpartes ſeu prouintias iuſsit, ita quòd vnuſquiſque haberet terminos ſuos, quos nullo modo quis excedere attentaret.

NARBONAE ſubſint, Piteus, Toloſa, Cazlora, Albi, Magalona, Nemis, Carcaſona.

BRACARAE ſubſint, Dumia, Portucal, Tude, Auria, Iria, Luco, Britona, Aſtorica.

TARRACONAE Barcinona, Egára, Gerunda, Empuriæ, Auſona, Lerita, Iċtoſa, Tortoſa, Cęſarauguſta, Oſca, Pampilona, Calaforra, Tyraſona, Auca.

TOLETO ſubſint, Secobia, Arcabrica, Segoncia, Valentia, Vrgi, Bagaſtri, Diania, Segorue, Complutum, Oxoma, Valeria, Oretum, Satiua, Beacia, Illici, Mēteſa, Acci, Baſta, Palencia.

MERIDAE ſubſint, Pace, Oxonoba, Oliſipona, Egitania, Caliabria, Lamego, Viſeo, Salmantica, Çoria, Elbora, Abela, Numantia.

SPALI ſubſint, Italica, Aſidona, Elepa, Malaga, Elberris Aſtigi, Corduba, Egabro, Tucci.

DIVISIO PROVINCIARVM HISPANIARUM ſecundū Regē Vvambā, factam tēpore Quirici Primatis & Archiepiſcopi Toletani. Cū inter Prælatos Hiſpaniarū magna fuiſſet exorta diſcordia, eo quòd vnuſquiſque inuaderet terminos diœceſanos, Rex Vvamba Synodū celebrari præcepit Toletī, conuocatis & congregatis Archiepiſcopis & ſuffraganeis ſuis. Præſentato in medio numero ciuitatum & diœceſum, taliter diffinitur ibidem.

PRouinciæ Carthaginenſis, vel Carpetaniæ Metropolis, Regia vrbs Toletum.

TOLETO ſubſint, Oretū, Beacia, Menteſa, Acci, Aſtigi, Vrgū, vel Almeria, Bagaſtri, Illici, Setabia, Denia, Valētia, Valeria, Segobria, Arcabrica, Iplicea, Segontia, Oxōma, Segobia, Palentia.

Tar-

TARRACONAE ſubſint Barcinona Gerunda, Egara, Empurias, Auſona, Vrgelo, Ilerda, Iſtoſa, Tortoſa, Cæſarauguſta, Oſca, Pampilona, Auca, Calagurra, Tyraſona.

NARBONAE ſubſint Caucolibium, vel Toloſa, Carcaſona, Bitterris, Agatha, Luteba, Magalona, Neumaſum, Elena, vel Elna.

SPALI ſubſint Italica, vel Italia, Aſtigis, Corduba, Egabra, Tucci, Eliberi, vel Eliberis, Aſidona, & Malaga.

EMERITAE ſubſint Pace, Olisbona, Oxonoba, Egitania, Caliabria, Viſeo, Lamego, Cauria, Salmantica, Abela, Elbora.

BRACARAE ſubſint Dumium, Feſtabole, vel Portucale, Tude, Auria, Luco, Aſtorica, Iria, vel Vria, Ouetum, vel Britonia, exempta à Galleciæ Bracara.

Acta ſunt hæc Toleto in Cõcilio generali, omnibus vna voce dicentibus, Placet, placet: præſentibus ac ſubſcribentibus inuicto ac ſereniſsimo Rege Vvãba, & Quirico Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarũ primate, cæteriſq; Archiepiſcopis, cum ſuis ſuffraganeis diœceſum prædictarum: in Eccleſia ſanctæ Leocadiæ, Era DCC.X. per manum Petri de ſancta Leocadia. Vixit autem plus hic Rex Vvamba annis quinque, & mortuus eſt.

Hæc omnia exſcripta ſunt ex C. Antiquo Eccleſiæ Toletanæ, & ex Codice Ouetenſi, qui dicitur Itacius, & à me, vt potui meliùs emendata. Placuit etiam addere aliam diuiſionem inter Oxomenſem & Aucenſem, Epiſcopos, in Concilio Prouinciali factam, regnante Adefonſo Sexto, & præſidente Ricardo Legato Sedis Apoſtolicæ, & Bernardo Toletano: quàm ex archiuis Eccleſiæ Burgenſis habui.

DIVISIO OXOMENSIS, ET Aucenſis Epiſcopatuum.

ANno ab Incarnatione Domini milleſimo, octogeſimo octauo, Era M. C. X X V I. Regnante glorioſiſsimo Adefonſo Imperatore in Toleto, Legione, Gallecia, Caſtella, & Nagara, facta eſt Synodus in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Fuſellis, apud Caſtrum Montloy, præſidente domino Ricardo, Vicario ſanctę Dei Romanæ Eccleſiæ, præſente cum eo do-

eo domino Bernardo Archiepiſcopo Toletano, & Archiepiſcopo domino Petro Aquenſi, reſidentibus cunctis Epiſcopis regni ipſius glorioſiſsimi Regis, videlicet Dumienſi Epiſcopo Gundiſaluo, Aderico Tudenſi Epiſcopo, Arriano Ouetenſi Epiſcopo, Oſmundo Aſturicenſi Epiſcopo, Raimundo Palentino Epiſcopo, Petro Legionēſi Epiſcopo, nec non electis in miniſterium Epiſcopi, Petro in eccleſia Beati Iacobi, Martino in eccleſia Coimbrienſi, Sigefredo in eccleſia Nagarenſi, Petro in eccleſia Orienſi, præſentibus itidem Abbatibus, Fortunio in monaſterio Exilienſi, Vincentio in monaſterio Anſilance, Didaco in monaſterio ſancti Facundi, electis etiam in Abbatia Reginenſi, Ioanne in monaſterio Orienſi, Petro in cœnobio ſancti Petri Caradignæ; cum conſilio, & conſenſu ſupradicti catholici Regis, & Epiſcoporum, Abbatum, Principum, & procerum ipſius regni, nec non totius Concilij, facta eſt diuiſio inter Oxomenſem, & Aucenſem Epiſcopatum, qui nouiter Burgis tranſlatus eſt. Et quia Oxomenſis Epiſcopatus priùs à Sarracenis inuaſus, quotidie per miſericordiam Dei redintegratur; quoniam confinia eorum, & termini incerti habebantur, & quia iugis contentio erat inter Bernardum Toletanum Archiepiſcopum, ad quem Oxomenſis eccleſia Metropolitano iure pertinet, & Gomizonem Aucenſem, ſeu Burgenſem Epiſcopum, aſſentiente videlicet vtraque parte viſum eſt, ſaniori conſilio, ſic determinare parochias eorum, vt à fine Canatanazor, & de Muriello, & Argança, & Caſtri, quod dicitur Meſſella, & Caſtri, quod dicitur Eſpega, & à Villis, quæ dicuntur Congoſto, & Buezo, & ſicut aqua ipſa currit, & labitur in Arandam, aqua, quæ diſcurrit per Cluniam, & pertranſit ipſam Cluniam, vſque ad Peñam de Aranda, donec labitur in fluuium Dorium, & omnes villæ ex hac parte fluminis Arandæ, in quibus currit Sayo de Clunia, nec non trans fluuium Dorium Caſtrum Materiolum, & Vociquellas, & vſque ad ciuitatem Septempublicenſem, & quicquid vltra continetur, decerneretur eſſe Oxomenſis eccleſiæ: illa verò quæ citra ſunt terminum prænotatum, verſus Septentrionalem plagam, Aucēſis eccleſia iure perpetuo poſsideat. Sanè ſi quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Rex, Comes, Princeps, aut aliqua poteſtas, ſeu quælibet eccleſiaſtica, ſecularisſve perſona definitionis huius paginā pertinaci audacia violare,

N vel

vel in aliquo infirmare tentauerit, reum se de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atq; in extremo examine cum sinistris deputatus, districtæ vltioni subiaceat.

EGo Adefonsus, diuina præordinate gratia, Hispaniarum Rex supranotatam diuisionem fieri volui, manuq; propria firmaui.
Ego Ricardus sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ Vicarius, huic Concilio præsidens laudo, manuque propria confirmo.
Ego Bernardus Toletanus Archiepiscopus finium Oxomēsis Ecclesiæ defensor, & inuestigator, suprascriptam diuisionem Laudo, manuq; propria corroboro.
Ego Petrus Aquensis Archiepiscopus confirmo.
Ego Gomessanus Burgensis Episcopus confirmo.
Ego Gundisaluus Dumiensis Episcopus confirmo.
Ego Adericus Tudensis Episcopus confirmo.
Ego Arrianus Oueteñ. Episcopus confirmo.
Ego Osmundus Astoricensis Episcopus confirmo.
Ego Raimundus Palentinus confirmo.
Ego Petrus Legionensis Episcopus confirmo.
Ego Petrus in Ecclesia Beati Iacobi electus confirmo.
Ego Martinus in Ecclesia Conimbriensi electus confirmo.
Ego Sigefredus in Ecclesia Nagarensi electus confirmo.
Ego Petrus in Ecclesia Oriensi electus confirmo.
Ego Fortunio Exiliensis Abbas confirmo.
Ego Vincentius sancti Petri Asilicensis Abbas confirmo. *Silos.*
Ego Didacus monasterij sancti Facundi Abbas confirmo. *Sahagun.*
Ego Ioannes in monasterio Oniensi electus confirmo. *Oña.*
Ego Petrus in monasterio S. Petri Caradignæ electus confirmo. *Cardeña.*
Ego Garsias Nagarensis Comes confirmo.
Ego Petrus Comes de Carrion confirmo.
Ego Ferdinandus Comes confirmo.
Ego Martinus Comes confirmo.
Ego Rodericus Ordoñez Princeps confirmo.
Ego Gundisalaus Nuñez Princeps confirmo.
Ego Rodericus Gonsaluez Princeps confirmo.
Ego Aluarus Diaz Princeps confirmo.

Ego Lope Sanchez Princeps confirmo.
Ego Didacus Sanchez Princeps confirmo.
Ego Bermudo Rodriguez Princeps confirmo.
Ego Petrus Aluarez Princeps confirmo.

AD EXACTIOREM HARVM DIuiſionum intelligentiam, nomina antiqua, cum neotericis Epiſcopatuum Hiſpaniæ, & Galliæ Narbonēſis coniunxi; ſequutus in hac interpretatione ſedium diuiſionem. CC.M.SS. ſuperiùs poſitā. Prouinciam verò Carthaginis primò enodare conſtitui, propter eius dignitatem; breuitati ſtudens potius, quàm labori prolixæ inquiſitionis.

PROVINCIA CARTHAGINIS.

„ *TOLETVM, hodie Toledo, Plinius: Caput Carpetaniæ*
„ *Toletani, Tago flumini impoſiti. Unde Liuio Carpetanorum vrbs, Colonia Romanorum. Vt ex numis conſtat: inſignis religionis cultu Metropolis, & Hiſpaniæ Primas.*

COMPLVTVM, hodie Alcala de Henares, martyrio Iuſti, & Paſtoris conſpicua: Prudentius:

Sanguinem Iuſti, cui Paſtor hæret,
Ferculum duplex, geminumq́ donum
Ferre Complutum gremio iuuabit,
Membra duorum.

Eſt nunc ſub Toletano Præſule, illuſtriſq́ omnium bonarum artium academia, & doctißimorum hominum magiſtra.

3 *OXOMA, Oroſio; Plinio Uxama, & Ptolemæo οὔξαμα, in Areuacis; hodie Oſma; ruina potius cognita, quàm antiqua maieſtate. Eccleſia Cathedralis in vicum translata, qui el Burgo de Oſma dicitur. Alij ſcribunt Uxſama per S. Florus lib. 3. c. 1. Auxima. Epiſcopus eſt Toletano ſuffraganeus.*

4 *PALLENTIA, hodie Palencia; Epiſcopatus inſignis, ſuffraganeus Præſulis Toletani: ſcribitur duplici. ll. apud Ptolemæum, & Appianum.*

5 *VALERIA, ciuitas antiqua propè Quoncam, à Mauris*

 deſtructa,

destructa, imposita fluuio Guadiela. Posteà quum Rex Adefonsus nonus Quoncam munitissimum Castellum Mauris eripuisset, nouemque mensium obsidione expugnasset, vrbem in eo ædificauit, & cathedram Episcopalem plenissimam posuit, attribuitque ei auctoritate Lucij III. Pont. Max. Valeriensem, & Arcabricensem antiquas sedes. Ioanne Iañez primo in ea confirmato Episcopo. Extat nunc pusillus pagus, qui Arcas dicitur, quem, quidam Arcabricam veterem existimant. De Quonca Rodericus Toletan. lib. 7. c. 26. est Toletano suffraganea.

6 *SEGONTIA: nunc Siguença. Per V. & T. habet Liuius, & Plinius, Saguntia, ponitq́; eam in Areuacis cum Vxama: rectè, nam parum vtraq́; distat. Antoninus inter Cæsaraugustã & Cõplutum ponit. De Segõtia in Bætica alia est ratio. Episcopus est in spiritualibus, & temporalibus vrbis dominus, suffraganeus Toletano.*

7 *SECOBIA: nunc Segouia: sic etiam Plinius, estque in Areuacis aquæ ductu, lanificio, & populi frequentia insignis, Toletano suffraganea.*

8 *ARCABRICA: fuit olim Episcopalis sedes, nunc prope Quoncam tenue magnæ quondam vrbis vestigium, Arcas vocatur: fuitque, vt diximus, Quonquensi Episcopatui ab Adefonso nono olim vnita, sub Lucio III. Pont. Max. vt ex eius diplomate constat, quod in Archiuo Quonquensis Ecclesiæ asseruatur. Aliud est Arcobrica & Arcobricenses apud Plinium, Metymnæ pagus. Quã Antoninus inter Segontiam & Bilbilim ponit Arcobricam, ea est, quæ nunc Arcos in itinere Hortæ, in finibus Aragoniæ distat à Quonca viginti & quinque leucas Hispaniæ: Arcas verò tantùm duas veltres.*

9 *ORETVM: vnde Oretani, quos Plinius inter stipendia-„ rios cõnumerat: Oretani, inquit, qui Germani cognominantur. Strabo, & Ptolemæus in Tarraconensi Hispania collocant: Ambrosio de Morales rude solum propè Almagro & Granatulam, alijs Calatraua. Hæc nunc Episcopo caret, sed habet Cœnobium insigne religionis militiæ Calatrauæ, sub regula sancti Benedicti.*

10 *VALENTIA, nunc Valencia Contestanorum in Hispa-„ nia Tarraconensi vrbs est Ptolemæo. Plinius, Valentia, inquit, Co-„ lonia III. M. P. à mari remota. Romam ante vocatam scribit Beutherus. Hæc à Mauris capta, per multos annos in seruitute iacuit, donec tandem à Cidio Roderico Bibar expugnata, Christiano cultui restituitur: sed eodem vita functo, iterum in potestatẽ Sarracenorum deuenit: vsq; dum Iaimus inclytus Aragonũ Rex secundò*

eam

eam recepit, & in ipsa Præsulem Iaimum de Ferrera de S. Martin constituit. Hæc summorum Pontificum altrix ab Innocentio VIII. ad petitionē Roderici Borja Episcopi Cardinalis Valentini, & demū Pont. Max. in Metropolitanam fuit erecta, anno 1492. eidemq; suffraganei Maioricensis, & Carthaginensis Episcopi dati. Sunt & alia eiusdem nominis parua opida in Hispania, in quibus Episcopalis sedes nunquam fuit.

11 *DIANIO, Denia hodie, apud Plinium Dianium & Lucētum Laitnorum stipendiarium: Lucentum hodie Luchento prope Valentiam, sicut Dianium in maris ora versus Occidētem; caretq; Episcopo, & est in Valentina diœcesi. Florianus scribit idem esse cū Ferrariæ promontorio Melæ; quod verisimile est; nā, vt Strabo ait, bonæ ibi fiunt secturæ ferri.*

12 *SETABIS, hodie Xatiua. Scribitur fere cū diphthōgo Sætabis, propè Valentiam. Episcopo caret. Inde Sætabitani, apud Pliniū, qui Augustani: hāc Silius Italicus in lib. 3. in arce excelsa sitā indicat.*

13 *CARTHAGO, hodie Cartagena: portum habet insignem &*
„ multarum nauium, atq; triremium capacem. Plinius: Tarraco, Sci
„ pionum opus, sicut Carthago Pœnorum. Isidor. lib. 15. originū: Afri
„ sub Annibale maritima Hispaniæ occupantes, Carthaginem Spar-
„ tariam construxerunt, quæ à Romanis capta & colonia facta nomē
„ etiam prouinciæ dedit; nunc autem à Gothis subuersa, atq; in deso-
„ lationem redacta est. Hæc Isidorus. Habet Episcopū, Toletano Præsuli suffraganeum: antiqua Gothorum sedes, ab eaq; tota Toletana prouincia Carthaginensis fuit cognominata. Carthaginem Silius Italicus lib. 3. Teucro fundatori tribuit:

Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.

Fuit conuentus vnus ex septem, qui à Plinio memorantur. Vetus inscriptio ibidem inuenta:

IMP. CÆSARI. T. ÆLIO. HADRIANO.
ANTONINO. AVG. PIO. PP. COS. IIII. PONT.
MAX. TRIB. POTEST. CONVENTVS
CARTHAG. CVRANTE POSTHVMIO
CLARANO. FLAMINE.

14 *BASTI. Inde Bastitani, & Bastitania: cum B. scribo: hodie Baça in colonia Salariensi. Plinius inter stipendarios celeberrimos Bastitanos connumerat: caret Episcopo, estq; in diœcesi Accitana; quāuis Archiepiscopus Toletanus iuris aliquid in ea habeat. Qua de re, vide quæ Aluarus GomeZius scribit in Ximenio.*

15 *MENTESA: de hac quod affirmem, nihil certi habeo: & nostri historici in varias distrahuntur sententias. Vide lõgam & eruditam commentationem, quam Hispano idiomate Ambrosius Morales hac ipsa de re edidit. Cui, cùm ob ipsius singularem doctrinam, tùm ob nostram, in Complutensi olim Academia amicitiam initam, lubens acquiesco. A Mauris ita hac vrbs penitus destructa fuit, vt hinc nullum diuinandi certi aliquid, vestigium relictum sit. Plinio Oretani, Bastuli, & Mentesani, ijdem sunt lib. 3.*
„ c.3. Mentesani, inquit, qui & Oretani: Mentesani, qui & Ba-
„ stuli. Bastulos ponit Ptolemaus in Hispania Betica ad fretum Gaditanum, quos etiam Pœnos vocat. Nam teste Plinio lib. 3.
„ cap. 1. & Pomponio Mela lib. 2. c. 6. ab vtraq; freti parte Pœni habitarunt; ad quod allusisse videri potest Horatius, vbi ait:

> *Latiùs regnes, auidum domando*
> *Spiritum, quàm si Libyam remotis*
> *Gadibus iungas, & vterq; Pœnus*
> *Seruiat vni.*

16 *ACCI: hodie Guadix, Arabico idiomate: inde Accitanus. Episcopum habet Granatensi Archiepiscopo suffraganeum. In hac ciuitate sanctus Torquatus, Pauli Apostoli discipulus, prima Christiana religionis fundamenta iecit: & Camerinus tempore Constãtini Magni, Concilio Eliberitano interfuit.*

17 *BEATIA: hodie Baeça. Alij scribũt Biacia: antiqui Beatia. Inde Episcopus Beatiensis, vt habent Cõcilia. Ptolemaus Beatiam ponit in Oretanis, eo loco, quo Liuius lib. 26. ponit Lapides Atros in Ausetanis, vt Glareano placuit, inter Illiturgim & Mentesam, vbi Asdrubal castra habebat: estq; in Episcopatu Gienensi versus Septentrionem. Beatiam autem per T. efferendum esse, constat ex antiqua lapidis inscriptione:*

Q. VALERIO. POSTHVMO. BEATIANO.
Q. VALERII. CASTVLI. F. QVI. VIXIT.
ANN. XXXII. ANTONIA. AVR. EX
TESTAM. B. M. P.

Lego: Antonia Aurelia.

IN Vetustiori partitione Carthaginensis Metropolis, non plures bis septendecim Ecclesia erant attributa: posteà alia sunt adiecta,

adiecta, vt ex Concilijs & recentioribus diuisionibus colligimus; vt sunt quæ sequuntur.

SEGOBRICA: hodie Segorbe, in regno Valentiæ. Inde Episcopus Segobriensis, suffraganeus Archiepiscopi Valentini. Sunt qui legant ex numo, Sigobrica; Ambrosius aliter. Hoc certum, Episcopum Segobricensem sub Toleto fuisse. Unde in antiqua diuisione, inter alios suffraganeos, ponitur Segorbe: & in Concilio Toletano, sub Gundemaro Rege, iam tunc adiecta Toletano Præsuli: nam ibi primò subscribit Poscarius Episcopus Segobricensis.

CASTVLO, hodie Cazlona, in Bætica propè vrbē Beatiam. Plinius Castulonenses Cæsari venales vocari ait. Silius Italicus, & ipse Hispanus lib. 3.

Fulget præcipuis Parnasia Castulo signis.

„ *Liuius de bello Punico: Castulo vrbs valida & nobilis Hispaniæ,*
„ *adeò coniuncta societate & amicitia Pœnis, vt inde vxor Annibali esset. Idem Plutarch. in vita Sertorij. In antiquo lapide cum aspiratione scribitur.*

VALERIÆ CIPATINÆ TVCCITANÆ SACRVM COLONIAE PATRICIAE CORDVBENSIS FLAMINICAE COLONIAE. AVG. GEMELLA TVCCITANAE FLAMINICAE SIVE SACERDOTI MVNICIP. CHASTVLONENSIS.

Episcopum non habet.

BIGASTRVM. In Concilio Toletano, in quo tantùm Episcopi suffraganei Toletani Præsulis conuenerunt, subscribit Bigitinus Episcopus Bigastrensis. Erat propè Illicem & nouam Carthaginem, vt ex diuisione Vuambæ patet: non habet Episcopum, neq; locum nūc certum. Alijs Biluestre in finibus Portugaliæ, opidum ditionis Rui Velazquez, auunculi Infantium de Lara, ex historia antiqua.

ILLICIS. Hanc Plinius propè Carthaginem nouam ponit:
„ *Propè flumen Tader, ait, colonia immunis Illicis, vnde Illicitanus sinus. Idem Mela. Nonnulli ex nostratibus Alicante portum maris Mediterranei, alij Elche opidum nobile propè Carthaginem, non procul à mari existimant. Verùm quum Plinius Illicem propè flumen Tader collocet, hæreo hac in re: præsertim quum Florianus, & Naugerius Tader flumen Seguram esse dicant. Et fortè ea fuit Illicis, quæ nunc Origuela supra Seguram posita propè oram maris. Nunc habet Episcopum suffraganeum Archiepiscopatus Valen-*

tini, à Carthaginensi diœcesi his temporibus disiunctum auctoritate Pauli IIII. Pontif. Max.

ASTIGI: hodie Ecija. Mela vrbium de mediterraneis hanc clarissimam in Batica appellat, cum Hispali, & Corduba. Nunc caret Episcopo, estq; in diœcesi Hispalensi. Hanc coloniam fuisse & Augustam Firmam cognominatam scribit Plinius.

ELOTONA. In Concilio Toletano sub Gundemaro Rege Era 648. quod coactum fuit ex solis Episcopis prouinciæ Carthaginis, subscribit Sanabilis ecclesiæ Elotonæ Episcopus; fortè Eliocrotæ, sicut in Eliberitano subscribit Successus Eliocrotæ Episcopus. Eliocrota in itinerario Antonini ponitur à Carthagine Spartaria xxv. millibus passuum distans: fortè euersa à Gothis, sicut Isidorus Carthaginem fuisse tradit. Sunt tamē qui dicant esse Lorcam supra Carthaginem, Septentrionem versus. Et fortassis Episcopus, qui hic subscribit, aliunde fuit, & vel exsul, vel negociorum causa, Gothorum Curiam sequens, Concilio huic interfuit: nam tales in Concilijs admittebantur, seruato loco, & voce.

PROVINCIA GALLOECIÆ.

1 *BRACARA Metropolis, hodie Braga. A Plinio ponitur conuentus Ciuitatum xxiiij. vocatur Augusta Bracarum. Habet nunc Archiepiscopum & suffraganeos.*

2 *PORTVCALE: hodie el Puerto, ad ostium Durij fluuij sita in ora maris Oceani, habet amplum portum: Cale ab Antonino appellatur; sicq; adiecta voce portu, nunc Portucale. Festabole quoq; appellabatur. Cale autem appellatio multarum Ciuitatum, vt est in Cāpania, Flaminia, & in Gallia. Vide Seruium ad illud. 7. Æneidos, Quique Cales linquunt: habet Episcopum.*

3 *CONIMBRIA: nunc Coimbra in Lusitania. Alij scribunt Conimbrica: alij ex marmorum inscriptionibus Conimbriga. Resendius & Barrerius Lusitani docti putant esse Condexam veterem, non Coimbram, vt multi putant nominis allusione decepti: Coimbra nunc Episcopatū habet, & insignem Academiam supra Mondega fluuium sitam.*

EGITANIA, vel rectiùs, vt antiqua monumenta habent, Igeditania, & Igaditani, vt in veteri pontis Alcantaræ inscriptione est: nunc vicus obscurus Eidania dictus. Episcopalis sedes in Guardiam translata est. In Concilio Emeritensi Igadita in prouincia Lusitaniæ ponitur, Canone. 8.

5 *VESEO, siue Viseus, nunc Viseo in Lusitania. Ptolemæus in Hispania Tarraconensi Visontium collocat. Quem locũ Varrerius Lusitanus in sua chorographia à Viseo multis leucis distare eruditè docet. Hodie & sedis Episcopalis antiquam dignitatem, & nomen retinet; parum à fluuio Mondega versus Septentrionem distans.*

6 *LAMECO, vel Lameca, nunc Lamego, in Lusitania ad Durium amnem sita, sedem Episcopalem habet.*

7 *VECTICA: à Vectonibus, qui Plinio, Liuio, & Cæsari Hispaniæ populi sunt in Extramaduræ tractu. Ptolemæo etiam Vettones Lusitaniæ populi, quorum meminêre Appianus, Strabo, Plinius, Prudentius, & alij. Vide Resendium in epistola ad Vasæum scripta. Prudentius Emeritam Coloniam Vettoniæ appellat lib.* περὶ στεφάνων *de martyrio sanctæ Eulaliæ.*

> *Nunc locus Emerita est tumulo,*
> *Clara colonia Vettoniæ.*
> *Quam memorabilis amnis Ana*
> *Præterit, & viridante rapax*
> *Gurgite mœnia pulchra lauat.*

8 *DVMIO Monasterium propè Bracaram, singularis obseruantiæ, in Hispania à Martino ædificatum, & cuius ipse fuit primus Abbas, & Episcopus, & ob eius honorem in Episcopalem sedem erectum. Hodie templum extat miræ antiquitatis, de quo abundè ab historicis nostris scriptum. Attribuitur ei tantùm familia Regia, hoc est, regimen sanctorum Monachorum: nam ipsi sunt ex Regia familia: & alibi dicitur familia seruorum, qui Christo Regi summo dicati, studium omne in cultu religionis & pietatis collocant.*

9 *AVRIA: hodie Orense ad amnem Minium sita. Inde Auriensis Episcopus: agnoscit nunc pro Metropolitano Compostellanum Archiepiscopum.*

10 *TVDE: hodie Tuy, Episcopalis sedes Compostellano suffraganea, ad Minium sita, propè litus maris Oceani, vbi confluit Ana fluuius. Ab Antonino inter Bracaram & Astoricam collocatur: fortè hac, quam Silius Italicus lib. 3. Ætolan Tyden appellat.*

11 *LVCO: hodie Lugo, olim Sueuorum tempore sedes Metropolitana, post Bracaram. Nunc Episcopatum habet agnoscẽtem Metropolitanum Compostellæ. Apud Plinium, Lucensis conuẽtus populorum est XVI.*

12 *IRIA: hodie el Padron, in Regno Gallæciæ, vbi cum primò corpus D. Iacobi quieuisset, posteà Compostellam translatum. In*

Iria

Iria autem dicitur verbum Dei primùm annunciasse. Episcopalis sedes Compostellam traducta, ad altiorem dignitatem, ob honorem sanctissimi Apostoli erecta, pietate, & deuotione Alfonsi Casti Legionensis Regis.

13 *BRITONIA, vel BRITANIA, vel BRITINIA, seu BRITONIVM. Tempore Alfonsi Casti Legionensis, anno Domini 873. in consecratione Ecclesiæ Compostellanæ ab ipso magnifice ædificatæ, inter alios decem & septem Episcopos interfuit Theodorindus Episcopus Britoniensis. Sunt qui dicant, esse Mondoñedo in Gallæcia, vel propè eam. Alij, vt Vasæus, ex sententia Resendij, ciuitatem in Portugalia Interamni, propè Vianã, quæ dicitur de Camigna: cuius etiam nũc vestigia extare Resendius affirmat. Verùm in antiquo C.M.S. in diuisione Episcopatuum legitur: Ouetum, hoc est, Britonia, exempta à Gallæcia Bracara. In.4. Toletano subscribit Metopius Britaniensis Episcopus: & in 7.&.8. Tolet. Sona seu Sonanus, & in.3. Bracarensi Bela Britaniensis Episcopus. Nunc exempta nullum Hispaniæ recognoscit Archiepiscopum. Habuit aliquando concessione Ioannis VIII. Pontif. Max. ius Metropolitanum.*

14 *ASTVRICA, Astorga hodie: Plinius in transmontanis eã ponit, & ait esse vrbem magnificam: hodie dignitatem retinet Episcopalem; insignior Sacerdotum copia, quàm ciuium multitudine: sequitur Compostellæ Metropolim. In antiqua partitione Ecclesiarum Hispaniæ, quam in Alueldensi codice videre licet, in prouincia Gallæcia non ponuntur plures, quàm hæ quatuordecim: Verum ex diuisione Vuambæ, & Cõciliorum prouincialium subscriptionibus additur Caladonia, seu Caladunum, quæ Callaicorum Bracarorum vrbs est, apud Ptolemæum; & ab Antonino ponitur inter Asturicam, & Bracaram.*

PROVINCIA LVSITANIÆ.

1 *EMERITA Metropolis: dicta Emerita Augusta, à militibus emeritis Augusti; vt Isidorus habet lib. 15. c. 1. Originum: nunc Merida, Anæ fluuio imposita, omniq; auctoritate expoliata, atq; destructa nihil præter ruinas & magnæ antiquitatis vestigia retinet; estq; militiæ D. Iacobi in spiritualibus attributa, nullum Episcopum agnoscens. Ius autem Metropolitanum in Compostellanam ecclesiam translatum à Calixt. II. P. M. est. Ex hac vrbe Diua Eulalia martyr fuit: de qua Prudentius in ipsius hymno:*

Carmine

Carmine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior,
Emeritam sacra virgo suam,
Cuius ab vbere progenita est,
Oßibus ornat, amore colit.

2 *AVELA, nunc Auila: fortè scribendum Abella. Est eiusdem nominis vrbs in Aprutio, & altera in Campania: de posteriori Ambrosius Leo, cuius est patria, tres libros composuit; sicq; dictam affirmat à Græca voce ἄελλα; eo quod ventorum flatibus sit valde obnoxia. Quæ nominis ratio & nostræ Abellæ valde quadrat: quippè quæ & ipsa immoderatis ventis valde vexetur: Episcopum habet Compostellano Archiepiscopo suffraganeum.*

3 *SALMANTICA, hodie Salamanca, vrbs omnium literarum gymnasio, & frequentia, antiquaq; nobilitate ciuiũ admodum clara. Episcopum habet Compostellano suffraganeum.*

4 *ELBORA. Huius ferè nominis quinq; sunt opida in Hispania. Ebora ab Antonino Liberalitas Iulia appellatur: à Mela Ebora alia, Castellum in litore maris, in sinu Gaditano: alia in Magno promontorio in Lusitania. Idem Strabo, & Stephanus. Ebora est apud Ptolemæum in Turdulis in Bætica, sed interiùs, versùs mediterranea. Hanc Strabo, & Plinius Eburam Cerealem nominant. Ebura alia ab Ebora, est etiam apud Ptolemæum in Lusitania. Et Ebora in Heditanis. Concilia M.ss. habent Elbora, & Episcopus Elborensis. Resendius Lusitanus, & Quebedius Toletanæ Ecclesiæ Portionarius de hac re contendunt, alter Eboram in Lusitania; alter Talaueram in Regno Toletano, nobile opidum, Elboram esse affirmant. Scripsit de Ebora in Lusitania, antiquitate, & dignitate, atque nobilitate Resendius eruditum commentarium: quæ Archiepiscopum habet: Talabrica sine Episcopo, sub ditione Archiepiscopi Toletani est, de qua Marianus noster, lib. 4. c. 13.*

5 *CAVRIO, hodie Coria Lusitaniæ opidum Ptolemæo. Caurienses apud Plinium. Episcopum habet Compostellano subditum.*

6 *PACE. Nostri quidam non mali auctores Pacem Iuliam, & Pacem Augustam distinguunt; vt Pax Augusta sit, quæ nunc Badajoz, quæ habet Episcopalem sedem, posita ad Anam fluuium, Compostellanæ suffraganea; & inde Pacensis Colonia, & Pacensis conuentus, apud Plinium; Pax autem Iulia, quæ hodie Beja in Lusitania, cuius meminit Ptolemæus: & in ea etiam nũc extant huius rei notæ argumenta: vt colligitur ex inscriptionibus ipsius, atque ruinis: distat octo leucis à Badajoz.*

7 „ *EXONOBA. Plinius à flumine Ana, inquit, littore Oceani oppidum Ossonoba Lusturia cognominatum. Plinius in Lusitania cuneo ponit Myrtilem, Balsam, & Ossonobam, quæ nunc Stombar; alij Syluis putant: vtraq́ est iuxta maris oram. Verum Syluis Episcopum habet, cui Ossonobensis ecclesia antiqua est subdita: Stombar verò in eius est diœcesi.*

8 *OLISIBONA. OLYSIPPO est apud Plinium, & „ Melam, pro Vlysippo: Plinius lib. 4. c. 21. A Tago, in ora Olysippo, equarum è Fauonio vento conceptu nobilis: estq́, Tagi ostium, „ amnis aurum gemmasq́ generantis: Apud Ptolemæum* ὀλισίππων. *Hanc Plinius tradit postea Felicitatem Iuliam dictam. Nunc Lisboa Archiepiscopum habet, & est caput regni Lusitaniæ, & „ mercium peregrinarum receptaculum celebre. De ea Isidorus sic ait. „ Vlysippona ab Vlysse condita & nuncupata; quo loco sicut historiographi dicunt, cœlũ à terra, & maria distinguuntur à terris. Qui „ locus desumptus est ex Plinio lib. 4. c. 20. Olysippo enim, inquit, ab „ oppido terras, maria, cœlum, disterminans. In diuisione Vvambæ adiectæ sunt Lusitaniæ Metropoli aliæ ecclesiæ ex Bracarensi Metropoli. De quibus in Concilio Emeritensi diximus; nimirum Egitania, Conimbria, Veseum, Lamecum: quas Bracarensi Metropoli. C. M. S. attribuit. Verùm alias duas ponit Vvamba, nimirum Caliabriam, & Numãtiam. Inter Lusitaniam, & Gallæciam prouincias, graues lites, atque continuæ intercesserunt frequenter de numero Episcopatuum, vt constat ex Cõcilio Emeritensi, & ex epistola summi Pontificis, quam eidem adiunximus. Vnde non mirum si in partitione Vvambæ adiectæ sunt Metropoli Lusitaniæ Egitania, Conimbria, Viseum, Lamecum: in hac verò quam ex C. M. S. posuimus, Bracarensi Metropoli adiudicantur. Quin & in partitione Vvambæ alij duo Episcopatus prouinciæ Lusitanæ adduntur; scilicet, Caliabria, & Numantia, de quibus dicemus.*

CALIABRIA. Hanc hodie dicunt esse MONTANGES. In sexto, & septimo Concilio Toletano subscribit SERVVS DEI Episcopus Caliabriensis, & nõ Colimbriensis.

„ *NVMANTIA. Plinius lib. 4. c. 20. de ea sic ait: Du„ rius amnis ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelendonibus, & iuxta Numantiam.*

Contendunt multi ex nostris docti ex loco Plinij, Numãtiam esse Soriam: alij contra, esse Zamoram: vtraq́ nobilis vrbs. Soria est in Episcopatu Oxomensi; Zamora Episcopum habet ex primis Hispaniæ. Verùm cum Soria non distet ab ortu Durij, sic distinguo locum Plinij.

,, *Plinij. Durius amnis ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelendonibus,*
,, *& iuxta Numantiam, lapsus: deinde per Areuacos &c &. lib. 3.*
,, *c. 3. Pelendones Celtiberorum quatuor populis, quorum Numan-*
,, *tini fuere, clari. Unde Numantini sunt inter Pelendones; vbi est or-*
,, *tus Durij. Mela in Tarraconensi eam collocat: In Tarraconensi,*
,, *inquit, clarissimi fuerunt Pallentia & Numantia. Zamora, Pænũ*
nomen, Alfonso VI. oratore, Calixto. II. R. P. circa annũ Domini.
M.C.XIX. in Episcopatũ erecta; Ciuitas nobilis, Durio imposita,
Compostellano suffraganea.

PROVINCIA BÆTICÆ.

1 *SPALIS Metropolis. Sicque constanter Gothi scribunt, vt Spania. Verum Romani, Hispalis. Nunc Seuilla, Metropolis insignis, vrbsque opulentissima auri & argenti, merciumque Indiarum. A Mela dicitur, clarissima in* Bætica. *Plinius: Hispalis Colonia*
" *cognomine Romulensis. Idemque vnum ex quatuor conuentibus Iu-*
" *ridicis Hispalensem esse dicit. Isidorus nomen eius deducit à situ, eo quod in solo palustri, suffixis in profundo palis, locata sit.*

2 *ITALICA Hodie nõ extat. Cõspiciuntur tantum eius ruinæ prope Hispalim: appellatur Hispalis vetus, ab Hispali sex passuũ millibus dissita. Plinius in Conuentu Hispalensi eam collocat, vocatque Ilipam cognomento Italicam. Onuphrius inter Colonias Romanas connumerat ex loco Gellij. c. 13. lib. 16.*

3 *ELIPA. apud Plinium est Ilipa Italica, in Conuentu Hispalensi: quæ vocatur maior à Ptolemæo, & Ilipula minor, cum simplici, aut geminato. l. in Conuentu Astigitano. Et existimo diminitiuum esse ab Elipa. Inde Episcopus Elipensis frequenter in Concilijs nostris subscribit. Dicunt esse hodie Niebla: alij aliter. Non habet Cathedram Episcopalem.*

4 *ASTIGIS Hodie Ecija. A Mela in Bætica ponitur Astigi, Hispalis, & Corduba. A Plinio, vt diximus, & Conuentus Iuridicus & Colonia Astigitana, cognomine Augusta firma, appellatur. Non habet Episcopum, sed est in diœcesi Hispalensi.*

5 ,, *CORDVBA & Cordoba. Plinius: Et dextra Corduba Colo*
,, *lonia Patricia cognominata, inde primum nauigabili Bæti. Hodie Episcopum habet ex Primis Hispaniæ. Vrbs nobilitate, & multitudine ciuium insignis, & Archiepiscopo Toletano suffraganea.*

6 *EGABRO. Sunt qui scribunt Ægabro. Hodie Cabra; vbi situs est Baucade Episcopus Egabriẽsis, milliaribus sex & viginti à Cordu*

O ba dis-

ba dissita. Plinius in Batica Baream ponit;pro quo in emendationibus Iacobi Dalencampij Vbeda repositum : Verum Morales legendam existimat Egabro. Non habet nunc sedem Episcopalem. Gratianus. 16.quæst.3.cap.Prima actione, Ægabrensem Vrbem nominat,& in Cod.Gregor. Agabrensis scribitur,ex Concil. Hispalens·2.c.1.

7 *ELIBERI, Hodie Granada : de ea diximus in Concilio Eliberitano. Cauco Illiberis ad Prouinciam Narbonensem spectabat:nunc per syncopam Colibre;hæc verò ad Baticam & Hispalensem:est Metropolis magna Vrbs,Maurorum imperio, & diuitijs olim conspicua,nunc Christiana pietate,& religionis cultu clarior.*

8 *MALACA. Hodie Malaga. Episcopum habet suffraganeum Archiepiscopo Hispalensi.*

9 *ASIDONIA.Plinius: Assido quæ Cæsariana. Hodie Medina Sidonia. Inde Episcopus Asidonensis in Concilijs subscribit. Nunc non habet Episcopum.*

10 *TVCCI in diuisione Vvāba ponitur. Hodie est Martos. Non habet Episcopū.Tuccitanus Episcopus in Concilijs antiquis subscribit. Scribendum cum duplici.cc. Augustam Gemellam Plinius cognominari dicit, & in veteri marmore:Gemella Tuccitana. & in alio: Respub.Tuccillanorū: IMP. CÆSARI. M. AVRELIO ANTONINO AVG. DIVI SEPTIMI. SEVERI. PII PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABENICI. PARTHICI. MAXIMI. PACATORIS ORBIS FILIO. DD· RESPVBLICA TVCCILLANORVM. Est etiam Tucci vetus apud eundem Plinium Bastetaniæ vergentis ad mare.*

PROVINCIA TARRACONENSIS.

1 *TARRACONA Metropolis. Plinius eam ponit in regione Cossetania:fortè legēdum, Sedetania:flumen,inquit,Subi,Colonia Tarraco.Scipionum Opus. Alij Tarracon scribunt, Hanc Prudentius genitricem piorum appellat,hymno de.18.Martyribus Cæsaraugustinis: ab ea pars vna Hispaniæ,Tarraconensis appellata. In lapide antiquo est, COL. I. V. TARRACO.Colonia immunis, vel, Iulia, victrix Tarraco. Archiepiscopum habet, qui de Primatu olim cum Toletano contendit.*

DER-

2 *DERTOSA. Hodie Tortosa. Plinius inter Tarraconenses connumerat Dertusanos. Est hæc vrbs ad Iberum fluuium prope mare nobilis inprimis. Habet Episcopum Tarraconensi suffraganeum.*

3 *CÆSARAVGVSTA. Apud Ptolemæum Cæsarea Augusta. Hodie çaragoça: de ea sic Plinius: Cæsaraugusta Colonia immunis, amne Ibero affusa, vbi opidum ante vocabatur Salduba, regionis Sedetaniæ. In veteri inscriptione COL. CÆSAREA AVG. SALDVBA. De ea sic Prudentius hymno de decem & octo Martyribus Cæsaraugustanis.*

Tu decem sanctos reuehes & octo,
Cæsaraugusta studiosa Christi,
Verticem flauis oleis reuincta,
pacis honore.

4 *TYRASSONA. Apud Plinium Turiaso & Turiasonenses. Hodie Tarazona. Episcopum habet suffraganeum Archiepiscopo Cæsaraugustano.*

5 *CALAGVRRIS. Plinius Calagurritanos, ait, qui Fibularenses cognominātur. Hodie Calahorra: vocabatur priùs Calagurris Nascica, & postea, à Iulio Cæsare Calagurris Iulia. Episcopum habet Archiepiscopo Burgensi suffraganeum. Est vrbs celeberrima ciue M. Fabio Quintiliano, & Prudentio, vt ipse inquit: Nos Vasco Iberus diuidit. Habet duas sedes Cathedrales; nimirū Calagurrim, & D. Dominicum de la Calçada, & duas Collegiatas Locronium & Victoriam,*

6 *AVCA siue Oca nunc non extat. Olim enim in vastatione Hispaniæ, à Mauris est diruta; verùm iterum ab ipsis erecta: pietate Vrraccæ, & Eluiræ fœminarum Regio sanguine Ferdinandi primi procreatarum, ad oppidū Gamonal sub inuocatione D. Mariæ, anno. 1074. translata & erecta, & Episcopo Simeoni data est, Cidio Ruderico Diez confirmante. Demum Alfonsus Sextus Rex Hispaniarum, Fernādi Magni filius, vrbe Burgensi iam ædificata, à Gamonal, ad eius amplificationem, Aucensem Ecclesiam Burgos transtulit, concessa Regia Episcopo Simeoni, & in Basilica D. Laurentij Cathedra collocata, anno. D. 1075. multis attributis oppidis, villis, & prædijs. Quin & Regio decreto sanxit, vt in Castella esset honorabilior omnibus alijs; Clericisque in ea degentibus maiorem & ampliorem dignitatem, inter cæteros totius regni, habere concesit (adeò antiqui illi Reges ad pietatem fuere propensi) Quam erectionem, & translationem Vrbanus secundus diplomate Apostolico confirmauit*

mauit,exemitq; eã ab omni Metropolitano;cũ antea Tarraconensi subdita fuisset, eamq; immediatè Romanæ sedi subiecit, Bernardo Toletano Archiepiscopo refragãte:in tẽplo.D. Laurentij mãsit, vsq; dum Mauricius Anno.D.1222.ea specie & forma augusta, quæ nũc est,alterũ extruxit,quod Alfonsus Burgẽsis turribus miro opere ædificatis exornauit: Francisco Pacieco Episcopo viro optimo & prudenti, Philippo secundo id flagitante, Archiepiscopali hæc sedes dignitate aucta est,Gregorio.XIII.Romano Pontifice: attributis il lis suffraganeis duobus, Pampilonensi,& Calagurritano.

7 *PAMPILONA, opus Põpeij,vt.D.Hieronymus est auctor ad Vigilantium. Hodie Pamplona à Rege Vuamba instaurata, & Vuambæ luna appellata. Apud Plinium inter fœderatos ponuntur Pompælonenses, & inde Pompælon. Est hodie Caput Regni Nauarræ: habet conuentum Iuridicum, & Episcopum suffraganeum Archiepiscopo Burgensi, Martuam olim vocatam sunt qui dicunt.*

8 *OSCA Ilergetum,in Tarraconensi Prouincia,vrbs. Etosia à Paterculo dicitur,vbi Sertorium interemptum scribit. Hodie Huesca. Hoscenses sunt apud Cæsarem.lib.1. de bello ciuili,& Plinium. Habet nunc Episcopum Cæsaraugustano suffraganeum.*

9 „ *ELERDA. Plinius, Ilerdenses Surdaonum gẽtis,iuxta quos* „ *Sicoris fluuius: sic apud Cæsarem lib.1.de bello ciuili. Hodie Lerida,& fluuius Segre,supra quem est imposita: Episcopum habet & gymnasium literarum vniuersale Cathaloniæ gentis.*

10 *BARCINONA. Plinio est Barcino: sic enim ait: In ora au* „ *tẽ colonia Barcino, cognomine Fauẽtia. In Galbæ numo sic est scrip* „ *tum. COL. BARCINO. FAVENTIA Vrbs est amplißima, caput Cathaloniæ, ad mare mediterraneum. Episcopum habet suffraganeũ Tarraconensi.*

11 *EGARA. Extat Concilium Egarense antiquum. In quarto Toletano subscribit Eugenius Egarensis Episcopus. in.13.&.16.* „ *Ioannes. Verba Concilij Egarensis hæc sunt: Conuenientes in vnum* „ *Episcopi Prouinciæ Tarraconensis in locum Egara. In Episcopatuum limitibus in M.S.inuenio Exarã nõ Egaram appellatã: fortè Gea de los caualleros,propè Cæsaraugustam.*

12 *AVSONA. Apud Ptolemæum est Ausa. Hinc Ausetani, hodie Vich. Episcopus Ausonensis est in subscriptionibus Conciliorum. Episcopum habet suffraganeum Archiepiscopo Tarraconensi.*

13 *GERVNDA Hodie Girona. Apud Plinium Gerundenses: Vrbs nota in Cathalonia, Episcopum habet Tarroconensi Archiepiscopo suffraganeum.*

EM-

14 *EMPVRIAS. Emporiæ. Plinius: Opus Phosensiũ: est nunc Tarraconensis prouinciæ; vrbs maritima, vulgo Ampurias: Episcopum habet suffraganeum Tarraconensi Archiepiscopo. In subscriptionibus Conciliorum est: Empuritanæ Episcopus.*

15 *ORGELLO, siue Orgellum aut Vrgella: hodie Vrgel. Episcopum habet suffraganeum Cæsaraugustano Archiepiscopo.*

PROVINCIA GALLIÆ.

1 *NARBONA. Narbonensis Prouincia, Bracata ante dicta, qui Celtæ sunt. Hodie Languedoc, Prouence, & Daulphinè continet. Dicebatur posteà & Gothica, quia à Gothis possessa; sub Hispanorum erat ditione, & sub Primate Toletano.*

2 *CAVCOLIBERI, seu Caucoliberis, Hispaniæ versus Galliam limes: hodie Colibre, Episcopum nõ habet, verùm attributa est Alnensi Episcopo. In subscriptionibus Cõciliorum pro Caucoliberi; ponitur Liberitanus. Est alia Eliberis in Bætica; nomine & situ longè ab hac distans; vt ostendimus in Concilio Eliberitano.*

3 *CARCASONA Olim Carcassum, aut Carcasio, Galliæ Narbonensis opidum apud Plinium, Hodie Carcasona: Episcopum habet.*

4 *BITERRIS, siue Bituris, Vasconum Vrbs.*

5 *AGATHA Galliæ Narbonensis insula, & vrbs est, vt Placet Plinio, Straboni, & Ptolomæo; nunc Agade: appellatur etiam Ciuitas nigra. Sunt qui Agatham montem Pessulum esse volunt. Sed hæc in Continente est; vbi Ptolemæus quoque Agatham habet.*

6 *LVTVVA. Inde Luteuani, qui & Foroneronienses. Plinio, Galliæ Narbonensis populi sunt. Hos Pinetus Lodesne vertit in suo » Plinio Gallico. In libro Prouinciarum legitur: Lutunìensium Ciui- » tas, id est, Lutana Castrum. In subscriptionibus Conciliorum Luthonensis Episcopus.*

7 » *MAGALONA. In libro notitiarum est: Magalonensium » Ciuitas Montis Pessulani: olim sedes Episcopalis, nunc domus tantùm cum templo: in mediis stagnis sita, suffraganea Narbonensi Archiepiscopo: vt ex multis subscriptionibus Conciliorum constat.*

8 *NEMASO, siue Nemasus. Apud Ausoniũ in descriptione Burdigalæ Nemasus Colonia Augusta. Nemausus legit Goltzius, ex veteri inscriptione: hodie Nismes. Libellus extat de eius vrbis antiquitatibus idiomate Gallico. In Concil. 3. Toletano subscribit Nemasensis Episcopus.*

& Metropolitanum nullum Hispaniæ Episcopum agnoscens.

TOLETVM. Inde Melanthius Toletanus supra.

SALARIA. Inde Ianuarius Episcopus de Salaria: colonia in Tarraconensi Hispania: vnde in veteri inscriptione. Col. Iul. Salariensis: nūc prope Cazorlam. Est & alia Salaria in Oretanis.

OSSONOBA. Inde Vincentius Ossobonensis, de ea suprà.

ELBORA, vel Ebora. Inde Quintianus Elborēsis suprà.

ELIOCROTA: in Antonino M. s. est Eliocroca. Inde Successus Episcopus de Eliocrota: fuit olim sedes Episcopalis: dicitur nunc Lorca. Habuit templum D. Patricio dicatum, in quo erat Episcopalis Cathedra: quæ in Carthaginensem abijt. Meminit Eliocrotæ Antoninus, & XXV. mil pass. à Carthagine Spartaria ponit.

BASTA. Inde Eutychianus Bastitanus Episcopus: de qua suprà.

MALACA. Inde Patricius Malacitanus. De hac suprà.

In Monasterio Parasses, in quo antiquitus vita Canonicorum regularium sanctè floruit, nunc obseruantia D. Hieronymi; dum Philippus II. ibi moratur, incidi in librum M. ss. in pelle pergaminea, in quo scriptum est.

ISTAE SVNT INTERPRETATIONES ciuitatum in Hispania, quarum fuerunt nomina mutata tempore Sarracenorum.

Ispalis .i. Seuilla.
Asidona .i. Sidonia.
Eliberi .i. Granada.
Astigi .i. Berga, que nunc dicitur Ecija,
Egabro .i. Capta, quæ nunc dicitur Cepta.
Tuceis .i. Xerez.
Pace .i. Bocalgaze, quæ nunc dicitur Badajoz.
Exonoba .i. Seduma.
Aguitania .i. Lucena.
Calabria .i. Montanges.
Oreto. .i. Calatraua.
Beacia .i. Baeça.
Mentesa .i. Iaen.

Acepridani.i. Guadix.
Basti .i. Baza.
Vrci .i. Almeria.
Acarta .i. Bagastri. Hic iacet Tiestis Episcopus Bergaræ.
Illia .i. Belsa.
Setabis .i. Xatiua.
Valeria .i. Valentia.
Cõpluto .i. Guadalfasara.

Vrci, quæ modò Almeria vocatur: inde Versus:

Insistens operi venit Indalecius Vrci,
Quæ post mutata fuit Almeria vocata.

Innocentius III. in Epistola ad Compostellanum Archiep. de concilio Bracarensi. 2. inquit. De quo non dubitatur quin sit authenticum.

SYNODVS BRACARENSIS SECUNDA XII. EPISCOPORUM.

TITVLI.

a Fortè accipiatur.

REGNANTE DOMINO NOSTRO Iesu Christo, currente Era DC.X.

Anno secundo Regis[b] Mironis,[c] die Calendarum Iuniarum, cùm Gallœciæ Prouinciæ Episcopi, tam ex Bracarensi, quàm ex Lucensi Synodo, cum suis Metropolitanis, præcepto præfati[d] Regis simul in Metropolitana[e] Bracarensi, Episcopi conuenissent, id est, Martinus[f] Nitigisius, Remisol, Andreas,[g] Lucretius[h] Adorius[i] Vvittimer, Sardinarius, Viator,[k] Auila, Polemius, Maylocus; considentibus his simul Episcopis, atque vniuerso clero præsente, Martinus Bracarensis[l] sedis Episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus prouenisse, sanctissimi fratres, vt per ordinationē[m] Dñi[n] gloriosissimi filij nostri Regis, ex vtroq; concilio conueniremus in vnū, vt non solùm de visione[o] alterutra

[p]gratu

Erat Bracarensis antiquior Lucensi, unde primum locum obtinebat. In eius 2. Concilio interfuit, vendū Episcopus Bracarensis. Nitigius vero erat Episcopus Lucensis: unde secundum dicendus tenuit locum.

b Ariamiri. Exc.
c Die decima octaua Calend. Ianuariarum. Exc.
d Gloriosissimi Reg. Exc.
e Bracar. Ecclesia. Exc.
f Nitigis. Exc.
g Lucentius. Exc. Et sic etiā in aliquot M.ss habetur.
h Adoricus. Exc. In plerisq;. M.ss. Adorich.
i Vectimer. Exc.
k Anila. C A.
l Ecclesiæ Exc.
m Patrea. Exc.
n Deest in Exc.
o Alterutrum. Exc.
p gratularemur.

gratulemur,ſed etiam ea,quæ ad ordinationẽ,& diſciplinam Eccleſiaſticā pertinent, pariter conloquamur. Scriptum eſt enim in [a] Euangelijs,dicente Domino: Vbicunq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorū. [b] Nitigiſius EccleſięLucẽſis Epiſcopus dixit:nec aliud poteſt credi, niſi ea quæ ad vtilitatẽ noſtrarū pertinent animarū,diuina inſpiratione & inchoari & perfici [c] poſſe.Et ideò vnanimes atq; idipſum inDño ſentientes,quæcūq; ad inſtructionẽ noſtrā pertinent, in mediū prolata deſideramus agnoſcere.

[a] Euangelio.Exc.
[b] Nitigis.Exc.
[c] Oportere.Exc.

Martinus Epiſcopus dixit:Arbitramur veſtrā beatitudinẽ recordari,quia cùm primùm in Eccleſia Bracarenſi Epiſcoporum Conciliū congregatum eſt,poſt multa, quæ ad cõcordiam rectæ fidei fuerant roborata,aliqua etiā,quę regularem ſanctorū Canonum continent diſcretionẽ,firmauimus;quorum vtilitas, vt poſsit euidẽtiùs in memoriam reuocari, ipſa (ſi vobis placet) epiſtola in veſtra præſentia relegatur.

Omnes Epiſcopi dixerūt:Oportet [d] omnibus modis,vt in omniū auribus, qui hic [e] adſtāt,recitetur. Recitatis ergo capitulis,[f] quæ ne prolixitatẽ facerẽt,his geſtis minimè ſunt inſerta,MartinusEpiſcopus dixit: Hæc ergo,quæ modò ſunt recitata,quæ nobis tunc,aut varia, aut dubia aut inordinata ſunt viſa,auxiliāte Deo,directa ſunt, & ſuam [g] immobiliter obtinent firmitatẽ:quæ autem tunc in memoriam non venerūt, aut oneroſum fuit in primo illo concilio multa ſimul ingerere,neceſſariū videtur modò ad notitiam ſanctæ veſtræ charitatis deferri;" in " eo ſpecialiter proſpectu,vt ſpirituali ventilata examine purgentur.Sancti enim patres, ac prædeceſſores noſtri,aut generales Synodos vndiq;[h] collecti,pro vnitate rectę fidei fecerūt;ſicut in Nicæa cõtra Arriū.CCCXVIII.& in Conſtantinopoli contra Macedonium. CL. & in Epheſo contra Neſtorium. CC.& in Chalcedone contra Eutychen DCXXX. aut certè ſpeciales Synodos per ſuas vnuſquiſq; prouincias,[i] pro ſecandis contentionibus,vel emendādis aliquorū negligẽtijs collegerunt;& prout euentus culparū aut qualiſcūq; exceſſus exegit, per ſingulas quoq; diffinitas Canonū ſententias, mediante inter eos Dei ſpiritu conſcripſerunt: quas oportet nos [k] legere,& intelligere, & tenere. Et quia,opitulāte Chriſti gratia,de vnitate,& rectitudine fidei in hac prouincia nihil eſt dubiū, [l] illud nobis ſpecialiùs eſt agendū,vt ſi quid fortaſſe extra Apoſtolicā diſciplinam, per ignoran-

[d] Omnimodè.Exc.
[e] Adſiſtant.Exc.
[f] Superioris cõcilij, quæ.Exc.
[g] Inuiolabiliter.Exc.
" " Deeſt in Exc.
[h] Colligi.Exc.
[i] Reſecandis.Exc.
[k] Relegere Exc.
[l] Modo.Exc.

ignorantiam,aut per negligentiã,reprehensibile inuenitur in nobis; recurrentes ad testimonia sacrarum Scripturarũ, vel antiquorum Canonum instituta,adhibito cõmuni consensu, omnia quæ displicuerint,rationabili iudicio corrigamus. Et primũ,si placet,relectis Beati Apostoli Petri præceptis, quæ pro regula Sacerdotũ in sua Epistola euidenter adscripsit, quidquid non eodẽ tenore sicut princeps Apostolorũ edocuit,agi videtur,à nobis,sine vlla cunctatione,ad emendationem ducere festinemus; ne fortasse dũ aliis prædicamus,ipsi reprobi effecti,diuino illo cõdemnemur eloquio dicẽte: Tu verò odisti disciplinam & proiecisti sermones meos post te.

1.Corin. D. Psal 49.B. 1.Pet.5.A.

Omnes Episcopi dixerũt:Cupimus memoratã Apostoli Petri Epistolã,ad locũ ipsum,vbi Sacerdotes docet, audire. Tũc „ allato libro,hæc ex eadẽ Epistola recitatã sunt: Seniores obse„ cro consenior,pascite,qui est in vobis gregẽ Dei;prouidentes „ non coactè,sed spontaneè,secundùm Deum:neq; turpis lucri „ gratia,sed volũtariè;nec vt dominãtes in cleris,sed [a] forma fa„ cti [b] gregis ex animo; " vt cùm apparuerit princeps pastorũ, recipiatis immarcessibilem gloriæ coronam.His relectis, omnes Episcopi dixerũt: Cognitis his,quæ ex Epistola B. Petri Apostoli recitata sunt,desideramus,auxiliante Dei gratia, diuinis obedire præceptis, & Apostolicæ Epistolæ,quæ nobis recitata est, [c] in omnibus formulam imitari: Ne fortè in aliquibus inordinatè ambulãtes diuino(quod absit)iudicio condemnemur.Sed vt sanctorũ patrum vestigia subsequentes,in ipsorum requie mereamur esse participes,& immarcessibilẽ illã gloriæ coronã,quæ repromissa est,cũ ipsis [d] accipere mereamur. Ob hoc ergo tuã simul omnes deposcimus charitatem,vt has omnes causas singulis capitulis breuiter comprehensas, qualiter corrigi debeãt,his gestis subter annectas: quę cùm studiosiùs relecta,&in notitiã omnium nostrorũ euidẽter fuerint perducta, propria vnusquisq; manu pro eorum emendatione,& confirmatione subscribat;vt non solùm nobis,sed etiam successoribus nostris,hæc ad perfectionẽ Episcopalis officij decreta proficiant.

Est:est apud Apostolum. Percipietis. Apud Petrũ. Percipiatis. Exc.

a Formæ Exc. b Gregi.apud Petrũ. c In his omnibus. Exc. d Perciperẽ.Exc. e Vel qualiter.Exc.

10.q.1.Placuit omnibus Episcopis. Burch c.75 lib.1.Iuo p.1 c.75.& p.5.c.191.

I. Vt Episcopus ambulet per diœcesim suam,& ante viginti dies Paschæ catechumeni doceantur Symbolum.

Placuit omnibus Episcopis, atque conuenit,vt per singulas Ecclesias Episcopi [f] per diœceses ambulantes,primũ discutiãt

f Et diœcesi. euntes. Exc.

Clericos

Clericos, quomodò ordinem baptiſmi teneant, vel Miſſarũ, [a] & quæcunq; officia in Eccleſia [b] peragũtur. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſi autem minimè, docere [c] debeant ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, vt ſicut antiqui canones iubent, ante viginti dies baptiſmi, ad purgationem exorciſmi Catechumeni currãt: in quibus viginti diebus omninò catechumeni Symbolũ, quod eſt, Credo in Deũ Patrem omnipotentem, ſpecialiter doceantur. Poſtquàm ergo in his ſuos Clericos diſcuſſerint, vel docuerint Epiſcopi, alia die, cõuocata plebe ipſius Eccleſiæ, doceant illos, vt errores fugiãt idolorũ, vel diuerſa crimina (id eſt) homicidiũ, adulterium, periurium, falſum teſtimoniũ, & reliqua peccata mortifera; [d] aut quod nolunt ſibi fieri, non faciant alteri: & vt credant reſurrectionẽ omnium hominũ, & diem iudicij; in quo vnuſquiſq;, ſecundùm ſua opera, recepturus eſt. Et ſic poſteà Epiſcopus de Eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

De conſ. diſt. 4. Ante viginti dies.

[a] Et qualiter quæcunque. Exc.
[b] Peragant. Exc.
[c] Debent. Exc.
[d] Et. Exc.

II. Vt Epiſcopus per diœceſim ambulans, duos ſolidos tantùm accipiat, " neque tertiam partem de oblationibus quærat, & vt Clerici non agantur more ſeruili."

Hæc omnia deſunt à C. Alueldenſi.

Placuit, vt nullus Epiſcoporum, [e] cùm per diœceſes ſuas ambulant, præter honorem cathedræ ſuę, id eſt, duos ſolidos, aliquid aliud per Eccleſias tollat: neque tertiam partem, ex quacunque oblatione populi, in Eccleſijs parochialibus [f] requirat; ſed illa tertia pars pro luminarijs Eccleſiæ, vel recuperatione ſeruetur, & ſingulis annis Epiſcopo inde ratio fiat. Nam ſi tertiam partem illam Epiſcopus tollat, lumen [g] & ſacra abſtulit Eccleſiæ. Similiter & vt parochiales Clerici, ſeruili more in aliquibus operibus, Epiſcopis ſeruire non cogantur; quia ſcriptum eſt: Neque vt dominantes in [h] clero.

10. q. 3. cap. Placuit. 1. Pet. 5.

[e] Per Eccleſias ſuas ambulans. Exc.
[f] Facta ſibi vſurpet, ſed Eccleſiæ reparationi ſeruetur, & in ſingulis annis Epiſcopo ratio fiat. Exc.
[g] Nam ſi tertiã, &c. & ſacra tecta abſtulit. Exc. Et Gratia.
[h] Supra in cleris. Sic Petrus.

III. Vt Epiſcopus in ordinatione Clericorum, commodum nullum accipiat.

Placuit, vt de ordinationibus Clericorum Epiſcopi munera nulla [i] ſuſcipiant. Sed ſicut ſcriptum eſt, quod gratis donante Deo [k] accipiunt, gratis dent. Et non aliquo pretio gratia Dei & impoſitio manuum venundetur: quia antiqua definitio patrum ita de Eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens: Anathema ſit danti, & accipiẽti. Propterea, quia aliquanti multis ſceleribus

1. q. 1. Placuit, vt de ordinat. Ivo p. 5. c. 118. Matt. 10.

[i] Accipiant. Exc.
[k] Acceperint. Iuo.

sceleribus [a] obruti, sancto altario indignè ministrantes, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent, oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem priùs discussionem, deinde per multorum [b] testimonium, Clericos ordinare.

a Obnoxij. Exc.

b Testimonia Gratian. & Iuo.

IIII. *Ut pro chrisma Episcopus nihil accipiat.*

1. q. 1. Placuit, ut nullus. *Materia chrismatis est balsamũ cum oleo. Ita Gregor. PP. exponẽs illud Cãtici: Botrus Cypri.*

Placuit, vt modicum balsami, quod benedictum, pro baptismi sacramento per ecclesias datur; [c] quia singuli tremisses, pro ipso exigi solét, nihil vlteriùs exigatur: ne forté quod pro salute animarum, per inuocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon Magus donum Dei pecunia [d] emere, ita nos venundare damnabiliter videamur.

c Quia à singulis tri miss. Exc.

d Voluit emere. Exc.

V. *Ut pro consecratione basilicæ Episcopus nihil exigat.*

1. q. 2. Placuit, ut quoties. Burch. lib. 3 c. 37. Iuo. p. 3. c. 43 1.

Placuit, vt quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias Episcopi inuitantur, non quasi ex debito, munus aliquod à fundatore requirant; [e] sed si ipsi quidem aliquid ex suo voto obtulerint, non respuatur. Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tãtùm vnusquisque Episcoporum meminerit, vt non priùs dedicet [f] ecclesiam, aut basilicã, nisi antea dotẽ basilicæ, & obsequium ipsius [g] per donationem chartulæ confirmatum accipiat: nam non leuis est ista temeritas, si sine luminarijs, vel [h] sine substentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus [i] priuata, ita consecretur Ecclesia.

e Sed ipse fundator, si quidem aliquid ex suo voto obtulerit Gratian.

f Eccles. nisi antea dot. Exc.

g Per ordinationem C. A.

h Sine substantiali sustentatione. Exc.

i Priuati. Exc.

VI. *Ut qui oratorium pro quæstu suo in terra propria fecerit, non consecretur.*

De consecr. dist. 1. Si quis basilicam.

Placuit, vt si quis basilicam, non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, vt quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum Clericis diuidat; eo quod basilicam in terra sua [k] ipse condiderit: quod in aliquibus locis, vsq, modò dicitur fieri. Hoc ergo de cætero obseruari debet, vt nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat, [l] vt basilicam, quæ non pro sanctorũ patrocinio, sed magis [m] tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

k Quæstus causa cond. Exc.

l Nec. Exc.

m Sub tribut. Exc.

P *Ut de*

VII. Vt de baptizatis nullus accipiat præmium.

1.q.1. Placuit, vt vnusquisque De crec. Iuon p. 1. c. 74. * An liceat sponte oblatum recipere in administratione sacramentorum, diximus Concil. II. 1. 8.

Placuit, vt vnusquisque Episcopus, per ecclesias suas hoc præcipiat, vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, * si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis; si verò per necessitatem paupertatis, aliquid non habent, quod offerāt; nullum illis pignus violēter tollatur à Clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos à baptismo retrahūt. [a] Quod si fortè dum differunt, sine gratia baptismi de hac vita recesserint; necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum [b] expolia pertimescentes, à baptismi se gratia retraxerunt.

a Qui si fortè dum differuntur. Exc.
b Spolia. Exc.

VIII. Vt qui Clericum accusauerit, & id non probauerit, excommunicetur.

2.q.5 Placuit, vt si quis alique. Burch. lib. 2. cap. 102. Iuo. part. 6. c. 276.

Placuit, vt si quis Clericorum aliquem in accusatione fornicationis impetit; secundùm præceptum Pauli Apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo: quod si non potuerit, datis testimonijs approbare, [c] quæ dixit; [d] excommunicationem accusati accusator excipiat.

c Quod. Exc.
d Accusationem. Exc.

IX. Vt per singulos annos à Metropolitano Episcopo pascha pronuncietur.

De consf. d. 3 Placuit, vt postquam. De Paschæ celebritate diximus, Concil. Tol. 10. c. 1.

Placuit, vt postquam omnia in concilio Sacerdotum fuerint [e] ordinata, illud omnibus modis obseruetur, vt [f] superuenturum ipsius anni pascha, quoto calendarum die, vel quota luna debet suscipi, à Metropolitano Episcopo [g] nuncietur. Quod cæteri Episcopi, vel reliquus Clerus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua Ecclesia, adueniente natalis die Domini, adstanti populo, post lectionem euangelicam, nuncient; "vt introitum Quadragesimæ nullus ignoret:" in cuius principio conuenientes in vnum vicinæ Ecclesiæ, per triduum, cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona siue decima Missis, dimisso populo, præcipiant Quadragesimæ [h] seruare ieiunia; & mediante Quadragesima, ex diebus viginti baptizandos infantes, ad exorcismi purgationem offerre,

e Omnimodis. Exc.
f Superuenturi. Grat.
g Intimetur. Grat.
" Exc. hæc non agnoscunt.

Sic institutū est Concilio Tolet. 4. c. 1. & Tolet. 6. c. 2.

h Obseruare. Exc.

Vt

X. *Vt Presbyter post cibum, non teneat missam pro mortuis.*

Placuit, vt quia per stultitiam præsumpti nuper erroris, aut certè ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis [a] fœtore, corruptos cognouimus quosdam Presbyteros, in huius præsumptionis audacia [b] detineri, [c] vt in missa mortuorum, etiam post acceptum merum, [d] oblationem ausi sunt consecrare; ideoq; hoc præfixè euidentis sententiæ admonitione seruetur, vt si quis Presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit deprehensus; id est, vt non ieiunus, sed quocunque iam cibo præsumpto, oblationem [e] consecrauerit, continuò ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo.

His [f] itaque gestis, placuit omnibus pro confirmanda horum obseruantia, propria vnumquemque manu subscribere; [g] eo placito facto; vt si quis horum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reuerti voluerit, totius Concilij [h] increpatione correptus, [i] seuerissimam sibi de sui ordinis inclinatione, nouerit imminere sententiam.

De missa à ieiunis celebranda diximus Concil. Tol. 7. c. 2.

[a] Fœtore corrupto. Exc.
[b] Retineri. Exc.
[c] Vt missas mort. Exc.
[d] Vel oblationem. Exc.
[e] Consecrau. in altari continuò. Exc.
[f] Ita. Exc.
[g] Eorum placitorum. Exc.
[h] Excommunicatione. Exc.
[i] Verissimam. Exc.

Martinus Bracarensis Metropolitanæ ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Remisol, Visensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

[k] Lucetius, [l] Conimbriensis Episcopus, his gestis subscripsi.

[m] Adorius, Egitanæ ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Sardinarius, Lamecensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Viator, Magnetensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

[k] A'iàs Lucétius sic. Exc.
[l] Cooimbricens. Exc.
[m] Adoricus. Exc.

"Item ex Synodo Lucens." [n]

[n] Hæc ab excusis desunt.

[n] Nitigisius, Lucensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Andreas, Iriensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

[o] Vvitimer, [p] Auriensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

[q] Auila, Tudensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Polemius, [r] Asturiensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Mailoc, [s] Britonensis ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

[n] Nitigis Loc. Metropolitanæ eccles. Exc.
[o] Victimer. Exc.
[p] Cauriensis. Exc.
[q] Anila. C. A.
[r] Alias Asturicensis, vt Exc.
[s] Britinorum. Exc.

De ſubſcriptionibus.

MArtinus, ex Dumienſi Abbate, creatus eſt Epiſcopus Bracarenſis: erat Metropolitanus & antiquior Nitigiſio Lucẽſi, qui erat etiam Metropolitanus: nam vt diximus in prouincia Gallæcia duo Metropolitæ continebantur. Succeßit Martinus Lucretio: Remiſol Viſenſis: Lucentius, & non Lucretius Conimbrienſis: Adorius Egitanæ: Sardinarius Lamecenſis: Viator Magnetenſis.

EX LVCENSI METROPOLI.

NItigiſius, primæ ſedis Lucenſis eccleſiæ Epiſcopus: Andreas Irienſis, qui ſubſcribit in primo Bracaren: Vvitimer, Aurienſis: Auila Tudenſis. Polemius Aſturicenſis: Mailoc Britonẽſis. Hinc colliges in Prouincia Gallæcia fuiſſe duodecim cathedrales ſedes, nimirum.

In Bracarenſi Metropoli.	In Lucenſi.
Viſeo.	Iria.
Conimbria.	Auria.
Egitania.	Tude.
Lameco.	Aſturica.
Magneto.	Britona.

Hæ omnes ciuitates, extincto Sueuorum Imperio, ad Bracaram ſunt redactæ, ſub Gothis.

CAPITVLA EX Orientalium Synodis a Martino Episcopo ordinata, atque collecta apud Lucense Concilium.

MARTINVS BRACARENSIS Episcopus capitula edidit Synodorum Græcarum, quæ citantur à Gratiano, cap. Propter Ecclesiasticas, dist. 18. Erat Græcus, & hæc capitula Græca Latina fecit: vocatur liber capitulorum Martini. Hic cum esset Græcus, ad vtilitatem ecclesiarum Hispaniæ, hæc capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & à Græcis aliqua detraxit, vt est in cap. Propter Ecclesiasticas, quòd desumptum est ex Concilio Antioch. cap. 20. Alia etiam ex Toletanis Concilijs posuit Græcus homo, & ad mores nostrorum hominum Græcos ritus sanctè & prudenter accommodauit.

DOmino beatissimo, atq; Apostolicæ sedis honore [a] suscipiẽdo in Christo fratri, [b] Nitigesio Episcopo, vel vniuerso Concilio Lucensis Ecclesiæ Martinus [c] Episcopus. Sancti Canones, qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus constituti sunt, Græco priùs sermone conscripti sunt; posteà autem succedenti tẽpore, in Latina lingua translati sunt. Et quia difficile est, vt simpliciùs aliquid ex alia lingua trãsferatur in alteram, simulq; & illud accidit, vt in tantis tẽporibus scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes, multa prætermittant; & propterea in ipsos Canones aliqua apud simpliciores videantur obscura; ideoq; visum est, vt cum omni diligẽtia, & ea, quæ per translatores obscuriùs dicta sunt, & ea, quæ per scriptores sunt immutata, simpliciùs, & emendatiùs [d] restaurarem; hoc simul obseruãs, vt illa, quæ ad Episcopos, vel vniuersum pertinent Clerum, vna parte cõscripta sint; similiter & quæ ad laicos pertinent, simul sint adunata: vt de quo capitulo aliquis scire voluerit, possit celeriùs inuenire.

Episcopus erat Lucensis Metropolitanus.

[a] F. suspiciendo.
[b] Nitigi. C. A.
[c] Episcopus salutem.
[d] Restaurem: C. A.

TITVLI.

[a] Dissentionibus. C.A.

De

I. De electione Episcopi.

NOn liceat populo electionem facere, qui ad Sacerdotium prouocantur, sed iudicium sit Episcoporum; vt ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & in spirituali vita edoctus est.

II. De ordinando Episcopo.

Dist. 63. c. Non licet. et dist. 14. Episcopi, & dist. 64. c. Episcopum. Burch. lib. 1. c. 10. Iuon. p. 5. c. 64. ex Nicen. Concilio. c. 4.

Episcopum oportet maximè quidem ab omni Concilio constitui: sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris, difficilè fuerit, ex omnibus tres colligantur, & omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei potestas in omni prouincia ad Metropolitanum pertineat Episcopum.

De

III. De euacuanda ordinatione, quæ absente Metropolitano fuerit facta.

Dist. 65. c. Nō debet, ex Conci. Antioch. c. 19.

Non debet ordinari Episcopus absque consilio, & præsentia Metropolitani Episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in prouincia Sacerdotes; quos per suam debet epistolã cõuocare. Et si quidem omnes occurrerint, melius: si autem hoc difficile fuerit, [a] pluriores oportet occurrere. Qui autem non venerint, præsentiam sui per suas epistolas faciant: & sic omnium facto consensu, ordinationẽ Episcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod à nobis terminatum est, fuerit factum, talem ordinationem nihil præualere decernimus. Si autem secũdùm Canones ordinatio Episcopi fuerit facta, & aliquis contra, [b] sua malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

a Plures. Exc.

b Cum sua malitia. Exc.

IIII. De Primatu Metropolitani.

9. q. 3. Per singulas prouincias.

Per singulas prouincias oportet Episcopum cognoscere Primatum Metropolitani Episcopi: & ipsum curam suscipere, nihil autem agere reliquos Episcopos præter eum, secũdùm quod antiquitus à patribus nostris constitutum cõtinetur in Canone. Propter quod & Metropolitanus nihil sibi præsumptiuè adsumat, absque consilio cæterorum.

V. De eo, qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transiens, vult agere Clericatum.

Si quis in parte alicuius fuerit ambitiosior inuẽtus, siue Episcopus, siue Presbyter, vel Diaconus, de inferiori ciuitate, nõ transeat ad maiorem. Quòd si quis contra hæc magni Concilij constituta importunus extiterit, omnimodis eũacuetur huiusmodi factum; & suæ iterum restauretur ecclesiæ, cuius Episcopus, àut Presbyter, aut Diaconus priùs fuerit constitutus.

VI. De non mutanda parochia.

Episcopum à propria parochia non liceat transire in aliam, neque sua sponte introire, neque inuitatus, neque ab Episcopo coactus; sed permaneat in loco, in quo à Deo est ordinatus, & in eam, quam sortiuit ecclesiam secundũ antiquum Canonum institutum.

De

VII. De præsumptione alienæ diæcesis.

Si quis Episcopus non per scripta Metropolitani Episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia prouincia in aliam venerit; sed præsumptiuè irruens, ad ordinationem, & cõstitutionem Clericorum, qui ad illum non pertinent, importunus existat, vacua sint, & inania, quæ ab eo fuerint ordinata. Ipse autem digna excommunicatione censeatur, & abominetur à sancto Concilio.

VIII. De non constituendo Episcopo successore.

8. q. 1. Burchar lib. 1. c. 187. Ivo. p. 5. c. 303.

Episcopum non liceat ante finem vitæ alium in loco suo cõstituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicatu Episcoporum, qui post exitum prędecessoris potestatem habent, quem dignum elegerint.

IX. De inreptione vacantis ecclesiæ.

Dist. 92. c. Si quis Episcopus vacãs

Si quis Episcopus vacans, in ecclesiam non habentem Episcopum, subripiens populos, sine consilio integri ordinis, inruerit; etiam si populus, quem seduxit, desideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum Concilium dicimus illud, in quo Metropolitanus Episcopus fuerit.

In notis Gregorianis, dicitur: Addẽdum est, Metropolitanus etiam, sic enim Græcè καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

X. De Episcopo per necessitatem vacante.

Dist. 92. c. Si quis ordinatus. Vide Pelag. II. in epistola ad Benignũ. Burch. lib. 1. cap. 40. Ivo. part. 5. c. 151.

Si quis Episcopus ordinatus, pro[a] contemptione populi, aut pro aliqua alia ratione, & nõ pro sua culpa, in parochia, quæ ei fuerit data, non læsit, hunc oportet honorem Sacerdotum tantummodò contingere: & de rebus ecclesiæ, in qua conuenit, nihil sibi præsumat. Sustineat autem quid de eo sanctum Concilium iudicare voluerit.

[a] Sic in quibusdam Gratiani codicib[9] M.ss. correctores tamẽ Gratiani cõtentione reliquerunt.

XI. De contemptore Episcopo.

Si quis Episcopus ab Episcopis ordinatus noluit agere Sacerdotium, neque consenserit in sibi commissa ecclesia ambulare,

bulare, statim talem excommunicari oportet. Quòd si coactus contempserit; sanctum Concilium, quod placet, de eodẽ terminet.

XII. *De seditioso Episcopo.*

Si quis Episcopus ordinatus fuerit, & non vult ipsam parochiam suscipere, in qua nominatus est, sed alibi vult ordinare; & vim facit, & seditiones concitat contra eos, qui illum ordinauerunt, hunc ab honore oportet remoueri. Si autem in pristino honore Presbyterij vult stare, non vitetur, vt gradum, quem habuit, retineat. Quod si reluctatus fuerit, etiam de honore Presbyterij, ab honore proprio deponatur.

XIII. *De dissensione iudicij.*

6. q. 4. Si quis Episcopus in Vbi dicitur, & in aliis ex Concilio Martini Papæ.

Si quis Episcopus in [a] aliquibus iudicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in [b] prouincia sunt, inter se in iudicio discrepare; vt alij videantur, eum, qui iudicatur, iustificare, alij condemnare; pro definitione huius dissensionis, hoc placuit sancto Concilio, vt de vicina prouincia alter Metropolitanus conuocetur Episcopus: vt per eum confirmetur, quod secũdùm rectum placuerit Canonem.

[a] Aliquibus causationibus iud. Exc.
[b] Prouinc. sua sunt. Exc.

XIIII. *De præsumptione Episcopi in rebus Ecclesiæ.*

10. q. 1. Si quis Episcopus nulla. Burch. lib. 14. c. 115. & lib. 3. c. 181 Ivo p. 3. c. 172. & 143. & p. 9. c. 319.

Si quis Episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate cõpulsus, [c] inscio Clero; aut vbi fortè non est Presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur; & in iudicio Episcoporum deijciatur [d] auditus: & tanquam furti, aut latrocinij reus à suo priuetur honore.

[c] In Clero suo Grat. Exc.
[d] Audi. & conuictus & tanquam Grat. quã lectionem probat nota Gregoriana.

XV. *De rebus Ecclesiasticis gubernandis.*

12. quæst. 1 c. manifesta, ex can. 4. Concilij Antiocheni.

Quæ sunt Ecclesiæ, conseruari cum omni diligentia, & bona conscientia, & fide Dei, qui omnia videt, & iudicat, gubernari ergo oportet, cum iudicio, & potestate Episcopi: cui etiam omnis populus, & congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, in conscientia eorum, qui circa Episcopos sunt, Presbyteros, &

Diaco-

Diaconos, vt hi omnes ſciant, quæ ſunt Eccleſiæ propria: vt, ſi Epiſcopo contigerit tranſitus, nihil eos latêre poſsit ex his, quæ ad Eccleſiam pertinent; vt nullo modo poſsint minui, & perire. Neque res propriæ Epiſcopi debent importunitatem pro rebus Eccleſiæ pati. Dignum re vera, & iuſtum eſt apud Deum, & homines, vt ea, quæ Epiſcopi propria ſunt, cui voluerit, derelinquat, & neque Eccleſiam perpeti damnum, neque Epiſcopum, pro rebus Eccleſiæ condemnari, aut poſt eius obitum in cauſas, quæ ad eum non pertinent, aut in maledictum incidere.

XVI. *De rebus Eccleſiæ diſpenſandis.*

Ex Concilio Antiochen. c. 25. & habetur. 12. q. 1. Epiſcopus Eccleſiaſ. ſuarũ. & 10. q. 1. Epiſcopus habeat. 1. Timoth. 6. 8.

Epiſcopus habeat poteſtatem in rebus Eccleſiæ, vt diſpenſet neceſsitatem habentibus, cum omni reuerẽtia & timore Dei: participare etiam eum oportet, quæ neceſſaria ſunt; ſi tamen ipſe, aut qui cũ eo ſunt fratres, indiguerint aliquid; vt neceſsitatem nullo modo patiantur, ſecundùm ſanctum Apoſtolum dicentem: Victu & tegumento, his contenti ſumus. Si autem res Eccleſiaſticas Epiſcopi in ſuas voluntates vſurpare voluerint, & [a] lucra Eccleſiæ, vel fructus agrorum, non cũ Presbyterorum, vel Diaconorũ conſilio [b] intaminauerint, aut fratribus, vel filijs, vel quibuſcunque propinquis ſuis dederint poteſtatem, vt per eos latenter res lædãtur Eccleſiæ, hos oportet obnoxios eſſe Concilio. [c] Similiter id, ſi Epiſcopus, vel qui cum eo ſunt Presbyteri, aut Diaconi accuſentur, vt quæ ex reditu, vel ex quolibet [d] actu Eccleſiæ veniunt, in ſuo ſinu colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiuntur, hos corripi oportet, ſecundùm quod ordinatum fuerit à ſancto Concilio.

a Loca. Grat.

b Intaminauerit, alij M. ſ. Grat. contaminauerit.

c Sin autem Grat. quã lectionẽ probat nota Greg. tã quam magis accedentem ad Græcã Concilij Antiocheni. c. 25.

d Hæc vox in ſimili ſignificatione vſurpatur. 1. q. 1. Vulteranæ. vide notã Gregorianam.

XVII. *De his, qui ex vaſis miniſterij Eccleſiæ aliquid vendiderint.*

Diſt. 50. Si quis. Ivo. p. 3. c. 173. Burch. lib. 3. c. 179.

Si quis Presbyter, aut Diaconus inuentus fuerit aliquid de [e] vaſis miniſterij Eccleſię venundaſſe; quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione Eccleſiaſtica non haberi: in iudicio tamen Epiſcopi dimittendum eſſe, ſiue dignus ſit, ſiue indignus, in ſuo recipi [f] gradu: quia ſimul totiens pro hoc ipſo, quod de ſacroſancto altario intaminauerint, id cum Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

e De eleemoſynis Burch.

f Vt debeat gradu Grauan.

De

XVIII. De Synodo facienda.

Ex Concilio Antioch. c. 30. Habetur d. 18. c. propter Ecclesiast.

Propter Ecclesiasticas curas,& altercationum solutiones, bene placuit,per singulas prouincias bis in anno concilium fieri , conuocante Metropolitano Episcopo, omnes prouinciæ Episcopos ; ita vt in his concilijs prodeant omnes Presbyteri , Diaconi , vel hi , quorum in concilio causæ examinatæ ad iustum iudicium prodãtur. Et qui manifestè Episcopi, vel Presbyteri,aut Diaconi inuenti fuerint in offensa, secundùm rationem excommunicētur, quamdiù communi consensu de his placuit dare sententiam. Nulli autem Episcopo liceat propria apud semetipsum concilia facere:prẹter eos,qui sunt Metropolis [a] creditæ.

[a] Forté. Ecclesiæ.

XIX. De Episcopo,qui venire ad Synodum noluerit.

Non liceat ad Concilium conuocatos Episcopos continere; sed ire,& ea,quæ ad vtilitatem Ecclesiæ, vel cæterorum pertinent, aut docere ,si nouit,aut doceri, si nescit. Nam si extra ægritudinem contempserit ire, reus erit fraterni concilij.

Asseritur d. 78. c. Siquis triginta. Tribus. Bonifacio Papa, verum ex Neocæsariensi c. 11. Luc. 3. E.

XX. De legitima ætate ordinandi Presbyteri.

Si quis xxx. ætatis suæ nõ impleuerit annos,nullo modo presbyter ordinetur,etsi valde sit dignus:quia ipse Dñs tricesimo anno baptizatus est,& sic cœpit docere. Oportẹt ergo eum, qui ordinandus est,vsq; ad hanc ætatẽ legitimam conseruari.

XXI. De Eunuchis,qui ab alijs fiunt,vel qui ipsi sibi naturalia abscindunt.

Dist. 55 ca. Si quis pro ægritudine. Ivo. p. 6. c. 374.

Si quis pro causa ægritudinis naturalia à medicis habuerit secta;similiter , & qui à barbaris , aut à dominis stultis [b] fuerint castrati,& moribus digni fuerint visi, hos Canõ admittit ad Clericatus officiũ promoueri. Si quis autem sanus,nõ per disciplinã religionis & abstinentiæ,sed per abscisionẽ plasmati à Deo corporis,extimans à se posse carnales cõcupiscentias amputari,castrauerit se,nõ eũ admitti decernimus ad aliquod Clericatus officium. Quòd si iam antè fuerat promotus ad Clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur.

Q De

XXXII. De Neophytis.

Qui nuper baptizati fuerint, iam ætate legitima, non continuò liceat, eos ad Ecclesiasticum ordinem promoueri: quia oportet, illũ priùs doceri, quod possit docere; quo multo tempore baptismum possit probare: vt benè probatus veniat ad Clerum, secundum præceptum Apostoli dicentis: Non Neophytum; ne in superbiã elatus in iudicium incidat, & laqueũ diaboli. Si succedẽti tempore in aliquo graui peccato à duobus, vel tribus testibus fuerit cõuictus, depositus de gradu suo cesset à Clero. Si quis contra hanc regulam facere præsumpserit, quasi contrarius magni Concilij, proijciatur à Clero.

Paul. 1. ad Tim. c. 3.

XXIII. De pœnitente non admittendo ad Clerum.

Pœnitens tantùm, si necessitas, aut vsus exegerit inter Ostiarios priùs deputetur, vel inter Lectores; ita vt Euangelia vel Epistolam non legat. Si qui autem antè ordinati sunt, inter Subdiaconos habeantur: ita vt manum non imponant, aut sacra non contingant. Ex pœnitente enim dicimus ideò, quòd post baptismum pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, aut grauissimis peccatis publicam pœnitentiam gerens, diuino fuerit reconciliatus altario.

XXIIII. De his qui sine discussione, aut Presbyteri, aut Diacones ordinati sunt.

Si quis Presbyter, aut Diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt; aut certè cùm discuterentur, criminosa peccata sua[a] celauerunt, & post ordinationem ab alijs sunt detecti; abijciantur à Clero. Similiter, & de vniuerso ordine Cleri seruetur. Nam hoc sibi, quod inreprehensibile est, sancta & catholica defendit Ecclesia.

Dist. 15. Si quis presby. Huc facit. c. 5. epist. Zachar. ad Bonifaciũ Episcopũ. & 15. q. 8. Si quis Presbyter. Vide Concil. Nican. c. 9. vnde hoc caput desumptum videri possit.

[a] In correcto Gratiano: Cõfessi sunt, aut post. Alias legebatur Confessi non sunt, & post.

XXV. De Presbyteris aut Diaconibus, qui post ordinationem denotantur.

Si quis Presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem cõfessus fuerit, quia anteà errauit, nõ offerat; sed tantùm, pro religione, nomen Presbyteri portet. [b] Similiter & de Diaconibus seruandum est: vt si ipse confessus fuerit, ordinem Subdiaconatus accipiat.

16. q. 1. c. Si quis Presbyter, & Neocæsariensi. c. 9. & 10. Burch l. 2. c. 48. Ivo. p. 6. c. 149.

[b] In. Exe. sequitur posteà: Si autem non ipse cõfessus, sed ab alio publicè fuerit conuictus, nec hoc ipsum habeat, vt nomẽ Presbyteri portet. Similiter &c. quæ verba in nullo. C. M. sunt.

De

XXVI. De his, qui viduas aut dimissas ducunt, aut in malis consilijs mixti sunt.

Hieronymus Epist. 128. ad Fabiolã, sic interpretatur viduã, etẽlam, & meretricem: vidua, inquit, est, cuius maritus est mortuus; etẽla est, quæ à marito viuente proijcitur; meretrix, quæ multorũ libidini patet.

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittatur ad Clerum: aut si obrepserit, reijciatur; similiter si homicidij, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut [a] assensione post baptismum conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad Clericatum venerit, deijciatur, & in finem vitæ suæ communionem non recipiat.

[a] Defẽsione est apud Gratianum: verũ Gregoriana nota, videtur probare hanc lectionẽ, & Cõcil. Tribur. c. 11

XXVII. De Fornicatoribus Clericis.

Si quis Presbyter, aut Diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus, proijciatur, & agat pœnitentiam.

XXVIII. De his quorum vxores mœchantur.

Dist. 34. c. Si Laici & dicitur, ex Cõcilio Martini Papæ.

Si alicuius Laici vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem, alicuius clerici vxor adultera fuerit, dimittat eam: si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

XXIX. De viduis clericorum.

Dist. 28. Si qua vidua. ex Concil. Tol. 1. c. 18.

Si qua vidua Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla [b] religiosa, cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet; morienti [c] tãtùm ei sacramenta subueniant.

[b] Relig. persona [c] Tamen.

XXX. De filia Episcopi, vel Presbyteri, siue Diaconi.

Si deuota fuerit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeãtur alieni. Pater verò causas in Cõcilio se nouerit præstaturum; mulier verò non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem, viuente eo, recesserit, & pœnituerit, communionem in vltimo vitæ deficiens accipiat.

XXXI. De deuota peccante, vel quæ se maritauerit.

Deuotam peccantem non recipiendã in ecclesia, nisi peccare desie-

desierit, & desinens egerit aptam pœnitẽtiam decem annis: & recipiat communionem. Prius autem quàm in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quòd si admissa fuerit, etiam ea, quæ illam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quę autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhùc viuente ipso marito, castè vixerit, aut pòst ipse de hac vita discesserit.

XXXII. De subintroductis adoptiuis mulieribus.

Nullus Episcopus, neque Presbyter, neque Diaconus, neque omnino aliquis ex Clero licentiam habeat intromittẽdi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut matris, nisi fortè sororem veram ex germanitate, aut sororem matris, vel patris, & illas solas personas, qui ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter & religiosis fœminis laicorum alienorũ familiaritatem, & consortium prohibemus, & eorũ, qui nec in Dei timore subiecti sunt, nec continentiæ retinent disciplinam.

XXXIII. De nõ recipiendis Clericis, & de infirmãda ordinatione eius, qui sine consensu Episcopi ab alio Episcopo ordinatus est.

Siquis in contemptu positus Presbyter vel Diaconus, vel quicunq; ex Clero, recesserit ab Ecclesia, nullo modo in alia suscipiatur Ecclesia, sed omnimodò compellatur, vt ad suam reuertatur ecclesiam: si autem permãserit in superbia, & reuerti noluerit, excommunicetur, & proijciatur. Siquis autẽ Episcopus ausus fuerit in sua Ecclesia ordinare, non consentiente Episcopo suo, à quo recessit, ordinatio eius vacua deputetur.

XXXIIII. De Clericis desertoribus.

Siquis Presbyter, aut Diaconus, aut aliquis de Clero, propriã ecclesiam derelinquẽs, ad alteram ecclesiam vadit, & ibi multo tempore demoratur, omnino nũquam ministret in Clero: & si admonuerit eum Episcopus suus, vt ad suam redeat parochiam, & redire noluerit, vbi est, ibi de suo officio deponatur; ita vt nunquam in suo reuertatur gradu propter disso

lutionis

lutionis peccatum. Si autem Episcopus alter illum suscepe-rit, qui de reatu eius est cõscius, oportet ipsum Episcopum si-ne increpatione in communi Concilio non admitti; vt eccle-siasticum canonem vltra non soluat.

XXXV. De importunis Clericis.

11.q.4. Si quis Episcopus, ex concil. Antio. b. c.12.

Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommuni-catus, in Cõcilio iniustè se queritur condemnatum, [a] ad ma-ius Episcoporum Concilium reuertatur: & eorum inqui-sitionem, & iudicium expectans, si quas se iustas causas habere putat, exponat. Si autem contempserit, & [b] impor-tans se palatio, aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit peruenire; neque spem futuræ re-conciliationis habebit.

[a] Ad maiorem Episc. Synodum. Grat.
[b] Aliâs importunam Aliâs importunus palatio.

XXXVI. De purganda opinione hæresis.

1.q.7. Si quis Episcopus.

Si quis Episcopus, siue alicuius Episcopi Presbyter aut Diaco-nus in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc cau-sam fuerit excommunicatus; nullus Episcopus eum in com-munionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porre-cto fidei suæ libello, satisfaciat omnibus, & ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem, & de Fidelibus laicis sit decre-tum, si in [c] aliquam hæresis [d] opinionem fuerint nominati.

[c] aliqua.
[d] Opinione.

XXXVII. De clericis excommunicatis.

11.q.3. Si quis Episcopus in. ex canone 4. Concil. Antioch.

Si quis Episcopus in Concilio excommunicatus fuerit, siue Presbyter, siue [e] Diaconus, facere oblationem, vel Matutinũ, vel Vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius non liceat ei, nec in alio Concilio spem reconciliatio-nis habere, nec vltra [f] recolligi; sed etiam eos, qui ei commu-nicauerint, omnes ab ecclesia respui; maximè eos, qui sciebãt eum esse [g] deletum. Si autem permanserit turbans, & conci-tans ecclesiam, per [h] forasticam potestatem oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

[e] Disc. à suo Episcopo & post excommunicationem præsumpserit, siue Episcopus ille aut Presbyter aut Diaconus facere obl. Exc. Grat.
[f] Reconciliari. Exc.
[g] Deiectum Grat. Exc.
[h] Forinsecam. Grat. in Canon. S. Concilij Antioch. est. διὰ τῆς ἐξωθεν ἐξουσίας. Quòd Dionysius vertit per potestates exteras infra Forasti ci. Can. 56.

XXXVIII. De Presbyteris vt in secundis nuptijs non vadant.

Presbyterum ad secundas nuptias conuiuam fieri non opor-tet, propterea quòd hi, qui ad secundas nuptias veniunt, pœ-nitentiam postulant. Quomodò potest Presbyter esse, qui propter conuiuium interest tali coniugio?

XXXIX. De his, qui ad Diaconatum eliguntur.

Siquis ad ministerium Diaconatus eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quòd si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & posteà matrimonium desiderauerit, alienus sit à ministerio, & vacet à Clero.

XL. De eo quòd non liceat Diaconum non iussum sedere.

Non licet Diaconum ante Presbyterum sedere, nisi cum iussione Presbyteri.

XLI. De eo quòd non liceat quemlibet ministeria tangere.

Dist. 14. c. Non liceat cuilibet.

Non liceat quemlibet ministeria tangere; nisi subdiacono, aut Acolytho in secretario tangere vasa Dominica.

XLII. Vt mulieres in sacrario non intrent.

Non liceat mulieres in sacrario ingredi.

XLIII. Si Lector alterius viduam duxerit.

D. 34. c. Lector, & in. c. Tolet. 1. c. 3

Lector si viduam alterius vxorem acceperit, in Lectoratu permaneat: aut si fortè necessitas sit, Subdiaconus fiat, nihil autē supra; similiter & si bigamus fuerit.

XLIIII. Si Subdiaconus secundam duxerit vxorem.

D. 34. c. si subdiaconus. & in. c. 70. 1. c. 4.

Si subdiaconus secundam duxerit vxorē; inter Lectores, vel Ostiarios habeatur; ita vt Apostolum non legat.

XLV. Vt non ascendat in pulpitum nisi Lector.

Dist. 19. c. Non liceat in pulpito.

Non liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo Lector est ordinatus.

XLVI. De conditionalibus inordinandis, nisi cum consensu patronorum.

Dist. 53. Si quis obligatus est tributo. ex Concil. Tolet. 1. c. 10.

Siquis obligatus tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus; non est ordinandus clericus, nisi probandæ vitæ fuerit, & patroni [a] concessus accesserit.

[a] Consensu sec.

De

XLVII. De non suscipiendis seruis alienis.

17. q. 4. Si quis seruum alienum. Burch. l. 8. c. 15. Ivo p. 7. c. 43. Idē in Concil. Gangrens. c. 3.

Si quis seruum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum, & recedere à seruitio eius, durissimè in omnibus arguatur,

XLVIII. De non celebrandis natalitijs Martyrum in Quadragesima.

33. q. 4. Nō liceat. Burc. lib. 13. c. 10. Ivo p. 4. c. 34.

Non liceat in Quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantùm Sabbato & Dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri; sed nec natalitia, neq; nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

XLIX. Non suscipi debere infantes ad baptismum, nisi ante tres septimanas Pascha.

De consec. dist. 4. Non liceat ante.

Non liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem in ipsis diebus, vt hi, qui baptizandi sunt, Symbolum discant, & quinta feria nouissimæ septimanæ Episcopo vel Presbytero reddant.

L. De non soluendo ieiunio in quinta feria Pascha.

De consf. d. 3. Non liceat quinta.

Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium soluere, & omnem exhonorare Quadragesimam, sed syncerè abstinentes totam Quadragesimam perexire.

LI. De Chrisma conficienda.

Omni tempore Episcopis liceat chrisma cōficere, & per suas diœceses destinare; ita vt ad dirigendum chrisma Diaconus, aut Subdiaconus ante diem Paschæ, de singulis Ecclesijs ad Episcopum destinentur.

LII. Non liceat Presbyteros, præsente Episcopo, chrismare.

Dist. 95. c. Presbyter. de consec. dist. 4. c. Omnitēpore.

Presbyter, præsente Episcopo, non signet infantes, nisi fortè ab Episcopo fuerit illi præceptum.

LIII. Quòd non licet Presbytero ante Episcopum in baptisterio introire.

Non liceat Presbytero priùs ab Episcopo in baptisterium introire, sed cum Episcopo; nisi fortè, aut absens fuerit, aut ægrotus.

LIIII. De prægnantibus baptizandis.

De consec. d. 4. Si qua mulier. prægnãs. Ex Concil. Neocæsar. c. 6.

Si qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere, quando voluerit, habeat potestatem: nam nihil in hoc participat mater infãti, qui nascitur; propterà quod vnicuiq; propria posse voluntas, in confessione monstretur.

LV. Quid in altario offerre oportet.

De consecr. dist. 1. Non oportet.

Non oportet, aliquid aliud in [a] sanctuario offerri, præter panem, & vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur: quia dum in cruce penderet, de corpore eius effluxit sanguis, & aqua: hæc tria vnum sunt in Christo Iesu; hæc hostia, & oblatio Dei in odorem suauitatis.

[a] Sic in omnibus M.S. Gratian. Sacramento.

LVI. De Presbyteris forasticis.

Alio nomine Presbyteri ruris, vt dicuntur. d. 95. cap. Presbyteri rurîs ex Cõcilio Neocæsariensi. c. 13.

Forasticis Presbyteris, præsente Episcopo, vel Presbytero ciuitatis, offerre non liceat, nec ministrare in populo; nisi fortè illis absentibus.

LVII. De non ieiunanda die Dominica, neque genu flectendo similiter vt in Quadragesima.

Distin. 30. c. Si quis presbyt. Burch. lib. 13. c. 20. Iuo. p. 4. c. 92.

[b] Si quis Presbyter propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, aut aliqua necessitate die Dominica pro quadã religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter & quod ab Apostolis traditũ canon tenet antiquus, placuit, tam per omnes Dominicas, quã per omnes dies Paschæ, vsq; ad Quinquagesimã non prostrati, nec humiliati, sed erecto vultu ad Dominum orationum fungamur officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Dominicæ celebramus.

[b] Citat Burc. & Iuo. similem canonem ex Concil. Turon. his verbis: Si quis propter publicam pœnitentiã à Sac. accept. aut pro aliqua necess. In aliquot M.S. Gratiani est.

LVIII. De prægustandis carnibus, & non execrandis.

Si quis non pro abstinentia, sed prò execratione escarum, abstinet,

ſtinent, placuit ſancto Concilio, vt prægustet; & ſic ſi vult abſtineat: ſi autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus nō deguſtet, iſte non obediens, neque ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine Clericatus.

LIX. De eo quòd non liceat Sacerdotibus, vel Clericis incantaturas, & contrarias ligaturas facere.

Iſid. lib. Originum. 8. c. de Magis, Incantatores (inquit) dicti ſunt, qui artem verbis peragunt.

Non liceat Clericis incātatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt conligatio animarum. Si quis hæc facit, de Eccleſia projiciatur.

LX. De eo quòd non liceat Sacerdotibus, vel Clericis ſpectaculis intereſſe.

Non liceat Sacerdotibus, vel Clericis aliqua ſpectacula in nuptijs, vel in conuiuio ſpectare: ſed oportet, antequàm ingrediantur ipſa ſpectacula, ſurgere, & recedere inde.

LXI. De eo quòd non liceat conuiuia facere de confertis.

Diſt. 44. c. Non liceat Sacerdotes.

Non liceat Sacerdotibus, vel Clericis, ſed nec religioſis laicis conuiuia facere de confertis.

LXII. De vſuris, vel negociorum lucris.

14. q. 4. Si quis oblitus. Pſal. 14. B.

Si quis oblitus timorē Domini, & ſanctam Scripturam, quæ dicit: Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, poſt hanc cognitionem [a] magni Concilij fœnerauerit, & cēteſimas exegerit, aut ex quolibet negocio [b] turpia lucra quæſierit: aut per diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo, & vendendo [c] incrementa ſuſceperit, [d] depoſitus de gradu ſuo, alienus habeatur à Clero.

[a] Nicænum intelligit, ex cuius c. 17. hāc ſententiā ſumpſit: & habetur. 14. q. 14. c. quoniam.
[b] Turpe lucrū. Grat.
[c] Aliqua increm.
[d] De gradu ſuo dejectus. Grat.

LXIII. De Clericis, qui ad Matutinum, vel Veſpertinum Officium non conueniunt.

Diſt. 91. c. Si quis preſbyter, ex Tolet. 3. c. 5.

Si quis Preſbyter vel Diaconus, vel quilibet Clericus Eccleſiæ deputatus, ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Eccleſia eſt; & ad quotidianum pſallendi ſacrificium Matutinis, vel Veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenit,

deponatur

deponatur à Clero;si tamen castigatus veniam ab Episcopo, per satisfactionem noluerit promereri.

LXIIII. De eo quòd non liceat Clericos Dominico ab Ecclesia absentari.

Non liceat quemlibet Clericum die Dominico ab Ecclesia absentem esse, sed Missarum solennibus interesse.

LXV. De eo quòd non liceat Clericos ante horã tertiã prandere.

Dist. 44. c. Non liceat Sacerdote. Burc. l. 2. c. 165. Ivo p. 6. c. 256.

Non oportet Clericos vel laicos religiosos, ante sacram horã diei tertiã, inire cõuiuia, neq; aliquando Clericos, nisi hymno dicto edere panẽ; & post cibos gratias auctori Deo deferre.

LXVI. De adtondenda coma Clericorũ, vel habitu ordinato.

Non oportet Clericos comam nutrire, & sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus; & secundùm Aaron talarem vestem induere; vt sint in habitu ordinato.

LXVII. De eo quòd non liceat psalmos poëticos in Ecclesia dicere, vel libros apocryphos legere.

Non oportet psalmos compositos, & vulgares in Ecclesia dicere, neque libros, qui sunt extra Canonem, legere, nisi solos Canonicos noui & veteris Testamenti.

LXVIII. De eo quòd non liceat super monumenta mortuorum Missam tenere.

De Consec. dist. 1. Non oportet.

Non oportet Clericos ignaros, & præsumptores super monumenta in campo ministeria portare, aut distribuere Sacramenta; sed aut in Ecclesia, aut in basilica, vbi martyrum reliquiæ sunt depositæ, ibi pro defunctis oblationem offerre.

LXIX. De eo quòd non liceat Christianis prandia ad monumenta portare.

De consec. d. 1. Nõ liceat. Burc. l. 10. c. 38. Ivo. p. 11. c. 63

Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare de re mortuorum,

De

LXX. De eo, quòd non liceat Clericis vel Laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis, vel schismaticis orare.

1.q.1. Non liceat Clericis.

Non liceat clericis, vel laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere: quia maledictiones sunt magis, quã benedictiones: neque licet, aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare.

LXXI. De eo, quòd nõ liceat Christianis, obseruationes diuersas attendere.

26.q.5. Nõ liceat Christianis. Bur. l. 10. c. 6. Iuo. p. 11. c. 34

Si quis Paganorum consuetudinem sequens, diuinos, & sortilegos in domo sua introduxerit; quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes Paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant.

LXXII. De eo, quòd non liceat Christianis tenere traditiones Gẽtilium, & obseruare lunæ & stellarum cursus.

26.q.6. Nõ liceat. Burc. lib. 10. c. 3. Iuo p. 11. c. 40.

Colos. 3.

Non liceat Christianis tenere traditiones Gẽtilium, & obseruare vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursum, aut inanem signorũ fallaciam, pro domo faciẽda. * Scriptum est enim: Omnia, quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo.

* Fac. aut propter segetes vel arbores plãtandas, vel coniugia sociãda. Script. Grat.

LXXIII. De eo quòd non liceat Calendas obseruare.

26.q.7. Nõ licet. Bur. lib. 10. c. 15 Iuo p. 11. c. 42.

Non liceat iniquas obseruationes agere Calẽdarum, & ocijs vacare gẽtilibus: neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio Paganismi est.

LXXIIII. De eo quòd non liceat herbas medicinales cum aliqua obseruatione colligere.

26.q.5. Nõ liceat. Burc. lib. 10. c. 20. Iuo. p. 11. c. 47.

Non liceat in collectione herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes attendere, nisi tantùm cum Symbolo diuino, aut oratione Dominica, aut tantùm, Deus creator omnium, &, Dominus honoretur.

LXXV. De eo quòd non liceat mulieres Christianas in lanificijs aliquid obseruare.

Dist. 50. c. si quis voluntaria. Iuo. p. 10. c. 39.

Non liceat mulieres Christianas aliquam vanitatem in suis lanifi-

lanificiјs obſeruare, ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis ſapientiam texendi donauit.

LXXVI. De adulteris.

Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat.

LXXVII. De mulieribus fornicarijs, & abortum facientibus.

Si qua mulier fornicauerit, & infantem, qui exinde fuerit natus, occiderit: & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt necare, aut certè, vt non concipiat, elaborat, ſiue ex adulterio, ſiue ex legtimo coniugio; has tales mulieres nec in morte recipere communionẽ priores canones decreuerũt. Nos tamen pro miſericordia, ſiue tales mulieres, ſiue cõſcias ſcelerum ipſarum, decem annis agere pœnitentiã iudicamus.

LXXVIII. De homicidio voluntario vel non voluntario.

Diſt. 50. c. ſi quis voluntarie Iuo. p. 10. c. 39.

Si quis voluntariè homicidium fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper ſubiaceat, & communionem in exitu vitę ſuę recipiat. Si autem non voluntariè, ſed caſu aliquod homicidium fuerit factum, prior Canon ſeptem annis agi pœnitentiam iuſsit, ſecundus Canon quinque mandauit.

LXXIX. De muliere, quæ duos fratres coniugio, vel viro, qui duas ſorores habuerit.

Si qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas ſorores habuerit, à communione abſtineantur vſque ad mortem; in morte autem eis communio pro miſericordia detur. Si autẽ ſuperuixerint cõmunione accepta, & de infirmitate conualuerint, agant plenam pœnitentiam tempore conſtituto.

LXXX. De his, qui nuptijs irruunt.

31. q. 7. Si quis fuerit Burch. lib. 9 c. 63. Ivo. p. 8 c. 199. ex Concil. Neocaes. c. 3.

Si quis multis nuptijs fuerit copulatus, pœnitentiã agat: conuerſatio autem & fides pœnitentis [a] compendiat tempus.

[a] Rectè Male Burch. compendit.

De

LXXXI. *De his, qui se animalibus commiscuerunt.*

Si quis ante viginti annos in cuiuslibet animalis cõmistionem peccauerit, quindecim annis in humilitate subiaceat ad Ecclesiæ ianuam: & post hos alijs quinque annis in orationis tantùm communione receptus, pœnitentiam agat, & sic gratiam sacramenti suscipiat. Interrogentur autẽ alij de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit: & sic cõmunionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens vxorem huic peccato inruerit, viginti quinq; annos humilitate subiaceat, & quinq; annis orationibus tantùm cõmunicans posteà recipiat sacramentum. Quòd si & hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in [a] exitu consequatur: oportet enim tales inter dæmoniosos ordinare.

[a] Lego: Nec in exitu. Exc.

LXXXII. *De his, qui vsque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communionem accipiunt.*

26. q. 6. Si quis de corpore.

Si quis de corpore exiens nouissimum, & necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantùm [b] orationis particeps sit: [c] nam non accipiat sacramentum, donec constitutũ pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt & desiderant accipere Sacramentum, cũ consideratione, & probatione Episcopi, accipere [d] debeant.

[b] Oratione. Grat.
[c] Sacramẽtum verò non accip. Grat.
[d] Debent Grat.

LXXXIII. *De his qui intrantes ecclesiam, per nimiam luxuriam Sacramento se abstinent.*

De consecr. distin. 2. Si quis intrat ex Conc. Antioch. c. 2.

Si quis intrat Ecclesiam [e] Dei, & sacras [f] Scripturas non audit, & pro luxuria sua auertit se à communione Sacramenti, & in obseruandis mysterijs declinat constitutam regulam disciplinæ, [g] istum talem proijciendum de Ecclesia Catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat, & ostendat fructum pœnitentiæ suæ; [h] vt possit communionem percepta indulgentia promereri.

[e] In Eccles. Grat.
[f] Scriptur. audit. Gratia rectè ex Cõcil. Antioch.
[g] Illum Grat.
[h] Grat. Communione percepta indulgentiam promer. Antiquæ Cõciliorum editiones, & vaticani M.ſſ. codices, vt nos: Græcè est καὶ παρακαλέσαντες τυχεῖν συγγνώμης δυνηθῶσι.

LXXXIIII. *De excommunicatis.*

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introire, neque orare cum eis, neque liceat, vt in alia

R Eccle-

Ecclesia segregentur. Si autem aliquis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet Ecclesiasticus excommunicato communicauerit, quasi perturbans omnem disciplinam Ecclesiasticam excommunicetur.

FRAGMENTA QVAE CItantur ex Concilijs Bracarensibus, & in eis non extant.

EX CONCILIO BRACARENS. C. 3.

Burch. lib. 4. c. 8.

HOc omnimodis præcipimus, & antiqui Canones præcipiunt, vt ante baptismum, viginti dies ad purgationem exorcismi Catechumeni veniāt, & in illis viginti diebus iuxta Canonicum præceptum & erudiantur & consecrentur.

EX CONCILIO BRAC. C. 22.

Burch. lib. 10. c. 21.

Si in alicuius Presbyteri parochia infideles aut faculas incenderint, aut arbores, aut fontes, aut saxa venerātur; si hoc erue re neglexerit, sacrilegium se fecisse cognoscat præsumptor aut hortator rei ipsius: si admonitus hoc emendare neglexerit, communione priuetur.

EX CONCILIO BRAC. C. 31.

Burch. lib. 3. c. 180.

Quicunq; Presbyter de iure tituli sui quolibet modo aurum argentum vel gemmas, vestes quoq; si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta diuina, aliquid in perpetuum alienare tētauerit, donator, alienator, ac venditor honoris sui amisione multetur.

EX EODEM CAP. 80.

Burch. lib. 10. c. 39.

Si quis balationes ante ecclesias Sāctorum fecerit, seu qui faciem suam transformauerit in habitu muliebri; & mulier in habitu viri, emendatione pollicita. 3. annos pœniteat.

EX CONCILIO BRAC. 3. CAP. 8.

Gratianus 12. q. 4.

Quicumq; sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, speciali placito distirngendus est; vt si de rebus, vel augmentis Ecclesiæ quæstum laboris suis propriè auxit; & ex hoc Ecclesiasticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus Ecclesiæ minuit, ille restituat, ex cuius rebus, atque suffragijs suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendij, vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc comprobare potuerit, totum illi à rebus Ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitate id expendisse probatur. Si verò de rebus Ecclesiæ, tantummodò aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen Ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterint illa donare.

Notæ

Notæ in Concilium Bracarense secundum.

ANno secundo] *Dicitur in excusis, hoc Concilium sub Honorio PP. I. fuisse coactum, sed perperam; cum ex Era supputatione constet, Honorium primum, septuagesimum nonum à Petro Romanam sedem rexisse, anno Domini 623. temporibus Sisebuti Regis: Concilium verò Bracar. 2. anno Domini 572. fuit gestum: fortè sub Ioanne IIII. temporibus Leouegildi Gothorum Regis. Neque etiam prouinciale fuit strictè; cum à duobus Metropolitanis totius prouinciæ Gallæciæ fuerit celebratum.*

Cum suis Metropolitanis.] *Ecclesia Lucensis facta est Metropolitana, vt suprà diximus, Era. 670. in Concilio Lucensi, tempore Theodomiri Regis Sueuorum celebrato. De quo Ambrosius Morales, diligens nostrarum rerum indagator, post Vasæum lib 11. Chronici generalis. c. 59. affirmat, se in tabulis archiui Ecclesiæ Lucensis legisse sic scriptum: „ Tempore Sueuorũ sub Era. DC. VII. „ die Calendarum Ianuarij, Theodomirus Princeps Sueuorum, Con- „ cilium in ciuitate Lucensi fieri præcepit, ad confirmãdam fidem Ca- „ tholicam, vel pro diuersis Ecclesiæ causis. In eo, inquit, Concilio facta est Metropolitana Lucensis Ecclesia; Ecclesiæ tamen Bracarensi subiecta. Oppositũ lego in Concilio Lucensi. Hinc est quòd Ecclesia Bracarensis hac ratione & innixa Primatus Hispaniæ nomen sibi arroget.*

Mironis] *Idem Theodomirus qui Era. 607. congregauit Con- „ cilium Lucense: sic enim inuenio scriptũ: Ego Theodomirus Rex „ cognomento etiam Mirus, Gallæciæ totius Prouinciæ Rex, &c. „ & infrà: His itaque determinationibus, seu definitionibus, à „ me Nitigio nutu Dei Lucensis sedis Episcopo, diligentissimè ex- „ quisitis, per antiquorum virorum scientiam, seu scripturarum „ seriem vetustarum, studiosissimè prius peractam Bracarensem „ Synodũ secundam ibidem in diebus gloriosissimi domini Mironis „ Regis, sub Era DC. X. in præsentia ipsius Regis, & omniũ Catho- „ licorũ Magnatum totius Gallæciæ. Hæc ibi. Vnde cõstat, Theodomirum, & Mironem eundẽ esse Regem, qui huic Synodo interfuit.*

C. 1. „ Catechumeni Symbolum] *Sic Concil. Laodi. c. 46. Bapti- „ zatos oportet fidei Symbolum discere, & quinta feria vltimæ se-*

 ptimanæ,

ptimana, vel Episcopo, vel Presbytero reddere. Idē Concil. 6. generali. c. 78. Gregorius PP. lib. 3. epist. 4. Et nomen suum dabāt quadraginta dies, vel eo ampliùs ante, & exorcismis, quotidianisq; orationibus, & ieiunijs expiabantur: vt illa Apostolica in illis impleretur præceptio: Expurgate vetus fermentum; vt sitis noua conspersio, 1. ad Corinth. 5. Id constat ex epistola Siricij. PP. ad Himerium Episcopum Tarraconensem, & Cœlestini PP. I. ad Episcopos Gallæciæ. c. 12. Et cum ventum erat ad baptismi gratiam suscipiendā, illud reddebant. Ambrosius lib. 2. de Sacramentis. c. 7. Interrogatus es, inquit, Credis in Deum Patrem omnipotentem? & dixisti: Credo, & mersisti. Idem Hieronymus in. 2. cap. Prouerb. & Augustinus, libro de Fide & operibus. c. 11. & his antiquior sanctus Dionysius Areopag. de Ecclesiast. Hierar. c. vltimo.

Cap. 2. Lumen & sacra.] *Lumen & luminaria Ecclesiæ, ab origine nascētis Ecclesiæ, semper fidelibus magno in honore ad cultum Dei habita, ingentique cura obseruata. Unde narrat Eusebius lib. 6. c. 7. & Nicephorus lib. 5. c. 9. quòd cum oleum deesset luminaribus, in die solemni vigiliarum Paschæ, in Ecclesia Hierosolymitana, Narcyssus Hierosolymitanus Episcopus aquā imperauit deferri, eamq; benedixit, & infundi lampadibus: tunc, ait Eusebius, repentè, miro, & seculis inaudito genere virtutis, natura aquæ, in olei pinguedinem versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Simile miraculum commemorat Gregorius lib. 1. Dialog. c. 5. & lib. 3. c. 30. lampades immisso diuinitus lumine accensas fuisse.*

C. 3. Antiqua diffinitio] *Gratis ordines esse conferendos, ne Spiritui sancto contumelia irrogetur, dum eius donum pretio temporali æstimatur & traditur (Vile enim est omne quod in humanam æstimationem cadit) id docuit primò Hormisda PP. in epistola ad Episcopos Hispaniæ. c. 2. & Concil. Aurelian. 2. c. 3. & 2. Turon. c. 28. & Tolet. 4. c. 18. & octauum Tol. c. 3. & Tole. 11. c. 8. & 9. nouissimè sancta & vniuersalis Synodus Trident. Sess. 21. cap. 1.*

C. 4. Exigatur] *Chrisma vt gratis detur, statutū est ab Eugenio II. PP. cap. 20. & Alexand. PP. III. c. 10. & in Concilio Cabilon. tempore Caroli Magni. cap. 16.*

C. 5. Nisi antea dotem basilicæ] *Post extructam basilicam duo, ex antiquis decretis, Ecclesiæ sunt necessaria ad rem diuinā in ea agendam: vnum est dos, alterum consecratio. Dos opus est, vt Sacerdotum victui & vestitui aptiùs consuleretur, eorumque rationibus prouideretur. In Concil. Tolet. 3. c. 15. Episcopis interdicitur Ecclesiam consecrare, nisi priùs dotem chartula confirmatam habue-*

„ *habuerint. Sanctus Chryſoſtomus hom.* 18. *in Acta: quaſi, inquit,*
„ *ducta vxore, vel ſponſa, vel data virgine, ſic erga Eccleſiam affe-*
„ *ctus ſis dotem; inſcribe illi; ita tibi benedictionis prædium multi-*
plicabitur. De conſe. diſtinct. 1. *c. Nemo.* & *Can. Cum ſicut. Formu-*
lã huius chartulæ legi in archiuis Eccleſiæ Toletanæ, in dote quam,
„ *ei inſcripſit Adefonſus ſextus, Rex, liberali munificẽtia. Ego Rex*
„ *(inquit) Adefonſus, conſtituo chartam dotis Beatæ Mariæ Vir-*
gini, & omnibus Sacerdotibus caſtè & piè vitam agentibus, &c.
Conſecratio verò Eccleſiæ ab Apoſtolis fluxit: ipſi à Domino eam
acceperunt, & nobis tradiderunt. Clemens epiſt. 2. *ad Iacobum fra-*
trem Domini, & epiſt. 3. & *Can. Eccleſias.* 16. *q.* 7. & *Can. Eccle-*
ſias, & omnes. de conſecr. diſt. 1. *Athanaſius ab Arrianis accuſa-*
tus, quòd ſynaxem in Eccleſia nondum conſecrata celebraſſet, ipſe
reſpondit in epiſtol. ad Conſtant. Imperatorem, frequentia populi,
& neceſſitate, & periculi metu coactum fuiſſe.

C. 10. Miſſas mortuorum] *Pro viuis & defunctis eſſe Miſſas cele-*
brãdas, antiquus Eccleſiæ Catholicæ retinet mos; vt ex Gregor. II.
PP. epiſt. 8. *conſtat, & ex Concil. Tribur. ſub Arnulfo Impera-*
tore cap. 15. & *ex Concil. Tolet.* 17. & *ex Auguſt. lib. de cura*
pro mortuis agenda, cap. 1. & 4. & *lib. de ciuitate Dei.* 20. *cap.* 9. &
in Enchirid. c. 100. & *ex Chryſoſtom. ſermone.* 3. *in epiſtolam ad*
Philippenſ. & *ex Cypriano martyre, lib.* 1. *epiſt.* 9. & *Concilio Ca-*
bilonenſi. c. 39.

TOLETANA SYNOdus tertia LXII. Epiſcoporum, in qua Arriana hæreſis in Hiſpania condemnata eſt.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,[a] anno regnante quarto[b] glorioſiſsimo domino Reccaredo Rege, die octauo Iduum Maiarum, Era DC. XXVII. hæc ſancta Synodus habita eſt in ciuitate Regia Toletana ab Epiſcopis totius Hiſpaniæ, vel[c] Galliæ, qui infra ſcripti ſunt.

Cum pro fidei ſuæ ſinceritate, idem glorioſiſsimus Princeps[d] omnis[e] regiminis ſui Pontifices in vnum conuenire mandaſſet, vt tam de eius conuerſione, quàm de gentis[f] Gothicæ innouatione in Domino exultarēt, & diuinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent,[g] ſanctiſsimus idē Princeps ſic venerandum Concilium alloquitur, dicens:

Non incognitum reor eſſe vobis, reuerēdiſsimi Sacerdotes, ꝙ propter inſtaurandam diſciplinæ eccleſiaſticæ formam, ad noſtræ vos ſerenitatis præſentiam[h] deuocauerim. Et quia decurſis retro temporibus hæreſis imminens, in tota Eccleſia catholica agere Synodica negocia[i] denegauit, Deus, cui placuit per nos eiuſdem hæreſis obicem depellere, admonuit inſtituta de more[k] eccleſiaſtica reparare. Ergo ſit vobis iucūditatis, ſit gaudij, quòd mos Canonicus proſpectu Dei, per noſtram gloriam, ad paternos reducitur terminos. Priùs tamen admoneo pariter, & exhortor, ieiunijs vos, & vigilijs atque orationibus operam dare; vt ordo Canonicus, quem à Sacerdotalibus ſenſibus detraxerat longa, ac[l] diutina obliuio,[m] quo ætas noſtra ſe neſcire fatetur, diuino vobis rurſus dono pateſiant. Adhæc autem gratias Deo agētes, & religioſiſsimo Principi vniuerſo Concilio in laudibus acclamante, triduanum eſt exinde prædicatum ieiunium. Sed cum die[n] octauo Iduum Maiarum in vnum[o] agmen Dei Sacerdotes adeſſent, & oratione præmiſſa, vnuſquiſque Sacerdotum compe-

[a] Anno quarto, reg. Exc.
[b] Glor. atque pijſsimo & Deo fideliſsimo. Exc. & C. A.
[c] Galliciæ. Exc. Sed Galliæ legendum, quia Gallia Narbonenſis in regno Gothorum continebatur.
[d] Omnes. Exc.
[e] In alio M ſ. regni.
[f] In alio M. ſ Gothorum, vt in A. C. & Exc.
[g] Memoratus ſanctiſs. Princeps. M. ſſ.
[h] Euocauerim. Exc.
[i] Denegabat alius lib. M. ſ. & Exc.
[k] Alids eccleſiaſtico.
[l] Diuturna. Exc.
[m] Quam Exc. nonnulli M. ſſ quæ, forte quē, aut quæq;.
[n] Octaua. Exc.
[o] Cœtum. Exc.

competenti loco resedisset, ecce in medio [a] illorum adfuit serenissimus Princeps, seq; cum Dei Sacerdotibus orationi cōmunicans, diuino deinceps flamine plenus, sic ad loquēdum exorsus est, dicens: Non credimus vestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arrianorū laborasset Hispania, & nō multos post decessum genitoris nostri dies, quibus nos vestra beatitudo fidei sanctæ catholicæ cognouit esse sociatos, credimus generaliter magnum, & æternum gaudium habuisse. Et ideò, venerandi patres, ad hanc vos peragēdam [b] congregari iussimus Synodum; vt de [c] omnibus nuper aduenïētibus ad Christum, ipsi æternas [d] Deo gratias deferatis. Quidquid verò verbis apud Sacerdotium vestrum nobis agendum erat de fide, atque spe nostra, [e] quæ gerimus [f] in hūc tomum conscripta, atque alligata [g] notescimus. Relegatur [h] enim in medio vestri, [i] & iudicio Synodali examinatus, per omne successiuum tempus gloria nostra eiusdem fidei testimonio decorata clarescat. Susceptus est autem ab omnibus Dei Sacerdotibus, offerente Rege, sacrosanctæ fidei tomus, & pronunciante Notario clara voce [k] recensitum est ita:

Quamuis [a] Dominus [a] Deus omnipotens pro vtilitatibus populorum, regni [l] nos culmen subire tribuerit, & moderamen gentium nō paucarum regiæ nostræ curæ commiserit; meminimus tamen nos mortalium conditione [m] constringi, nec posse felicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultui veræ fidei deputemus, & cōditori nostro [n] saltim confessione, qua dignus ipse est, placeamus. Pro qua re quanto subditorum gloria regali [o] excellimus, tanto prouidi esse debemus in his, quæ ad Deum sunt, vel nostram spem augere, vel gentibus à Deo nobis creditis cōsulere. Cæterum, quid pro tantis beneficiorum [p] collationibus omnipotentiæ diuinæ valemus tribuere, quando omnia ipsius [q] sunt, nisi vt in eum tota deuotione credamus? Quemadmodum per scripturas sacras seipsum intelligi voluit, & credi præcepit, id est, vt confiteamur esse patrem, qui genuerit ex sua substantia filium sibi [r] coæqualem & coæternum; non tamen vt ipse idem sit [s] natus, & genitor; sed persona alius sit pater, qui genuit, alius sit filius, qui fuerit generatus; vnius tamē vterq; substantiæ [t] diuinitate subsistat. Pater ex quo sit filius; ipse verò ex nullo sit alio; filius qui habeat patrem, sed sine initio, & sine diminutione, in ea, qua patri coæqualis, & coæternus

[a] Eorum. Exc.
[b] Congregandos decreuimus. C. A. alij Excus. congreganimus Synodum.
[c] Hominibus. C. A.
[d] Domino. Exc. C. A
[e] Quam. Exc.
[f] In hoc tomo. Exc.
[g] Nota facimus. Excus.
[h] Nonnulli. Exc.
[i] & in. Exc.
[k] Recensitus. Exc.
[a] Deest Exc.
[l] Nobis A.C.
[m] Perstringi. Exc. & A.C.
[n] Salutis. Exc. nonnull.
[o] Extollimur in alio M.s. & C.A. & Excus.
[p] Consolationibus C.A.
[q] Sint, vt bonorum nostrorum nihil egeat, nisi. Exc. & C.A.
[r] & coæq. Exc.
[s] Nat. ingenitus, &c. Exc. nonnull.
[t] In diuinitate. Exc.

est,diuinitate subsistat. Spiritus [a] æquè sanctus confitendus à nobis,& prædicandus est,à Patre,& à filio procedere, & cum patre & filio vnius esse substantiæ; tertiam verò in Trinitate Spiritus sancti esse personam: qui tamen [b] communem habeat cum Patre & Filio diuinitatis [c] essentiam. Hæc enim sancta Trinitas vnus est Deus,Pater,& Filius,& Spiritus sanctus; cuius bonitate [d] omnis licet bona sit condita creatura, per assumptam tamen à filio humani habitus formam,à damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam. Sed sicut veræ salutis indicium est,Trinitatem in vnitate,& vnitatem in Trinitate sentire, ita erit [f] consummatio iustitiæ, si eandem fidem intra vniuersalem Ecclesiam teneamus, & [g] Apostolica monita in Apostolico positi fundamento seruemus. Vos tamen Dei Sacerdotes meminisse oportet, quantis hucusque Ecclesia Dei Catholica per Hispanias aduersæ partis molestijs laborauerit: dum & Catholici [h] constantem fidei suæ tenerent,ac defenderēt veritatem, & [i] hæreses pertinaciori animositate [k] propriam niterentur vindicare perfidiam. Me quoque, vt re ipsa conspicitis, calore fidei accensum in eo Dominus excitauit, vt depulsa obstinatione infidelitatis,& discordiæ submoto furore, populum qui sub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei & Ecclesiæ Catholicæ consortium reuocarem. Adest enim omnis gens Gothorum inclyta & ferè omnium gentium [l] genuina virilitate [m] opinata; quæ licet suorum prauitate doctorum, à fidei hactenus,vel vnitate Ecclesiæ fuerit catholicæ segregata, [n] toto nunc tamen [o] mecum adsensu concordans eius Ecclesiæ communioni participatur, quæ diuersarum gētium multitudinem materno [p] sinu suscipit, & charitatis vberibus nutrit; de qua Propheta canente dicitur: Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Nec enim Gothorum sola conuersio ad cumulum nostræ mercedis accessit; quinimo & [r] Sueuorum gētis infinita multitudo, quam præsidio cœlesti nostro regno subiecimus, alieno licet in hæresim [q] deductam vitio, nostro tamen ad veritatis originem studio reuocauimus. Proinde, sanctissimi Patres, has nobilissimas gentes, quæ lucris per nos Dominicis applicatæ sunt, quasi sanctum & placabile sacrificium, per vestras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi immarcessibilis corona, vel gaudium in retributione iustorum, si hi populi, qui nostra ad vni-

Esai. 56. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19.

a Quoque. Exc.
b Communionem. Exc.
c Essentiæ. Exc.
d Hominis Exc.
e Natura aliàs.
f Alius M.S. consummatæ. Cōsummata iustitia. Exc.
g Apostolicam vnitatem. Exc.
h Constanter. Exc.
i Heretici. Exc.
k Propriæ niterentur perfidi. Exc. & A. C.
l Genuina. Exc.
m Alius M.S. lib. opinatissima. Exc. illustrata.
n Tota. Exc.
o Meo assensui. Exc.
p In sinu. Exc.
q In C. A. ad marginem erat: Sueui de finibus Septentrionis fuerūt, de mōte Sueuo.

ad vnitatem Ecclesiæ solertia [a] transcurrerunt, fundati in eadem, & stabiliti permaneant. Sicut enim diuino nutu nostræ curæ fuit, hos populos ad vnitatem Christi Ecclesiæ [b] pertrahere, ita sit vestræ docibilitatis, Catholicis eos dogmatibus [c] instituere; quo in [d] toto cognitione veritatis instructi, nouerint ex [e] solido [f] errorem hæresis perniciosæ respuere, & veræ fidei tramitem ex charitate retinere, vel catholicæ Ecclesiæ communionem desiderio auidiori [g] amplecti. Cæterum sicut facilè ad veniam peruenisse confido, quòd nescia hucusq; tam clarissima errauerit gens, ita grauius esse non dubito, si agnitam veritatem dubio corde [h] teneat, atque à patēti lumine (quod absit) oculos suos [i] auertat. Vnde valdè per necessarium esse prospexi, vestram in vnum conuenire beatitudinem, habens sententiæ Dominicæ fidem, qua dicit, Vbi fuerint duo, vel tres collecti in nomine meo, [k] ibi ero in medio eorum. Credo enim beatā sanctæ Trinitatis diuinitatem huic sancto interesse Concilio; & ideò tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli; conscius admodum sententiæ diuinæ dicentis: Non celaui misericordiam tuam, & veritatem tuam à cōgregatione [l] multa: vel Apostolum Paulum Timotheo discipulo præcipientem audiui: Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, "&" confessus bonam confessionem [m] coram multis testibus. Vera est enim Redemptoris nostri ex Euangelio sententia, qua confitentem se coram hominibus, confiteri dicit coram patre, & negantem, se esse negaturum. Expedit enim nobis, id ore "proprio" [m] profiteri, quod corde credimus, secundùm cœleste mandatū, quo dicitur: Corde creditur ad iustitiam, [n] oris autem confessio fit ad salutem. Proinde sicut anathematizo Arrium cum omnibus dogmatibus, & complicibus suis, qui vnigenitum Dei filium à paterna degenerem asseuerat esse substantia; nec à Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium, quæ aduersus sanctam Synodum Nicænam extiterunt, ita in honorem [o] & in laudem, fidem sanctam Nicæni [p] obseruo, & honoro Concilij, quam contra eundem rectæ fidei pestem Arrium trecentorum decem & octo sancta Episcopalis scripsit Synodus. Amplector itaque & teneo fidem cētum quinquaginta Episcoporum Constantinopoli congregatorum, quæ Macedonium, Spiritus sancti substantiam minorantem,

Matth. 18. Ibi sum Exeus. & sic textus Graecus ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Psal. 39.

1. ad Timot. 6. 6.

Matth. 10. Marc. 8. Luc. 9.

Rom. 10.

a Transcurrunt. Exc.

b Aliàs trahere.

c Instruere. Exc.

d Tota. Exc.

e Ex toto & solido. Exc.

f Errores perniciosos respuere. Exc.

g Complecti Exc. & A.C.

h Teneant. C.A.

i Auertant. C.A.

K Græca vox habet συνηγμένοι, hoc est, congregati, vt vertit vulgata, vel collecti, & nō est: Ibi ero, sed Ibi Ego sum.

l Multorum. Exc.

m Deest Exc.

m Deest Exc.

m Confiteri. C.A.

n Ore. Exc.

o & laudem Dei. Exc.

p Obseruo Cōcilij, & honoro ea quæ cōtra eundem. Exc.

norantem, [a] & à Patris & Filij vnitate & eſſentia ſegregantem, iugulo veritatis interemit. Primæ quoque Epheſinæ Synodi fidem, quæ aduerſus Neſtorium, eiuſque doctrinam [b] relata eſt, credo pariter & honoro: ſimiliter & Chalcedonenſis Concilij fidem, quam plenam ſanctitate, & eruditione aduerſus Eutychem, & Dioſcorum protulit, cum omni Eccleſia catholica reuerenter ſuſcipio. Omnium quoque orthodoxorum venerabilium Sacerdotum Cõcilia, quæ [c] à ſupraſcriptis quatuor ſanctis Synodis fidei puritate non diſſonant, pari veneratione obſeruo. Properet ergo reuerentia veſtra fidem hanc noſtram Canonicis applicare monimentis, & ab Epiſcopis vel religioſis, aut gentis noſtræ primoribus ſolerter fidem, quam in Eccleſia catholica " Deo " crediderunt, audire. Quam [d] rem notatam & apicibus, vel eorum [e] ſubſcriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in teſtimonium Dei, atque [f] hominum reſeruate; [g] vt hæ gentes, quarum in Dei nomine regia poteſtate præcellimus, & quæ, [h] deterſo antiquo errore, per vnctionem ſacroſancti chriſmatis, vel manus impoſitionem Paraclētum intra Dei Eccleſiam [i] præceperunt ſpiritum, quem vnum, & æqualem cum Patre & Filio confitentes, eiuſque dono in ſinu Eccleſiæ ſanctæ catholicæ collocatæ ſunt. [k] Si eorum aliqui hanc rectam & ſanctam confeſsionem noſtram minimè credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno [l] percipiant, & de interitu ſuo, fidelibus gaudium, [m] infidelibus ſint in exemplum. Huic verò confeſsioni meæ, ſanctarum ſupra ſcripturarum [n] Conciliorum conſtitutiones contexui, & teſtimonio diuino, tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.

[a] Et Patris & Filij vnitatem & eſſentiam ſeg. C.A.
[b] Lata. Tolet. M. ſ. alter. & C.A. & Exc.
[c] Ab ipſis ſupra ſcriptis quatuor Synod. Exc. & C. A.
" Deeſt Exc.
[d] Renouatā apicib. Exc. C.A.
[e] Superſcriptionibus Exc.
[f] Omnium fidelium reſeru. Exc.
[g] Vt gentes quas. Exc. Aliàs ad inſtruendas gentes, quas.
[h] Relicto. Exc.
[i] Perceperunt. Exc. & C.A.
[k] Quod ſi. Exc.
[l] Suſcipiant, vt Exc.
[m] Et infidel. Exc.
[n] Et Conciliorū conſtitutionibus conſentiens context. Excuſi Confeſsionis meæ ſanctas ſupra ſcripturarum Concil. C. A. Aliàs ſcriptorum.

INCIPIT [o] FIDES A SANCTO NICÆNO CONCILIO EDITA.

Habetur hæc fides in Chalcedon. Concilij actione prima: quod Cõcilium poſitū eſt poſt epiſtolas Leonis PP primi, et apud Athanaſium, & 6. Concil. Carthagin Ruffinus, lib. hiſt. Eccl. c. 6. Socrat. lib. 1. c. 8. Niceph. lib. 8. c. 18.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium [p] conditorem; & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, de Patre natum vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum, ex Deo vero; natum non factum, homouſion Patri, hoc eſt eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ; per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terris; qui propter [q] nos, & per noſtram ſalutem deſcendit, & in-

[o] Fides Nicæni Concilij. Exc.
[p] Creatorem. Exc.
[q] Propter nos homines. Exc.

& incarnatus eſt, homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos: inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: & in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicũt: Erat quando non erat, & antequam naſceretur nõ erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, aut ex [a] aliqua ſubſtantia, vel [b] natura dicunt eſſe mutabilem & conuertibilem filium Dei, anathematizat [c] Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

[c] ITEM FIDES SANCTA, QVAM expoſuerunt. C.L. Patres, conſona magnæ Nicænæ Synodo.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibiliũ " conditorem;" & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei [d] vnigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum ex Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum non factum, homouſion Patri (hoc eſt) eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, per quem omnia facta ſunt, "quæ in cœlo, & quæ in terra." Qui propter nos [e] & propter noſtram ſalutem [f] deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, [g] homo factus, paſſus eſt ſub Pilato, [h] ſepultus, tertia die reſurrexit, [i] aſcendit in cœlos, [k] ſedet ad dexteram Patris, iterum [l] venturus in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. "Credimus" & in Spiritum ſanctum Dominum, & [m] viuificantem, ex Patre" & Filio" procedentem, cũ Patre & Filio [n] adorandum, & glorificandum, qui loquutus per [o] Prophetas: in vnam Catholicam, atq; Apoſtolicam Eccleſiã. Confitemur vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum: expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam [p] futuri ſæculi. Amen.

[q] ITEM TRACTATVS Chalcedonenſis Concilij.

[r] Suffecerat quidem ad pleniſsimam pietatis agnitionem, & confirmationem, [s] cautiſsimum, hoc eſt, ſalutare diuinæ gratiæ Symbolum, de Patre enim & Filio, & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem Dominicam fideliter ſuſcipientibus manifeſtat. Sed quoniam hi, qui prædicationẽ veritatis deſtruere [t] nituntur, quaſdam propriç hæreſeos

Extat hic tractatus cõcily Chalcedonenſis actione quinta, ſub quadruplici tractatione. Hac verò editio, alia eſt ab alijs quatuor

[a] Alia ſubſiſtentia. Exc.
[b] Subſtãtia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alternationiue obnoxium eos anathemate ferit ſãcta Eccleſia catholica & Apoſtolica. Exc.
[c] Symbolum. C.L. patrum Conſtantinopolitani Concilij. Exc.
" Deeſt Exc.
[d] Ex patre vnig. Exc.
" Deſunt ab Exc.
[e] Nos homines & noſtram. Exc.
[f] Deſcendit de cœlis. Exc.
[g] Et inhumanatus eſt & crucifixus eſt pro nobis ſub. Exc.
[h] Et ſepultus eſt, &c. Exc.
[i] Et aſc. Exc.
" Deeſt Exc.
[k] Et ſed. Exc.
" Deſunt Exc.
[l] Vent. eſt cum glor. Exc. Aliàs inde vẽt. &c.
[m] Viuificantem. Exc.
[n] Coadorand. & conglorif. Exc.
[o] Sanctos prophetas, & vnam ſanctam catholicam. Exc.
[p] Venturi. Exc.
[q] In alio M.ſ. incipit tract. Exc.
[r] Sufficeret.
[s] Sanctiſsimũ in alijs M.ſ. In excuſ. ſanctũ hoc diuinæ gratiæ ſymb. *Vide in notis.*
[t] Conantur. Exc.

ſeos nouitates parturiunt[a] (quidã enim miniſterium pro nobis actum diuinæ diſpenſationis audent corrumpere, & vocem illam diuini partus factam ad Virginem denegant. Alij temperamentum confuſionemque inducentes, & vnam eſſe naturam carnis & Deitatis inſenſatè componẽtes, paſsibilem Vnigeniti diuinam naturam tali confuſione prodigioſè diuulgant) idcircò omnem aduerſus veritatem opponendam ab ipſis machinationem volens excludere ſancta, & magna vniuerſalis Synodus,[b] antiquam prædicationem immobilem docens, ſtatuit, præcipuè trecentorum X V I I I. ſanctorũ Patrum fidem incontaminatam manere; & propter eos qui Spiritui ſancto aduerſantur, centum quinquaginta Patrum paulò poſteriori tempore in vrbe Conſtantinopolitana conuenientium de ſubſtantia Spiritus ſancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam illi omnibus inſinuauerunt: non quòd in præcedentibus[c] aliquid deeſſet, ſed adijcientes de Spiritu ſancto eorumdem intellectum, aduerſùs eos, qui Deitatis eius dominationem nituntur[d] adimere, Scripturarum teſtimonijs plenius manifeſtantes. Propter eos ſanè, qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, & purum hominem eſſe, qui ex ſancta Virgine Maria natus eſt, impudenter diuulgant, Beatiſsimi quõdam Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ Sacerdotis Synodicas epiſtolas tam ad Neſtorium, quàm ad cæteros per Orientem congruas, & ſibi conſentientes ſuſcepit, ad cõfutationem quidem Neſtorianæ amentiæ,[e] interpretationem verò eorum, qui religioſo zelo ſalutaris Symboli cupiunt intellectum. Quibus epiſtolam ſancti ac Beatiſsimi primæ ſedis Archiepiſcopi Leonis, ſcriptam ad Flauianum ſanctæ recordationis Archiepiſcopum, ad perimendam Euthychetis malignitatem, atque magni Petri confeſsioni concordantem, & communem quandam[f] columnam exiſtentem, contra eos, qui rectè non glorificant, ad confirmationem Catholicæ religionis euidenter ſubiũxit. Nam eos, qui in duos filios diſpenſationis Dominicæ myſterium ſcindere moliuntur, execratur; & eos, qui paſsibilem diuinitatem vnigeniti Filij audent aſſerere, de Concilio Sacerdotum repellit; & eis, qui in duas naturas Chriſti[g] temperamentum, vel confuſionem argumentantur, aduerſatur; & qui cœleſtem, aut alterius cuiuſcunque ſubſtantiam exiſtere formam ſerui, quam pro nobis ſumpſit inſaniendo aſſerunt, procul abijcit; & eos, qui duas quidem

[a] Myſterium. Exc. rectè.

[b] Hanc præd. Exc.

[c] Deeſſet aliquid, adijcientes, ſed de ſpiritu eorundem. Exc.

[d] Demergere. Exc.

[e] Et ad interpretationem. Exc.

[f] Pugnam conſiſtẽtem. *Vide in notis.*

[g] Mixtionem. Exc.

quidem ante adunationem naturas Domini delirant, vnam verò post adunationem confingunt, [a] anathema facit. Consentientes igitur sanctis Patribus, vnum Dominũ nostrum, eundemque filium confiteri Dñm Iesum Christũ consona voce, pariter edocemur: perfectũ eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate; Deum verum, & hominem verum eundẽ ex anima rationali & corpore; secundùm diuinitatem, vnius cum Patre naturæ; secundùm humanitatẽ, eundem vnius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis, absque peccato; ante secula quidem ex Patre natum, secundùm diuinitatem; in nouissimis verò diebus propter nos & propter salutem nostram, [b] ex Maria virgine Dei genitrice, secundùm humanitatem hominem factum; vnum eundemq; Christum filium Dei vnigenitum in duas naturas inconfusè immutabiliter induisse; inseparabiliter [c] cognoscendo, in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas; magis autem salua vtriusque naturæ proprietate, & in vna coëunte persona, vnoque statu concurrente; non in duabus personis partiendum, vel diuidendum, sed vnum eundemque filium, vnigenitum Deum verbum, Dominum Iesum Christum, sicut ab exordio Prophetæ de eo, & ipse nos erudiuit, & " Patrum " nobis tradidit symbolum. His itaq; cum omni vndiq; subtilitate & diligentia à nobis ordinatis, statuit sancta & vniuersalis Synodus, aliam fidẽ nulli licere [d] proferre, aut scribere, aut credere, [f] aut sapere, aut docere aliter. Qui autẽ audent, aut exponere aliã fidem, aut proferre, aut credere aliud symbolum, volentibus conuerti ad scientiam veritatis, ex [g] Gentibus, ex Iudæis, vel hæreticis quibuscunque; siquidem aut Episcopi, aut Clerici fuerint, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & Clericos à Clero: si verò Monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

Vide in notis. (margin, at "voce, pariter edocemur")

Vide in notis. (margin, at "nos erudiuit")

Ego Reccaredus Rex fidem hanc sanctam, & veram confessionem, quam vnam per totum orbem Catholica confitetur Ecclesia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente subscripsi.

Ego [h] Baddo, gloriosa Regina, hanc fidem, quam credidi, & suscepi, mea manu de toto corde subscripsi.

Badda, pia vxor Reccaredi Regis, filia, vt tradunt Historici nostri, Arturi Regis Brittanniæ.

Tunc adclamatum est in laudibus Dei, & in fauore Principis ab vniuerso [i] Clero.

[a] Anathematizat. Exc.
[b] Hominem factum, hunc vnum eundemq; Christum, filium, Dominum vnigenitum. Exc.
[c] Cognoscendum. Exc.
" Deest ab Exc.
[d] Profiteri.
[e] Docere aut dicere aliter. Exc.
[f] In alia M. s. tradere.
[g] Gentilib. M. s.
[h] Badda. Exc.
[i] Concilio. Exc. & A. C.

S Gloria

Gloria Deo Patri,& Filio,& Spiritui sancto, cui cura est pacem & vnitatē Ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ prouidere.

Gloria [a] Deo nostro Iesu Christo,qui pretio sanguinis sui Ecclesiam Catholicam ex omnibus gentibus congregauit.

Gloria [b] Deo nostro Iesu Christo,qui tam illustrem gentem vnitati veræ fidei copulauit,& vnum gregem & vnum pastorem instituit.

Cui à Deo æternum meritum, nisi vero Catholico Reccaredo Regi?

Cui à Deo æterna corona, nisi vero orthodoxo Reccaredo Regi?

Cui [c] præsens gloria,& æterna,nisi vero amatori Dei Reccaredo Regi?

Ipse nouarum plebium in Ecclesia Catholica conquisitor.

Ipse mereatur veraciter Apostolicum meritum,qui Apostolicum impleuit officium.

Ipse sit Deo & hominibus amabilis,qui tam mirabiliter Deū glorificauit in terris,præstāte Domino "nostro" Iesu Christo,qui cum Deo Patre viuit,& regnat in vnitate Spiritus sancti,in secula seculorum. Amen.

a Domino. Exc. & A.C.
b Domino. Exc. & A.C.
c Cui præsens. Exa
[h] Deest in C.A.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Iesu Christi. Item fidei confessio Episcoporum, Presbyterorum, vel primorum Gothicæ gentis, qui infra subscripserunt.

PRæcipiente autem vniuerso venerabili Concilio, atq; iubente, vnus Episcoporum Catholicorum ad Episcopos & religiosos,vel maiores natu, ex hæresi Arriana conuersos eiusmodi alloquutione exorsus est,dicens:

Officij nostri cura,& felicissimi, atque gloriosissimi Principis admonitione propellimur,diligenter à vestra charitate perquirere,vel quid damnetis in hæresi, aut quid intra Dei Catholicam credatis Ecclesiam. Nā sicut dicēte Psalmista dicimus: Incipite Domino in cōfessione;optimū est,vestræq; saluti cōueniens palam confiteri,quod creditis,& sub auditu vniuersorū anathematizare, quod [d] respuitis. Tunc prorsus optimè poteritis Euāgelicæ,atq; Apostolicæ fidei participes fieri,si eandem Catholicā fidem ex cōfessione Catholica incipiatis,vel propria subscriptione firmetis;& sicuti Deo iam de bona cōsensione cogniti estis cōscientia,ita & vos [f] proximos

Psal. 146. Vide infra in notis.
d Respuistis. C.A.
e Apostolicæ sedis. deest. Exc.
f Proximi. C.A.

fidei

fidei ſanctæ adſtipulationem monſtretis. Eo itaq; fiet, vt & vos Chriſti eſſe corporis membra ſignificetis, & noſtra exiguitas nihil dubium, nihil infidum vnquàm de veſtra ſuſpicetur fraternitate; dum patuerit, vos [a] peſtem perfidiæ Arrianę cum omnibus dogmatibus, regulis, officijs, communione, codicibus prædamnare, vt [b] deteſtandæ hæreſeos expoliati contagione, innouati quodāmodò intra Dei Eccleſiam [c] ſplendidi habitu veræ fidei clareatis.

Tunc Epiſcopi omnes vnà cum Clericis ſuis, primoreſq; gentis Gothicæ pari conſenſione dixerunt:

Licet hoc, quod paternitas, atq; fraternitas veſtra à nobis cupit audire, vel fieri, iam olim conuerſionis noſtræ tempore egerimus, quando ſequuti dominum noſtrum glorioſiſsimū Reccaredum Regem, trāſiuimus, & perfidiam Arrianā cum omnibus ſuperſtitionibus ſuis anathematizauimus pariter & abiecimus; nunc verò propter charitatē & deuotionē, quam vel Deo, vel Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ meminimus nos debere, non tātùm hæc eadem, quæ petitis promptiſsimè agere properamus, ſed & quæ adhùc cōgrua fidei eſſe [d] cōſpicitis, nobis de charitate perſuadete. Vos etenim " ita" ſemel rectæ fidei amor in eam deuotionē aduexit, vt omne quod nobis veriùs fraternitas veſtra patefecit, teneamus, & [e] liberali fateamur confeſsione.

I Omnis ergo qui fidem & cōmunionem ab Arrio veniētem, & [f] hucuſq; à nobis retentam, adhùc tenere deſiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anathema ſit.

ij Quicunq; filiū Dei, Dn̄m" noſtrū" Ieſum" Chriſtum" negauerit à Paterna ſubſtantia ſine initio genitùm, & æqualē Patri eſſe, vel conſubſtantialem, anathema ſit.

iij Quicunq; Spiritum ſanctum non [g] credit, aut non crediderit à Patre & Filio procedere, eumq; non dixerit coęternum eſſe Patri & Filio, & coæqualem, anathema ſit.

iiij Quicunque in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & perſonas non diſtinguit, & vnius Dei vnitatis ſubſtantiam non [h] cognoſcit, anaethema ſit,

v Quicunque filium Dei, Dominum" noſtrum" Ieſum Chriſtum, & Spiritum [i] ſanctum eſſe Patre minores aſſeruerit, & gradibus ſeparauerit, creaturamq; eſſe dixerit, anathema ſit.

vj Quicunq; Patrē, & Filium, & Spiritū ſanctum vnius ſubſtan-

[a] Tabem. C. A.
[b] Adteſtando C. A.
[c] Splendido. Exc. Splēdidè. C. A.
[d] C. A. P. Conſpiciatis Perſp. Exc.
" Deeſt in. A. C.
[e] Et libera patefecerunt. Exc.
[f] Vſque ad nos.
" " Deſunt Exc.
[g] Non credet. C. A.
[h] Agnoſcit. Exc. Agnoſcet. C. A.
" Deeſt. C. A.
[i] Sanctum iuxta deitatē eſſe patre minorem. Exc. Eſſe à patre minores. C. A.

tiæ, omnipotētiæ, æternitatis esse nō credit, anathema sit.

vij Quicunque nescire filium Dei, quę Deus Pater sciat, dixerit, anathema sit.

viij Quicunque initium Filio Dei, & Spiritui sancto deputauerit, anathema sit.

ix Quicunque filium Dei, secundùm diuinitatem suam, visibilem aut passibilem ausus fuerit [a] profiteri, anathema sit.

x Quicunque Spiritum sanctum, sicut Patrem & Filium verum Deū [b] omnipotentē esse non crediderit, anathema sit.

xj Quicunque [c] aliā fidem & communionē Catholicā, [d] preter Ecclesiasticā vniuersalē, esse crediderit (Illam dicimus Ecclesiam, quæ Nicæni, Constātinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilij decreta tenet pariter, & honorat) anathema sit.

Vide notas.

xij Quicunque Patrem, & filium, & Spiritum sanctum honore, & gloria, & diuinitate separat, & disiungit, anathema sit.

xiij Quicunque Filium Dei, & Spiritum sanctū cum Patre non crediderit esse glorificandos & honorandos, anathema sit.

xiiij Quicunque non dixerit: Gloria & honor Patri & Filio, & Spiritui sancto, anathema sit.

xv Quicunque rebaptizandi sacrilegum opus bonum esse credit, aut crediderit, [e] agit, " aut egerit " anathema sit.

xvj Quicūq; libellū detestabilē duodecimo anno [f] Leouegildi regis à nobis editū, in quo cōtinetur Romanorū ad hæresim Arrianā traductio, & in quo gloria Patri, per Filiū, in Spiritu sancto malè à nobis instituta [g] continētur; hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in æternum.

xvij Quicunque Ariminense Concilium non ex toto corde respuerit, & damnauerit, anathema sit.

xviij Confitemur enim nos ex hæresi Arriana toto corde, tota anima, & de tota mente nostra ad Ecclesiam Catholicam fuisse conuersos. Nulli dubium est, nos, nostrosq; decessores errasse in hæresi Arriana. & fidem Euangelicam, atq; Apostolicā nunc intra Ecclesiā Catholicā didicisse. Proinde fidem sanctā, quā præfatus religiosissimus dn̄s noster patefecit in medio Cōcilij, & manu sua subscripsit, hanc & nos tenemus; hanc cōfitemur pariter, & suscipimus, hāc in populis prædicare, atque docere [h] promittimus: Hæc est vera fides, quā omnis Ecclesia Dei per totum mundum tenet, Catholica esse creditur & probatur. Cui hæc fides nō placet,

a Proferre. Exe.
b Et omnipot. C. A.
c Alibi duo. M. C.
d Preterquam in Ecclesia vniuersali. Exc. Præter Ecclesiam vniuers. esse credit. C. A.
e Agere C. A.
" In vno M. C. desūt.
f Leonigildi Exc. Leuuigildi. C. A.
g Continetur. C. A.
h Permittimus. Exe.

placet, aut non placuerit, sit anathema, maranatha in[a] aduentum Domini nostri Iesu Christi. *1.Cor.16.*

[a] Aduentu Exc.

xix Qui fidem spernit Nicæni Concilij, anathema sit.

xx Qui fidem Concilij Constantinopolitani. CL. Episcoporũ, veram esse non dixerit, anathema sit.

xxj Qui fidem Ephesinæ Synodi primæ & Chalcedonensis non tenet, & "ea" non delectatur, anathema sit.

[a] Deest C.A.

xxij Qui Concilia omnia Episcoporum orthodoxorum [b] consona Concilijs Nicæno, Constãtinopolitano, primo Ephesino, & Chalcedonensi non recipit, anathema sit.

[b] Conciliorum, Nicæni, & reliquorum eodem casu. C.A.

xxiij Proinde & damnationẽ hanc[c] perfidiæ, & cõmunicationis Arrianæ, & omnium Conciliorum hæresim Arrianam fouentium, cum anathemate eorum propria manu subscripsimus. Constitutiones verò sanctorum Conciliorum Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, vel Chalcedonensis, quas gratissima aure audiuimus, & confessione nostra veras esse probauimus, de toto corde, & de tota anima, & de tota mente nostra subscripsimus. Nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes, quam quæ suprà dictorum Conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem & vnitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nihil his verius, nihil lucidius vnquã potest, vel poterit demonstrari. De mysterio incarnationis vnigeniti Filij Dei, pro salute humani generis, quo & vera probatur humanæ naturæ sine peccati cõtagione susceptio, [d] & permanet incorruptè in eo diuinitatis plenitudo, cum ex natura vtraq; non deperit, [e] & vna fit [f] ex vtraque Domini nostri Iesu Christi persona, satis plenè in his Concilijs probatur patefieri veritate, & à nobis creditur omni remota dubitatione.

[c] Perfidiæ communionis. Exc.
[d] Permanentis incorruptæ. Exc.
[e] Vt. C.A.
[f] Sit. Exc.

Quicunque hanc fidem sanctam deprauare, corrumpere, mutare tentauerit, aut ab eadem fide, vel cõmunione Catholica, quam nuper sumus, Deo miserãte, adepti, egredi, separari, vel dissociari voluerint, sint Deo & vniuerso mũdo crimine infidelitatis in ęternũ obnoxij. Floreat autẽ Ecclesia sancta catholica per omnẽ mundũ pacatissimè, & emineat doctrina, sãctitate & potestate. Si qui intra eã fuerint, crediderint, cõmunicauerint, hi audiant ad dexterã Patris positi: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est [g] à constitutione mundi. Si qui autem ab ea recesserint, eiusq; destruxerint fidem, & communionem respuerint: hi audient *Matt.25.*

[g] Ab origine. Exc.

ex ore diuino in die iudicij: Discedite à me maledicti, nescio vos; ite in ignem æternum, qui [a] præparatus est diabolo & angelis eius. Sint ergo damnata in cœlo & in terra, quæcunque per hanc catholicam fidem damnantur; sint accepta in cœlo & in terra, quæcunque [b] in hanc fidem accipiuntur: regnante Domino nostro, Iesu Christo, cui, cum Patre & Spiritu sancto, est gloria in secula seculorum.

[a] Paratus. C. A.

[b] Per. Exc.

INCIPIT FIDES A SANCTO Nicæno [c] Concilio.

[c] Concedita. C. A.

[d] Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, & inuisibilium conditorem: & in vnū Dominum nostrum, Iesum Christum filium Dei, [e] de Patre natum vnigenitum (hoc est) de substantia Patris; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, [f] homousion Patri (hoc est) eiusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terris. Qui propter nos, & propter nostrā salutem, descendit; [g] & incarnatus est de Spiritu sancto; passus est, & resurrexit tertia die, & ascēdit in cœlos: inde venturus est, iudicare viuos, & mortuos: & [h] in Spiritu sancto. [i] Eos autem qui dicunt: Erat, quod non erat, &: Antequàm nasceretur, nō erat, &: quia ex nullis extantibus factus est; aut [k] ex alia subsistentia, vel substantia dicunt esse, vel conuertibilem, vel mutabilem filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

[d] Principia etiam horum librorum tantùm erant in C. A.

[e] Ex. lib. Exc.

[f] Homousiō, hoc est, consubstantialē, per quem. Exc.

[g] Et incarnatus, & homo factus est, passus, & resurrexit. Exc.

[h] In Spiritum sanctū. Exc.

[i] Dicētes autē: Erat &c. eut non erat antequam fieret, & quia Exc.

[k] Ex altera substantia vel essentia dicētes esse, eut creatū aut conuertibilem filiū Dei, hos tales anathematizat. Exc.

ITEM SANCTA FIDES, QVAM exposuerunt centum quinquaginta Patres, consona magnæ Nicænæ Synodo.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilū conditorem; & in vnū Dn̄m Iesum Christum, filium Dei [**] vnigenitum, [**] ex Patre natum ante omnia secula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum non factum, homousion Patri (hoc est) [l] eiusdem cum Patre substantiæ: per quē omnia facta sunt, [**] quæ in cœlo, & quæ in terris sunt: [**] qui propter [m] nos, & propter nostrā salutē, descēdit, & incarnatus est de Spiritu sancto; [n] ex Maria virgine homo factus

[**] Deest Exc.

[l] Consubstantialem patri. Exc.

[**] Desunt Exc.

[m] Nos homines. Exc.

[n] Et Maria virgine humanatus est, & crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus, & tertia die. Exc.

ctus eſt, paſſus eſt ſub Pōtio Pilato; ſepultus tertia die reſurrexit, aſcēdit in cœlos, ſedet ad dexterā patris, iterū venturus in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum Sanctum Dominum & viuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio [a] adorandū & glorificandum; qui locutus eſt per Prophetas: in vnā catholicam atque Apoſtolicam eccleſiam. Confitemur vnū baptiſma, in remiſſionem peccatorum; expectamus reſurrectionē mortuorum, vitam futuri ſeculi. Amen.

[a] Coadorandum, & conglorif. Exc.

[b] ITEM SANCTA FIDES, QVAM expoſuerunt tractatus Chalcedonenſis Concilij.

[b] Item tractatus Chalcedonenſis Concilij. A.C.

SVfficerat quidem ad pleniſsimam pietatis agnitionem & confirmationem [c] cautiſsimum, hoc eſt, ſalutare diuinæ gratiæ Symbolum. De patre enim & filio & Spiritu Sancto, doctrinam perfectam edocet, & incarnationem Dominicam fideliter ſuſcipientibus manifeſtat. Sed quoniā hi, qui prædicationem veritatis deſtruere [d] nituntur, quaſdam propriæ hæreſeos nouitates parturiunt (quidā enim myſterium pro nobis actum diuinæ diſpenſationis audent corrumpere, & vocem illam diuini partus factam ad virginem denegant: alij temperamentum, confuſionemque inducentes, & vnam eſſe naturam carnis, & deitatis inſenſatè componentes, paſsibilem vnigeniti diuinam naturam tali confuſione prodigioſè diuulgant) idcirco omnem aduerſùs veritatē opponendam ab ipſis machinationē volens excludere ſancta & magna vniuerſalis ſynodus, [e] antiquam prædicationem immobilem docens, ſtatuit, præcipuè trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum fidem incontaminatam manere: & propter eos, qui Spiritui Sancto aduerſantur, centum quinquaginta patrum paulò poſteriori tempore in vrbe Conſtantinopolitana conuenientium de ſubſtantia Spiritus Sancti traditam doctrinam corroborat. Quam etiā illi omnibus inſinuauerūt; non quod in præcedentibus aliquid deeſſet, adijciētes, ſed de Spiritu Sancto eorundem intellectum, aduerſùs eos, qui deitatis eius dominationem nituntur adimere, ſcripturarum teſtimonijs plenius manifeſtantes. Propter eos ſanè, qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, & purum hominem eſſe, qui ex ſancta Virgine natus eſt, impudenter diuulgant, beatiſsimi

[c] Sanctiſſ. & ſalutare. Exc. Verùm benè libb. noſtri ex Euagrio lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt.

[d] Conantur. Exc.

[e] Hanc præd Exc. Verùm nō benè opinor: vide Euagriū.

quondam Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis synodicas Epistolas, tam ad Nestoriũ, quàm ad cæteros per Orientem congruas, & sentientes sibi suscepit, ad cõfutationem quidem Nestorianæ amentiæ, interpretationem verò eorum, qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectũ. Quibus Epistolam sancti, ac beatissimi primæ sedis Archiepiscopi Leonis, scriptam ad Flauianum sanctæ recordationis archiepiscopum, ad perimendã Eutychetis malignitatem, quæque magni Petri confessioni concordat, & communem quandam paginam existentem contra eos, qui rectè non glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis euidenter subiunxit: nam & eos, qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur, execratur; & eos, qui passibilem diuinitatẽ vnigeniti filij "Dei" audẽt asserere, de Concilio sacerdotum repellit; & eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur, aduersatur; & qui cœlestem, aut alterius cuiusque substantiam existere formam serui, quam pro nobis adsumpsit, insaniendo asserunt, procul abijcit; & eos qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirãt, vnam verò post adunationem confingunt, anathema facit. Consentientes igitur sanctis Patribus, vnum, eundemque filium confiteri dominum nostrum Iesum Christum consona voce, pariter edocemur; perfectum eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate; Deum verum, & hominem verum; eundem ex anima rationali & corpore, secundùm diuinitatem, vnius cum patre substantiæ; secundùm humanitatem eundem vnius naturæ nobiscum; per omnia similem nobis absquè peccato; ante secula quidem ex patre natum secunddm diuinitatẽ, in nouissimis verò diebus eundẽ propter nos & propter salutem nostram, ex Maria virgine Dei genitrice secundùm humanitatẽ, vnum eundemq; Christũ filium Dominum vnigenitũ in duas naturas, inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas; magis autem salua vtriusque naturæ proprietate, & in vna coeunte persona, vnoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum & diuidendũ, sed vnum eundemq; filiũ vnigenitum Deum verum Dñm Iesum Christum, sicut ab exordio Prophetæ de eo, & ipse nos erudiuit, & Patrũ nobis tradidit

" Deest Θεοῦ in Græc. tãtum est μονογενοῦς.

Sym-

Symbolum. His itaq; cum omni vndique ſubtilitate & diligẽtia à nobis ordinatis, ſtatuit ſancta & vniuerſalis Synodus, aliam fidẽ nulli licere [a] proferre, aut ſcribere, aut credere, aut ſapere, aut docere aliter. Qui autem audent, aut exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere, aut tradere aliud ſymbolum volentibus conuerti ad ſcientiã veritatis, ex Gentibus, ex Iudæis, vel hæreticis quibuſcunq;; ſiquidẽ Epiſcopi, aut clerici fuerint, alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, & Clericos à Clero: ſi verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

1 [b] Vgnus in Chriſti nomine Epiſcopus anathematizãs, hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc ſanctam Catholicam, quam in Eccleſiam Catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.

Erat Barcinonenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

2 Murila in Chriſti nomine Epiſcopus, anathematizãs hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quã in Eccleſiã Catholicã veniens credidi, manu mea, & toto corde ſubſcripſi.

Eſt hic Valentinus Epiſcopus.

3 [c] Vbiligiſculus in Chriſti nomine Epiſcopus anathematizans hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hãc ſanctam catholicam, quam in eccleſiã catholicã veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.

Valentinæ Eccleſiæ Epiſcopus.

4 [d] Sumila in Chriſti nomine ciuitatis Veſenſis Epiſcopus, anathematizans hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc [e] ſanctam Catholicam, quam in Eccleſiã catholicã veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.

5 [f] Gardingus in Chriſti nomine ciuitatis [g] Tudenſis Epiſcopus, anathematizãs hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc ſanctam Catholicam, quam in Eccleſiã Catholicã veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.

6 [h] Becila in Chriſti nomine ciuitatis Lucẽſis Epiſcopus, anathematizans hæreſis Arrianæ dogmata ſuperius dãnata, hanc [i] ſanctam Catholicam fidem, quam in Eccleſiã Catholicã veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.

7 [k] Argiouittus in Chriſti nomine ciuitatis Portugalẽſis Epiſcopus, anathematizans hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc catholicam quam in Eccleſiã catholicã veniens credidi, manu mea de toto corde [l] ſubſcripſi.

[m] Fruiſclus in Chriſti nomine ciuitatis Dertoſanæ Epiſcopus, anathematizãs hæreſis Arrianæ dogmata ſuperiùs damnata, fidem hanc ſanctam Catholicam, quam in EccleſiamCatholi-

[a] Profiteri. Exc. noſtri redd. græ. προσφέρειν.
[b] Anaſtaſius. Exc. Hæreſin Arrianã dogmatis. exc.
[c] Vbiligiſcus. Exc.
[d] C.A. Sunnila.
[e] Noſtrem. C.A.
[f] Cardingus. Exc.
[g] Tudeſanæ. C.A.
[h] Beccila. Exc. Bechila. C.A.
[i] Noſtram. C.A.
[k] Arbritius. Exc. Aruitrius. C.A.
[l] Signum feci. C.A.
[m] Eruiſcius. Exc.

tholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subcripsi.

Similiter, & reliqui presbyteri & [a] diaconi, ex hæresi Ariana conuersi subscripserunt.

Signum [b] quo signarunt viri Illustres proceres.

Fonsa vir Illustris anathematizans subscripsi.

[c] Aguila vir Illustris anathematizans subscripsi.

[d] Eila vir illustris anathematizans subscripsi.

Similiter & omnes seniores Gothorum subscripserunt.

[a] Diacones. C.A.
[b] Gusini Exc. Guseni. C.A.
[c] Alla. C.A.
[d] Flauius. Exc. Ella. C.A.

POst confessionem igitur & subscriptionem omnium Episcoporum & totius gentis Gothicæ seniorum, gloriosissimus Dominus noster Reccaredus rex pro reparandis simul & confirmandis disciplinæ Ecclesiasticæ moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est, dicēs: Regia cura vsq; in eum modum protendi debet, & dirigi, [e] quo possit veritatis & scientię capere rationem. Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita & prospiciendæ commoditati [f] prouinciarū maior debet esse prouidentia. Ac nunc, Beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodò rebus diffundimus solertiam nostram, quibus populi sub nostro regimine positi pacatissimè gubernentur, & viuant, sed etiam in adiutorio Christi extendimus nos ad ea, quæ sunt cœlestia cogitare, & quæ populos fideles efficiunt, satagimus non nescire. Cæterum si totis nitendum est viribus humanis moribus modum ponere, & insolentiū rabiem regia potestate frenare, [g] si qui etiam & paci propagandæ opem debemus impendere, multum magis est adhibenda solicitudo desiderare & cogitare diuina, inhiare ad sublimia, & ab errore retractis populis veritatem eis [h] serena luce ostendere. Sic enim agit, qui multiplici [i] honore à Deo remunerari potest: sic enim audit, qui super [i] id quā quod ei comittitur auget; dum illi dicitur: Quidquid supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Ergo quia iā fidei nostræ & confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simulque & sacerdotum, nostrorumque procerum fides atque confessio [k] charitati vestræ præpatuit, hoc adhuc necessarium pro firmitate catholicæ fidei nostra Deo supplex instituere decreuit auctoritas, vt propter roborandam gentis nostræ nouellam conuersionem, omnes Hispaniarū & [l] Galliæ Ecclesiæ hanc regulam seruent, vt omni sacrificij tempore communicationē corporis Christi vel sanguinis iuxta Orien-

[e] Quem plenam consiet. C.A. & Toletanus alt. M.S.
[f] Comprouincialiū. C.A.
[g] Si quieti. C.A.
[h] Serenæ lucis. Exc.
[i] Bono. C.A. aliis deno.
[k] Sanctitate. Exc. & A.C.
[l] Gallicie. Exc. vt cœpi. C.A.

Luc. 10. 35.

Orientalium [a] Patrum morem vnanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant symbolum; vt primùm populi, quam credulitatem teneāt fateantur, & sic corda fide purificata ad Christi corpus & sanguinem percipiendum exhibeant: dum enim constitutio hæc fuerit perenniter conseruata in Dei ecclesia, & fidelium ex solido corroboratur credulitas, & perfidia infidelium cōfutata, ad id quod repetitum sepiùs recognoscit, facillimè inclinatur. Nec sequisquā iā de ignorantia fidei excusabit à culpa, quādo vniuersorum ore cognoscit, quid catholica teneat, & credat ecclesia. Omnibus ergo capitulis, quæ adhùc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adijcienda sunt, hoc pro fidei sanctæ reuerentia, & firmitate proponite, quod de proferēdo symbolo, nostra Deo dicente decreuit Serenitas. De cætero autem pro inhibendis insolentiū moribus, mea vobis consentiente clementia, sententijs terminata [b] districtioribus, & firmiori disciplina, quæ facienda non sunt, prohibete, & ea quæ fieri debent, immobili constitutione firmate.

[a] Partium. Exc.

[b] Districtioris & firmioris discipli næ. (f. disciplinæ). C.A.

INCIPIVNT CAPITVLA, QVÆ IN Dei nomine sancta synodus in Toletana vrbe constituit, tempore Domini Reccaredi Regis LXII. Episcoporum.

Tituli hi longè diuersi sunt à Surij editione, quam vide.

1 DE obseruatione priorum canonum.
2 De Symbolo proferendo à populo in ecclesia.
3 Vt Episcopo non liceat rem alienare ecclesiæ.
4 Vt Episcopo liceat vnam de Parocitanis ecclesijs monasterium facere.
5 Vt Episcopis, Presbyteris, Diaconibus ex hæresi venientibus, iam non liceat misceri vxoribus; vel quòd hi qui semper catholici fuerunt, in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur.
6 Quòd liberti ab Episcopis, vel ab alijs facti, & ecclesijs commendati, permanere debeant liberi.
7 Quòd lectio in omnibus sacerdotalibus mensis legi debet.
8 Quòd de clero, ex familijs fisci nullus vnquam postulet à Rege; & qui acceperit, irrita talis donatio maneat.
9 De ecclesijs ab heresi translatis, vt ad Episcopos in quorum sunt parochijs [c] permaneant.

[c] Pertineant. C.A.

De

10 De viduis, quæq; vouerint, continentiam teneãt, & quæque nubere elegerint, quibus voluerint nubãt: æquè & de virginibus.

11 Quòd pœnitentes, secundũ modũ antiquorum canonum, agere pœnitentiam debeant.

12 Quòd qui voluerint pœnitentiam agere, priùs tõdeantur, vt habitum mutent.

13 Quòd non liceat duos clericos in forum causare,

14 Vt Iudæis vxores vel concubinas Christianas habere, siue comparare mancipia Christiana, & Iudaizare non liceat, vel publica officia peragere.

15 Quòd manere debeat firmum, si serui fisci ecclesias fecerint, easque peculio suo ditauerint.

16 Quòd idololatriæ cultura à sacerdotibus, vel à iudicibus exquirenda est, atque exterminanda.

17 Quòd qui filios suos necauerit, a sacerdotibus vel à iudicibus distringatur.

18 Quòd semel in anno ad concilium sacerdotes & iudices, atq; actores patrimonij [a] nostri debeant conuenire.

19 Quòd ecclesiarum omnium dos ad Episcopi ordinationem debeat pertinere,

20 Quòd sacerdotes moderanter agere debent per parochias.

21 Quòd serui ecclesiæ, siue clericorum, nõ debeant à iudicibus, vel ab actoribus in aliqua angaria fatigari.

22 Quòd religiosorum corpora cum [b] hymnis & canticis tantùm, deferenda sunt ad sepulchra.

23 Quòd [c] Vallemantiæ, & turpe cantici prohibendi sunt à Sanctorum solemnitatibus.

[a] Fiscalis. C.A.

[b] Psalmis, vnus m. C.

[c] Vallemantia. Exc. ballemachiæ. C.A.

DE OBSERVATIONE PRIORVM Canonum.

POst damnationem hæresis Arrianæ, & fidei sanctæ catholicæ expositionem, hoc sanctum [d] præcipit Concilium, vt quia in nonnullis vel hæresis vel gentilitatis [e] necessitatibus per Hispaniarum ecclesias Canonicus prætermissus est ordo, dum & licẽtia abundaret transgrediendi, & disciplinæ optio negaretur: dumque omnis excessus hæresis foueretur patrocinio, [f] vt abundantiã mali temperet districtio disciplinæ pace ecclesię Christi misericordia reparata, omne quod priscorũ cano-

[d] Præcepit. Exc. & C.A.

[e] Necessitate. Exc. & C.A.

[f] Vt abũdantia mali temporis procul esset districtio disciplinæ. At nũc pace. Exc.

Canonum auctoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum, & agatur omne, quod præcipit fieri: maneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & Synodicæ sanctorum Præsulum Romanorũ epistolæ: nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos [a] contra vetita Canonũ adspiret indignus; nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri: & qui præsumpserit, seueritate priorum Canonum distringatur.

[a] Contra Canonum statuta. Exc.

II. De Symbolo proferendo à populis in Ecclesia.

Pro reuerentia sanctissimæ fidei, & propter corroborandas hominum inualidas mentes, consultu piissimi, & gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis sancta constituit Synodus, vt per omnes ecclesias Hispaniæ, vel Gallœciæ secundùm formam Orientalium Ecclesiarum, Concilij Constãtinopolitani, hoc est, centum quinquaginta Episcoporum Symbolũ fidei recitetur; vt priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara à populo [b] decantetur; quo, & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi corpus, & sanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant.

[b] In alio M.S. prædicetur.

III. Vt Episcopo non liceat rem alienare Ecclesiæ.

12. q. 2. Sine exceptione. In decr. Ino. p. 3. c. 167.

Hæc sancta Synodus nulli Episcoporum licentiam tribuit res alienare ecclesiæ; quoniam & antiquioribus Canonibus prohibetur. Si quid verò quod vtilitatem non grauet [c] Ecclesiæ, pro suffragio monachorum, vel ecclesijs ad suam parochiam [d] pertinentibus dederunt, firmum maneat. Peregrinorum verò vel Clericorum & egenorum necessitati, saluo iure Ecclesiæ, præstare permittantur, prò tempore, quo potuerint.

[c] Ecclesijs. C.A.

[d] Pertinentium dederit. C.A.

IIII. Vt Episcopo liceat vnam de parochitanis Ecclesijs monasterium facere.

12. q. 1. Si Episcopus. decre. Iuon. p. 3. c. 168.

Si Episcopus vnam de [e] parochitanis ecclesijs suis monasterium [f] dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat, hoc [g] de consensu Concilij sui habeat licentiam faciendi; qui etiam si de rebus Ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum Ecclesiæ non exhibet,

[e] Parœcianis Grat.

[f] Dedicare. Exc. & Iuo.

[g] Ad consensum. C.A.

eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum Concilium dat [a] aſſenſum.

[a] Conſenſum. Exc.

V. Vt Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus ex hæreſi venientibus, iam non liceat miſceri vxoribus, vel quòd hi, qui ſemper catholici fuerunt, in cellulis ſuis cum mulieribus extraneis non morentur.

Compertum eſt à ſancto Concilio, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos venientes ex hæreſi, carnali adhuc deſiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cætero fiat, hoc præcipitur, quod & prioribus Canonibus [b] terminatur, vt non liceat eis viuere libidinoſa ſocietate; ſed manente inter eos [c] fide coniugali, cõmunem vtilitatem habeant, & non ſub vno cõclaui maneant: [d] & certè ſi ſuffragatur virtus, in aliam domum ſuã vxorẽ faciat habitare; vt caſtitas, & apud Deum & homines habeat teſtimonium bonum. Si quis verò poſt hanc conuentionem obſcœnè cum vxore elegerit viuere, [e] vt Lector habeatur. Qui verò ſemper ſub Canone Eccleſiaſtico iacuerũt, ſi contra veterum imperata in ſuis cellulis, mulierum, quæ [f] infamem ſuſpicionem poſſunt generare, cõſortium habuerint, illi canonicè quidem diſtringantur, mulieres verò ipſæ ab Epiſcopis venundatæ, pretiũ ipſum pauperibus erogetur.

[b] Continetur Exc.
[c] Lege. Exc.
[d] Vel certè. Exc. & C.A.
[e] Excuſ. vt nec lector. Alias neglector, no ſtri rectè.
[f] Infamiæ. Exc.

VI. Quòd liberti ab Epiſcopis, vel ab alijs facti, & eccleſijs commendati, permanere debeant liberi.

11. q. 2. de libertis.

De libertis autem [g] id Dei præcipiunt Sacerdotes, vt ſi qui ab Epiſcopis facti ſunt, ſecundùm modum, [h] quo Canones antiqui dant licentiam, ſint liberi; & tamẽ à patrocinio Eccleſiæ, tam ipſi, quàm ab eis progeniti non recedant. Ab alijs quoq; libertati traditi, & Eccleſijs commendati, [i] patrocinio Epiſcopali regantur, à Principe hoc Epiſcopus poſtulet.

[g] Hoc præcipit ſancta Synodus, vt ſi qui Presbyteri, vel Diaconi ab Epiſcopis. Exc. & Gratian. In Concilijs Coloniæ impreſſ. vt in M. ſſ. nulla Presbyterorũ, aut Diaconorum mentio fit.
[h] Cui C.A.
[i] Patrocinio Epiſcopi colligantur, & ne cuiquã donentur, hoc à Principe Epiſcopus. Exc. & Gratian.

Diſtin. 44. Pro reuerentia. Burch. lib. 2. c. 169. Iuo. p. 6. c. 260. Raba. 1. pœnit. c. 281.

VII. Quòd lectio in omnibus Sacerdotalibus menſis legi debet.

Eadem diſt. c. Quomodo autem. Vide de ordine in conuiuijs Sacerdotũ ſeruando: & in Concil. Brac. 2. in decret. Martini cap. 62.

Pro reuerentia Dei [k] Sacerdotum, id vniuerſa ſancta conſtituit Synodus; vt quia ſolent crebrò mẽſis ocioſę fabulæ interponi, in omni Sacerdotali conuiuio lectio ſcripturarum diuinarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificãtur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ [l] prohibentur.

[k] Et Sacer. C.A.
[l] In alio M. ſ. reprobentur, ſ. reprobãtur.

Quòd

VIII. Quod Clericorum ex familijs fisci, nullus vnquam à Rege postulet; & qui acceperit, irrita talis donatio maneat.

[a] Innuente, atque consentiente domino pijssimo, Reccaredo Rege, id præcipit Sacerdotale concilium, vt Clericorum ex familia fisci, nullus audeat à Principe donatos expetere; sed [b] reddito capitis sui tributo Ecclesiæ Dei, cui sunt alligati, vsque [c] dum viuent, regulariter administrent.

[a] Iubente. Exc. & C. A. & alter Tolet. M. f.

[b] Tradito. Exc.

[c] Viuunt. C. A.

IX. De Ecclesijs ab hæresi translatis, vt ad eos Episcopos in quorum sunt parochijs, pertineant.

Decreto huius Concilij hoc statuitur, vt ecclesiæ, quæ fuerūt in hæresi Arriana, nunc autem sunt catholicæ, [d] ad Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ, in quibus Ecclesiæ ipsæ fundatæ sunt, pertinere videntur.

[d] Ad eos Episc. Exc. & C. A.

X. De viduis, quæq; vouerint, cōtinentiam teneant; & quæq; nubere elegerint, quibus voluerint nubant: æquè de virginibus.

Pro consulta castitatis, quod maximè [e] hortamento Concilij proficere debet, annuente domino nostro gloriosissimo Reccaredo rege, hoc sanctum affirmat Concilium, vt viduæ, quibus placuerit [f] tenere castitatem, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. ★ Quòd si priusquàm profiteantur continentiam, nubere [g] elegerint, illis nubant, quos propria voluntate elegerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur, [h] ne citra voluntatem parentum vel suam, cogantur maritos accipere. Si quis verò propositum castitatis viduæ vel virginis impedierit, à sancta communione, & à liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus.

31. q. 2. Hoc sactum Burch. lib. 8. c. 44. De creto. Iuon p. 7. c. 62. & p. 8. c. 19. ★ Iuon. p. 8. c. 18.

[e] Ornamento. C. A.

[f] Tenere castitatem, & nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur. E c.

[g] Voluerint. Exc. C. A & Burch.

[h] Nec extra C. A. nec contra. Exc.

XI. Quòd pœnitentes, secundùm modum Canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant.

Quoniam comperimus per quasdā Hispaniarum Ecclesias, non secundum Canonem, sed fœdissimè pro suis peccatis homines agere pœnitentiam; vt quotienscunque peccare libuerit, totiens à Presbytero se reconciliari expostulent; &

ideò pro coërcenda tam execrabili præsumptione, id à sancto Concilio iubetur, vt secundùm formam [a] Canonum antiquorum, [b] dentur pœnitentiæ, hoc est, vt priùs eum, quem sui pœnitet facti, à communione suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere; expleto autem satisfactionis tempore, sicuti Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat. Hi verò, qui ad [c] priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secũdùm priorum Canonum seueritatem damnentur.

[a] Canonicam. C. A.
[b] Detur pœnitentia. C. A.
[c] Propria. Exc.

XII. Quòd qui voluerint pœnitentiam agere, priùs tondeantur, aut habitum mutent.

Iuon. p. 15. c. 19.

Quicũq; ab Episcopo, vel à Presbytero, sanus, vel infirmus, pœnitentiam postulat, id ante omnia Episcopus obseruet, vel Presbyter, vt si vir est, siue sanus, siue infirmus, priùs eũ [d] tondeat, & sic pœnitentiam ei tradat: si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi priùs [e] mutauerit habitum: sæpius enim laicis tribuendo desidiosè pœnitentiam, ad lamentãda rursus facinora, post acceptam pœnitentiam relabuntur.

[d] Tond. aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Exc.
[e] Aut velata fuerit, aut mutauerit habitum. Exc. & Iuo.

XIII. Quòd non liceat duos Clericos in forum causare.

11. quæst. 1 Inolita præsumpt.

Diuturna indisciplinatio, & licentiæ inolita præsumptio vsque [f] eo in illicitis ausibus aditum patefecit, vt Clerici Conclericos, suo [g] neglecto Pontifice, ad iudicia publica pertrahant: proinde statuimus hoc de cætero non præsumi: sed si quis hoc facere præsumpserit, & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

[f] Adeò. Exc.
[g] Relicto M. S. vnus.

XIIII. Vt Iudæis vxores, vel concubinas Christianas habere, siue comparare mancipia Christiana, & iudaizare non liceat, vel publica officia peragere.

[h] Suggerente Cõcilio, id gloriosissimus dominus noster Canonibus inserendum præcipit, vt Iudæis non liceat Christianas habere vxores vel concubinas, neque mancipia Christiana comparare in vsus proprios: sed & si qui filij ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum: nulla officia publica

Dist. 64. Nulla offic. p.

[h] Conuentus noster hoc Canonibus inferẽdum præcepit. Exc.

publica eos opus est agere, per quæ eis occasio tribuatur, pœnam Christianis inferre. Si qui verò Christiani ab eis iudaico ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddi- [a] to pretio, ad libertatem & religionem redeāt Christianam.

[a] C. A. Iudaismo.

X V. Quòd manere debeat firmū, si serui fisci ecclesias fecerint, easq; peculio suo ditauerint.

Si qui ex seruis fiscalibus ecclesias fortasse cōstruxerint, easque de sua paupertate ditauerint, [b] hoc procuret Episcopus prece sua, auctoritate regia confirmari.

[b] Has. Exe.

XVI. Quòd idololatriæ cultura à Sacerdotibus, vel à iudicibus exquirenda est, atque exterminanda.

Quoniam penè per omnem Hispaniam siue [c] Galliam idololatriæ sacrilegium inoleuit, hoc, cum consensu gloriosissimi Principis, sancta Synodus ordinauit, vt omnis Sacerdos in loco suo vnà cum iudice territorij, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & [d] exterminare inuentum non differat: [e] homines verò qui ad talem errorem concurrunt, [f] saluo discrimine animæ, [g] qua potuerint animaduersione coërceant. Quod si neglexerint, sciant se [h] vtique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò domini extirpare hoc malum à possessione sua neglexerint, vel familiæ suæ prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.

[c] Galliciam. Exe.
[d] Exterminari inuenta. C. A.
[e] Omnes. C. A.
[f] Sine. Exe.
[g] Quæ. C. A.
[h] Vtique. Exe.

XVII. Quòd qui filios suos necauerint, à Sacerdotibus, vel iudicibus distringantur.

Cum multæ querellæ ad aures sancti Concilij deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis est opus nunciatum, quātum [i] ferre consedentium aures Sacerdotum non possent; vt in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis auidi, nescij pietatis. Quibus si tædiū est filios numerosos agere, priùs se ipsos debent castigare à fornicatione: nam dum causa propagandæ prolis sortiuntur coniugia, hi & parricidio, & fornicationi tenentur obnoxij, qui [k] fœtus necando proprios, docent se, non pro

[i] Sustinere. Exe.
[k] Filios. Exe.

 filijs,

filiis,sed pro libidine [a] sociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis perlatum est;cuius gloria dignata est, iudicibus earumdem partium imperare, [b] vt hoc horrendum facinus diligenter cum Sacerdote [c] perquirant, & adhibita seueritate prohibeant. Ergo & Sacerdotes locorum hæc sancta Synodus dolētiùs conuenit,vt idem scelus cum iudice curiosiùs quærant, & sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

[a] Vxores ducere. Exc.
[b] Vt amouendum tantum fac. Exc.
[c] Procurent.Exc. Requirant. C. A.

XVIII. Quòd semel in anno ad concilium Sacerdotes & iudices,atque actores patrimonij fiscalis debeant conuenire.

Decret. Iuo. p.4.c.244.

Præcipit hæc sancta [d] & veneranda Synodus, vt stante priorum auctoritate Canonum, quæ bis in anno præcipit congregari concilia, [e] consulta itineris longitudine, & paupertate Ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno in locum,quem Metropolitanus elegerit, Episcopi congregentur: iudices verò locorum, vel actores fiscalium patrimoniorum, ex decreto [f] gloriosissimi domini nostri,simul cum Sacerdotali Concilio, [g] autumnali tempore,die Calend.Nouembrium in vnum conueniant; vt discant, quàm piè,& iustè cum populis agere debeant, ne [h] in angarijs,aut in operationibus superfluis,siue priuatum honorent,siue fiscalem grauent: sint enim [i] prospectores Episcopi secundùm regiam admonitionem qualiter iudices cū populis agant; [k] ita vt ipsos præmonitos corrigant,aut insolentias eorum auditibus Principis innotescant. Quòd si correptos emendare nequiuerint,& ab Ecclesia, & à communione suspendant. A Sacerdote verò & à senioribus deliberetur, [l] quòd prouincia sinè suo detrimento præstare debeat iudicium; concilium autem non soluatur, nisi locum prius elegerint, quo succedente tempore iterum ad Concilium veniatur: vt iam nō necesse habeat Metropolitanus Episcopus pro congregando Concilio literas destinare, si in priori Concilio tempus omnibus denūcietur, & locus.

[d] Et vniuersalis Exc.
[e] Considerata. Exc.
[f] Domini nostri Reccaredi regis Exc.
[g] Aut vernali temp. ant die Cal.Iuo.
[h] In iniustis vectigalibus & immoderata exactionibus ipsos premant; sed potius per miserationem compatiētes,à grauaminibus defendant: vt bonos populi tutores facere decet: nec in angarijs. Exc.
[i] Prospectatores. C. A.
[k] Vt aut. C. A.
[l] Quid per prouincias in suo detrimento præstare debeāt iudices, si ad Concilium non venerint.Concilium verò. Exc. & Iuo.

XIX. Quòd Ecclesiarum omnium dotes ad Episcopi ordinationem debeant pertinere.

10.q.1. Siquidam. Burchar. lib. 3. c.10. Iuo. p. 3.c.13.

[m] Multi cōtra Canonum [n] cōstituta sic Ecclesias,quas ædificauerint,

[m] Sic quidam.Exc.
[n] Auctoritatem.Exc.

uerint, postulant consecrari, vt dotem, quam ei Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere: [a] quod factum & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur; sed omnia secundùm constitutionem [b] antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

[a] Quod fact. & taliter in præterito corrigatur, vt in futuro non fiat, prohibentur. Excus. & Grat. nostrã lectionem videtur probare Gregoriana nota.
[b] Antiquorũ. C. A.

X X. Quòd Sacerdotes moderanter agere debeant per parochias.

10. quæst. 3. Quia cognouimus de. cret. Iuon. p. 3. c. 137. 1. Pet. 5.

Multorum querella hanc constitutionem exegit; quia cognouimus, Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter [c] desæuire: & dum scriptum sit: Forma estote gregi, [d] neque dominantes in clero, exactiones diœcesi suæ, vel damna infligunt. Ideoque (excepto quòd veterum constitutiones à parochijs habere iubent Episcopos) [e] alia, quæ huc vsque præsumpta sunt, denegentur; hoc est, neque in angarijs Presbyteros, & Diaconos, neque in aliquibus fatigent indictionibus: ne videantur in Ecclesia Dei exactores potiùs, quàm Dei Pontifices nominari. Hi verò clerici, tàm locales, quàm diœcesani, qui se se ab Episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant: qui Metropolitanus non moretur huiusmodi [f] præsumptiones districtè coërcere.

[c] Agere. Exc.
[d] Non vt. Exc. Grat.
[e] Vt talia, quæ illis. Exc.
[f] Præsumptiones auertere Grat.

X X I. Quòd serui Ecclesiæ, siue Clericorum non debeant à iudicibus, vel actoribus in aliqua angaria fatigari.

12. q. 1. Ecclesiarum, Iuon. p. 3. c. 138.

Quoniam cognouimus [g] per multas ciuitates [h] Ecclesiarũ seruos, & Episcoporũ, vel omnium Clericorum à iudicibus, vel actoribus publicis [i] diuersis angarijs fatigari, [k] omne Concilium à pietate [l] domini nostri poposcit, vt tales deinceps ausus inhibeat; sed serui suprà scriptorum [m] officiorum, in eorum vsibus, vel Ecclesiæ laborent. Si quis verò iudicum, aut actorum, Clericum aut seruum Clerici, vel Ecclesiæ in publicis, ac priuatis negocijs occupare voluerit, à communione Ecclesiastica, (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

[g] In multis ciuitatibus. C. A.
[h] Sic apud Iuonem, & Gratianum; verum vt nos posuimus in omn. CC. M. ss.
[i] In diuersis. C. A.
[k] Fatigari dolemus, propter quod omne conc. Excus. Grat. Iuo.
[l] Clarissimi domini. Iuo. Grat. & C. A.
[m] Supra dictorum. Iuo. & Grat. non emendatus.

XXII. *Quòd Religioſorum corpora cum hymnis, & canticis tantùm, deferenda ſunt ad ſepulchra.*

Religioſorum omnium corpora, qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodò, pſallentium vocibus debere ad ſepulchra [a] deferri. " Nam funebre carmē, quod vulgò defunctis cantari ſolet, vel pectoribus ſe proximos, aut familias cædere, omninò prohibemus." Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem [b] nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem nō habent. Et Dominus nō fleuit Lazarum mortuum, ſed ad huius vitæ ęrumnas plorauit reſuſcitandum. Si enim poteſt hoc Epiſcopus [c] Chriſtianorū omnium prohibere, agere nō moretur. A Religioſis tamen omninò aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

13. q. 2. qui diuinа. vide quæ adnotauimus, in Cōcilio Valenſino. c. 4. de mortuorum exequiis.

1. Theſ. 4.

Ioan. 11.

a Deferri ſufficiat Grat.

" A Grat. deſunt; Poſtea addita in edit. Gregoriana.

b Nolumus. Exc.

c Chriſtianos omnes. Exc.

XXIII. *Quod [d] Balemanthiæ, & turpes cantici prohibendi ſunt à ſanctorum ſolennijs.*

Exterminanda omninò eſt irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolennitates agere conſueuit; vt populi, qui debent officia diuina attendere, [e] ſaltationibus, & turpibus inuigilent canticis; non ſolùm ſibi nocentes, ſed & religioſorum officijs perſtrepentes. Hoc etenim, vt ab omni Hiſpania depellatur, Sacerdotum, & iudicum à Concilio ſancto curæ [f] committatur.

De conſ. diſ. 3. Irreligioſa.

d Ballimathiæ. Exc. Ballimachiæ. C. A.

e Saltat. turpibus inuig. canticanon ſolùm mala cantantes, ſed & religioſorum Exc.

f Vnus M. S. commitatur.

Incipit edictum Regis, in confirmatione Concilij.

Glorioſiſsimus, & piiſsimus dominus noſter Reccaredus Rex. Vniuerſorum ſub regni noſtri poteſtate cōſiſtentiū amatores nos ſuos diuina faciens veritas, noſtris principaliter ſenſibus inſpirauit, vt cauſa inſtaurendæ fidei, ac diſciplinæ eccleſiaſticæ, Epiſcopos omnes Hiſpaniæ noſtro præſentandos culmini iuberemus. Præcedenti autem diligenti & cauta

cauta deliberatione, siue quæ ad fidem conueniunt, seu quæ ad morum correctionem respiciunt. Cum enim sensus maturitate & intelligentiæ grauitate constant esse digesta, nostra proinde auctoritas id omnibus hominibus, ad regnum nostrum pertinentibus iubet, vt si qua definita sunt in hoc sancto Concilio, habito in vrbe Toletana, anno regni nostri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat: capitula enim, quæ nostris sensibus placita & disciplinæ congrua, à præsenti conscripta sunt Synodo, in omni auctoritate, siue Clericorum, siue Laicorum, siue quarumcunque omnium obseruentur, & maneant.

a Conuersis. C. A.

b Clericos duo. M. ss.

c Ordinatio. Exc.

d Pertineant vnus M. s.

e Quoque, quæ. C. A.

f Causam publicam. C. A.

g De peculio suo. Exc.

Quòd

xvj Quòd idololatriæ cultura à Sacerdotibus, vel à iudicibus exquirenda eſt, atque examinanda.

xvij Quòd qui filios ſuos necauerint, à Sacerdotibus vel à iudicibus deſtringantur.

xviij Quòd ſemel in anno ad Concilium Sacerdotes, & iudices, atque Actores patrimonij noſtri debeant conuenire.

xix Quòd Eccleſiarum omnium [a] dos ad Epiſcopi ordinationẽ debeat pertinere.

xx Quòd Sacerdotes moderanter agere debeant per parochias.

xxj Quòd ſerui Eccleſiæ, ſiue Clericorum non debeant [b] à iudicibus vel noſtris Actoribus, in aliqua angaria fatigari.

xxij Quòd religioſorum corpora cum hymnis & canticis tãtùm deferenda ſunt ad ſepulchra.

xxiij Quòd [c] Balimanthiæ, & turpes cantici prohibendi ſunt à ſanctorum ſolennitatibus.

Has omnes conſtitutiones Eccleſiaſticas, quas ſummatim, breuiterq; perſtrinximus (ſicut pleniùs in Canone continentur) manere perenni ſtabilitate ſancimus.[d] Si quis verò Clericus, aut Laicus harum ſanctionum obediens [e] eſſe noluerit; ſi Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, aut Clericus fuerit, ab omni Concilio excõmunicationi ſubiaceat: ſi verò Laicus fuerit, & honeſtioris loci perſona eſt, medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci iuribus profuturam: ſi verò inferioris loci perſona eſt, amiſsione rerum ſuarũ multatus in exilio deputetur.

1 FLauius Reccaredus Rex hanc deliberationem, quam cum ſancta definiuimus Synodo, confirmans ſubſcripſi.

2 [f] Maſſona, in Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Emeritẽſis Metropolitanus Epiſcopus prouinciæ Luſitaniæ, his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi,

3 Euphemius, in Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Toletanæ Metropolitanus Epiſcopus prouinciæ Carpetaniæ, his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.

4 [g] Leander in Chriſti nomine Eccleſiæ Spalenſis Metropolitanus prouinciæ Bæticæ, his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.

5 [h] Migetius, in Chriſti nominẽ Narbonẽſis Metropolitanus Epiſcopus Galliæ prouinciæ, in his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.

6 Pantar-

[a] Cauſa. Exc.

[b] A noſtris actoribus in ang. Exc.

[c] Balimathiæ alias. Vallematię in vno M.S.

[d] Si quis Clericus ergo Exc. & C. A.

[e] Obed. obſeruatores eſſe noluer. ſuperba frõte maiorum ſtatutis repugnãs: Si Epiſcopus. Exc.

[f] Mauſana. Exc.

[g] Huius ſubſcriptio deeſt in Exc.

[h] Micetius. C. A.

Carpetaniç] Pro Carthaginenſis, vt coegit Rex Gundemarus in Epiſtola miſſa Epiſcopis prouinciæ Carthag. vide locũ. Eſt enim Carpetania pars, prouinciæ Carthaginẽſis, non ipſa prouincia.

6 Pantardus, in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Bracarensis Metropolitanus Episcopus Galliciæ prouinciæ, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens, tàm pro me, quàm pro fratre meo [a] Nigisio Episcopo de Ciuitate Luci, subscripsi.

Nitigesius, qui in. 2. Bracar. subscripsit, vt Metropolitanus Luci.

7 Vgnus, in Christi nomine Barcinonensis Episcopus, his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscripsi.

8 Maurila, in Christi nomine Valẽtinæ Ecclesię Episcopus, in his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscripsi.

9 [b] Andonius, in Christi nomine Ecclesiæ Oretanæ Episcopus, his cõstitutionibus quibus interfui, annuens subscripsi.

10 [c] Sedatus, in Christi nomine Beterrensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

11 Palmatius, in Christi nomine Ecclesiæ Pacencis Episcopus, subscripsi.

12 Ioannes, in Christi nomine Mentesanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

13 Mutto Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

14 Petrus Ossonobensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

15 Stephanus [d] Tyrassonensis Ecclesię Episcopus, subscripsi.

16 [e] Gabinus Oscensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

17 Neufila Tudensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

18 Paulus Olysipponensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

19 Sophronius [f] Egarensis Ecclesię Episcopus, subscripsi.

20 Ioannes Dumiensis Monasterij Episcopus, subscripsi.

21 [g] Benenatus Egabriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

22 [h] Ioannes Elnensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

23 Polybius Ilerdensis ecclesię Episcopus, subscripsi.

24 Proculus Segobriensis Ecclesię Episcopus, subscripsi.

25 Ermaricus [i] Laniobrensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

26 Simplicius Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Episcopus, subscr.

27 Constantius Portucalẽsis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

28 Simplicius Vrgelitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

29 Asterius [k] Aucensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

30 Agapius Cordubensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

Agapius, vt dicitur in. 2 Concilio Hispal c. 7. fuit ignarus vt Ecclesiasticæ disciplinæ, & statim à seculari militia in sacerdotale ministerium delegatus.

31 Stephanus Eliberitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

32 Petrus [l] Arcauicen. Celtiberiæ Eccle. Episcopus, subscripsi.

33 [m] Vviligisclus Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, subscripsi.

34 Ioannes [n] Velensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

35 Sunila Vesensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

Philippus

a In M. ss. Nitigisio & Nitigisio.

b Addon, in. C. M. s.

c Seductus, in. C. M. s.

d Carcassonẽsis in. C. M. S.

e C. A. Gabinius, aliàs Osso[illegible]

f Aliàs Agarens.

g Ioannes in. C. M. S. Aliàs Agragensis. Aliàs Agabiensis.

h Benenatus in. C. M. S.

i Lanibrensis, in. C. M. S. Laniobrens. aliàs. Liborensis, vel Lactorens. Exc.

k Auzens. Exc.

l Vnus M. S. Ircadicens. C. A. Arcadicadicens.

m C. A. Vbiligisclus.

n Velense, vel Velsẽse.

36 Philippus Lamecensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
37 Aquilinus [a] Ausonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
38 Dominicus Iriensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
39 Sergius [b] Carcassonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
40 Basilius [c] Ilipensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
41 Leuterius Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
42 [d] Eulalius Italicensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
43 Iulianus Dertosanę Ecclesię Episcopus subscripsi.
44 Froisclus item ibi, Episcopus subscripsi.
45 Theudorus Bastitanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
46 Petrus Illiberitanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
47 Becilla Lucensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
48 Petrus Segobiensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
49 Gardingus Tudensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
50 Higridius [e] Agathensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
51 Argiouitus Portucalensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
52 Lilliolus Accitanæ [f] Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
53 Celsinus Valentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
54 [g] Theudericus Castulonẽsis Ecclesię Episcopus subscripsi.
55 Belatus Tuccitanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
56 Protogenes [h] Sagontinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
57 [i] Muminius Calahorritanę Ecclesię Episcopus subscripsi.
58 Alicius Gerundensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
59 Posidonius [k] Eminiensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
60 Thalassius Astoricensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
61 Agrippinus ciuitatis [l] Lutubensis, prouinciæ Gallię Episcopus subscripsi.
62 Liliolus Pampilonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
63 Iaquintus Cauriensis Ecclesię Episcopus subscripsi.
64 Galanus Archipresbyter Empuritanæ Ecclesiæ, agens vicem domini mei Fructuosi Episcopi, subscripsi.
65 Seruandus Diaconus Ecclesiæ Astigitanæ, agens vicem domini mei Pegasij Episcopi, subscripsi.
66 Hildemirus Archipresbyter Auriensis Ecclesiæ, agens vicem domini mei Lupati Episcopi, subscripsi.
67 Genesius Archidiaconus Ecclesiæ [m] Magalonensis, agens vicem domini mei Boetij Episcopi, subscripsi.
68 Valerianus Archidiaconus Ecclesiæ [n] Nemasensis, agens vicem domini mei Pelagij Episcopi, subscripsi.

Froiscl' itẽ ibi, habent. CC. M ss. in tecligit Dertosana, sicut Iulianus, quã uis in Concilio Brac. infra subscribit Froiscl' Montesana.

Alter Epi Valentinae. Nam [illegible] alia etiam in Lusitania Valentia fuit, quae etiam hodie eo nomine indigitatur.

Genesius hic postea eiusdem Ecclesiæ Episcop' creatur. Vt patet ex Cõcil. Tolet. sub Recaredo anno 8. coacto.

[a] Ausens. C. A.
[b] In alio M. s. Arcosson.
[c] Ilipensis in C. M. S.
[d] Eolalius in C. M. S.
[e] In alio M. s. Gigridius.
[f] Alius M. s. Accianæ.
[g] Theudorus, C. O.
[h] Vnus M. s. Seguntinens.
[i] Mumius. C. A.
[k] C. A. Eminens. & in alio Heminens.
[l] In alio M. s. Iuruensib. aliàs Lutubensib.
[m] Molabonens. M. s. vnus.
[n] Masensis.

Huius Homiliae meminit Rodericus Tol. lib. 2. cap. 15. Historiae.

HOMILIA SANCTI LEANDRI Episcopi, in laudem Ecclesiæ, ob conuersionem gentis, post Concilium, & confirmationem canonum edita.

FEstiuitatem hanc omnium esse solenniorem festiuitatum, nouitas ipsa significat. Quoniam sicut noua est conuersio tantarum plebium causa, & nobiliora sunt solito Ecclesiæ gaudia: nam multas solennitates per anni discursum celebrat Ecclesia, in quibus tametsi habet gaudia consueta; noua verò sicut in hac non habet. Aliter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis his nuper inuentis. Pro qua re, & nos maioribus gaudijs eleuamur, quia repentè nouos Ecclesiam parturisse populos intuemur: & quorum asperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Ergo materia gaudij nostri tribulationis præteritæ occasio fuit. Gemebamus dum grauaremur, dum exprobraremur; sed gemitus illi id egerunt, vt hi, qui per infidelitatem nobis erant sarcina, fierent nostra per suam conuersionẽ corona. Hoc enim gratulatiuè profert in psalmis Ecclesia dicẽs: In tribulatione dilatasti me; & Sarra dũ sæpe à Regibus concupiscitur, nec maculam pudicitiæ sentit, & Abraham causa pulchritudinis suæ diuitem facit: ab ipsis enim [a] Regibus Abrahã ditatur, à quibus Sarra cõcupiscitur. Condignè ergo Ecclesia catholica gẽtes, quas simul senserit fidei suæ decore, ad sui eas sponsi, hoc est, Christi lucra transducit, & per ea regna suum virũ diuitem reddit, per quæ se inquietari persenserit: sic enim dum ex initio lacessitur, vel inuidentiũ dentibus mordetur, dum premitur, eruditur; & dum insectatur, dilatatur. Quoniam patientia sua æmulatores suos, aut superat, aut lucratur. Dicit enim ad eam diuinus sermo: Multę filiæ congregauerunt diuitias, tu autẽ supergressa es vniuersas. Si non mirum quòd hæreses filiæ dicuntur, sed attendendum quòd loco spinarum ponuntur: filiæ sunt, eo quòd ex semine Christiano generantur; spinæ sunt, eo quòd foris à Dei paradiso, hoc est, extra catholicã Ecclesiã nutriuntur: & hoc nõ lectura sensus nostri, sed scripturę diuinę authoritate probatur, dicẽte Salomone: Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Ergo ne magnũ vobis videretur quòd hæreses dixerit filias, cõtinuò eas numerat esse spinas; hæreses inquã, aut in aliquẽ

Psalm. 4.

Genes. 20.

a Ab Abimelech Rege Gerare, & à Pharaone Rege Aegypti. cap. 12. Genesis, à quo ditatus supra modũ fuit Abrahám.

Prouer. 31.

F. Sed, aut scilicet. Al. deest.

Al. coniectura.

Cant. 2.

Al. Nominat.

angulum mundi, aut in vnam gentem inueniuntur versari. Ecclesia verò catholica, sicut per totum mundum tenditur; ita & omnium gentium societate constituitur. Rectè ergo hæreses in cauernis, quibus latent, congregant ex parte diuitias: Ecclesia autem catholica in speculo totius mundi locupletata supergreditur vniuersis. Exulta ergo, & lætare Ecclesia Dei, gaude, & consurge vnum corpus Christi, induere fortitudine, & iubila exultatione: quoniam tui mœrores in gaudium sunt mutati, tristitiæ habitum in amictum lætitiæ versum est: Ecce repente oblita sterilitatis, & paupertatis tuæ, vno partu populos innumeros genuisti Christo tuo. Nam dispendijs tuis proficis, tuoq; damno subcrescis: tantus deniq; est sponsus tuus, cuius imperio regeris, vt dum te patiatur deprædari ad modicum, rursum prædam tuam ad te reducat, & hostes tuos tibi conquirat. Sic autem agricola, sic piscator, dum lucra attendit futura, quæ seminat, & quæ amodò incesserit, non imputat damna. Tu proinde iam ne fleas, ne lugeas, temporaliter quosdam recessisse à te, quos cernis cũ magnis lucris redijsse ad te. Exulta ergo fidei confidentia, & tui capitis merito, fide esto robusta; dum quæ recolis olim repromissa, nunc cernis fuisse completa. Ait enim in Euangelio ipsa veritas: Oportebat Christum mori pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Tu profectò in psalmis proclamas, odientibus pacem dicens: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in vnum; & rursum: In conueniendo populos in vnũ, & regna vt seruiant Domino. Quàm dulcis sit charitas, quàm delectabilis vnitas, non nesciens per Prophetica vaticinia, per Euangelica oracula, per Apostolica documẽta, non nisi connexionem gentium prædicas, non nisi vnitatem populorum suspiras, non nisi pacis, & charitatis bona disseminas. Lætare ergo in Domino, eo quòd non sis fraudata desiderio tuo: nam quos tanto tẽpore, gemitu teste, & oratione continua concepisti, nunc post glaciem, post hiemem, post duritiam frigoris, post austeritatem niuis; velut iocunditatem agrorũ, frugem, & lætos verni flores, vel adridentes vinearum stipitibus palmites, repentè in gaudio peperisti. Ergo fratres tota charitate animi exultemus in Dño, & iubilemus Deo salutari nostro. Hoc de cætero per ea, quæ iam sublata sunt, ea, quæ adhuc expectantur implẽda, vera

Ioan. 11.

Psal. 33.
Psal. 101.

F. Veris aut temporis verni.

vera esse credamus. Quæ enim præfata sunt, Domino dicente: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet [a] me adducere, vt sit vnus grex, & vnus pastor; ecce contuemur fuisse completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christo credere, atq; ad vnam Ecclesiam conuenire. Quoniam rursus ipso testificante didicimus in Euangelio: Et prædicabitur (inquit) hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus; & tunc (inquit) veniet consummatio. Si ergo remansit pars aliqua mundi, vel gens barbara, quam fides non irradiauerit Christi, profectò crediturам, atq; in vnam Ecclesiam esse venturam nullo modo dubitemus, si ea, quæ Dominus dixit, vera esse putamus. Ergo fratres reposita est loco malignitatis bonitas, & errori occurrit veritas: vt quia superbia linguarum diuersitate ab vnione gẽtes separauerat, eas rursus gremio germanitatis colligeret charitas: & quemadmodum vnus possessor est totius mundi Dominus, ita [b] vt possessionis eius esset vnũ cor, & animus vnus, pete à me (ait) & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ: propterea & ex vno homine propagatum est omne hominum genus, vt qui ex vno illo procederent, vnũ saperent, vnitatem quærerent, & diligerent. Ordo ergo naturalis exposcit, vt qui ex vno homine trahunt originem, mutuam teneant charitatem; nec dissentiant à fidei veritate, qui nõ disiunguntur naturali propagine. Hæreses verò, & diuisiones è fonte manant vitiorum; vnde quisquis ad lenitatem venit, ex vitio ad naturam redit: quia sicut naturæ est fieri ex pluribus vnitatem, sic est vitij, fraternitatis declinare dulcedinem. Erigamur ergo tota mente in gaudio; vt quia gentes studio decertandi perierant, sibimet in amicitiam Christus vnam Ecclesiam procuraret, in qua eas rursus reduceret concordia charitatis. De hac profectò Ecclesia vaticinatur Propheta, dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus: & iterum: Erit (inquit) in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gẽtes, & ibunt populi multi, & dicẽt: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Mons enim Christus est, & domus Dei Iacob, vna Ecclesia est eius, ad quã, & gentium concursum, & populorum pronunciat confluere conuentũ: de qua rursum in alio

Marginalia: Ioan. 10. Matth. 18. Marci. 16. Luc. 24. — [a] Al. ad me. Exc. — Matth. 24. — Genes. 11. Instructione turris, & ciuitatis confunduntur linguae gentium. — [b] Et. Exc. — Psalm. 2. — Genes. 1. — F. Ad vnitatem. — Esai. 2.

Esai. 60. loco dicit Propheta: Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: & ambulabunt (ait) gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Leua in circuitum oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, & venerunt tibi: & ædificabunt (inquit) filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Qui, vt notesceret, quæ ventura essent genti, vel populo, quæ ab vnius Ecclesiæ communione recidissent, secutus est: gens enim, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit. *Esai. 55.* Alio deniq; loco similiter ait: Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; & gentes, quæ non cognouerunt te, ad te current. Vnus enim est Christus Dominus, cuius est vna per totum mundum Ecclesia, sancta possessio: ille igitur caput, & ista corpus, de quibus in principio Genesis dicitur: Erunt duo *Genes. 2.* *Ad Eph. 5.* in carne vna: quod Apostolus in Christo intelligit & in Ecclesia: Dum ergo ex omnibus gentibus vnã vult Christus habere Ecclesiam, quicunq; extraneus est ab ea, licet Christi nomine nuncupetur, Christi tamẽ corporis cõpage non continetur. Hæresis enim, quæ respuit catholicæ Ecclesiæ vnitatem; eo quòd adulterino amore diligat Christum, nõ vxoris, sed concubinæ obtinet locum. Quoniam re vera duos dicit Scriptura esse in carne vna; videlicet Christum, & Ecclesiam: quo locum meretrix nullum inuenit tertium. Vna est enim (ait Christus) amica mea, vna est sponsa mea, vna est genitricis suæ filia. De quo item eadem Ecclesia pronunciat, dicẽs: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Quærant nunc hæreses, à quo constuprentur, vel cuius sint prostibulum factæ: Quoniam ab immaculato thoro recesserunt Christi: à quo quanto pretiosam esse nouimus copulam charitatis, tantò Deum hac celebritate laudemus; quòd gentes, pro quibus sanguis fusus est vnigeniti sui, non passus est extrà vnum ouile, diaboli dentibus deuorari. Lugeat igitur veternosus prædo suam prædam amisisse, quia impletum videmus, quod Propheta vaticinante, audiuimus. Equidem (inquit)[a] hæc captiuitas à forti[b] tollitur, & quod ablatũ fuerat à robusto,[c] saluatur: parietem enim discordiæ, quem fabricauerat diabolus, pax Christi destruxit; & domus, quæ diuisione in mutuam certabat cædem, vno iam Christo lapide angulari coniungitur. Dicamus ergo omnes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Cant. 6. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.

Esai. 49. *Esai. 18.* *Rom. 9.* *1. Petr. 2.* *Luca. 2.*

[a] Et, alias.
[b] Tolletur, alias.
[c] Saluabitur. in Esa.

Nullum

Nullum enim præmium charitati compensatur. Inde omni gaudio præponitur, quia & charitas facta est, quæ omnium virtutum obtinet principatum. Superest autem, vt vnanimiter vnum omnes regnum effecti, tam pro stabilitate regni terreni, quàm felicitate regni cœlestis, Deum precibus adeamus; vt regnum, & gens, quæ Christũ glorificauit in terris, glorificetur ab illo, non solùm in terris, sed etiam in cœlis. Amen.

De subscriptionibus.

SVbscribunt in hoc Concilio Nationali Episcopi septuaginta-octo: nimirũ Massona ecclesiæ Emeriten. qui successit Liberio, in Eliberitano: Euphemius Toletanæ, qui Montano. 2. Tolet. Leander Hispalensis, qui Sabino, in Eliberitano: Migetius Narbonensis: Pantardus Bracarens. qui Martino, Bracar. 2. Vgnus Barcinonensis, qui Paterno in Ilerdensi: Maurila Valentinæ: Andonius Oretanæ: Sedatus Beterrẽsis in prouincia Narbonensi: Palmatius Pacensis: Ioannes Mentesanæ, qui Pardo, in Concilio Eliberitano: Mutto Setabitanæ: Petrus Ossonobẽsis (in aliquibus M. ss. dicitur Exonobensis, & Exonoba, quæ ad prouinciam Lusitaniam pertinet) qui successit Vincentio in Eliberitano: Stephanus Tyrassonensis: Gabinius Oscensis: Neufila Tudensis, qui Auilæ in. 2. Bracar. Paulus Olysipponensis: Sophronius Egarensis, qui Nebridio in. 1. Tarraconensi: Ioannes Dumiensis, qui successit S. Martino: Benenatus Egabriensis: Ioannes Elnensis (Elna in prouincia Narbonensi) Polybius Ilerdensis, qui Februario in Concilio Ilerden. Proculus Segobriensis: Ermericus Luthobiensis: Simplicius Cæsaraugustanæ, qui Ioanni in Can. Barcin. Constãtius Portucalensis: Simplicius Vrgelitanæ: Asterius Aucensis, ab Auca: Agapius Cordubensis, qui Osio in Eliberitan. Stephanus Eliberitanæ, qui Flauio, in Eliberitano. Petrus Arcauicensis Celtiberiæ: Vviligisclus Valentinæ: Ioannes Valeriensis: Sunila Vesensis, & Visensis, qui Remisol, in Braca. 2. Philippus Lamecensis, qui successit Sardinario, in. 2. Braca. Aquilinus Ausonensis, ab Ausona, qui Camidio, in Tarracon. Dominicus Iriensis: Sergius Carcassonẽsis: Basilius Eliplensis: Leuterius Salmanticensis: Eulalius Italicensis: Iulianus Dertosanæ, qui Ascelio: Theudorus Bastitanæ, à Basti: Petrus Illiberitanæ à Caucoliberi: Becilla Lucensis, qui Nitigisio. 2. Bracar. Petrus Segobriensis:

 Gardingus

Gardingus Tudensis, qui Auila. 2. Braca. Higridius Agathensis: Argouitus Portugalensis: Liliolus Accitanæ, qui Felici in Eliberitano: Celsinus Valẽtinæ: Theudericus Castulonẽsis, qui Secũdino in Eliberitã. Valerius Tuccitanæ, qui Camerino in Eliberitan. Protogenes Sagontinæ: Mumnius Calaborritanæ: Alicius Gerundensis, qui Staphilio in Can. Barcin. Posidonius Eminiensis: Liliolus Pampilonensis: Iaquintus Cauriẽsis: Thalaßius Astoricensis, qui Polemio in. 2. Bracar. Agrippinus Luthonẽsis: Fructuosus Empuritanæ per procuratorem: Pegasius Astigitanæ per procuratorem: Lupatus Auriensis per procuratorem: Boetius Magalonensis per procuratorem: Genesius Archidiaconus, qui posteà eiusdem Ecclesiæ fuit Episcopus creatus, vt patet ex Concilio Toletano, anno Reccaredi. 12. coacto: Pelagius Nemasensis per procuratorem. Est in prouincia Galliæ Narbonensis Nemaso.

Interfuerunt huic sancto Concilio quinq; Metropolitæ: nimirum Euphemius Toletanus: Leander Hispalensis: Migentius Narbonensis: Pantardus Bracarensis: Massona Emeritensis. Metropolita Tarraconensis non adfuit. Vna cum Toletano fuerunt quindecim Episcopi eiusdem prouinciæ; scilicet, Murila, Petrus: Liliolus Valentinæ: Andonius Oretanæ: Ioannes Mentesanæ: Muto Setabitanæ: Proculus Secobricensis: Petrus Arcauicensis: Ioannes Valeriensis: Petrus Secobiensis: Liliolus Accitanæ: Theudomirus Castulonensis.

Cum Metropolitano Hispalensi fuerunt Benenatus Egabrensis: Agapius Cordubensis: Stephanus Eliberitanus: Basilius Eliplensis: Eulalius Italicensis: Valerius Tuccitanæ: Iaquintus Cauriensis: Pegasius Astigitanæ: omnes cum Leandro sanctißimo viro, numero nouem.

Cum Metropolitano Emeritensi fuerunt Palmatius Pacensis: Petrus Ossonobensis: Paulus Olysipponensis: Leutherius Salmanticensis: numero quatuor.

Cum Metropolitano Narbonensi fuerunt Sedatus Biterrensis: Ioannes Elnensis: Sergius Carcassonensis: Petrus Illiberitanus (est Caucoliberis): Igidius Agathẽ. Agripius, & Ermericus Lutubens. Boetius Magalonensis: Pelagius Nemasensis: omnes nouem.

Cum Metropolitano Bracarensi fuerunt Neufila, & Gardingus Tudensis: Ioannes Dumiensis: Constantius, & Argouitus Portucalensis: Sunila Vesensis: Philippus Lamecensis: Dominicus Iriensis: Theodorus Bastitanæ: Becila Lucensis: Talasius Astoricensis: Lupatus Auriensis: omnes duodecim.

Ex

Ex prouincia Tarraconensi non interfuit Metropolitanus, nec eius procurator: vndè suspicor abijsse è vita. Sed adfuerunt sancto Concilio sedecim Episcopi eiusdem prouinciæ: Vgnus Barcinonensis, non S. Idalius, vt Beuther scripsit: Stephanus Tyrassonẽsis: Gratus Oscensis: Sophronius Egarensis: Polybius Ilerdensis: Simplicius Cæsaraugustanæ: Simplicius Vrgelitanæ: Asterius Aucensis, ex Auca: Aquilinus Ausonensis: Iulianus, & Froisclus Dertosanæ: Mumnius Calagurritanæ: Alicius Gerundensis: Liliolus Pampilonensis: Fructuosus Empuritanæ. Sanctus Fulgentius nondùm erat Episcopus Astigitanus; & ita nõ interfuit huic tertio Tolet. sed potiùs Pelagius seù Pegasius Astigitã. per procuratorẽ, vt ex subscriptionibus constat. Erat hoc tempore Episcopus Malacitanus Ianuarius, qui coniuratione pessimorum hominum ab Episcopatu fuit deiectus; sed Mag. Gregorius, misso in Hispaniam Ioanne Defensore, eum restituit, & calumniæ, & impietatis authores debita pœna multauit, vt constat ex Epistola D. Gregorij: quapropter non interfuit huic Concilio.

Massona] *Massona Episcopus Emeritensis, vir sanctitate, & doctrina eximius, acerrimus catholicæ fidei propugnator, ac defensor, Arrianæq́; perfidiæ hostis, pro fide catholica in exilium actus, ab Episcopatu à Leouegildo impio Rege relegatus, prouentibusq́; priuatus, inuicto animo religionem à maioribus acceptam puram corde tenuit, oreq́; publicè professus est. Roderic. Arch. lib. 2. c. 43. & Paulus Diaconus Emeritens. in eius vita. Primus subscribit, eò quòd sit antiquior Metropolitan sic enim in Concil. Bracarens.*
„ *1. cap. 4. definitum est: Item placuit, vt conseruato Metropol.*
„ *primatu cæteri Episcoporum, secundùm suũ ordinationis tempus,*
« *alius alio sedendi deferat locum.*

Euphemius] *Si seriem Toletanorum præsulum in capitulo Toletano sculptam sequamur is Euphemius, seu Epiphimius, vigesimus quartus, erit à B. Eugenio martyre, primo Archiepiscopo Toletano, & vigesimus à Patruino, sub quo fuit primum Concilium celebratum, & à Montano quintus, sub quo fuit secundum. Rodericus lib. 2. cap. 15. incautè sub Elladio tertiam Synodum fuisse actam affirmat.*

Leander] *In Excus. malè omittitur Leandri subscriptio; cùm D. Isidorus sit author, eum huic tertio Concilio interfuisse, lib. 2.*
« *chron. sic inquiẽs: Interfuit tunc dignitate Primas ille catholicus, &*
« *orthodoxus Leander Hispalensis Archiepiscopus, & Romanæ Ec-*
« *clesiæ Legatus, sanctitate, & doctrina perspicuus. Et Roder. lib. 2.*

V 4 c. 15.

c.15. Id etiam constat ex homilia ab eo habita in fine Concilij. Vitam eius scribit Isidorus libello de Viris Illustribus.

Viros doctos non parum torsit, quòd in his subscriptionibus eiusdem Ecclesiæ duo subscribant Episcopi, vt de Tudensi Ecclesia Neufila Episcopus, num. 16. & Gardingus. num. 49. de Lucensi Ecclesia Nitigisius. pro quo subscribit Pātardus Metropolitanus Bracar. & Beccilla, n. 47. Similiter de alijs ecclesijs. Dicendū, vt authores sunt Isidorus, & Rodericus Toletanus, Leouegildum Regem Arrianum Episcopos Catholicos à sedibus deiecisse, & Arrianos substituisse: Vnde factum est, vt vnius Ecclesiæ duo subscribant Episcopi, vnus Catholicus, alter ex hæresi veniens. Præterea cum senectute confectus esset Episcopus, impotensq; ad Ecclesiæ regimen, & onus subleuandum, seruato honore Episcopali, alius muneri præficiebatur, quòd fortè in Nitigisio Lucēsi est factum, qui in Concilio Bracar. 2. subscribit vt Metropolita. Era. 610. Hic verò de Nitigisio Lucensi, & Beccilla alia potest esse ratio, nam cum duo essent ciuitates Luco, altera Gallæciæ, altera Asturū, Nitigisius erat Episcopus Lucensis in Gallæcia: vnde pro eo subscribit in calce Concilij, Pantardus Bracarensis, cui subiacebat: Beccila verò erat Episcopus Lucensis in Asturibus.

Festiuitatem] *Huius homiliæ meminit Roderic. Tolet. lib. 2 1. histor. c. 15.*

Notæ in Concilium Toletanum tertium.

H*Abitum est hoc Conciliū Era. 627. vt habēt. C.C.M.ss. sub Reccaredo Rege, Gelasio. II. PP. & Euphemio primæ sedis Toletanæ Episcopo. De Reccaredo Rege pijssimo Isidorus in chronico Gothorum Era. 635. & Rodericus Toletanus lib. 2. histor. Hispan. cap. 15. & Gregor. Mag. lib. 1. epistolarum, epist. 41. ad Leandrum, in qua de hac Gothorum conuersione agitur. Exterminata est hæresis Arriana in eo, qua gens Gothica per. 213. annos infecta fuerat.*

Ita in honorem] *De quatuor Concilijs Gelasius PP. in. c. Sancta Romana, & Gregor. Magn. epistol. lib. 1. epistol. 24. & lib. 2. epistol. 49. & Isidorus lib. 6. etymol. cap. 16. & Nicephor. lib. 15. cap. 13.*

Credimus

Credimus in vnum Deum] *Hæc est formula fidei in sancto Concilio Nicano edita, in qua formanda Osius Cordubensis Episcopus, totum laboriosæ inquisitionis pondus sustinuit: eam tradit Athanasius in epist. ad Iouinianũ Imperatorem, de fide, his verbis:* Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentẽ, omnium visibilium, & inuisibilium creatorem; & in dominum Iesum Christũ, filium Dei, natum ex Patre, & vnigenitũ, hoc est, ex substantia Patris; Deum ex Deo, lumen de lumine; Deum verum, ex Deo vero; genitum, non factum, & consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt, tàm in cœlis, quàm in terra: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die: & ascendit in cœlos, venturus inde ad iudicandos viuos & mortuos, & in Spiritum sanctum.

„ *Hæc est regula Nicanæ fidei. Quod verò sequitur: Eos autem qui* „ *dicunt: Erat quando non erat, & c. anathematismi sunt, decreti aduersus impiam Arrij sententiam, vt radicitus Ecclesiæ gladio hæresis iugulata, tota rueret. Neq; mirũ, Athanasiũ in aliquibus verbis à nostra versione discrepare: nam Symbolum Nicanum, Latinũ est factum diuersis interpretibus: & ita apud Athanasium, & Basilium, epist. 78. & Synodum Chalcedonensem idem est sensus, sed ser* „ *mo discrepans. Cum verò dicit: & in Spiritum sanctum, subintelligitur vox prima, Credimus: vt adnotauit Epiphanius hæresi. 74. prope finem; & Athanasius eadẽ epistola. Neq; amplius de Spiritus sancti natura, & functione Patres dixerunt: quia tunc tẽporis de ea re nulla controuersia mota est; vt Basilius animaduertit epist. 78. & Hieronymus epistola. 65.*

Item fides sancta] *Hoc est Symbolum Concilij Constantinopolitani, à centũ, & quinquaginta patribus celebrati aduersus Eunomium, Photinum, & Macedonium: in quo aliqua explicata sunt & posita in Symbolo, quæ in Nicano non erant; vt est illud, quod ad personam Spiritus sancti spectat: Credimus in Spiritum sanctum, domi* „ *minum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit, & c. Neque* „ *existimo, vt alij posteà hæc verba: Ex Patre, Filioq; addita in Synodo Romana; sed in ipsa prima Symboli formatione fuisse posita: vt constat ex D. Hieronymo in Symbolo, & ex lib. 9. Tripar. c. 16. & ex Concilio Florentino.*

Incipite] *sic Augustinus in Enarratione, in Psal. 146. legit: Græ* „ *cè est* ἐξάρξατε: *quæ vox vtrumq; significat: Præcinite, & incipite. Vulgata editio habet: Præcinite Domino.*

Gloria

Gloria & honor] *In confeſsione Epiſcoporũ, Concilium Tolet.*
, *quartũ, c. 15. & 23. ſic habet: Statuimus, vt in fine Pſalmorum nõ*
, *gloria Patri, ſed, gloria, & honor Patri dicatur. De qua re ſcribit D. Hierony. ad Dam. ſi eius eſt epiſtola, vel potius adulterina. Niceph. Calix. lib. 3. c. 8. Caſsianus de inſtitutis Cænob. lib. 2. c. 9. Hymnũ glorificationis, hoc eſt, gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ab Apoſtolorũ inſtituto fluxiſſe, author eſt D. Baſilius, lib. de Spiritu ſancto, c. 7. 27. & 29. & eo tẽpore, quo ab Apoſtolis promulgatũ eſt Euangeliũ, ab eiſdem occini cœptũ, cum iuſſu Dñi ſacrũ Baptiſma in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſit fidelibus collatũ. In Concilio Niceno adiectum aduerſus Arrianos: Sicut erat in principio, & nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. Id conſtat ex Concilio Vaſenſi, c. 5. his verbis: Et quia non ſolùm in ſede Apoſtolica, ſed etiam*
,, *per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum aſtutiam, qui Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed à*
,, *tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis, poſt gloria Patri,*
,, *& Filio, & Spiritui ſancto: ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen, dicatur; etiam nos in vniuer-*
,, *ſis Eccleſijs noſtris hoc ita dicendum eſſe decernimus.*

Cautiſsimum] *Excuſ. ſanctiſsimum, & ſalutare, diuinum: verùm benè Goth. vt conſtat ex Euagrio, lib. 2. hiſtor. Eccleſ.*

Communem quandam columnam] *Vnus Excuſ. paginam; alij ſcopum, vel columnam: quæ lectio alijs antiquis translationibus confirmatur: atq; ipſis Græci textus verbis* κοινὴν τινα στήλην ὑπάρχουσαν

Perfectum eundem] *Excuſ. Pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem verum, &c. Rectè vero Gothici noſtri libri: Græcè enim apud Euagrium eſt:* τέλειον τὸν ἐν θεότητι καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, &c.

Et Patrum nobis] *Excuſi minus: & nobis tradidit Symbolũ. Græcè eſt.* καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον.

Illam dicimus Eccleſiam] *Habet duas ſingulares notiones Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, quibus dignoſcitur, & ſecernitur à conuenticulis clandeſtinis Hæreticorum: prima eſt continua ſucceſsio Pontificum Romanorum, à Petro, vſq; ad Clementem; qui piè, & ſanctè hodie magna cum ſui nominis laude, regit Petri nauiculam. Nam verbum illud Chriſti inane eſſe non poteſt: Ego rognaui pro te, Petre, vt nõ deficiat fides tua: nõ enim deficiet in perſonis, in quibus regimen Eccleſiæ eſt, neque in doctrina vera, & indubitabilis fidei. Id Auguſtin. perpendens dicebat c. 4. contra epiſtolam Manichæi: Multa ſunt alia, quæ in eius gremio me iuſtiſsimè tenent;*

" *tenent; tenet consensio populorũ, atq; gentium; tenet auctoritas miracu*
" *lis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet ab*
" *ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues post resurrectionem Do*
" *minus commendauit, vsq; ad præsentem Episcopatũ, successio Sa-*
" *cerdotum; tenet postremò ipsum Catholici nomen, quod non sine*
" *causa inter tàm multas hæreses. sic ista Ecclesia sola obtinuit. Secun da notio, est fides eadem in Concilijs œcumenicis, & vniuersalibus cõtinenter stabilita, & propagata: & hoc est esse Catholicam Ecclesiam, vt Vincentius Lirinensis doctissimè adnotauit: quia in nomine Catholica, complectuntur vniuersitas, antiquitas, & consensio. Idẽ Lactãtius, lib. 4. c. 30. & Augustinus suprà. Et rectè hic dicitur: illam dicimus Ecclesiam, quæ Nicæni, Cõstantinopolitãni, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilij decreta tenet pariter, & honorat. Nos similiter possumus dicere: Illam dicimus Ecclesiam, quæ decreta sancti Concilij Tridentini vniuersalis, œcumenici tenet pariter & honorat.*

" Symbolum] *Isidorus, lib. 6. etymol. c. 18. Symbolum, inquit, per*
" *linguam Græcam, signũ, vel cognitio interpretatur. Discessuri enim*
" *Apostoli ad Euangelizandum in gentibus, hoc sibi prædicationis sig-*
" *num, vel indicium posuerunt. Continet enim confessionem Trinita-*
" *tis, & vnitatem Ecclesiæ, & omne Christiani nominis Sacramen-*
" *tum. Quod Symbolum fidei, & spei nostræ, nõ scribitur in chartis, &*
" *atramento, sed in tabulis cordis carnalibus. Adde hæc ex alijs. Symbolũ annulus dictus, eo quòd sit nota, & signum; ex Plinio lib. 33.*
" *c. 1. Quod prisci vngulũ (loqutur de annulo) vocabãt, posteà, & Græci, & nostri Symbolum. Dicitur etiam Collatio à* συμβάλλω, *id est, confero, hoc est, quod plures in vnum conferunt. Dionysius Areop. Eccles. Hier. Augustinus de tempore. serm. 2. Dominica in Ramis Palmarum. Cassianus lib. 6. de Incarnatione. cap. 3. & sanctus Clemens epist. 1. ad Iacobũ fratrẽ Domini, Rufinus in expositione Symboli. Etiam ciuitatum pacta, & conuenta, Symbola dicta; eo quòd in pactis & conuentis, tesseris quibusdam vtebantur, quæ loco tabularũ, & syngrapharũ erãt: & illis ius dicebatur, Hispani vocant* señal, *quod idem est quòd Symbolum, ne in contractu partes retrocedant. Rectè igitur Apostoli, & Christiani homines signum, quod Paulus signaculum dixit, & quod inter eos collatum, & statutum erat, ad Christi D. N. fidem in vniuerso orbe prædicandam, Symbolum appellarunt. Symbolum verò Nicænum publicè, occentu sacerdotum in sacris solennibus recitatum fuit, vt tradit Theodorus, lect. Collectaneorum Bibliot. Timotheus (inquit)*

erat

(erat enim Constantinopolitanus Episcopus) ab amicis rogatus Symbolum fidei trecentorum & decem, & octo patrum per singulas synaxes dici curauit, ad reprehensionem Macedonij; quasi ille Symbolũ hoc nõ receperit. Cum autem semel tantùm in anno, in parasceue scilicet Dominicæ passionis, tempore, quo Episcopus catechizabat, recitatũ esset. &c. Hæc Theodorus. Rupertus Tungren. de Can. obseruãt. propos. vlt. est auctor à Marco Pont. Max. Symbolũ alta voce dici iussum post Euangelium; à Damaso P P. solennibus diebus Symbolũ Constantinopolitanũ ad Missam eius institutione decãtatum.

C.4. Monachorum] *Nomen Monachi recens, professio antiqua, & ab initio nascentis Ecclesiæ instituta, & sanctè culta: adde quod Philo scribit de Iosseis, & Dionysius Areop. & Augustin. in Ioan. tract. 97. Monasteria, & xenodochia posteà sunt appellata nouis nominibus: res autem ipsæ ante sua nomina erant.*

C.8. Vt Clericorum ex familia fisci] *Familiam fisci appellat conuentum eorum, qui res Ecclesiæ curabãt, & fiscum Ecclesiæ regebant. Greg. li. Reg. epist. 42. vocat ex familia Ecclesiastica Sacerdotes, vel familiã fisci vocat seruos fisco addictos. Fiscus vnde originẽ trahat, sunt qui dubitẽt: de eo sic Isidorus, lib. 20. orig. c. 9. ait: Fiscus saccus " est publicus, vnde & fiscella & fiscina dicuntur: hunc habent exactores, & in eo mittunt debitum publicũ, quod redditur Regibus. Erat " enim, vt ex multis legibus cõstat, fiscus, vt inquit Isidorus, vas quod " dam rusticum, capax, contextum, sparteum, quo recipiebantur pe- " cunia, & deferebantur. Varro. 4. de lingua Latina ait, fiscinam dici " à ferendo, cui affinis est fiscus: & ideò accipitur continens pro contẽto, scilicet fiscus pro pecunia, quæ fiscis continetur. Quidam existimarunt, ærarium dici pecuniam publicam. fiscum verò principis peculiarẽ. Plinius in panegyr. Traian. sic ait: At fortasse non eadẽ se- " ueritate fiscum, qua ærarium cohibes; imò tanto maiore, quanto " tibi plus licere de tuo, quàm de publico credis.*

Alij aliunde trahunt originem fisci, à nomine Græco φύσκος, vel φύσκη, quod idem est ex Hesychio, quod vterus, vel intestinum crassum; cuius natura est in perfectis animalibus, vt latitudine sua contineat cibum immissum: & ideò continuò non egemus alimenti subministratione: cuius similitudinẽ retinet fiscus in republica, vt instar vteri, pecunias recipiat, & paulatim eroget, ad eius conseruationem, & amplificationem.

A Principe donatos] *Donati sunt serui & Ecclesijs commendati, & dati, vt illis inseruiant: inde nomen donatorum adhuc in cœnobijs Monachorum durat*

Ex

C. 15. Ex seruis fiscalibus] *Fiscales res dicuntur, quæ fisci patrimonio sunt quasi propriæ, & priuatæ principis, vt diximus supra, leg. 2. §. Hoc interdictum. ne quid in loco publico. Vnde dicitur seruus fiscalis, qui erat ex fisco Regis: id constat ex confirmatione Concilij.*

C. 17. Fornicationis auidi] *Idem in Concil. Ilerdens. cap. 2. Primus huius nefandi parricidij auctor fuit Plato, vt Theodoretus affirmat oratione. 9. de legibus.*

CONCIL. SPALENSE Era DC. XXVIII.

INCIPIT EPISTOLA EPISCOPOrum de Concilio Spalensi, ad Pegasium Episcopum missa.

Aliàs Pagasium.

I *De mancipijs Ecclesiæ, ab Episcopo manumissis.*
ij *De mancipijs Ecclesiæ, ab Episcopo proximis suis collatis.*
iij *De Clericis, cum quibus mulieres cohabitent.*

DOmino sancto, & reuerenter à nobis honorando, charissimo fratri Pegasio Episcopo, Leander, Ioânes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Sintitius, & Petrus Episcopi, qui in vnum, in vrbe Spalensi adfuimus, sanctitatem tuam charitatis studio salutantes, precamur Dominum, qui nos de salute tua, vel visione lætificare dignetur.

I. *De mancipijs, ab Episcopo manumissis.*

INtereà confidentibus nobis in ecclesia Spalensi sancta Hierusalem, breuem mancipiorum Ecclesiæ, [a] quos libertasse visus fuerat decessor tuus, sanctæ recordationis Gaudentius Episcopus, vestri nobis Diacones obtulerunt: & non solùm [b] quos libertauerat ibidem relegimus, sed etiam quos proximis suis, de familijs Ecclesiæ donauerat, [c] in eodem breue recensuimus adnotatos. Qua de re Canonum instituta cõsuluimus, si talis libertas aut transactio potuisset esse stabilis: comperimus autem in Canone, vt Episcopus, qui res proprias, excepto filiis & nepotibus, alteris, & non ecclesiæ suæ dimiserit, quidquid de ecclesiæ rebus, aut donauit, aut vẽdidit, aut [d] quoquomodo ab ecclesia transtulit, irritum habetur. Et ideò, si res præcessoris tui Gaudentij Episcopi ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt [e] absoluti. Cæterum si res illius in compensationem ecclesiæ vestræ deseruiunt, illi prorsus maneant liberi: nam si (vt dictum est) præstitum de suis rebus non fecit ecclesiæ, damnum vtique inferre non debuit. Propterea ergo de vno cõsensu omnes significamus, magis humaniùs, quàm seueriùs cogitantes,

Concilio Agathensi. Can. 33. Sic supra Cõcilio Bracarensi. 3. can. 7. pro excepto, & alibi.

[a] Que liberasse. Exc.

[b] Que liberauerat. Exc.

[c] In eodem breui inuenimus annotata. Exc.

[d] A.C. quod commodum.

[e] Legitimè abs. A. C. legitimum liberti.

cogitantes, vt hi, quos constat tali conditione fuisse [a] libertos, in iure Ecclesiæ maneant, vt idonei; & peculium suum non alijs personis, sed tantùm suis filijs derelinquant: ipsis quoque filijs, & nepotibus cum peculio ipsorum, quasi idoneis, in iure Ecclesiæ permanentibus, in extraneam eis personam non liceat quippiam [b] transmutare: sed si qui eorum sine hærede discesserunt, peculium eorum [c] vestræ proficiat Ecclesiæ.

[a] Libertos. Exc. C. A. libertatos.

[b] Transmittere. Exc.

[c] Sanctæ. Exc.

II. De mancipijs Ecclesiæ, ab Episcopo proximis suis collatis.

Ea verò mancipia, quæ memoratus Episcopus de iure ecclesiæ sublata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesiæ ipsius non compensauit, ecclesia vestra, [d] absq; alia oppositione recipiat. Hanc formam non solùm vestra, hoc est, ⋆ Astigitana seruabit ecclesia; sed & si qui per omnẽ Bæticam prouinciam tali conditione, vel sorte de iure ecclesiæ commearunt, pari sentẽtia subiacebunt: durum est enim, atq; irreligiosum, vt Episcopus, qui ecclesiasticis stipendijs viuit, & proprietatem suam lucris ecclesiæ minimè confert, aliorum oblationes à iure ecclesiastico priuet.

[d] Aliqua. A. C.

⋆ Accitana sed Astigitana legendum: nã Pegasius Astigitanus subscribit in. 3 Tolet. num. 65.

III. De Clericis, cum quibus mulieres cohabitent.

Inter cætera verò cognoscite à nobis hoc definitum, pro abolendis maculis Clericorum; quia quidam Episcoporum non obseruantes nuper [e] editum Concilij Toletani decretum, minùs soliciti in subiectis existunt, proinde placuit, vt si Presbyteri, Diacones, vel Clerici consortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem, per Sacerdotis sui admonitionem à se minùs remouerint, in fecundis iudices easdem mulieres, cum voluntate & permissu Episcopi comprehensas, in suis lucris vsurpent: vt vitium hoc dum Sacerdos inhibere non præualet, potestas iudicialis coerceat: dato tamen ab ijsdem iudicibus sacramento Episcopis, vt eas Clericis nulla arte restituant. Quòd si restituerint, ipsi iudices sententiâ excommunicationis feriantur: [f] mulieres verò illæ iuxta priores Canones, à Sacerdotibus distractæ, in monasterio Deo votarum tradantur seruituræ.

Concil. Tol. 3. c. 5. & Tol. 4. c. 41. de hac re scripsimus.

Tol. 3. c. 5. Tol. 4. c. 41. Tol. 8. c. 5. Carthagin. 3. c. 17.

[e] In A. C. edictum, & deest vox decretum.

[f] Mulieribus verò illis iuxta prio. can. à Sacerdote distractis, pretium earũ indigentib. dispensetur: & sic ferè legitur in cap. 5. Tolet. 3. ex C. A.

QVæ ſtatuta manu noſtra ſubſcripſimus, data ad ſanctitatẽ veſtram die primo Nonarũ Nouembrium, anno quinto regni glorioſiſsimi domini noſtri Reccaredi regis, Era DC. XXVIII.

Leander eccleſiæ ſanctæ Spalenſis Epiſcopus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

Benenatus in.3. Tolet. num. 11.

Ioannes Epiſcopus [a] Egabrenſis, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

[a] Aliàs Agabrenſis.

Agapius eccleſiæ ſanctæ Cordubenſis Epiſcopus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

Stephanus Epiſcopus Eliberitanus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

Baſilius Epiſcopus [b] Eliplenſis, hanc conſtitutionem ſignaui, & ſubſcripſi.

[b] Aliàs Ilipenus.

Velatus Epiſcopus Tuccitanus, hanc cõſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

Sintitius Epiſcopus Italicenſis, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

Petrus Epiſcopus Abderitanus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi.

De ſubſcriptionibus.

Leander, Agapius, Stephanus, Baſilius, Velatus, ſubſcribunt in tertio Concilio Toletano. Ioannes, & Sintitius, & Petrus, poſt tertium Toletanum ſedibus præfecti ſunt.

Ad Hiſpalen. Metropolim pertinent ex his

Hiſpalis.	Elipla.
Egabro.	Tucci.
Corduba.	Italica.
Eliberis.	Abdera.

Additur antiquæ partitioni Tucci, & Abdera, & deficiunt Aſidona, Malaca, Aſtigis.

Notæ.

COncilium Spalenſe] *De Hiſpali, ſeu Spali, vt Gothi efferũt, Bætica prouinciæ vrbe clariſſima, habes apud Plinium, lib. 3. cap. 1. & Strabonem lib. 3. Ptolemæum lib. 2. c. 4. Fuit hoc Concilium congregatum anno Domini 590. Era 628. anno quinto Recca-*

Reccaredi regis. Existimo hoc Concilium non extare integrum, sed esse tantùm epistolam ex Concilio, missam Pegasio Astigitano Episcopo: alia verò plura in Concilio fuisse decreta, quæ non extant.

FRAGMENTA, QVAE EX Concilio Hispalensi citantur.

EX CONCILIO SPALENS. Cap. 1.

Burch. lib. 2. c. 115. Ino. p. 5. c. 215.

NE passim Episcopus multitudinem Clericorum faciat: sed secundùm meritum, vel reditum ecclesiarum numerus moderetur.

EX CONCIL. SPAL. Cap. 2.

Burch. lib. 2. c. 102. Ino p. 5. c. 204.

Vt nullus Episcopus, vel infra positus, die Dominico causas iudicare præsumat.

EX CONCILIO SPALENS. Cap. 3.

Burch. lib. 2. c. 166. Ino p. 5. c. 176.

Accusationes aduersùs doctorem nemo suscipiat: quia non potest humano cōdemnari examine, quem Deus suo iudicio reseruauit.

EX CONCILIO SPALENS. C. 4.

Ino. p. 5. c. 189. Simile quod est in Conc. Bracarens. 2. c. 2.

Vt singulis annis quisque Episcopus parœciam suam circumeat populumq; confirmet, ac doceat; & ea, quæ vitanda sunt, prohibeat; & ea, quæ agenda sunt, viriliter agere studeat.

EX EODEM Cap. 5.

Burch. lib. 2. c. 114. Ino. p. 5. c. 318. Gratian. 12 q. 5 Fixum. Habes integrum hoc caput in Conc. Parisi. lib. 2. c. 14. vnde potiùs esse, vndirandum est.

Quoniam multi Episcoporum, amore propinquorum suorum, de rebus sibi commendatis, suo aut quolibet amicorum nomine prædia & mancipia emunt, &c, vt in propinquorum suorum ius cedant, statuunt; & ob hoc iura ecclesiastica conuelluntur, & ministerium Sacerdotale fuscatur; imò à subditis detrahitur, & contemnitur, placuit omnibus, vt deinceps auaritiæ hoc genus caueatur; fixumq; abhinc, & perpetuò mansurum esse decreuimus, vt Episcopus res sui iuris, quas aut ante Episcopatum, aut certè in Episcopatu hæreditaria successione acquisiuit, secundùm auctoritatem Canonicam, quidquid vult faciat, & cui vult conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quascunq; res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit, decreuimus, vt non propinquorum suorum, sed in Ecclesiæ, cui præest, iura deueniant.

EX CONCILIO SPALENS. Cap. 8.

Burch. lib. 1. c. 145. Ivo. p. 5. c. 258. Si quis Episcopus à quoquam impetitur, vel ille aliquam quæstionem retulerit, per Episcopos iudices causa finiatur; siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu elegerint.

EX CONCILIO SPAL. Cap. 8.

Burch. lib. 1. c. 187. Episcopum non liceat ante finem vitæ, alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicio Episcoporum; qui post exitum præcessoris, potestatem habent dignum eligere.

EX EODEM CONCILIO Cap. 9.

Burch. lib. 1. c. 146. Ivo. p. 5. c. 259. Iudices autem Episcopos, quos communis consensus elegerit, non liceat quẽquam, prouocare: & quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cũ hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

EX CONCILIO SPAL. Cap. 10.

Burch. lib. 1. c. 50. Si quis autem Episcoporum Synodo adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam Concilium dissoluatur, crediderit deserendum, alienum se à fratrum communione cognoscat; nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.

EX CONCILIO SPALENS. Cap. 10.

Burch. lib. 1. c. 213. Ivo. p. 5. c. 317. Vt Episcopi in rebus Ecclesiæ circa propinquos suos exponendis reprehensionem caueant, & vt discretionis modum teneant.

EX CONCILIO SPALENSI.

Ivo. p. 3. c. 174. Vt vnicuique Ecclesiæ mansus integer, àbsque vllo seruitio attribuatur. Omnes primitias, & decimas, tã de pecoribus, quàm

quàm de frugibus diues ſimul & pauper eccleſijs ſuis rectè offerant. Dicit enim Dominus per Prophetam: Apportate omnem decimam in horreo meo; vt cibus ſit ſeruientibus in domo mea. Omnis ruſticus, & artifex quiſque de negotio iuſtam decimationem faciat. Sicut enim Dominus omnia dedit, ita de omnibus decimam exigit; vt de fructibus agri, ita de nutrimento omni; vt de apibus, ita de melle; vt de agnis, ita de velleribus & caſeis; vt de porcellis, ita de capris, de bubus & equis; vt de minoribus, ita de maioribus exigimus, & cæteris. Si quis autem hæc omnia non decimauerit, prædo Dei eſt, & fur, & latro: & maledicta, quæ intulit Dominus Cain, non rectè diuidenti congeruntur. De his verò omnibus, nullus ſit, qui de Sacerdotibus requirat cenſum, vel aliquod ſeruitium, præter Eccleſiaſticum.

CONCI-

CONCILIVM Cæſarauguſtanum .II. Era DC.XXX. Anno VII. Reccaredi regis.

.I.

QVVM in Dei nomine vrbem Cæſarauguſtanam prouinciæ Tarraconenſis, ex permiſſo glorioſi, atque ſanctiſsimi Principis, Reccaredi regis, in anno ſeptimo regni eius, congregati fuiſſemus, pro Dei amore tractantes, id placuit ſanctæ & venerabili Synodo, vt Presbyteri, qui ex hæreſi Arriana ad ſanctam catholicam Eccleſiam conuerſi ſunt; qui ſanctam & puram fidem, atque caſtiſsimam tenuerint vitam, acceptam denuò benedictionem Preſbyterij ſanctè & purè miniſtrare debeant: cæteri verò, qui hāc ſupraſcriptam vitam adimplere, vel tenere neglexerint, ab officio depoſiti ſint in Clero. Ita & de Diaconibus, ſicut & de Presbyteris conſtitutum eſt.

.II.

Statuit ſancta Synodus, vt reliquiæ; in quibuſcumque locis de Arriana hæreſi inuentæ fuerint, prolatæ à Sacerdotibus; in quorum eccleſijs reperiuntur, Pontificibus præſentatæ, igne probentur. Quòd ſi à quibuſlibet occultatæ fuerint, & deteguntur, à ſacroſanctæ catholicæ Eccleſiæ cœtu ſegregentur.

.III.

Statuit ſancta Synodus, vt Epiſcopi de Arriana hæreſi venientes; ſi quas eccleſias ſub nomine catholicæ fidei conſecrauerint, necdum benedictione percepta, à catholico Sacerdote conſecrentur denuò.

Sub

1 Sub die Calendarum Nouembrium, Era DC.XXX. anno quo supra, Artemius, in Christi nomine Episcopus, Tarraconensis Prouinciæ Metrapolitanus hanc constitutionem subscripsi.

2 Sophronius, in Christi nomine Episcopus, hanc constitutionem subscripsi.

3 Stephanus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

4 Iulianus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

5 Simplicius, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

6 Asterius, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

7 Munius, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

8 Liliolus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

9 Magnus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

10 Ioannes, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

11 Galanus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

12 Iulianus, in Christi nomine Episcopus, subscripsi.

13 Antedius, in Christi nomine Diaconus, agens vicem domini Gauini Episcopi, subscripsi.

14 Stephanus, in Christi nomine Diaconus, agens vicem domini mei Aquilini Episcopi, subscripsi.

De subscriptionibus.

Hoc Concilium fuit actum anno septimo Reccaredi Regis, Era 630. Toletanum vero tertium, Era 627. vnde ferè omnes Episcopi, qui in Toletano, in hoc etiam subscribunt. Præfuit Artemius Tarraconensis, qui successit Stephano, deinde Sophronius Egarensis, Stephanus Tyrassonensis, Iulianus Dertosanus, Simplicius Cæsaraugustanus, vel potiùs Vrgelitanus, Asterius Aucensis, Mumius Calagurritanus, Liliolus Pampilonensis, Ioannes Mentesanus, Gauinus Oscensis, Aquilinus Ausonensis, Galanus, in Barcinonensi, Empuritana Ecclesia Episcopus.

Magnus] *Lego Maximus, qui fuit Cæsaraugustanus, de quo infra in Concilio Barcinonensi, & Simplicius est Vrgelitanus.*

DE FISCO BARCINOnensi, Era DC.XXX.

DOminis sublimibus,& magnificis filiјs, aut fratribus Numerariјs, Artemius Episcopus Tarraconēsis, vel omnes Episcopi, ad ciuitatem Barcinonensem fiscum inferentes.

Quoniā ex electione domini,& filiј,ac fratris nostri, Scipionis, Comitis patrimoniј, in anno feliciter septimo gloriosi domini nostri Reccaredi Regis, in officium Numerariј, in ciuitatem Barcinonensem prouinciæ Tarraconensis electi estis,& à nobis, sicut consuetudo est, consensum ex territoriјs, quæ nobis administrare consueuerunt, postulastis; idcirco per huius consensus nostri seriem decreuimus, vt tam vos, quàm agentes, siue adiutores vestri, pro vno modio Canonico ad populum exigere debeatis, hoc est siliquas VIII. & pro laboribus vestris siliquam vnam; & pro ineuitabilibus damnis, vel interpretia specierum, siliquas IIII. quæ faciunt in vno siliquas. XIIII. Inibi hordeo, quod pro nostra definitione, sicut diximus, tàm vos, quàm adiutores, atque agentes exigere debeant, nil amplius præsumant vel exigere, vel auferre. Siquis sanè secundùm consensum nostrum acquiescere noluerit, vel tibi inferre minimè procurauerit in specie, quod tibi conuenerit, fiscum suum inferre procuret. Quod si ab agētibus vestris aliqua superexacta fuerint, quā huius consensus nostri tenor demonstrat, vos emendare, & restituere, cui malè ablata sunt, ordinetis.

IN quo consensu, subter, qui consensimus, manibus nostris subscripsimus factum cōsensum; sub die pridiè Nonas Nouembris, Era DC.XXX. anno septimo regni dñi nostri.

Artemius, in Christi nomine Episcopus, consensum nostrum subscripsi.

Sophronius, in Christi nomine Episcopus, consensum nostrum subscripsi.

Galanus, in Christi nomine Episcopus, consensum nostrum subscripsi.

Ioannes, in Christi nomine Episcopus, consensum nostrum subscripsi.

De

De ſubſcriptionibus.

A*Rtemius erat Metropolitanus Tarraconenſis, Sophronius Egarenſis, Ioannes Gerundenſis, in Barcin. Galanus, Empuritanæ Eccleſiæ Epiſcopus in Barcin.*

Notæ.

COmitis patrimonij] *Comes ſacri patrimonij erat, qui regis patrimonium, poſſeſsiones, & menſam procurabat: vnde procurator à Lampridio in Commodo dictus: & meminit de hoc Caſsiod. ad Iulianum comitem patrimonij, ſcribente Theodorico lib. 1. Variar. &.4.6.*

Numerarij] *Sub arte ſupputandi numerarij cõtinentur, qui à Iuſtiniano Tabularij dicti ſunt; eo quòd in tabulis tota ratio ærarij amplecteretur. l. 2. de numerarijs, & auctuarijs, lib. 12. C. titu. 50. & calculatores; eo quòd calculis ſupputatio fiat; olim & nunc lapillis, id eſt, calculis numeratum, nemo eſt qui ambigat: vnde titulus eſt de errore calculi. Perſius.*

Diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

„ *Iſidorus, lib. 8. etymol. cap. 4. Numerarij (inquit) vocati, qui publicum numum ærarijs inferunt.*

Modio Canonico] *De modio vide Iſidorum, lib. 16. etymol. cap. 25. eſt menſura librarum 44. Plinius, lib. 18. c. 7.*

Siliqua] *Ex eodem cap. 24. vigeſimaquarta pars ſolidi eſt, ab arboris nomine vocabulum tenens.*

TOLETANVM Concilium ſub Reccaredo, anno XII. regni eius, Era DC.XXXV.

IN NOMINE DOMINI, CONSTI-tutio Synodi Epiſcoporum, numero decem & ſex, qui conuenerunt in vrbem Toletanam, in Eccleſiam Apoſtolorum ſanctorum Petri, & Pauli, ſub die ſexto decimo Kalendas Iunias, anno feliciter duodecimo regni Chriſtianiſsimi, & amatoris Dei, glorioſiſsimi domini Reccaredi Regis.

I.

PRiſcorũ Patrum ſequẽtes monita, id præcipiunt Dei Sacerdotes, vt quę ſanctæ Trinitati cõueniũt, operibus fidei Catholicæ in omnibus coniungantur: ita vt ſanctam, & amicam Dei obſeruantes caſtitatem, non ſolùm retinendam Põtifices ſuo corpore cẽſeant, ſed & Presbyteris, & Diaconibus miniſtrantibus Dei altaribus, modis omnibus obſeruandam conſtituant: vt ex hisqui caſtitatis voluerit patientiam violare, tali ſorte coërceatur, vt vltimus, à quo eſt gradu, deiectus, Deo ampliùs non miniſtret; ſed Sacerdotis ſui electione, ſit tali clauſtro cõſeptus; vt cæteros ſuo exemplo corrigat, & ille ex pœnitentia reuiuiſcat.

II.

Id etiam placuit Dei Sacerdotibus, ne quiſquam Antiſtes infra ſuam parœciam, Dei aulam inquirat; & munificus ille, qui ſanctam Dei ædificauerit Eccleſiam, quod ibidem, pro ſuo hærede largitus eſt, eodem loco Presbyter ſecundùm priorũ Canonum inſtituta deſeruiens, habeat. Et ſi Presbyterum ea facultas habere non permittit, vel Diaconus inſtituatur. Certè ſi minor eſt cenſus, Oſtiraius à Sacerdote ſit electus, qui nitorem infra ſinus ſãctæ Eccleſiæ faciat; qui & ſanctarum reliquiarum luminaria omni ſubſequenti nocte accendat.

Maſſona,

1 MAssona, in Christi nomine Emeritensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
2 Migetius, in Christi nomine Narbonensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
3 Adelphius, in Christi nomine Toletanę Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
4 Motto, in Christi nomine Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
5 Petrus in Christi nomine Arcauicensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
6 Asterius in Christi nomine Aucensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
7 Eleutherius, in Christi nomine Cordubensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
8 Ioannes, in Christi nomine Oxomensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
9 Baddo, in Christi nomine Eliberitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
10 Licerius, in Christi nomine Egitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
11 Ginesius, in Christi nomine Magalonensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
12 Stephanus in Christi nomine Oretanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
13 Iosimus, in Christi nomine Elborensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

De subscriptionibus.

ADelphius] *Qui successit Euphemio viro sancto, qui. 3. Toletano interfuit.*

„ Motto] *Lege Mutto, ex subscriptionibus. 3. Toletani: Mutto (inquit) Setabitana Ecclesia Episcopus.*

Petrus] *Subscribit in. 3. Toletano. sicut Asterius, & Migetius, & Massona.*

·· Iosimus] *Elbora, an sit Talauera, quæ nunc est in Carpetana prouincia insigne oppidum, an in Lusitana, Ebora, disceptant viri doctissimi, Resendius, & Bartholomæus Albornoz, & Queuedo Toletanus Portionarius.*

CONCILIVM Oſcenſe, anno tertio decimo regni domini noſtri glorioſiſsimi Reccaredi Regis, Era DC.XXXVI.

I.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, conuenientes omnes in vnum, Concilio Oſcenſi, hoc Synodus ſancta fieri, elegit, vt annuis vicibus vnuſquiſq; noſtrum omnes Abbates monaſteriorum, vel Presbyteros, & Diaconos ſuæ diœceſis ad locũ, vbi Epiſcopus elegerit, congregare præcipiat, & omnibus regulam demonſtret ducendi vitas, cunctoſq; ſub Eccleſiaſticis regulis adeſſe præmoneat; quoſque etiam parſimoniæ, & ſobrietati, atq; veridicæ caſtimoniæ honeſtorum virorum teſtimonio fama commendet.

II.

Solicitum etiam pro hac re vnumquemq; noſtrum eſſe conuenit, vt curioſa indagine perquiramus, ſi Presbyteris & Diaconibus, atq; Subdiaconibus, & Clericis pudica & caſta ſit vita. Quòd ſi (quod abſit) quicquam mali de quoquam fama dictauerit, per veram & certiſsimam Clericorum probationem, vel virorum admanuenſium, vel certè illarum fœminarum, de quibus fama percurrit, atq; etiam diuerſis argumẽtis, ex quibus adulterorum indicia certiſsimè ſuſpicari ſolent, omnia argutiſsimè perquirantur: vt neq; per falſitatis obumbrationem quiſquam notetur, neq; per quaſdam excuſationes admiſſum facinus operiatur; dum per publicam probationem minimè reconuinci garriant; ſed probatæ vitæ ſe vixiſſe, honeſtorum Clericorum teſtimonio clarere demonſtrent.

D*E Concilio Oſcenſi ſit mentio infra, in Concilio Tarraconenſi, ſiue Egarenſi, ſub Siſebuto rege.*

CONCI-

CONCILIVM Barcinonense, Era DC.XXXVII, anno. xiiij. Regis Reccaredi.

CVm, duce Domino Iesu Christo, die Kalend. Nouembris, anno feliciter xiiij. regni Christianissimi, & pijssimi domini Reccaredi Regis, Tarraconensis prouinciæ Episcopi in vrbem Barcinonensem, in Ecclesia sanctæ Crucis, fuissent congregati, hoc sancta Synodus statuere elegit.

I

Vt cùm ad officia Ecclesiastica Clerici prouehuntur, nihil pro benedictione, aut Subdiaconij, vel Presbyterij conlata, quicquã, vel sub obligationis nòmine à quocunq; Episcopò, vel ab eius Clero inquiratur: illud Domini Iesu meminentes Math. 10. edictum, quod ait: Gratis accepistis, gratis date.

II

Simili etiam statutum conditione est, vt cum chrisma presbyteris diœcesanis pro neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur; ne gratia Dei pretio benedictionis affecta, simoniacum interitum ementibus, vendentibusq; adsociet.

III

Hoc etiam innouandum, custodiendùmue in omnibus sancta statuit Synodus, vt secundùm priscorum Canonum constituta, vel Synodalium epistolas Præsulum præmonẽtes, nulli deinceps laicorũ liceat ad Ecclesiasticos ordines, prætermisso Canonũ præfixo tempore, aut per sacra regalia, aut per consensionem Cleri, vel plebis, vel per electionem, assensionemq; Pontificum, ad summum Sacerdotium aspirare, ac prouehi; sed, cùm per Canonum conscripta tempora, Ecclesiasticos per ordinẽ, speciali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus, ad summum Sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino prouehatur. Ita tamen, vt duobus, aut tribus, quos ante consensus Cleri, & plebis elegerit, Metropolitani iudicio, eiusq; Coëpiscopis, præsentatis, quem sors, præeunte Episcoporum

ieiunio, Christo Domino terminante, monstrauerit, benedictio consecrationis adcumulet. Aliter deinceps, quod absit, præsumptum, & ordinatores, & ordinatos proprij honoris depositio subsequatur.

IIII

Pari etiam consideratione sancientes, vt si qua virgo, propria voluntate, abiecta laicali veste, deuotarum more induta, castitatem seruare promiserit; vel si qui hominum vtriusque sexus pœnitentiæ benedictionẽ expetendo, à Sacerdote perceperint, & ad terrena connubia sponte transierint; aut violenter abstractæ fœminæ, pudicitiæ violatore se sequestrare noluerint, vtriq; ab Ecclesiarum liminibus expulsi, ita ab hominum catholicorũ communione sint separati, vt nulla prorsus eis vel conloquij consolatio sit relicta.

1 Asiaticus, in Christi nomine Episcopus Tarraconensis Metropolitanæ ciuitatis, his constitutionibus interfui, consensi, & subscripsi.
2 In Christi nomine, Vgnus Barcinonensis Episcopus, hunc consensum subscripsi.
3 Simplicius, in Christi nomine Vrgelitanæ Ecclesiæ Episcopus, hanc constitutionem consentiens subscripsi.
4 In Christi nomine, Aquilinus Ausonensis Ecclesiæ, hanc constitutionem consentiens subscripsi.
5 Iulianus, in Christi nomine Ecclesiæ Dertosanæ Episcopus, annuens subscripsi.
6 Mumius, in Christi nomine Ecclesiæ Calahorritanæ Episcopus, consentiens subscripsi.
7 Galanus, in Christi nomine Ecclesiæ Empuritanæ Episcopus, his constitutionibus annuens subscripsi.
8 Froisclus, in Christi nomine Ecclesię Dertosanæ Episcopus, annuens subscripsi.
9 Ioannes peccator de Gerunda, in his constitutionibus annuens subscripsi.
10 Maximus, Ecclesiæ Cæsaraugustanæ minister, in his constitutionibus annuens subscripsi.
11 Amelius, in Christi nomine Ecclesiæ Ilerdensis Episcopus, his constitutionibus annuens subscripsi.
12 Ilergius, in Christi nomine Ecclesiæ Egarensis Episcopus, in his constitutionibus annuens subscripsi.

De

De ſubſcriptionibus.

Asiaticus Metropolita Tarraconenſis ſucceßit Artemio, qui ſubſcribit in Cæſarauguſtano. 2. Vgnus Barcinonenſis ſubſcribit in. 3. Tolet. ſimiliter Simplicius Vrgelitanæ, & Aquilinus Auſonenſis in. 2. Cæſarauguſtano: & Iulianus Dertoſanæ: in vtroq; etiam, & Mumius: Galanus in. 2. Cæſarauguſtano ſine titulo Eccleſiæ: in. 3. Toletano ſubſcribit Froiſclus, nō adiecto nomine Epiſcopatus. Iam diximus ſuprà, qua ratione duo eiuſdem Eccleſiæ haberent titulum; Iulianus Dertoſæ in. 2. Cæſarauguſtano, & 3. Toletano, & Mumius ſimiliter. Maximus Cæſarauguſtanus fuit vir eruditione, & pietate conſpicuus; ſcripſit de rebus geſtis Gothorum in Hiſpania, vt refert S. Iſidorus.

TOLETANA Synodus, ſub Gundemaro, Era DC.XLVIII.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti: Conſtitutio Carthaginenſium Sacerdotum, in Toletana vrbe apud ſanctiſsimum Eccleſiæ eiuſdem Antiſtitem.

COnuenientibus nobis in vnum, pro religione, & fide, quam Chriſto debemus, placuit; ne quid vltra in nobis abſurdum, vel inlicitum oriatur, alterna conlatione decretum iuſtiſsimæ promulgare ſententiæ; quo perſpicuè clareat inter nos, ordo, ac diſciplina Eccleſiaſticæ dignitatis, & agnoſcatur fraternæ concordia pacis.

Tali ergo diſpoſitione, neceſſarium contuētes, ob ſtudium noſtri ordinis, communi electione decreuimus, congruum eſſe prouida diſpoſitione iudicium, fatētes huius ſacroſanctæ Toletanæ Eccleſiæ ſedem Metropolitani nominis habere authoritatem, eamq; noſtris Eccleſiјs, & honoris anteire poteſtate, & meritis.

Cuius quidem principatus nequaquam conlationis noſtrę conniuentia nuper eligitur, ſed iam dudum exiſtere antiquorum Patrum Synodali ſententia declaratur; ea dumtaxat Concilij forma, quæ apud ſanctum Montanum Epiſcopum in eadem vrbe legitur habita. Proinde ergo diſpoſitionem noſtram inſtructæ conlationis definitione celebrantes, elegimus, ne quis vltra comprouincialium Sacerdotum inani, ac peruerſa contentione obnitatur huius ſacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ Primatū contemnere: neq; peruicaci ſchiſmatum ſtudio ad ſummos Sacerdotalium infularum ordines, remota huius ſedis poteſtate, à nobis quempiam, ſicut hactenus factum eſt, prouehere. Talem itaq; ſpecialiter à nobis, ac ſucceſſoribus noſtris deferri dignitatis honorificentiam huic Eccleſiæ pollicemur, qualem in decretis ſanctorum Conci-

liorum beatissimi Patres Metropolitanis Ecclesijs decreuerunt. Huius ergo, & nos reuerentiæ obseruationem fideli custodia pollicemur: huius honorificentiam conseruari diligenti prospectu à successoribus nostris, per metas sequentium ætatū, volumus. Sanè quicunq; ex nobis, vel successoribus nostris, hæc statuta transcenderit, anathema sit Domino nostro Iesu Christo; atq; culmine Sacerdotali deiectus, perpetuæ excommunicationis sententia prædamnetur.

Facta constitutio Sacerdotum in vrbe Toletana, sub die. x. Kalendarum Nouembrium, anno regni primo pijssimi, atq; gloriosissimi Gundemari Regis. Era [a] DC.XLVIII.

[a] DCC.XLIX.C.A.

1 Protogenes sanctæ Ecclesiæ Segontiensis Episcopus, hanc decreti nostri professionem, pro firmitate subscripsi.
2 Theodorus sanctæ Ecclesiæ Castulonensis vrbis Episcopus, subscripsi.
3 Minitianus sanctæ Ecclesiæ Segobiensis, subscripsi.
4 Stephanus sanctæ Ecclesiæ Oretanæ Episcopus, subscripsi.
5 Iacobus Mentesanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
6 Magnentius sanctæ Ecclesiæ Valeriensis Episcopus, subscripsi.
7 Theodosius sanctæ Ecclesiæ Arcauicensis Episcopus, subscripsi.
8 Marinus sanctæ Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, subscripsi.
9 Conantius sanctæ Ecclesiæ Palentinæ Episcopus, subscripsi.
10 Poscarius sanctæ Ecclesiæ Segobiensis Episcopus, subscripsi.
11 Vincētius sanctæ Ecclesię Bigastrensis Episcopus, subscripsi.
12 Eterius sanctæ Ecclesiæ Bastitanæ Episcopus, subscripsi.
13 Gregorius sanctæ Ecclesiæ Oxomēsis Episcopus, subscripsi.
14 Præsidius sanctę Ecclesiæ Cōplutensis Episcopus, subscripsi.
15 Sanabilis sanctæ Ecclesiæ Elotanæ Episcopus, subscripsi.

Porcarius. C. A. in 3. Tol. Proculus.

De subscriptionibus.

Subscriptio Toletani Episcopi deest: nam cùm de eius Primatu, & authoritate ageretur, & decerneretur, non erat æquum, vt ipse subscriberet; quamuis præsens adesset, vt in principio Concilij dicitur. Erat his temporibus Episcopus Toletanus Aurasius, virtute, eruditione, & vita sanctitate clarus, & illibatæ catholicæ doctrinæ acerrimus defensor. Vixit in Sacerdotio. xij. annos, regnante Victerico, & Gundemaro, & initijs Sisebuti; ex sancto Adefonso.

Stephanus] *Solus hic Episcopus, ex omnibus huius Concilij, subscribit in altero Toletano, sub Reccaredo Rege, anno. 12. Sedes quæ ad Carthaginensem prouinciam pertinebant, ex hoc Concilio etiam animaduertere licet: erant enim*

Segontia.	Palentia.
Castulo.	Segobrica.
Secobia.	Bigastrum.
Oretum.	Bastitana.
Mentesa.	Oxoma.
Valeria.	Complutum.
Arcauica.	Elotana. *De quibus supra*
Valentia.	*diximus.*

Notæ.

TOletana Synodus] *In his Toletanis Concilijs à me additis in hoc volumine numerum consultò non posui; ne antiquorum ordinem à patribus & generalibus Concilijs citatum euerterem, & confunderem: vnde consultius existimaui, ea sine serie ponere, seruata tantùm annorum antiquitate. Erant enim aliqua Concilia, in Canone posita, alia non: priora sunt quæ citãtur certis numeris, alia sine numeris traduntur. Vnde apud Rodericum Archiep. inuenies: Hoc Concilium est in Canone, hoc non est in Canone.*

Gundemarus] *Hic fuit tertius à Reccaredo Rege optimo, & sancto, cui Loiba filius natu maior Victericus, deinde Gundemarus, seu Gundemirus successit, Era 648. Vixit in regno annos duos, in principio hanc Synodum coegit.*

Sanctum Montanum] *Montanus Præsul Toletanus, Era 565. præfuit secundo Concilio Toletano, vt Metropolita, in eoq; subscripsit.*

Suggestio serui vestri Sesuldi.

MEam extremitatem ad sanctitatis vestræ deduco memoriam: & vt sæpe pro extremitate serui tui orare iubeas instanter suggero. [a] De cætero ad relatus sanctitatis vestræ deduco, quod conuenientia seruorum vestrorum fuit [b] pro humili vestro domino Emiliano; vt per voluntatem Dei & vestram, in Ecclesia vestra Sacerdotio fungatur. Et quia in ipsa

[a] De cetero autem. A.C.
[b] Per humilem vestrum dominum Emilanem. C.A.

ipsa diœcesi talis, nec melior inuenitur, pro eo domino suas suggestiones miserunt; vt si Deus domino aditum dederit, iubeatis venire: vt per manus vestras, & illud perficiatur, & aliud, quod adhuc insuper suspensum est: & desiderantes dominũ, de vultu vestro læti efficiamur. Si vero aliter est vestra præuisio, cui vultis ordinationem vestram dirigite, qui causam vestram perficiat: & ordo vester incolumis persistat.

ALIA PROPRII VERNVLI vestri Sunilani suggestio.

AD relatum sanctitatis vestræ deducimus, quòd per Dei electionem, omnes Sacerdotes vestri, & cũcti filij Ecclesiæ, in vnum conuenientes, requisierunt à me, [a] pro humili vestro domino Emilano: vt [b] prædictus vestra ordinatione in Ecclesiam Mentesanæ ciuitatis Põtifex ordinetur. Et quia eum humilitas cum sanctitate adornat, & origo generis red dit inlustrem, suggero clientulus tuus, vt si Deus beatitudini vestræ aditum dederit, ob restaurãdas ecclesias vestras, ad vestros vsq; humillimos non dedigneris accedere: quatenus famulorum vestrorum electio vestris sacris manibus compleatur: si tamen casus seculi in aliquid excellentiæ vestræ obuiauerit, ordinare, cui iusseritis, ex fratribus vestris scribere, qui vestra cõpleat iussa, & ampliùs Ecclesia vestra in desolatione non permaneat. Sic Christi gratiam eximietas vestra sine fine percipiat.

[a] Per humilem vestrum dominum Emilanem. C. A.
[b] Vt per Dei & vestram ordinationem. Alias

ALIA SVGGESTIO [c] SERVORVM Ioannis, Viuendi, Ermegeldi, vel omnium seruorum vestrorum.

PErSesuldum filium vestræ Beatitudinis notuit, humilem [d] vestrum dominum Emilanem, vt si Deo & domino placitũ fuerit, in Ecclesiarũ ordine Pontifex ordinetur: ita & nos serui vestri suggerimus; vt si Deus aditum dederit domino, iubeatis eum hoc fastigium pati, vt per manus vestras sit cõpletum: si verò, quod absit, aliqua occasio seculi domino ob uiauerit, suggerimus, vt cui vult sanctitas vestra domino ⋆ vestros notescat: quia persona vestra electionem vestrorum im pleat. Sic vitæ æternæ præmium accipiatis.

[c] Ermigildi, Ioannis & serui eius. C. A.
[d] F. vestræ beatitudini, aut vestræ sanctitati.

Suggestio

Suggestio serui vestri Sesuldi] *Erant in. C. antiquo. M. s. post hoc Concilium hæ tres suggestiones: quas libenter posui: sunt enim libelli supplices, & postulationes populi, vel Ecclesiæ vacantis ad Concilium, vel Metropolitanum; vt in Episcopatu vacanti „ Pastor præficeretur: vnde inquit: Quòd conuenientia seruorum „ vestrorum fuit. Habebatq; hæc commendatio maximum pondus apud Concilium, in nominando Antistite: debebat enim esse postulatus ad honorem Sacerdotij, ex. 4. Concilio Tolet. c. 19. & eligi ibidem, cum omni Clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus Episcopis.*

INCIPIT

INCIPIT DECRETUM pijſsimi, atq; glorioſiſsimi Principis noſtri, Gundemari Regis, Era DC. XLVIII.

FLAVIVS GVNDEMARVS REX, Venerabilibus Patribus noſtris Carthaginenſibus Sacerdotibus.

Maieſtas] Titulo maieſtatis per antiquus eſt Regib' Hiſpaniæ.

LIcet Regni noſtri cura, in diſponendis, atq; gubernandis humani generis rebus promptiſsima eſſe videatur; tunc tamen maieſtas noſtra maximè glorioſiori decoratur fama virtutum, quum ea, quæ ad diuinitatis, & religionis ordinem pertinent, æquitate rectiſsimi tramitis diſponuntur: ſcientes, ob hoc pietatem noſtram, non ſolùm diuturnum temporalis imperij conſequi titulum, ſed etiam æternorum adipiſci gloriam meritorum. Nonnullam enim in diſciplinis Eccleſiaſticis, contra Canonum authoritatē, per moras præcedentium temporum, licentiam ſibi de vſurpatione præteriti Principis fecerunt: Ita, vt quidam Epiſcoporum Carthaginenſis prouinciæ non reuereantur, contra Canonicæ authoritatis ſententiam, paſsim, ac liberè, contra Metropolitanæ Eccleſiæ poteſtatem, per quaſdam fratrias, & conſpirationes, inexploratæ vitæ omnes Epiſcopali officio proueh1, atq; hanc ipſam præfatæ Eccleſiæ dignitatē, imperij noſtri ſolio ſublimatam contemnere; perturbantes Eccleſiaſtici ordinis veritatem, eiuſq; ſedis authoritate, quam priſca Canonum declarat ſententia, abutentes. Quod nos vltra modò vſq; in perpetuum fieri nequaquam permittimus: ſed honorem Primatus, iuxta antiquam Synodalis Concilij authoritatem, per omnes Carthaginenſis prouinciæ Eccleſias, Toletanæ Eccleſiæ ſedis Epiſcopum habere oſtendimus: cumq; inter ſuos Coëpiſcopos, tam honoris præcellere dignitate, quàm nominis: iuxta quod de Metropolitanis, per ſingulas prouincias antiqua

Canonum traditio ſanxit,& auctoritas vetus permiſit. Neq; eandẽ Carthaginẽſem prouinciam, in ancipiti duorum Metropolitanorum regimine, contra Patrum decreta permittimus diuidẽdam; per quod oriatur varietas ſchiſmatum, quibus ſubuertatur fides,& vnitas ſcindatur. Sed hæc ipſa ſedes, ſicut prædictum eſt, antiqua, no minis ſui, ac noſtri cultu imperij, ita & totius prouinciæ polleat Eccleſiæ dignitate, & præcellat poteſtate.

In Concilio Toletan. 3. vbi ſubſcribit Euphemius inter Metropolitanos.

Illud autẽ, quod iam pridem in generali Synodo Concilij Toletani, à venerabili Euphimio Epiſcopo, manus ſubſcriptione notatum eſt, Carpetaniæ prouinciæ Toletanam eſſe ſedem Metropolim, nos eiuſdem ignorantiæ ſententiam corrigimus: ſcientes proculdubio Carpetaniæ regionen non eſſe prouinciam, ſed partem Carthaginẽſis prouinciȩ, iuxta quod & antiqua rerum geſtarum monumenta declarant. Ob hoc, quia vna eademq; prouincia eſt, decernimus, vt ſicut Bætica, Luſitania, vel Tarraconenſis prouincia, vel reliquæ ad regni noſtri regimina pertinentes, ſecundùm antiqua Patrum decreta, ſingulos noſcuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginenſis prouincia vnum, eundemq;, quem priſca Synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes Comprouinciales ſummum honoret Antiſtitem; neque quicquam contempto eodem vltra fiat, qualia hactenus arrogãtium Sacerdotum ſuperba tentauit præſumptio. Sanè per hoc auctoritatis noſtræ edictum, amodò & viuendi damus tenorem, & religionis, vel innocentiæ legem; nec vltra poſt modùm, inordinata licentia, ab Epiſcopis ſimilia fieri patimur: ſed per noſtram clementiam præteritæ negligentiæ, pietatis intuitu, & veniam damus, & indulgentiæ opem concedimus; & dum ſit magna culpa hactenus deliquiſſe, maioris tamen, ac in expiabilis cenſura tenebit obnoxios, qui hoc noſtrum decretum, ex auctoritate priſcorũ Patrum veniens, temerario auſu violare tentauerit, nec vltra veniam delicti faciemus admiſsi, adempti, ſi de hinc honorem eiuſdem Eccleſiæ quilibet Carthaginenſium ſacerdotum contempſerit; ſubiturus proculdubio inobediens tam degradationis, vel excommunicationis Eccleſiaſticæ ſententiam, quàm etiam noſtræ ſeueritatis cenſuram. Nos enim talia in diuinis Eccleſijs diſponentes credimus fideliter regnum imperij noſtri ita diuino gubernaculo regi, ſicut & nos cultum ordinis, zelo iuſti

tiæ accensi,& corrigere studemus,& in perpetuum perseuerare disponimus.

FLauius Gundemarus Rex, huius edicti constitutionem pro confirmatione honoris sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, propria manu subscripsi.

1 Ego Isidorus Hispalensis Ecclesiæ prouinciæ Beticæ Metropolitanus Episcopus, dum in vrbem Toletanam pro occursu Regio aduenissem, agnitis his constitutionibus adsensum præbui,atq; subscripsi.

2 Ego Innocentius Emeritensis prouinciæ Lusitaniæ Metropolitanus Episcopus, dum in vrbem Toletanam pro occursu Regio aduenissem, agnitis his constitutionibus adsensum præbui,& subscripsi.

3 Ego Eusebius Tarraconensis Ecclesiæ Episcopus,subscripsi.

4 Ego Sergius Narbonensis Ecclesiæ Episcopus,subscripsi.

5 Ego Ioannes Gerundensis Ecclesiæ Episcopus,subscripsi.

6 Ego Ilergius Egarensis Episcopus,subscripsi.

7 Ego Literius Ecclesiæ Egæditanæ Episcopus,subscripsi.

8 Ego Maximus Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Episcopus, subscripsi.

9 Ego Mumius Ecclesiæ Calagurritanæ Episcopus, subscripsi.

10 Ego Fluridius Ecclesiæ Tyrassonensis Episcopus, subscripsi.

11 Ego Elias Ecclesiæ Cauriensis Episcopus,subscripsi.

12 Ego Goma Ecclesiæ Olysipponensis Episcopus, subscripsi.

13 Ego Fulgentius Ecclesiæ Astigitanæ Episcopus, subscripsi.

14 Ego Emila Ecclesiæ Barcinonensis Episcopus,subscripsi.

15 Ego Theudorus Ecclesiæ Ausesinæ Episcopus,subscripsi.

16 Ego Ioannes Pampilonensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

17 Ego Beniamin Ecclesiæ Dumiensis Episcopus,subscripsi.

18 Ego Agapius Tuccitanæ Ecclesiæ Episcopus,subscripsi.

19 Ego Gundemarus Ecclesiæ Vesensis Episcopus, subscripsi.

20 Ego Argebertus portucalẽsis Ecclesiæ Episcopus,subscripsi.

21 Ego Teueristus Salmanticensis Ecclesiæ Episcop.subscripsi.

22 Ego Vitulatius Ecclesiæ Lauerricensis Episcopus,subscripsi.

23 Ego Leontianus Lutobensis Episcopus,subscripsi.

24 Ego Pisinus Ecclesiæ Eliberitanæ Episcopus, subscripsi.

25 Ego Iustinianus Ecclesiæ Abelensis Episcopus,subscripsi.

26 Ego Venerius Ecclesiæ Castulonensis Episcopus,subscripsi.

De ſubſcriptionibus.

SVbſcribunt in hoc decreto, Gundemarus Rex, Iſidorus Hiſpalenſis, Innocentius Emeritenſis, qui ſucceßit Mauſonæ: Euſebius Tarraconenſis, qui Aßiatico; Sergius Narbonenſis, qui ſucceßit Migetio, in tertio Toletano; Ioannes Gerundenſis, & Ilergius Egarenſis, in Barcinon. Egeditanæ Licerius, in Toletano, Era.635. Maximus Cæſarauguſtanæ in Barcinonenſi; Mumius Calagurritanæ, in tertio Toletano, & Cæſarauguſtano ſecundo, & Barcinonenſi; Fluridius Tyraſſonenſis; Elias Caurienſis, Coma Olyſipponenſis; Fulgentius Aſtigitanæ, frater Leandri, & Iſidori, ex genere Regio, ſapientia, & ſanctitate clariores: Emila Barcinonenſis, qui Vgno; Theudorus Auſeſinæ, qui Aquilino: Ioannes Pampilonenſis: Beniamin Dumienſis, Agapius Tuccitanæ, Gundemarus Veſenſis, Argebertus Portucalenſis in tertio Toletano: Theueriſtus Salmanticenſis, Vitulatius Lauerricenſis, Leontius Lutobenſis, Peſinus Eliberitanæ, qui Baddo; Iuſtinianus Abelēſis, Venerius Caſtulonenſis, qui ſucceßit Theodoro.

Notæ.

FRatrias] *Fratriæ apud Ariſtotelem in Politicis, dicuntur hominum conuentus, propria, & peculiaria ſibi ſacra colentium: ij enim homines communi puteo vtebantur, quod Græcè dicitur* φρέαρ. *Hæc Budæus ad tit. de officio Quæſt. Inde fraternitates pro collegijs Chriſtianorum, apud Cyprianum, Hieronymum, Tertull. lib. de velandis virginibus, & lib. ad Martyres. Quandoq; etiam pro coniuratione, & ſodalitate factioſa vſurpatur; vt in Concilio Chalced. Can. 18. & 11. quæſt. 1. cap. Coniurationum.*

In his duobus decretis Reccaredi & Gundemari, opportunus ſe offert locus de Primatu Eccleſiæ Toletanæ, in Hiſpania, & Gallia Narbonenſi differendi: de qua re, dum Toleti agerem, ſequentem Commentarium feci.

QVi accuratiùs Eccleſiæ Toletanæ Primatum proſequuti ſunt, Romæ à Diuo Petro Apoſtolorum Principe, totiuſq; Eccleſiæ catholicæ Pontifice, Summoq; Sacerdote inſtitutum, ortumq; affirmant. [a] *Nam cum primùm Petrus in vrbem venit; ibiq; cæleſtis vitæ ſemina, fundamentaq; iecit, Dionyſium in Galliam,*

liam, Eugenium in Hispaniam misit, viros doctrina, & sapientia [a] *excellentes, qui Paulum ex Græcia fuerant sequuti; eosq. Primates in prima prouinciarum diuisione instituit, vt facilius, & ardentius muneri Apostolico incumberent.*

Factam autem fuisse ab Apostolis totius orbis, & prouinciarum partitionem, ad Euangelij faciliorem propagationem, testatur Anacletus Pont. Max. ad Episcopos Italiæ, his verbis: Prouinciæ (inquit) multo, ante Christi aduentū, tempore, diuisæ sunt maxima ex parte: posteà ab Apostolis, & B. Clemente, prædecessore nostro, ipsa diuisio est renouata: Et in capite Prouinciarum, vbi dudum Primates legis seculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppreßionibus, vel iniustitijs suis, ipsosq. appellabāt, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat: ipsis quoq. in ciuitatibus, vel locis nostros Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & Ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt: ad quos Episcopi si necesse fuerit, confugerent, eosq. appellarent: & ipsi Primatū nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ maiores iudices habebant (licet maiores Comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis iustè obedirent Primatibus: sicut in legibus seculi olim ordinatum erat; qui non Primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Hæc Anacletus. Quam sententiam libenter posui, vt Episcopi, Archiepiscopi, & Primatis discrimen, discrepantesq. functiones intelligas ab Apostolis acceptas, distinctasq. Idem enim testatur Anicetus Papa ad Episcopos Galliæ. Nulli [b] *(inquit) Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter Patriarchas, & Primates esse constituerunt.*

Eugenius igitur, vt in Hispaniam venit, elegit primam, & præclaram eius regionis vrbem, in qua cultum religionis Christianæ collocaret, [c] *in medio totius prouinciæ sitam; à qua velut à corde, spiritus vitalis, & sanguis Christi in totum corpus diffunderetur, & membra cœlesti pabulo augerentur: indeq. summi consilij gubernatio in reliquas ciuitates faciliùs propagari, effundiq. posset. Nam Anacletus Pontifex ad Episcopos Galliæ, in capite Prouinciarum esse Primates collocandos, ex decreto Apostolorum decreuit; & vocē Primates à primis sedibus vsurpatam*

[a] Rodericus Archiepiscopus Toletan. in defensione Primatiæ in Concil. Lateranensi: est etiam diuisio prouinciarū facta ab Apostolis, vt constat ex Anacleto PP. & habetur. d. 99. ca. Prouinciæ, & apud Iuonem. 5. p. c. 35.

[b] 99. Dist. nulli Archiep. & in decretis Stephani. 1. apud Iuon. lib. 4.

[c] Nam in capite prouinciarū ponebātur Primates ex decreto Apostolorū, ex Anacleto in epistola ad Episcopos Italiæ. & habetur. dist 99 cap. Prouinciæ: & vbi erat primo iudiciaria potestas, ibidem & Anicetus PP. inquit, illi Primates vocētur, qui primas tenent sedes, in epistola ad Episcopos Galliæ, & habetur. d. 99. cap. Nulli.

tam arbitratur, et ita supremum, et altũ, cœlesteq; munus in suprema, & prima instituit ciuitate, & iura cœlestia in eo hominũ conuetu, qui iure, & libertate inter alios eminet Hispaniæ populos, collocauit.

Hic sanctus vir, verè homo Dei, primus Ecclesiæ Tolet. Præsul fuit, totiusq; Hispaniæ Primas. A quo fonte amplissimi doctrinarũ riuuli deducti, vberrimũ pietatis incrementũ reddiderunt. Is enim Ecclesiam, quã plantauerat, studiosiusq; regeneratione sacrosanctæ baptismatis genuerat, sanguine proprio fuso rigauit, & auxit. Nam postquã gentem Toletanã conuertit ad Christum, et fonte baptismatis, et fidei sacramentis, et doctrina imbuit, ad Dionysium prædicationis gratia reuertens, in territorio Parisiensi, in persequutione sæua Domitiani, consummato martyrij cursu, coronã beatæ passionis gloriosè à Dño accepit. Corpus eius posteà sub Philippo. II. Rege clemẽtissimo, fuit Toletũ translatum: ibiq; magna populi veneratione, et pietate colitur. Eugenio vitafuncto, Sacerdotij dignitas in [a] Melanthium deriuatur. Et inde perpetua quædam Præsulũ successio stirpem Primatus in millesimũ quingentesimum et nonagesimũ annum produxit, hoc ordine, vt ex annalibus Ecclesiæ Tolet. accepimus: S. Eugenius, Melãthius, Pelagius, Patruinus, Toribius, Quintius, Vincẽtius, Paulatus, Natalius, Olympius, Audẽtius, Asturius, Isicius, Maiorinus, Castinus, Cãpeius, Sintitius, Palmatius, Petrus. I. Celsus, Montanus, Iulianus. I. Bacandus, Petrus II. Euphemius, Exuperius, Adelphius, Aurasius, Helladius, Iustus, Eugenius. II. Eugenius. III. Sanctus Illefonsus, Quiriacus, Sanctus Iulianus. II. Sigebertus, Felix, Guntericus, Sinderedus, Vrbanus; quo Pontifice Toletũ à Sarracenis oppugnatum, dolo captũ est. Quibus imperantibus, dum misera seruitute oppressa ciuitas tenetur, hoc ordine sequuti sunt: Cixilla, Petrus Pulcher, Sunicredus, Concordius, Elipandus, Vvestremirus, Sanctus Eulogius electus, martyr, Gumesindus, Bonitus, Ioannes. Restituta deinde vrbe in pristinam Christianæ religionis dignitatem, Primatus Bernardo datus est. Quem subsequuti sunt Raymundus, Ioannes, Zerebrunus, Gundisaluus. I. Petrus Cardona, Martinus, Rodericus, Ioannes. II. Gutierius. II. Sanctius Infans, Paschalis, Sanctius. II. Infans, Gundisaluus. II. S.R.E. Cardinalis, Ioannes Aragoniæ Infans. III. Rodericus Ximenius, Gundisaluus. III. Gutierius. III. Gilius de Albornoz. Card. Vascus de Toledo, Gometius Manrichius, Petrus Tenorius, Petrus de Luna, Sanctius de Rojas. III. Ioannes de Contreras. III. Ioannes de Cereçuela. IIII. Gutierius de Toledo, Illefonsus Carrillo, Petrus Gonçalez Mendoça Cardinalis, Frãciscus Ximenius. Cardinalis,

[a] Ex Conc. Eliberitu in subscriptionib.

dinalis, Guillelmus de Croy Cardinalis, Illefonsus de Fonseca, Ioãnes Tauera Cardinalis V. Ioannes Martinus Siliceus Cardinalis. VI. Bartholomaus Carrança, Gaspar Quiroga Card. VII. In hac verò longa Sacerdotũ serie non similis dignitatis splendor, atq; felicitas fuit. Nam Romanorum Imperio, à Nerone, vsq; ad Constantinum Magnũ, eius amplificatio,[a] persequutione feruente, nequißimi tẽporis calamitate oppressa, radices potiùs egit, quàm trunco, ramis, & folijs in altũ dilatata in hominũ conspectu cresceret. At post diuinæ memoriæ Magni Constantini baptismum, postquã veritatis lux menti eius infulsit, & propulsatis tenebris, lumen clarißimũ doctrinæ, & cœlestis consilij, mundo vniuerso refragante, gentibus luxit, officia Primatus, quæ parum anteà splendoris dederant, vsq; ad Gothicæ gentis in Hispaniam aduentus, magnũ nitoris, ac dignitatis ornamentum Christianis hominibus attulerunt. Quamuis Gothorum, & Romanorum intestinum de Imperio bellum; & Arriana, Priscillianaq; hæresis religionis incrementum debilitauit, atq; impediuit; quo vsq; sanctißimus Rex Reccaredus, abiurata, & extirpata in tota Hispania hæresi Arriana, remouit omnia, quæ impedimentum poterant afferre, ad fidem augendam, & amplificandam. Tandem Rodericus Rex turpis, & effœminatus, vno prælio à Sarracenis miserè deiectus, & victus, Regiam, & Ecclesiasticam maiestatem funditus euertit. Gens enim arrogans, victorijsq; superba, sine cultu veræ religionis, barbarica insolentia ferueñs, inhumanè cuncta vastauit, ciuitates succendit, & templa; Pontifices, Sacerdotes, sine delectu trucidati, corpora Sanctorum secũdò igni, et gladio tradita, virgines, et matronæ ludibrio exposita; ferum tandem, et funestum spectaculum Hispania toti orbi fuit. Imperialis etiam, Regiaq; ciuitas, quæ libertate, et iure Imperiali florebat, in oppreßionem, seruitutemq; immanem data, per trecentos, et septuaginta octo annos, miserè, velut in ergastulo succubuit. Quo tempore non tantùm Primatus amplitudine, verùm Metropolis splendore spoliata, informem quandam dignitatem sustinuit: ita vt caput totius Cleri, et sex parœciarum Christianorum, qui cum Arabis mixti vitam in seruitute degebant, Sacerdos simplex esset: indeq; Mixtarabi appellati. Summa ergò illa auctoritas coarctata, et imminuta, veluti terra inculta, et siluestris, horridaq;, noxiam, et veneficam illam Elipandi[b] plantam, produxit, quæ iustè eradicata, summorumq; virorum scriptis tanquàm falce præcisa, radices non egit.

At diuina hac Christianæ religionis lux, quæ tot annos extincta penè fuerat, emicuit iterum, quando Illefonsus Sextus Rex, Cœlesti adiuuante

[a] De persequutionib⁹ Ecclesiæ, Aug. lib. 18. de ciuitate Dei c. 52. & Paul. Orosius lib. 7. c. 7.

[b] Hæresim Elepandi primò refutauit Etherius Episcop. Oxom. & Beatus Presbyter Hispanus, & Ionas Epis. Aurel. posteà Cõcil. Francafor. eam damnauit.

adiuuante numine, Sarracenos profligauit, vrbemq; expugnauit, & reducto in eam diuino cultu, Primatum restituit, & vt erat in more, Gothorum tempore, Pontificem designauit. Nam expiato templo, quod impia Sarracenorum superstitione, & execrando ritu fuerat inquinatum, Bernardũ præfecit. Is enim post hanc templi instaurationem primus Pontifex creatus fuit: à quo continua Pontificum series, vsq; ad nostra tempora deriuata est.

Persequar ergo huius Primatus historiam, quæ quatuor rerũ vicißitudinibus, quas Ecclesia Toletana Hispaniarũ Primas, experta est, continetur; & quã in his commutationibus retinuerit dignitatẽ, vt ex antiquis annalibus potui colligere, aperiam; vt prudens lector intelligat, inanes fuisse nostrorum hominum cogitationes, & effrænatam audaciam eorum, qui adducti cupiditate dominandi, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ ius Primatus negant, & in eius maiestatem diplomatibus, & priuilegijs summorum Pontificum, & Regum tam longa annorum serie stabilitam, variè inuehuntur. Qui Primatus titulus à Sanctißimis illis priscis viris, egregijsq; Pontificibus tanti semper habitus fuit, vt ad eius auctoritatem retinendam, & conseruandam, sumptui, & labori non parcerent, solerentq; potiùs de ea, quàm de Archiepiscopatus iure gloriari; cuius defendendæ, aut augendæ ergò, coram Romano Pontifice per seipsos causam egerunt.

§. II.

Sanctus Eugenius primam Ecclesiasticæ dignitatis sedem Toleti collocauit; quo iacto fundamento, superædificari cœptum est: eoq; Ecclesiæ Toletanæ auctoritatis culmen peruenit, vt secundum à Romana sede, quæ caput & magistra totius Catholicæ religionis est, videatur locũ obtinere. Templum verò, in quo primò litatum Deo Christo est, dum sanctißimus vixit Eugenius, non ædificij pulchritudine, operisq; magnificentia floruit, sed ministrorũ sanctitate, & excellentia; in quibus conscientiæ puritas, ingens desiderium propagandæ Euangelicæ veritatis vigebat adeò, vt eo tẽpore cessauerit Primatus in coërcendo actio, Episcopiq; munus fuerit in puniendo veluti ociosum. Quippè cum ea esset viuendi constituta ratio, tam incorrupti omnium, & inculpa timores, vt nihil esset, quod Ecclesiastica deberet potestate coërceri, falceue amputari: imò nec vllum erat inter Ecclesias commercium; cuncta namq;, in angustias maximas insanus sæuiendi in Christianos furor adduxerat: qui innoxio, & religioso, sanctoq; sanguine effuso, Christianam religionem radicitus extirpare conabatur. Quicunq; tamẽ in Hispania fuerunt

illis

illis temporibus, Episcopi omnes, & reliqui Christiani Toletanum templum ab Eugenio ædificatum, velut omnium caput venerati sunt. Cuius fundamēta, licet parua, ibi tamen sunt iacta, vbi nunc est pulcherrimè, magnificeq; instructum. Sed in illa adhuc humilitate, hodiernæ altitudinis, & magnificentiæ, certa signa apparuerunt, conspicuumq; fuit, multis argumētis, quàm grata Deo essent in eo templo oblata sacrificia. Præterea omnium ciuitatum Episcopi templi Toletani Antistitem, veluti vnicū [a] Metropolitanū suspiciebant. Cùm enim adhuc non esset prouinciarū Hispaniæ singularis facta distributio, omnis auctoritas, & Patriarchalis, Metropolitanaq; iurisdictio ad vnicam sedem Toletanā referebatur. Quam formam, & speciem Ecclesia Hispanica, vsq; ad Magnū Imperatorem Constantinum retinuit: cuius tempestate summam religio Christiana tranquillitatē, & pacem assequuta, longè lateq; diffusa est. Dilatatis verò Christianæ religionis finibus, subsequitur prouinciarū [b] distributio, in quinque Metropolitanas Ecclesias, Carthaginēsem, Bæticam, Lusitanam, Tarraconensem, & Gallæciam, quæ Bracarensis est. Sed primaria super his sedibus auctoritas Carthaginensi prouinciæ, quæ Toletana Ecclesia est, semper delata fuit. Athanaricus Gothorum Rex, qui primus omnium [c] anno quinto Imperij [d] Valentis in Hispania dominari cœpit, Ecclesiæ ordinē in quinque Metropolitas distinctū reperit: quas hic expugnauit prouincias, & impia Arrianorum hæresi, quā Valentis Imperatoris opera didicerat, infecit. Ad hæc, cùm essent assidua dimicatione, à Romanis Gothi lacessiti, essetq; incertus belli exitus, pax, qua religionis cultus, & morum integritas cōtinetur, omninò turbata, sublataq; est. Imò & Episcopi Regia potentia timidi, eorum gratiam adulatione, & mendaci assentatione aucupantes, omnia ad voluntatē, nihil ad veritatem audentes loqui, vt canes muti, sectas, & hæreses impias animo, & sermone sequebantur. At Gothi postquàm secundis vsi prælijs, Romanam potentiam fregissent, prouinciam vniuersam, Ataulpho regnante, inter se partiti sunt. Alanis Carthaginensis; Lusitanaq; Vuandalis, qui etiam Silingui dicuntur; Bætica contigit Sueuis, & Vuandalis nonnullis Gallæcia; Celtiberia verò, quæ Tarraconēsis est, in Romanorum ditione permanente.

Seculari Hispaniæ Imperio in prouincias, hac ratione, veluti in partes sciso, simili partitioni Ecclesiasticus ordo subiacuit. Nam vnusquisq; Rex in Regni sui nobiliori vrbe, Primatus, & Metropolitæ ornamentum erigēdum, ad Imperij secularis auctoritatem retinendam, vtile iudicabat. Præterea vt summa Pontificis auctoritate

[a] Ex antiquo iure in vna prouincia nō poterant esse duo Metropolitani. Ex Conc. Chalced. ca. 11. & apud Iuonē. 5. parte. c. 146.

[b] De hac diuisione extat in Bibliotheca Ecclesię Toletanæ processus quidā, factus in lite ordinationis Ecclesiæ Valentinę, vbi dicitur ex sententia Rasi, & Abi Capāza habi, temporibus Constātini Magni fuisse Hispaniam in quinque prouincias, & Metropoles distinctam: & Ioannes Gerundensis in Concil. Eliberitan. fuisse factum existimat lib. 1. Parali. in diuisione Hispaniæ, ex sententia Apij. quamuis nos hanc diuisionem, sine auctoritate positam, existimauim⁹, suprà.

[c] Fra. 407.

[d] Roderic⁹ in Chro. lib. 1. cap. 1.

tate suffulta hæresis, quam sequebantur, altiùs fixa hominum men tibus inhæreret, latißimeq; nullo alio iudice propagaretur. A Vuan dalis ergo Hispalis Bætica caput, Primatus nomine decoratur; ab Alanis in Carthaginensi prouincia Toletum; Tarraco à Roma- nis, Bracara & Luco à Sueuis.

Primatus igitur Toletani cursum ab Eugenio vsq; ad Athana ricum Gothorum regem, trecētis & sexaginta nouem annis, à Chri- sti domini paßione comprehensum, vt cunq; narrauimus. Quo tēpo- re [a] Eliberitana Synodus celebrata est, sub Constātino Magno; qui post Baptismum, Ecclesiæ patrocinium ardenter susceperat. Conci- lium hoc nationale fuit, cui Melāthius Toletanus Episcopus inter- fuisse creditur; qui tamen in serie Archiepiscoporum, supra ianuam sacrarij Toletani inscripta nō refertur. Ex [b] quo aperte efficitur in ter Eugenium, & Pelagium, quosdam alios Antistites huius sedis gubernacula, tot annorum interuallo, rexisse.

[a] Era.361.

[b] In Topographia sanctorum, ponitur Honoratus in dictione. Cuncan.

§. III.

P*Rogressus Toletani Primatus ab Athanarico, vsq; ad Roderi- cum vltimum Gothorum regem continenter peruenit. Cum pri mum enim reges Gothi in Hispaniam irruerent, secularis Princi- patus tranquillitate & ocio, quo fruebantur Romani, perturbato, Ecclesiasticus etiam ordo, vnà immutatus est, & magnas subiuit ca lamitates, & infortunia; vnde plures prouinciæ Ecclesias suas pri- mas Primatus auctoritate extulerunt. Conatus tamen iste tamquā violentus diu permanere non potuit.[c] Nam postquam Leouigildus rex, totius Hispaniæ, atq; Narbonensis Galliæ Principatum pacifi- cè tenuit, Ecclesia etiam Hispanica ad vnitatē reducta, incredibi- les dignitatis & gloriæ progressus fecit: priùs enim res vniuersæ Hispaniæ militari furore, ferro & flamma, impijsq; Arrij, & Priscillia ni hæresibus perturbatæ, atq; ferè penitus fuerant euersæ. Et licet nonnulla ea tempestate essent celebrata Concilia, tamen absque ea maiestate, qua agi deinceps consueuerunt. Primò namque Toleta na Synodus aduersus Priscillianum Toleti coacta est, imperanti- bus Arcadio, & Honorio, & Toletanam Ecclesiam regente Pa- truino, qui ordine quartus numeratur Archiepiscopus. Post hanc Synodum inter Romanos, & Gothos maximi bellorum impetus excitantur; nonnunquam tamen de Ecclesiastica dignitate stabi- lienda, atq; restauranda agebatur: eaque de causa peculiaria qua- dam Concilia coacta sunt, nimirum, Tarraconense, Ilerdense, Va- lentinum, Gerundense, & Caesaraugustanum. Similiter in Baeti- ca quædam aliæ sunt celebrata; ex quibus quæ nunc habentur edi-*

ta,

[c] Rodericus lib. 2. c. 14. Era 610. & Ioannes Magnus lib. 16 c. 19. Nam ante dirā persequutionē mouit aduersus Christianos, ex Ruderic. lib. 12. c. 4. & D. Greg lib. 3. Dialogor. c. 31. sed postea signis & miraculis Martyrii Hermenigildi filij cōmotus animo, secretè hæresim reuocauit.

ta, siue manuscripta, nullius Toletani Præsulis subscriptione cõsignantur. Nam spiritalis Præsulum congressus impediebatur assiduis bellorum motibus, quibus de regno certantes, principes agitabãtur. In Concil.[a] Tarraconensi impresso, hæc est appẽsa subscriptio: Episcopus Carthaginensis Metropolitanus; licet in codicibus manuscriptis literis Lõgobardis, qui asseruantur in Bibliotheca Toletana, & D. Laurẽtij, subscribat Hector Episcopus Carthaginẽsis Metropolis. Vnde quidam docti suspicãtur, hunc Hectorem vrbis Carthaginis Episcopum Metropolitanum fuisse, cum ea ciuitas prouinciæ Tarraconensis Primatum illis temporibus obtineret; idq; ea sibi ratione persuadent, quod Hectoris appellatio, inter nomina Toletanorũ Præsulũ sculpta in sacrario minimè reperiatur.[b] Ego verò magistri Aluari Gometij viri doctissimi (quẽ honoris causa nomino, propter intimã mihi cum eo viro amicitiam, cum Toleti agerẽ) auctoritate in cõtrariam sententiam adducor. Cuius historiam de Archiepiscopis Toletanis nondum editã, in hoc de eorum Primatu breui cõmentario, sequi decreui, & D. Isidori, qui Carthaginem etiam illis tẽporibus funditus à Gothis, in Romanorũ odium, euersam affirmat.

Secunda[c] Toletana Synodus, Amalarico Gotho regnante, assiduisq; iam bellorum tumultibus inter Romanos & Gothos, nõnihil pacatis, coacta est; cũ iam centesimus, & trigesimus quintus annus, à primo Concilio Toletano verteretur. Neq; celeriùs potuit Concilij Toleti celebrari: cũ enim inter Romanos, & Gothos de pulcherrima prouinciæ Carpetanæ, cuius caput Toletũ erat, dominio ageretur, ciuitas illa armis assuefacta, ac de religionis incremẽto parũ solicita, omnem curam & studium ad Imperij fines tuendos, & propagandos contulerat. Amalaricus tandem rex Concilium conuocari iussit: cui[d] Montanus vndeuigesimus Præsul, admirandæ sanctitatis vir, & singularis doctrinæ, miraculis clarus ac conspicuus, interfuit. Deinde verò Romanis superatis, de pace, & ocio constituendo, decernitur; quo Gothorum Imperium ita est auctum, vt multorum partito dominatu, ad vnius tandem potestatem peruenerit. Inde illa sanctitatis, & sapientiæ lumina excitata, nimirum Leander, Isidorus, & Fulgentius; qui omnem suam operã, & industriam, ad extinguendam, extirpãdamq; Arrianam validã hæresim adhibuerunt. Ad[e] quam etiam funditus euertẽdam, inclytũ Hermenegildi martyrium, cuius profusus sanguis semper clamabat, vehementer profuisse credendum est; & vt eleganter scripsit vir pius, de sceleribus aduersus Christianos, auitam, & Catholicam pietatem seruantes perpetratis.

[a] Concil. Tarraconẽse celebratum fuit Era. 554. sub Theodorico rege, & Ioãne, Episcopo & habet magnã auctoritatem: nam ferè totum in collect. decretorum Gratiani ponitur.

[b] In vita Eugenij martyris primi Præsulis Toletani.

[c] Era. 565. in codicibus M.ss. Era. 562. anno quinto Amalarici regis.

[d] De Montano Toletano Antistite scribit Ildefonsus in additionib⁹ virorũ illustrium Isidori

[e] Gregor. est auctor lib. 3. dial. c. 31. & Isidor. de viris illustribus: & de Hermenegildo id tradit D Grego. eodẽ lib. cap. 1. & Gregor. Turon.

Felices

Felices animæ, quorum per funera Christi
Crescit Euangelium: vester pro semine sacro
Est cruor; ille pijs inolescit mentibus vltro:
Ut quanto magis innocui profunditur vsquam
Sanguis, eo vernat magis, augescitq; premendo
Sancta fides, viresq; nouas calcata resumit.

Tandē magnorū virorū supplicationibꝰ, assiduisq; precibꝰ diuina iracūdia, & in mortales iustè cōcepta indignatio, placata est, eaq; mēs Spiritus sancti magisterio vniuerso populo iniecta, vt abnegatis impijs erroribꝰ, veritatē catholicā ꝓfiteretur & ex animo āplecteretur.

Octauo deinde anno regni Reccaredi, qui etiā fuit octauus Imperij Mauricij, cū Toletanæ sedi praeesset Euphemius, vir pietate celebris,[a] 3. Toleti Conciliū nationale celebratū est; astātibus omnibus Metropol. Episcopis primæ sedis, & alijs totius Hispaniæ, & Galliæ Narbonen. populoq; omni Gothorū; licet in ea historia quā Rudericus Toletanꝰ edidit,[b] nō Euphemius, sed Eladius corruptè legatur. In eo Arrianā hæresim, quā per 213. annos pertinaciter, & obstinatè defenderāt, Gothi omnes detestati sunt. Huic[c] Synodo Leādrū Hispalēsem Archiep. sedis Apostolic. legatione functū, præfuisse, nō absq; ratione docti asserūt. Nam licet Toletum regiæ ciuitatis nomine ornaretur, & Gothorū Imperij caput esset, in eaq; regis curia, & supremus Senatus, Conuētusq; iuridicus esset cōstitutus, distributio munerū, & magistratuū seculariū, & Ecclesiasticorum, hacq; in omni retàm sancta, quàm profana summā teneret auctoritatē; erat tamē rationi maximè cōsonū, vt sanctissimus Leāder sanguinis propinquitate cū rege coniunctissimus, cuius auunculus erat, qui splēdorē generis, & nobilitatis gloriā admirabilis vitæ sanctimonia doctrinaq; præstantia illustrauerat, primas in Hispania partes, singulari Summi Pōtificis concessione, inter Præsules ageret. His[d] enim animi dotibus & virtutibꝰ egregijs gratissimū se Romanis Pōtificibus præstiterat, atq; dignissimum, qui hoc maximo munere, alijsq; maioribus in dies singulos augeretur. In quā sententiam libenter ingredior, etiam propter homiliam, quæ in calce prædicti Concilij affixa est: vbi nemine totius Cōcilij, sanctus Leander, tanquam eius caput & Præses, ingentes gratias Deo agit, qui gentem Gothicam veritati repugnantem, in sui nominis cognitionem adduxerit. Ijsdem prorsus rationibus sanctꝰ Isidorus, Leādri frater,[e] successor huius dignitatis fuit. Ab hoc igitur tēpore Gothi omnes Catholicis documentis informati, cœlesti pace, ocioq; diutino perfrui cœperūt. Vnde effectū est, vt cādidi & sinceri mores Christianæ religionis, aptiores animos, purioresq;

mentes

[a] Era.627.

[b] Lib.1.c.15.

[c] De hac abiuratione extat epistola Greg. Mag. ad Reccaredū regē lib. 7. reg. epist. 117.

[d] Vt ex epistolis Gregorij Mag. liquet lib. 1. regist. epist. 41. & lib 4. epist. 90. & lib. 7 epist. 115. & 126 ad Leandrum, & Reccaredum regem: & vocat eum Episcopum Hispaniarū, eo quòd toti Hispaniæ præesset.

[e] Id affirmat sanctus Ildefon. in additione ad Chronic. Isidor. in præfatione, & ideo vocatur à Braulione Episcoporū summꝰ in epistol. lib. 1. etymol

mentes ad diuinas,humanasq; artes addiscẽdas redderẽt.Celebrato Toleti hoc. 3 .Concilio,quantus pietatis feruor, & sanctitatis amor cõtinuò subsequutus sit,vel inde licet coniectari, quod breui temporis spatio plura sunt Toleti aggregata Cõcilia, quæ satis apertè Toletanæ sedis maiestatẽ,auctoritatemq; indicant,& exprimũt. Quippè,quæ veluti mater filiorum incolumitati diligenter prouidebat,& tanquã omnium aliarum magistra,in vniuersa Gothorum ditione, & Imperio,diuinum cultum,Ecclesiasticos ritus,& reliqua omnia, quæ ad componendos hominũ mores, & summi Dei honorẽ in debito officio retinendum pertinent, sedulò docebat. Id verò apparebit manifestiùs, si singula repetamus Concilia.[a] *Quarto namq; præfuit*[b] *Iustus Primas Toletanus,in re monastica S.Helladij discipulus, & dignitatis successor. Non desunt qui affirment Isidorũ Apostolicæ sedis legationem in hoc Concilio obijsse,eidemq; præfuisse.*

Primo deinde anno Regni Cinthilæ[c] *Regis, quinta Sydodus Tol. cogitur, in qua Eugenius.II.Helladij etiã discipulus, primũ locum, & summã tenuit potestatẽ. Interfuit etiam huic Concilio Braulius Cæsaraug.cũ magna sui nominis gloria,& celebritate. Huius Eugenij temporibus,regnãte Cindasuintho,*[d] *sextũ,*[e] *septimũque Conciliũ actũ est. Hic enim Rex Leãdro,& Isidoro vita functis, Apostolicæ sedis auctoritate,Primatus dignitatẽ Ecclesiæ Tolet. iterũ restituit. Vnde in septimo Concilio sancitũ*[f] *est, vt pro reuerentia, ac Regiæ sedis honore, vel Metropol. ciuitatus ipsius consolatione, conuicini Toletanæ sedis Episcopi,iuxta quod eiusdẽ Pontificis admonitionẽ acceperint, singulus per annũ mensibus in eandem vrbe debeant commorari.*[g] *Quæ sanctio ita est singularis,vt nulla Metropolis ea vtatur apud Hispanos. Marianus Societatis Iesu, doctißimus Theologus,& diligens,& elegãs rerũ Hispan.scriptor,lib.6 .de rebus Hisp. ait se auctorẽ habere,in quo scriptum est,in hoc.7.Concilio, controuersiam de Primatu inter Tolet.& Hispal.exortã,fuisse compositã.*

Celebrantur deinde alia Concilia, regni potestate Reccesuintho,à Gothis tradita,octauum nempè,nonum, & decimum, quibus is, qui D.Illefonsum Eugenius III.antecesßit,præfuisse scribitur. Hisce verò temporibus Primatus auctoritatẽ Tolet.sedes,absq; vlla controuersia,& disceptatione obtinebat. Cuius rei certißimũ extat argumẽtum in duodecima Synod.Tolet.cui,Eruigio regnante,[h] *Diuus præfuit Iulianus*[i]*:capite enim sexto cõcessa est à toto Concilio facultas Archiepiscopo Tolet.creandi,& præficiendi Episcopos in vniuersa Hispania,& Narbonensi Gallia,qui in defunctorũ locum succederent;ne vacante sede,& legitimo Pastore diù orbata,quidquam*

detrimenti

[a] Era.671. sub Rege Sisiuando.

[b] De Iusto vide Illefonsum de viris illustribus.

[c] Era.674. anno primo Cinthilæ Regis.

[d] Era.676.

[e] Era.684.

[f] Propter hæresim Theodich Hispalensis Præsulis, qui Leãdro successit, in quo speciale priuilegiũ extinguitur, & ad ordinariam potestatem reducitur. Vide S.Illefon. in additione ad Chron: Isidori, in præfatione,& Aluarum Gometium in vita Eugenij. Vasæũ tom.1.anno.641.

[g] Zacharias PP. instituit, vt singulis annis Apostolorũ limina visitẽt Episcopi, qui ordinationib⁹ Apostolicis subiacent: habetur dist.93.cap. Cyprianus. lib. 4. epistolarum.epist. 9. Gregor Magn. ad quinquẽnium id redegit.

[h] Era.719.

[i] Sic etiam erat in Africa, in qua factæ sunt sex prouinciæ, vt inquit Sext⁹ Rufus,Carthago Proconsularis,Numidia Cõsularis,Bizancena, Tripolis, Mauritaniæ duæ,Sitiphẽsis,ac Cæsariensis. Quot autem erant prouinciæ,tot erãt in Africa Primates, siue primæ sedis Episcopi,vt patet in dist.63 cap. Cum lõgẽ,lateq;.

detrimenti Ecclesiastica iurisdictio caperet, iacturamq; ordo Ecclesiasticus & perturbationem[a] sustineret. Quam sanctionē, vt iustam sanctamq; Gratianus inter alia collegit & inseruit Conciliorum & patrum decretis. Qua nō potuit veri Primatus primaeq; dignitatis apertius testimonium desiderari: in eaq; condenda Iulianus Hispalensis Episcopus, Luiba Bracarensis, Stephanus Emeritensis, inter fuerunt, & cum his triginta quinq; alij Episcopi, multiq; in absentiū locum suffecti vicarij: Abbates praeterea, viriq; plures illustres, ex officio Palatino. Qui omnes pari animorū consensione decretū à se sancitū, in omnibus prouincijs promulgari seruariq; iusserunt. Itaq; quod ante totius prouincialis Cōcilij auctoritate fiebat in creandis, praeficiendisq; prouinciae Episcopis, Toletanae sedi adiudicatum est, illiq; soli tributum. Deinde verò magnus cœpit Episcopo Toletano honos ab omnibus clericis haberi; cùm propter primae sedis auctoritatem; tum etiam quòd in instituendis Episcopis eius esset opus suffragio. Idem etiam Iulianus sanctitatis opinione cōspicuus, ac literarū gloria clarus,[b] tertio decimo,[c] quarto decimo, & quinto decimo Cōcilijs praesuit. Felix autem nomine & re, qui innocentia vitae, ac literarum sacrarum cognitione, futurae felicitatis argumētum prae se ferebat,[d] decimi sexti[e] & decimi septimi Concilij Praeses fuit. In hoc decimo sexto Concilio acta causa est Sisiberti Praesulis Toletani, qui aduersus Egicam regem temerè conspirauerat, cuius imperium anteà sacrosancto confirmauerat iureiurando: dignusq; optima ratione visus est vniuerso Concilio, vt laesae maiestatis reus, e sublimi dignitatis fastigio[f] deijceretur, atq; deturbaretur. In huius locū suffectus est[g] Felix, qui etsi tunc denuò & recenter electus, in subscriptione tamen Concilij omnibus in subscribendo[h] praeponitur antiquioribus Metropolitanis, Faustino nempè Hispalensi, Maximo Emeritensi, Vera Tarraconensi, & felici Bracarensi: siquidem Felix ad Toletanam sedem ex Hispalensi, veluti minori, fertur conscendisse.

Haec sufficient ex actis Conciliorum Hispaniae, quae Primatum Toletanae sedis probant. Sunt & alia argumenta non infirmiora, quae idem manifestant, nimirum[i] vnctio regum: nam vngebantur illis temporibus oleo sancto, qui ex Gothis assumebantur in reges. Vnctum enim fuisse Vuambam, testatur Concilium Toletanum duodecimum, in quo Eruigij assumptio ad regiam amplitudinem, ab omnibus Ecclesiastici ordinis & Palatinis viris est confirmata, Vuamba rege in id consentiente & iubente, cum abiecta regali potētia, pauperem & monasticam decreuisset vitam agere. Nam à Iuliano Toletano Antistite Vuamba rex enixè efflagitauit, cū se regno abdicaret,

[a] Cùm ad Primatem spectet electionem Episcopi approbare, ex epist. Leonis PP. ad Anastasiū epist. 84. & habetur d. 65. c. de persona. & apud Iuonem. 5. p. cap. 348. Concilio Carthag. 6. & 7. item Africano, c. 52. 53. 57. 92. Horum omniū primus erat Episcopus Carthaginēsis, vt patet ex dicto Concilio Africano, & apud illū summa erat potestas in creationib. Episcoporum quos vellet per Africā: vnde vocatur a D. August. epist. 161. Carthago Africae caput. Vt patet ex Concilio Nicaeno cap. 4. & Antiochē, c. 19. & Cabilon. 1. cap. 10. Quae habētur haec & alia d. 65. per totam distinctionem & apud Iuonem p. 5. c. 137. & c. 117. affertur decretum Nicaeni Concilij.

[b] Era. 721. anno quinto Eruigij.

[c] Era. 726. anno primo Egicani, sub Iuliano.

[d] Era. 731. sub Felice vrbis regiae Primate & Egica rege.

[e] Era. 731. sub Felice & Egica.

[f] Vt cautum erat in Concil. Tolet. 4. c. 75.

[g] Qui erat Episcop. Hisp. Roderic. lib. 4. cap. 3.

[h] Id patet ex M S codice ecclesiae Toletanae, & S. Emiliani: praeterea ordo sedendi & subscribendi praecedentiā indicant, vnde cautū est in multis Cōcilijs vt posterior priori Episcopo non praeponatur. Sed prius ordinatus Episcopus priorem habeat locū. Agath. Cap. 13. 1. Bracar. cap. 24. & Lucius PP. in epist. ad Episcopos Galliae in. 6. Synodo Const. act. 4. Agat. PP. primo subscri-

[i] De vnctione regum vide tit. de sacra vnctione.

abdicaret, vt studiose curaret, Eruigium in Regẽ vngi. Quã ratione constat, munus vngendi Reges, plenum honoris, & dignitatis, cui reliqui Episcopi, & equites, primoresq́ Palatini interesse debebant, ad Toletanum tantùm spectare Præsulem. Qui etiam eundem, quem vngebat Regem, sacramento astringebat, vt iustitiam coleret inuiolatam, Regnumq́ summa fide, & æquitate administraret: sicut in Toletana Synodo [a] sexta, & [b] octaua legitur.

His ergò gradibus Ecclesia Tolet. eò perducta est, vt inter magnificas, ac celeberrimas totius orbis Christiani Ecclesias, insignẽ dignitatis, & auctoritatis locũ occuparet. Nam erat in ea ciuitate sita, quæ Gothici Regni caput tenebat: eiusq́ Præsuli ius erat omnibus Hispaniæ Ecclesijs præficiendi Episcopos: eiusq́ consilio sæpè Reges ad res pacis, & belli gerendas vtebantur, & ad munera hominibus Gothis conferenda. Cum verò ministrorũ copia, & multitudine, cultuq́ pietatis, & Regum præsentia, multisq́ alijs nominibus celeberrimũ esset templum Toletanum, tum præcipuè, vt D. animaduertit [c] Illefonsus, quod cum terrore omnibus, & quasi formidem incuteret, à pijs, & improbis magna religione colebatur, eiusq́ dignitati omnis cultus videbatur inferior. Quibus verbis tacitè innuit cœleste pignus, quod à sanctissima Angelorũ, hominumq́ Regina accepit, & templum Toletanũ quod vna virgineo, diuinoq́ conspectu, atq́ genitricis Dei præsentia fuit amplificatum, & summè auctum. Tunc enim cœlesti amictu Illefonsus indutus, ad peragendam solennioribus diebus rem sacrã, speciem toti populo ciuis Sanctorũ, & domestici Dei potius, quam terreni habitaculi præ se ferebat. Addo etiam alios Præsules sanctissimos, qui eximijs virtutũ ornamentis sedem hanc illustrarũt, Eugenium Martyrem, Patruinũ, Montanum, Iulianum. I. Euphemium, Helladium, vtrumq́ Eugenium. II. & . III. Felicẽ, Illefonsum, Iulianum. II. Gundericum, quorũ mores integri, & sanctissimi, virtuteśq́ excellentes, & singulares, eos segregarũt ab omni cõsuetudine mortali; ita vt miracula in hominũ conspectu viui, & mortui ederent. Concilia tandem in ea vrbe coacta, admirabili, & penè diuina sapientia, à summis Pontificibus, & œcumenicis Concilijs, magno consensu approbata, illi celebritatem frequentissimã, splendoreḿq́, per vniuersum orbẽ attulerunt.

Peruenerat iam Toletana Ecclesia ad summũ auctoritatis, & maiestatis culmẽ. Verum ita est inconstans rerũ vicißitudo, statusq́ rerũ humanarum labilis, vt ilicò ægrotare cœperit, & ab auita religione, & optimis, grauibusq́ moribus, veluti flosculi solent ex arboribus, deciderit. Vvisita namq́, & Rodericus Reges Gothi, luxuria diffluxerũt: quorum turpi vita homines Gothi cœperunt emollescere, atq́ effœmi-

bit; & Imperator in Concilijs post Episcopos subscribit, nam nulla dignitas, licet Imperialis, honori, & dignitati Episcoporũ adæquatur, ex Greg. in epist. ad Hermanũ Metensem Episcopũ. Similis ratio est de Rege, vt patet in Concilijs Toletanis, & ex subscriptionib. præeminẽtiarum Primatũ. Cassaneus collegit p. 4. consi. 19. In. 8. Synodo, quæ fuit. 4. Constantinopol. post Episcopus subscripserunt Imperatores, Basilius, Constantinus, & Leo perpetui Augusti, &c. quod adnotauit Osius lib. 11. de legitimis iudicib.

[a] 6. c. 17. [b] 8. c. 10.

[c] De viris illust.

Aa *nari,*

nari, religionisq; candorē, & morum integritatem sceleris contagione polluere. Quæ vitia teterrima in Sacerdotes etiā deriuata, indignißimam calamitatē toti populo attulerunt. Nam prouocato flagitijs ad iracundiam diuino numine, miseriæ statim, & ærumnæ, instar flagelli, sunt facinorum, & scelerū vindices. Inuadūt igitur in Hispanicam prouinciā Mauri; breui tempore depopulantur vrbes, vastant agros, diripiunt domos, munitiones expugnant, sæuiunt miserè in omnes, diuina, & humana violant, & vexant; Reges ipsos, à quibus iusta vindicta ortum habuit, de opulentißima posseßione deturbant, totusq; populus in seruitutē ex libertate deiectus, capitur à barbaris. Neq; tam sæuæ vastationis alia est studiosiùs perquirenda ratio, quàm vbertatis prouinciæ abusus, libidinisq; effrenatæ luxus, cui optima quæq; molles animi inseruire fecerunt. Et licet Rodericus Rex aduersus irruentium Maurorum furorē delectus habere, equitatum parare, arma, & stipendia populis contribuere, vt faciliùs tantus impetus sustineretur, curauit, tandem miserè, vt mollis, profligatus, & funditus euersus est, anno [a] *Domini septingētesimo decimo quarto: postquā Imperium Gothicum ab Athanarico, vsq; ad eum per trecentos & quadraginta quatuor annos fuit productū. Improbi enim Vuitisæ, Rodericiq; mores, vita eorū infamis, effœminata, & crudelis, multo antè, luctuosum hunc interitum, summamq; ruinam videbātur quasi prædicere, præsagireq;. Nam primò ad imperium sunt prouecti morte aliorū: deinde totum suum studium ad opprimendos populos contulerunt; nulla sanis adhibita reuerentia, neq; Sacerdotibus obseruātia; diuina omnia profanata ab ipsis, & euersa sunt, viaq; ad omnem turpitudinem aperta: exemploq; suo iniqui, & sceleratì gratia, & auctoritate aucti, totam reipublicæ effigiem, & animum deformarunt.*

[a] Anno Dñi. 714.

§. IIII.

TErtius Toletani Primatus status nihil aliud, quàm funestam complectitur ruinam. Nam fuso, atq; deleto turpiter Roderico, in Maurorum ditionē, post varias expugnationes, ciuitas intra annum venit. Vrbanus Præsul, eò quòd Sineredus abesset, Primatis honorem suscepit. Qui, vt erat vir sanctus, constanti, & forti animo, inuictoq; insignem illam sustinuit calamitatem. Cui multū adiumenti ad pondus miseræ seruitutis ferendum attulit [b] *Euantius Archidiaconus Toletanus. Erant enim ambo præclara docti disciplina, & ea cognitione Ecclesiastica informati, qua Toletanā Ecclesiam sanctißimus instruxerat Illefonsus. Vrbanus igitur in tāta rerum commutatione non destitit, quibus potuit rebus prouidere: libros complures, sacras diuorum reliquias, atq; corpora studiosè, & accuratè collecta, & in capsam*

[b] Iulianus in vita Illefonsi, quā apud me habeo: & Rodericus lib. 4. c. 3.

[a] *capſam ſumma cũ veneratione incluſa, in mõtanos Aſtures diligenter deportãda curauit. Hæc verò beata capſa in Eccleſia Oueti poſteà, cum multis alijs reliquijs ſanctè collocata, magna cum pietate hodie colitur; & vbi illa aſſeruatur, Camera ſancta nomẽ eſt inditum. Miſerandis Vrbani temporibus diuinus cultus, & ſacramentorum vſus cœpit Toleti magna ex parte immutari, imminuiq; : illa namq; amplitudo, ſummaq; auctoritas Præſulis Toletani ad ſex tantum parœcias, & exiguum fidelium numerũ redacta, iniquis admodum finibus incluſa eſt. Neq; ſatis fuit paucitate eſſe imminutos, verùm qui ſuperfuerunt fideles, aſſidua Maurorũ familiaritate, & cõſuetudine vſi, & ſæuiſſima perſequutione deterriti, in religione, Chriſtianiſq; inſtitutis turpiter fluctuare cœperunt. Quos, vt firmos in fide efficerent, & ad pericula ſubeunda excitarent, curam, & ſtudium maximum adhibuerunt Vrbanus, Euantius, alijq; pij, & officioſi Sacerdotes. Idem munus Cixila non minori diligentia præſtitit, qui Vrbano vita functo, Toletanæ ſedis Epiſcopus ab vniuerſo Clero renunciatus eſt. Is erat pietate, & diſciplina Spiritus ſancti conſpicuus. Cùm verò Toletani templi dignitas miſerè rueret, alijs in partibus (vt eſt Dei Opt. Max. bonitas) cœpit cultus Eccleſiaſticus oriri, augeriq;. Nam Compoſtellanum D. Iacobi templum, & Ouetenſe alterum in montanis Aſturum ſitum, attributa illis Metropolitana dignitate, vigere cœperunt.* [b] *Compoſtellanæ enim Baſilicæ tantũ venerationis, & cultus propter ſanctiſſimi Iacobi corpus, quod ibi religioſè quieſcit, delatum eſt, vt in eius honorem Iriæ Flauiæ Epiſcopatus, ex Bracarenſi iuriſdictione exẽptus, eò fuerit tranſlatus. Cui* [c] *poſteà Calixti. II. temporibus honos Metropolitanæ acceſſit, & Emeritenſis primæ ſedis illi auctoritas eſt data. Is enim Pontifex Compoſtellanam Eccleſiam omni officio proſecutus, Archiepiſcopatus titulo, & Legati decorauit: tum quòd in ea eius pater fuerat conditus; tum etiam, quòd ibi Alfonſum Hiſpaniæ Imperatorẽ Vrracæ filium ſacro fonte lauerit, oleoq; deinde conſecrato in Regem vnxerit. Quas potiſſimum ob cauſas, Compoſtella exempta ſibi nomẽ vendicauit, & ex poteſtate Toletani Primatus ſe illis temporibus cœpit ſubtrahere. Ouetum ortum habuit à Gothorũ calamitate. Vagantes namq; primi ſedem ibi collocarunt.* [d] *Regnante Froila in pretio habita, ab eoq; condita vrbis titulo, & Epiſcopali dignitate exornatur; Hermegildumq; primò in Epiſcopali ſede conſtituit. Alfonſus verò cognomẽto, vt re, Caſtus, templum magnificentiſſimè extruxit,* [e] *ad illius inſtar, quod erat Toleti in Maurorum poteſtate; vt triſtitia de amiſſi templi iactura, imitatione noui, aliquo pacto leniretur. Labente tempore Alfonſus. III. ex decreto*

[a] Rodericus lib. 4. c. 3. Vrbanus Sinderedi ſucceſſor arcã reliquiarũ, & ſcripta B. Illefonſi, & Iuliani Pomerij, et veſtẽ ſacram, quã B. Virgo dederat Illefonſo, ad Aſturias dicitur detuliſſe.

[b] De Compoſtellana Eccleſia extat opus, quod dicitur hiſtoria Compoſtellana. Rod. lib. 4. cap. 17. & 18.

[c] Id conſtat ex literis Calixti Papæ.

[d] Rodericus lib. 4. cap. 6.

[e] Rodericus lib. 4. cap. 8.

creto Ioannis Papæ.VIII.[a] *Ouetensem sedem in Metropolitanam extulit auctoritatem. Fuit*[b] *hæc ciuitas domicilium certũ, & portus tutissimus multorum Episcoporum, qui, amißis in vastatione Hispaniæ sedibus, fidem, & religionem amplexi, auxilium, cõmeatumq; Regium experti, in eam appulsi tanquã ex procelloso enatarunt naufragio: ibiq; sanctißimam agẽtes vitam, tandem fato functi, cœlestibus copulati in cathedra perennis gloriæ sedent. Toletum verò licet in Maurorum ditione esset, Primatus iure, & auctoritate vtebatur. Nam in defuncti Cixilæ locum, Petrus, qui propter elegantem corporis formam, Pulcher cognominatur, cooptatus est. Fuit hic vir literis apprimè eruditus, & in religionis obseruantiam, & pietatem, ita accensus, vt non modò in vrbis suæ curam solicitè incumberet, omnibusq; periculis diligenter prouideret; verùm & aliorum Hispaniæ Præsulum necessitatibus consulendum esse arbitraretur. Nam cùm ad eum perueniſſet, Paschatis computum ritè, & canonicè Hispali non obseruari, ad Episcopum, & Hispalensem Clerum super ea rescripsit quid tenendum esset.*[c] *Quod verò attinet ad Paschatis computum, ex Conciliorum decretis, nemini licebat, præterquam primis Episcopis, quid constans, & firmum esset, decernere. Petrus Pulcher Elipandum habuit, post alios quosdam successorem, qui tantum munus sibi demandatum, non solùm negligenter, verùm & iniquè admodùm expleuit. Vsus enim frequenti Maurorum commercio; cùm longè abesset ab illorum temporum felicitate, in quibus Ecclesiastica, sinceraq; doctrina vigebat; parumq; accuratè in sacris literis versatus esset, in hæresim de adoptione Christi Seruatoris nostri, arroganter, & ignoranter impegit. Quæ posteà fuit Frãcofordiensi Concilio damnata.*[d] *Cum verò quibusdam Episcopis, & Hispaniæ vrbibus per literas impietatẽ suam persuadere conaretur, reiectus est elegantibus scriptis Heterij Episcopi Oxomẽsis, & Beati Presbyteri, qui literis sacris apprimè eruditi, aduersus Elipandum præclara edidere monumenta. Sublato Elipando, Toletana sedes*[e] *Vvіestrimiro Præsuli egregio, atq; optimo commissa est; de quo Eulogius Martyr, hæc literis consignata reliquit.*

Post quintũ diem Toletũ reuerti, vbi adhuc vigentẽ sanctißimum senẽ nostrũ, faculã Spiritus sancti, & lucernã totius Hispaniæ Vviestrimirũ Episcop. cõperi: cuius vitæ sanctitas totũ orbem illustrans, hactenus honestate morũ, celsisq; meritis catholicũ gregẽ refouet: multis apud eum diebus degimus, eiusq; Angelico contubernio hæsimus.

Vita functo Vviestrimiro, idem Eulogius sufficitur; qui ad aliud excellentius munus vocatus, antequã Toletum venire potuisset, constanti

[a] Rodericus lib 4. ca 18. vbi agitur de sublimatione Ouetensis vrbis.

[b] Vnde vocatur ciuitas Episcoporũ: & ita cautum erat in Concil. Sardic. cap. 11. ex decreto Osij Episcopi Cordoben. vt Episcopi à suis sedibus pulsi in alijs ciuitatibus reciperentur benignè, & humanè.

[c] Cõtẽdebatur olim, quo die foret Pascha celebrandum: vnde cautum est, vt Ecclesia maior minori præscribat diem. 3. Cons Carth. c. 1. & 41. 1. Arelat. c. 1. & 4. Carth. 65. 5. Carth. 7. 4. Aurel. 1. 4. Tol. 4. 2. Bracar. 9.

[d] De hæresi Elipandi Præsulis Tolet. vide Conc. Francof. & Ionam Episcopum. Aurelian. in libello de cultu imaginum. Extat apud me liber Etherij Episcopi Oxome, & Beati aduersùs Elipandum.

[e] Eulogius in epistol. ad Vviliesindum Pampilonensem.

ſtanti animo, ſubijt Cordubæ martyrium, in ea perſequutione, quam barbari Mauri in religionem Chriſtianam excitarunt. Quibus hoc cordi erat, vt eas, quæ ſuperfuerant, Chriſtiani cultus & doctrinæ ſcintillas, omnino delerent, & extinguerent. Inde furentes vniuerſas Hiſpaniæ vrbes, pagos, & domos, puriſſimo Martyrum ſanguine compleuerunt. De Cordubenſibus[a] martyribus adhuc extat particularis hiſtoria ab Eulogio Martyre conſcripta. Sanguis iſte innocentiſſimus, qui impiè & immaniter fundebatur, ſine intermiſſione clamabat ad Deum, debitamq; pœnã, & tanto ſcelere digniſſimã repetebat; vt afflictũ, deſolatumq; populum Catholicum in libertatẽ vẽdicaret. In hac perſequutione non modò Toleti, verùm etiam in reliquis ciuitatibus, ex Maurorum ditione, vniuerſa ferè religio & auctoritas Eccleſiaſtica ſublata eſt. Fuerũt namq; plures Epiſcopi, qui ambitione capti, Sarracenorũ regum aulas ſequebantur; & in id potiſſimùm enixè operam dabant, vt dignitatũ, & opũ acceſſionibus indies augerentur, nouoſq; honores, & ſacerdotia ampliora obirent. Quod cum aſſequi non poſſent, niſi Maurorũ gratia, & auctoritate, à quibus acceſſiones pendebant, ad eam habendã, ea calliditate, malignitateq; vtebãtur, vt ſtudioſè animaduerterẽt, quo pacto Dei populũ acerbiſſimis exactionibus, & vectigalibus minimè ferendis vexarẽt. Turpiſſimã hãc infidelitatis notã ſubijt Hoſtigeſius[b] Malacitanus Epiſcopus. Ioannes verò Dei ſeruus vita & miraculis clarus, qui eiſdẽ ferè temporibus, quibus martyriũ ſuſtinuit Eulogius, primã Toleti ſedem, conſentientibus clero & populo, tenuit, in tanta rerũ permutatione & aperto diſcrimine ſuas partes ſtrenuè atq; viriliter egit. Nam & furori indomito, ſanctiſſimiſq; moribus immanitati reſtitit, impotentemq; tyrãnidem inſtitutis vitæ præclaris oppugnauit. Quamobrem Ioanne vſura vitæ priuato, deſignari ſucceſſorem Mauri non ſunt paſſi. Fuit ergo Ioãnes ferè vltimus Epiſcoporum, qui Toleto in Maurorum ſeruitute præfuit. Vnde Paſtore centum & quinquaginta caruit annos, donec ab Alphonſo ſexto rege ciuitas oppugnata eſt. Chriſtiani autẽ Mozarabi, quãuis carebãt publico primoq; paſtore, in ſpiritualibus veluti Epiſcopum S. Iuſtæ parochum conſtituebant, quem electum ſumma cum obſeruantia ſuſpiciebant, ac venerabantur. Hæc fuit Primatus ſeries in tertio ſtatu Toletanæ Eccleſiæ; quæ ex amplitudine illa & inſigni maieſtate, qua Gothorum regum temporibus floruit, in tantas eſt redacta anguſtias, vt antiqua illius Præſulis dignitas in priuatum quendam ac peculiarem Sacerdotem inciderit. In hac igitur paucitate, & inopia religionis, diuini cultus nimis erat immutata auctoritas,

[a] Quam in lucẽ nũc primum edidit doctiſsim. Ambroſius Morales & ſcholijs illuſtrauit.

[b] De hac re ſcripſit Sãpſon librũ aduerſus Hoſtigeſium Epiſcopum, quem apud me habeo.

ac debilitata, cum Alphonsus sextus Rex, die sacro D. Urbani Papæ, & Martyris Toletum expugnauit, & ex Maurorum potestate eripuit,[a] *anno millesimo octogesimo tertio a Virgineo partu, cum Toletum, per trecentos & sexaginta octo annos seruitutem miserè pertulisset.*

§. V.

Toletum in Maurorum potestate fuit per L XVIII. annos supra CCC. Quo tempore religio Christiana eam habuit iacturam, quam paulò ante memorauimus. Labente iam religione, ab Alphonso rege, die festo S. Vrbani expugnata ciuitas, & ex Maurorum ditione erepta fuit statim, vt erat in religionem Christianã eius animus propensus, egit de restituenda antiqua Archiepiscopali dignitate. Quod vt libentiùs efficeret, totius regni Præsulum ac virum Principum conuentum indixit, ex quorum sententia & consilio[b] *Bernardum monachum ex instituto D. Benedicti, virum optimum, rerum scientia, & exemplo vitæ insignem, religioni præfecit, & Archiepiscopi titulo decorauit. Deinde vero Bernardi & reginæ opera, rege inuito, Ecclesia S. Dei genitrici Mariæ D. Petro Apostolorum principi, & Protomartyri Stephano dicata est. Rex autem*[c] *prædia & oppida & alia magni pretij munera, Regali magnificiencia Diuæ Virgini in dotem assignauit; vt ex eius literis lectione dignis conspicitur, quæ in Archiuo Toletano hodie religiosè asseruantur.*[d] *Dum hæc agerentur in Hispania, Apostolicam sedem, Romæ tenebat Gregorius septimus.*

Bernardus ad tantam euectus dignitatem in id potissimum cœpit incumbere, vt fidem Catholicam, & Christianos mores antiquos, & sinceros in Metropolim suam reuocaret: qua in re omnem suam operam collocabat. Verùm ab hoc instituto legatione Ricardi Abbatis S. Victoris, retardatus est, & emergẽtibus difficultatibus coactus Romã proficisci ad Pontificẽ Max. à quo tãquam ab oraculo de dubijs, quæ in tãtæ dignitatis institutione exoriebantur, sanctissima acciperet responsa. Romam tandem per Alphonsum regem Pontifici commendatus peruenit, quum sanctissimam illam sedem regebat[e] *Vrbanus. Fuit ergo Bernardus perhumanè exceptus à Pontifice, qui rebus cum ipso actis, electionem eius libenter confirmauit, & in pristinam auctoritatem, vt Gothorum tempore, & iurisdictionem restituit, & Primatus auctoritatem, quam olim in Hispania, & Narbonensi Gallia obtinuerat, iterum erexit. Vt ex eius diplomate liquidò constat.*

a Rudericus lib. 6. c. 23. capta est ciuitas Era. 1133. quod est annus Domini. 1095 sed in C. M. S. Ecclesiæ Toletan. est Era 1113. quod est an. D. 1085. in C. M. S. Cœnobij D. Ioannis ex familia Franciscana, est Era 1121. Quod est anno Dñi 1085. & in Chronico per annos quo Ecclesiæ Toletan. est: Capta est ciuitas Era 1111. Quod est anno Dñi 1083. Vrbanus Põtifex in priuilegio Primatus Bernardo concesso, inquit, quod per 300. fere & 70. annos, nulla illic viguerit Christiani Põtificij dignitas: & in donatione Alphõsi regis Toletan. Ecclesiæ facta dicitur, quod absconditen Dei iudicio. 366. annos, possessa fuit à Mauris.

b De Bernardo sermone longum restituit Rud. lib. 6. c. 25.

c Extat in lib. priuilegij Ecclesię Tolet. & in historia Ruder. lib. 6. c. 14.

d Ciuitas in deditionem venit sub Gregorio. 7. Pont. Maximo inno it id Ruder. lib. 6. c. 26.

e Vrbanus PP. Bernardo duobus priuilegijs Primatus honorem concessit: alterum datum est anno Domini 1088. Pontif. sui anno. 1. alterum anno D. 1099. Pont. sui an. 11. Vnde ex primo diplomate liquidò constat, temporibus Gregorij septimi Toletum fuisse cultui Christiano restitutam: id etiam constat ex Platina in vita Vrbani secundi.

Vrbani

Vrbani rescriptum.

VRbanus, Episcopus seruus seruorum Dei Reuerendißimo fratri Bernardo Archiepiscopo Toletano, eiusque successoribus in perpetuum. Cunctis sanctorum decretales scientibus institutiones liquet, quãta Toletana Ecclesia dignitatis fuerit ex antiquo, & quãta in Hispanis & Gallicis regionibus auctoritatis extiterit, quantaq; per eam in Ecclesiasticis negocijs vtilitates accreuerint. Sed peccato populi in latitudine promerente, à Sarracenis eadem ciuitas capta, & ad nihilum Christianæ religionis illic libertas redacta est; adeò vt per annos CCC. penè LXX. nulla illic viguerit Christiani Pontificij dignitas. Nostris autem temporibus diuina populum suum respiciente clementia, studio Ildephonsi gloriosißimi regis, & labore populi Christiani Sarracenis expulsis, Christianorũ viribus, Toletana ciuitas est restituta. Igitur voluntate & consensu vnanimi comprouincialium populorum, Pontificum, atq; Principum & Ildephonsi excellentis regis, te frater charis. Bq. rimum illius vrbis, post tanta tempora, Præsulem eligi diuinæ placuit examini Maiestatis. Et nos ergo miserationi supernæ gratiæ respondentes, quia per tanta tempora, mariumq; discrimina, Romanæ auctoritate Ecclesiæ, suppliciter expetisti, auctoritatem Christianam Toletanæ Ecclesiæ restituere non negamus. Gaudemus, & etiam corde lætißimo magnas, vt decet, Deo gratias agimus, qui tantam nostris temporibus dignatus est Christiano populo donare victoriam: statũq; eiusdẽ vrbis, quoad nostras etiam facultates, stabilire atq; augere, ipso adiuuante, praoptamus. Tamen beneuolentia Romanæ Ecclesiæ, solita & digna Toletanæ Ecclesiæ reuerentia, tum charißimi filij nostri præstantissimi regis Ildefonsi precibus inuitati, pallium tibi frater venerabilis B. ex Apostolorum Petri, & Pauli benedictione cõtradimus; plenitudinẽ scilicet omnis Sacerdotalis dignitatis, teq; secundùm quòd eiusdem vrbis antiquitus constat extitisse Põtifices, & in totis Hispaniarum regnis Primatem priuilegij nostri sanctione statuimus, &c. Primatem te vniuersi Præsules Hispaniarum respicient, & ad te, si quid inter eos quæstione dignum exortũ fuerit referent: salua tamẽ ratione, Ecclesiæ auctoritate, & Metropolitanorũ priuilegijs singulorũ. Toletanam ergo Ecclesiam iure perpetuo tibi, tuisq;, si diuina præstiterit gratia, successoribus Canonicis, tenore huius priuilegij confirmamus, &c. dati Anginæ, per manus Ioannis Diaconi sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & præsignatoris do-

mi Vrbani II. Papæ, idibus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis M.LXXXVIII. indictione XI. anno Pōtificatus eiusdem domini Vrbani Papæ, primo.

Bernardum etiam, cuius prudentiam & mores probauerat, legati munere auxit; vt ex secundo eius rescripto constat, in ea prouincia, cuius Primas iam erat; vt curam susciperet condendi templa, amplificandi, & conseruandi vniuersam Hispanicam Ecclesiam, in eisq; ciuitatibus Episcopos constitueret, quæ ex Maurorum potestate eriperentur (Nam Christiani sub barbarorum dominatu ferè omnes rudes, & ignari doctrinæ Catholicæ erant, & earum rerum, quas & cognoscere, & seruare ex ritu Ecclesiastico tenebantur) quod & strenuè fecit. Nam prudentia sua & iudicio errata correxit, & deprauatos mores emendauit, atque ritus Sacramentorum, & diuini cultus cæremonias docuit. In qua re stabilienda Ecclesiæ Romanæ doctrinam, & mores sequutus est: nam eam semper coluit, vt magistram Christianæ pietatis, & vt radicem atq; matricem, vt D. Cypriani [a] verbis vtar, totius Ecclesiæ Catholicæ. Quam operam Tarraconæ Ecclesiæ potissimum nauauit. Nam illa ciuitas, quæ apud Gothos Metropolis fuerat, & caput religionis, à Mauris euersa, posteà virtute Comitis [b] Barcinonensis expugnata, orbata religione & ciuibus, diligentia Bernardi rursus erigitur: & in Gallia Gothica Synodo coacta, Pyrenæis superatis, Tarraconam peruenit, [c] templum consecrauit, Præsulem constituit Berengarium Episcopum Osonensem, quam diœcesim in Tarraconensem transtulit Ecclesiam. Itaque eodem ferè tēpore Toletana, & Tarraconensis Ecclesia, quæ regnantibus Gothis fuerant præclarissimæ, opera Bernardi Christiano cultui & antiquæ celebritati redditæ sunt: & eodem quasi partu in lucem veritatis editæ, ab vno patre spiritualibus sunt auctæ diuitijs. Verùm Tarraconensis Episcopus dignitate elatus, Bernardo obseruantiam Primatus debitam præstare recusauit, & primò à summo Pontifice Vrbani pallij honorem, atque suffraganeos antiquos impetrauit: deinde vt Metropolita Primatis iurisdictionem modis omnibus refugit: quod vt consequeretur, nihil nō tentauit. Tamen Pontificis Maximi [d] Vrbani decreto & auctoritate reiectus est, qui his literis eius conatus repressit.

[a] Sic eam vocat Cyprianus episto. 45. ad Carmeliū, Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem.

[b] Zurita in Annalibus lib. 1. c. 28.

[c] Tarraco fuit in captiuitate Maurorū 390. & Vrbanus secundus Osonensem sedem in eam transtulit: id constat ex diplomate Vrbani II.

[d] Id constat ex sequenti diplomate Vrbani, quod est in Archiuo Ecclesiæ Tolet.

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi salutem & Apostolicam benedictionem. Nouit dilectio tua, frater in Christo venerabilis, quo tenore, qua cōditione pallium tibi priuilegiumq; concessimus, &c. Memineris tamen

men

men ita te Archiepiscopum constitutum, vt tàm tu, quàm vniuersi prouinciæ Tarraconensis Episcopi, Toletano tamquam Primati debeatis esse subiecti: sic ei à nobis in Toletanæ Ecclesiæ priuilegio constitutum est; quod nos omninò ratũ volumus permanere. Nunc autem multo amplius, quia nostræ solicitudinis vices in Hispania vniuersa, & Narbonensi prouincia ministrandas iniunximus, &c. Dat. Kalendas Maij.

Pontifices Romani, qui Vrbano successerunt, Bernardum in Primatu confirmarunt: [a] *vt Paschalis &* [b] *Gelasius secundus, qui eidem ius concessit* [c] *Mauricium Bracarensem deponendi, alio suffecto Præsule. Is enim Mauricius vnitatem vniuersalis Ecclesiæ scidit, summi Pontificis nomine vsurpato; supremaq; auctoritate arroganter vti cœpit, non ritè & canonicè in sede locatus, seu potius sine sede & cathedra, à vero Christi Vicario disiunctus.* [d] *Calixtus deinde eidem Primatum confirmauit & legationem; suffraganeosq; adscripsit, Ouetum, Legionem, & Palentiam. Maximus tamen hic Pontifex, qua erat animi propensione, & reuerentia in sacrum, ac venerandum B. Iacobi corpus, quod Compostellæ in Gallæcia summa cum religione & pietate colitur, & honorificè asseruatur; & quòd ibidẽ Remonus Comes, eius pater situs esset, sedem illam magnis quoad potuit honoribus decorauit; & Didacũ eius Episcopũ ad legati auctoritatem in prouincijs Emeritẽsi, & Bracarensi prouexit;* [e] *& ex vniuersali Bernardi in Hispania Primatu exemit. Qua de re multis inter eos epistolis actũ est, & vterq; suas partes diligẽter egit. Vsus est Bernardus auctoritate Primatis multis coactis nationalibus* [f] *Concilijs, & prouincialibus;* [g] *instituens, atq; cõsecrans cunctos ferè Hispaniæ Archiepiscopos, & Episcopos: in qua re liberã Primatus exercuit potestatem. Quo officio vsq; ad* [h] *Honoriũ Pontificem functus est. Hic vero Honorius* [i] *Raymundum Bernardi successorem Romæ Primatem instituit, quò, vt debita obseruantia supremam illam & sanctissimam sedem veneraretur, se contulerat. Idem præstiterunt Innocentius, Cœlestinus &* [k] *Lucius, qui singulari sanxit diplomate, vt Toletano Præsuli omnes Episcopi Hispaniæ Primatis honorem deferrent, his verbis.*

Lucius Episcopus seruus seruorũ Dei, venerabili fratri Raymũdo Toletan. Archiepiscopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, &c. vt supra. Per præsentis ergò priuilegij paginam auctoritate Apostolica statuimus, vt per vniuersa Hispaniarum regna Primatus obtineas dignitatem, &c. Primatem te vniuersi Hispania-

[a] Paschalis, anno D. 1100.

[b] Gelasius, anno D. 1119.

[c] Ruderic. lib. 6. c. 28. hic Mauricius fuit in schismate electus & vocatus Gregorius octauus, & fuit Clericulus primo in Ecclesia Toletana, deinde Episcopus, postea Archiepiscopus Bracarensis, vltimo Antipapa.

[d] Calixtus, anno D. 1122.

[e] Id constat ex historia Compostellana.

[f] Legionẽsi, & apud S. Facundũ, & Palẽtino & Tolosano, ex Compostellana histor.

[g] Vt Giraldum Bracarensem, Petrum Oxomensem, Bernardum Seguntinum, & postea Cõpostellanum, Petrum Secobiẽsem, Petrum Palentinum, Raymundũ Oxomensem. Ruderic. lib. 6 c. 27. & Burdinum Conimbricensem, & postea Bracarensem.

[h] Honorius II. anno Dñi 1125.

[i] Raymundus in Cõcil. Palentino vocatur Primas & Legatus: in Compostellana.

[k] Lucius, anno Dñi 1144.

Hispaniarũ Præsules recipient, &c. Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscribo. Deinde subscribit viginti Cardinales & Episcopi. Dat. Lateranen. per manum Varonis Capellani, & scriptoris, tertio idus Martij, indictione septima, incarnationis Domini anno M. C. XLIIII. Pontificatus domini Lucij Pa. II. anno primo.

Raymundo vita functo Ioannes successit, qui causam egit coram Eugenio. III. aduersus Ioannem Archiepiscopum Bracarensem, compulitq; [a] vt Toletũ veniens Præsuli Toletano Primatus publicè auctoritatem deferret, quam solenni confirmauit iureiurando. Hic Ioannes Toletanus partes Alexandri tertij aduersùs Imperatorem Federicum [b] sequutus, Concilio Turonensi interfuit, vt schismati Victoris Antipapæ consuleretur. Ioanne sublato, Toletanam sedem Cerebrunus obtinuit, à magnitudine cerebri nomen sortitus, qui in templo Toletano vnà cum Ioanne iacet. Ij duo Præsules Alexandri tertij tempora attigerunt, neque Archiepiscopatu vnquam se abdicarunt. Vnde coniecturam facio, titulum [c] decretalis, Requisiuit, corruptè legi Toletano, pro Tolosano, aut Coloniensi; [d] vt à viris doctis diligenter animaduersum est. Alexander non tantum Primatũ Cerebruni peculiari decreto stabiliuit, sed quod Anastasius Papa Pelagio Compostellano concesserat, vt à Primatu Toletano immunis esset, irritum fecit.

His temporibus nobilis illa Cardinalis Iacinthi in Hispaniam legatio habita est, qui inter alia magni momenti negocia, de controuersia excitata super Primatu, inter Episcopos Toletanum, & Compostellanum dirimenda, atque sedanda egit: causa cognita & rationibus perpensis, aduersus Compostellanum sententiam tulit, quē iussit simul cum alijs Hispaniæ Episcopis Cerebrunum tamquã Primatem suspicere, atq; colere. Quod præceptum Bracarensi potissimùm Episcopo impositum est; cui cum dies esset dicta, iudicio adesse recusauit. Sententia Cardinalis Iacinthi sic se habet.

Iacinthus Dei gratia Diaconus Cardinalis, venerabili dilectoq; fratri, eadem gratia Archiepiscopo Toletano, & Hispaniarum Primati salutem, & veram in Christo Iesu dilectionem. Officij nostri debitum nos admonet, & affectio paterna compellit, Ecclesiarũ trãquillitatem satagere, & earũ lites, ac omnimodas vexationes de medio tollere, &c. Cũ igitur à Romanis Põtificibus literas impetrauerís, ad venerabilẽ fratrem nostrũ Ioan. Bracarẽsem Archiepiscopũ, vt vel tibi vsq; ad terminũ aßignatũ, vel deinceps, suspẽsus maneret, &c. ipse autẽ sicut cõtumax & rebellis, nec venit, nec Canonicã excusa-

[a] Id constat ex diplomate Eugenij III. quod est in archiuo Ecclesię Toletanæ.

[b] Platina in vita Alexandri. III.

[c] Titulo de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatum lib. 1. tit. 12.

[d] Antonius Concius & Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarrac. in collectaneis decret. & codex M. S antiquus Ecclesię Tolet. legit Coloniensi Archiep.

excusationem pratēdit. Nos itaque de rigore canonico procedentes, eum à Pontificali officio suspendimus, & suffraganeos suos à persona sua obedientia absoluimus, &c. quousque de contemptu satisfaciat dignè, &c.

Cerebrunum consequutus est Gundisaluus primus, qui ab Urbano tertio Primatus confirmationem [a] obtinuit, suffrageneosque ei signauit Palentinum [b], Segobriensem, Oxomensem, Conchensem Episcopos. Post Gundisaluum, [c] Martinus cognomento Pisuerga Præsul efficitur, qui à Cœlestino tertio Alphonsi Regis & Imperatoris Hispaniæ patruo, in Primatu confirmatus est. Qui cum Cardinalis honore fungeretur, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ cultum, & maiestatem mirificè auxit, impetrata gratia à Pontifice Romano, vt in Pontificalibus Præsulis Toletani Dignitates thiaris vterentur: & postquam ipse ad apicem Pontificatus peruenit, idipsum Thesaurario & scholæ Præfecto concessit. Post Martinum Rudericus Ximenius, belli & literarum gloria conspicuus, sedem occupat, qui prælio [d] Nauarrum de Tolosa insigni, & posteà celeberrimo Concilio Lateranensi, sub Innocentio tertio, interfuit: in altero maximi Præsulis, in altero verò, militis excellentissimi illustria documenta dedit. Fuit enim acerrimus propugnator, atque defensor Primatus, & in Romanis archiuis, & tabularijs omnia diplomata à Romanis Pontificibus data Toletanis Præsulibus, diligenter conquisita in vnum volumen collegit, & noua alia ad eiusdem Primatus confirmationem à Pontificibus Innocentio [e] tertio, Honorio tertio, Gregorio nono, impetrauit. Huius temporibus acta causa est Archiepiscopi Bracarensis, de qua fit mentio in [f] Decretalibus. Cum autem ex parte Episcopi Bracarensis non esset, qui causam tueretur, præfixaque ad respondendum dies elapsa esset, Honorius Ruderici Primatum confirmauit, & ipsum Legati Hispanici honore auxit; vt populi Sarracenorum ad fidem conuersi saluti, aut extirpationi diligentiùs incumberet. Interfuit Romæ celeberrimo Concilio Lateranensi primo, in quo Primatus antiqua iura aduersus Hispaniæ Archiepiscopos egregiè tutatus est. Quæ tamen ibi fuerunt acta, quoniam scitu digna sunt, ex libro manuscripto, qui asseruatur in bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ, exscripta huic narrationi libenter, atq; fideliter annectam.

Anno Domini ducētesimo supra millesimum, quinta decima die mensis Nouembris celebrata est sancta & vniuersalis Synodus Romæ, in Ecclesia sancti Saluatoris, præsidente domino Innocentio Papa. III. Pontificatus eius anno decimo octauo. In qua fuerunt

Patriarchæ

[a] Anno Dñi. 1187.

[b] Albarracin caput Ecclesiæ Segobricensis fuit à Ioanne 22 adiudicata Archiepiscop. Cæsaraugustano in eius creatione, & à iurisdictione Archiepis. Tolet. liberata: doctiss. Zurita lib. 6. ann c. 33.

[c] Anno Dñi. 1192.

[d] In bello Nauarrū de Tolosa, & in Concilio Lateranensi.

[e] Innocentius, anno Dñi. 1209. Honorius An. D. 1218. Gregorius An. D. 1231.

[f] Lib. 1. decretalium cap. Coram de restitutione in integrum.

Patriarchæ duo, Constantinopolitanus, et Hierosolymitanus. Antiochenus Patriarcha graui morbo oppressus venire non potuit; Secundum misit pro se Vicarium Antadorensem Episcopum. Alexandrinus verò Patriarcha sub dominio Sarracenorũ constitutus, similiter venire non potuit, sed misit pro se Vicarium Petrum Diaconum, germanum suum. Vnus, & septuaginta Primates, & Archiepiscopi huic Concilio interfuerunt, Episcopi verò CCCCXII. Abbates autem, & alij religiosi, Decani, Priores, Præpositi, Archi-Diaconi, et alij Cleri computari ferè non poterant. Deinde Procuratorum Principum, communitatum, et ciuitatum, qui ex vniuersis mundi partibus eò confluxerunt, incredibilis fuit numerus. In hac generali Synodo Rodericus Archiepiscopus Toletanus, et Hispaniarum Primas, de facultate Pontificis, Latinè concionatus est. Sed quia ex diuersis mũdi prouincijs, tam Cleri, quàm laici conuenerant; vt omnibus satisfaceret, rationes, et testimonia Latino sermone prolata, laicis et maternis linguis, singulis exponebat, Romanis videlicet, Theutonicis, Francis, Anglis, Nauarris, et Hispanis. Husmodi autem prædicationis expositio valde placuit; vt potè quæ admirationem omnibus, propter concionatoris acumen, et ingenij subtilitatem, attulit: cum ab Apostolorum tempore auditum non sit, aut scriptum reperiatur, quemquam ad populum eandem concionem habuisse, tot, ac tam diuersis linguis cuncta exponendo. In eodem autem Concilio obtinuit, vt per decennium legati munere in Hispania fungeretur. Sed vltra permissum est illi, vt cum trecentis illegitimè natis dispensare posset, vt ex his ad sacros ordines quidam, alij verò ad beneficia etiam animarum curam habentia, reliqui ad dignitates, et honores, eius voluntate promouerẽtur: et vt cum aliquibus excommunicatis, sacrilegis, irregularibus, et concubinarijs dispensaret. Est etiam consequutus, vt quamprimum ciuitas Hispalensis redderetur cultui Christiano, sine strepitu iudicij, iure Primatus Ecclesiæ Toletanæ subesset. Obtinuit etiam, vt omnes Ecclesias tam cathedrales, quàm alias, quæ in omnibus Hispaniarum Regnis ex Maurorum potestate in Christianorum ditionem peruenirent, posset pro suo libito canonicè ordinare, et non solùm Clericos, sed Canonicos, et Prælatos in eisdem recenter creare. Et quoniam velut vmbra cuncta prætereunt, et quæ geruntur in tempore, cum tempore dilabuntur, non abs re priscis, nostrisq; temporibus statutum est, quæ æterna digna sunt propagatione, scriptis mandentur, et monumentis æternis; vt nulla possint obliuione deleri. Ideoq; notum sit omnibus hominibus præsentem paginam inspe-

inspecturis, quòd in eodem Concilio apud Lateranum præfatus dominus Rudericus Toletanæ sedis Archiepiscopus, Hispaniarum Primas, impetrata audientia ab eodem Papa, proposuit in pleno consistorio coram ipso, & Cardinalibus, & pluribus Archiepiscopis, & Episcopis, & Abbatibus, & Canonicis, & alijs Clericis querimoniam de Bracarensi, & Compostellano, & Tarraconensi, & Narbonensi Archiepiscopis; quòd nollent ei, tanquã Primati suo, debitã obediẽtiam præstare. Et vt probaret illorum se Primatem esse, ostẽdit priuilegia, & legit Honorij, Gelasij, Lucij, Adriani & eiusdem Innocentij tertij Romanorum Pontificum; quibus continebatur & manifestissimè probabatur, Toletanum Archiepiscopum Hispaniarum esse Primatem. Addidit etiam idem Archiepiscopus Toletanus habere se alia plura priuilegia, & monimenta, & scripta, quibus ostendebatur esse se Hispaniarũ Primatem. Ostendit etiam eadem die, & legit ibi sententiam Iacinti Cardinalis Apostolicæ sedis Legati, latam in Archiepiscopum Bracarensem, qua iubebatur, vt Toletano Archiepiscopo, tanquam Primati suo obediret. Legit etiam exequutionem eiusdem Iacinti missam suffraganeis Ecclesiæ Bracarensis, in qua eis præcipiebat, vt Toletano Archiepiscopo, tanquam Primati suo, debitam reuerentiam, & obedientiam exhiberent. Vnde obnixè petebat, vt ius suum sibi redderetur.

Cui respondit Archiepiscopus Bracarẽsis, qui fuerat ad hoc specialiter citatus, sicut fuit postea per ipsum Papã, & testes legitimos sufficienter probatũ, cõtestari se litem in præsentia eiusdẽ Papæ, propterea, quòd nõ fuerat ad hoc citatus, & ideò se non debere respõsum dare: & sentẽtiam prædicti Iacinti penitus se ignorare affirmauit. Dominus autẽ Toletanus, impetrata à Dño Papa audientia, respõdit.

Pater sancte, mirum non est, si Bracarensis, qui præsens est, citationem Apostolicam, & Toletanæ Ecclesiæ Primatum, & domini Iacinti sententiam, hac de re latam deneget, seu non erubescat supprimere: cum olim prædecessor suus Burdinus, Archiepiscopus Bracarensis, non solùm contra Romanã Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, non erubit recalcitrare: sed tanquam alter Arrius, visus sit inter Catholicos sempiternã schismatis discordiam seminare. Cuius rei talem affero probationem. Cum dominus Bernardus quondã Archiepiscopus Toletanus Romanã Curiam visitasset, & ad propia rediens per Lemouicensem ciuitatẽ transisset, deduxit secum inde clericos & pueros in Toletana Ecclesia collocãdos & nutriendos: inter quos Burdinum, de quo fit sermo: quem non solùm bonis ditauit, sed etiam literis erudiendum curauit;

quem deinde creauit Archidiaconum Toletanum. Hic verò cooptatus in Conimbricensem Episcopatum, antiquum nomẽ mutauit, & pro Burdino, Mauricius appellari voluit. Progressu tẽporis ad instantiam domini Bernardi, cuius alumnus extiterat, in Archiepiscopum Bracarensem assumptus est. Cum autem videret dominũ Bernardum senio confectum, immemor acceptorũ beneficiorum, deposita ouina pelle, non erubuit lupinam induere. Accessit itaq; ad Curiã, & à domino Paschali Papa secundo obnixè petyt, vt domino Bernardo sene iam & inutili amoto, in eius locũ se substitueret in Toletana Ecclesia. Cuius preces dominus Papa tanquã friuolas & inanes, nihili fecit. Interim orta est discordia inter Paschalẽ Papã. II. & Othonem Imperatorem. Hic autem Mauricius, siue Burdinus, existimans notam sibi esse iniustã, quod in petitione Ecclesiæ Toletanæ repulsam sit passus, accessit ad Imperatorẽ, & modis omnibus ad summum Pontificatum ascendere conatus est: & validissimo Imperatoris instructus exercitu vrbem, Romanam ingressus, tanquã sacrilegus, & apostata, non erubuit Paschalis veri Pontificis Apostolicam vsurpare sedem: & sumpto Gregorÿ octaui nomine, cõmentitÿs & falsis bullis, per vniuersum orbem Apostolicas, imo apostaticas literas dirigebat. Interim vita functus est Paschalis, in cuius locum suffectus est Gelasius secundus: permanente adhuc discordia mortuus etiam est. Huic sucessit Alexander tertius, qui cũ Imperatore Othone in gratiam redÿt, & pacẽ inter Imperium & Ecclesiam Romanam constituit. Deinde Burdinus, seu Mauricius, tanquam sacrilegus, & excommunicatus, inclusus est in perpetuum in Calabria, in quandam caueam, in monasterio sanctæ Trinitatis Scapile. Hoc non solùm authentica historia testatur, verum etiam laicorum pictura hoc asserit & protestatur. Siquis astantium hac de re dubitat, tollat oculos ad præsentes loci huius parietes, & videbit huiusmodi historiam picturatam. Erigentes autem oculos, omnia, vt dixerat, viderunt: & domini Toletani subtilitatem, & peritiam collaudantes, cæperunt tum ad murmurare, tum etiam in domini Bracarensis faciem intendere, quæ magno iam erat rubore perfusa.

Calixtus.

Compostellanus similiter eadem die in pleno consistorio respondit: Pater sancte, certè derisoria videtur petitio domini Ruderici, qòud Ecclesia Compostellana tàm antiqua, & nobilis condita in honorem Apostoli Iacobi Domini consanguinei, qui primo in Hispania verbum Domini seminauit, & infinitos ad fidem Christi conuertit, cuius corpus in eadem Ecclesia requiescit, nunc (quod absit) obe

diat

diat Ecclesia Toletana. Dominus autem Rudericus Archiepiscopus Toletanus, petita & obtenta à Domino Papa facultate respondit: Pater sancte, o vtinam causa ista in rationibus reuerendi Archiepiscopi Compostellani nunc propositis remaneret, & aliæ vndiq; allegationes cessarent, maxime si per prædicta credat se posse defendere Toletana Ecclesia nullam se debere obedientiam: ad quod breuiter respondeo. Causa mea derisoria fortasse videbitur, non tamē sapientibus, sed insipientibus. Si antiquitatem Cōpostellanæ Ecclesiæ pro te facere existimas, antiquitas ista centum & nouem annorum spatio cōtinetur: quod sic persuadeo. Dominus Calixtus Papa, ad instantiā Principis, Cleri, & populorū Hispaniæ Metropoliticū ius antiquæ & celeberrimæ ciuitatis Emeritensis Compostellā transtulit, anno Domini. 1124. tum quia ciuitas Emeritensis erat sub dominio Sarracenorum constituta; tum quia peregrinantiū deuotio, qui ob reuerentiam beati Iacobi, cuius corpus ibidem creditur esse sepultum, in melius semper cresceret. Nam vsq; ad hæc tempora oratorium quoddam admodum paruum erat locus ille, in quo nūc sita est Compostellana Ecclesia. Antiquior est ergo Ecclesia Toletana, quæ fundata est à tempore Eugenij, qui Pauli Apostoli fuit discipulus. Si nobilitate Ecclesia suam tueri causam nititur, propter inuocationem B. Iacobi: licet Apostolorum appellatio nobilis sit & illustris, nobilior tamē est & illustrior B. Virginis, cuius inuocatione & nomine Ecclesia quæcunq; augustissima, & celeberrima efficitur, & potissimū Toletana, quam ipsa Virgo sanctissima præsentia sua inuisere voluit, atq; dignata est, cum quondam B. Illephonso Archiepiscopo Toletano sacrificium Domino offerenti, & omnibus præsentibus, qui diuinum audiebant officium, se visibilem præbuit. Si prætereà in suæ causæ confirmationem consanguinitatem Domini inducit; [a] certè nemo sanæ mentis ignorat, arctiori consanguinitatis vinculo B. Virginem Domino copulatam esse, quem concepit, peperit, nutriuit, & vsq; ad crucis patibulum & sepulchrum sequuta est.

Si inducat etiā primā diuini verbi promulgationē, & plurimorum cōuersionē ad fidem Christi in Hispania; qui diuinā paginam nouerunt, testimonium perhibeant. Ego tantū legi datā ei fuisse potestatē prædicādi in Hispania: sed interim, cū per Iudæam, & Samariā diuinam legē seminaret, sub Herode Hierosolymis truncato capite, exhalauit animā & Dño reddidit. Quomodo ergo ibi prædicauit, quò nondum ingressus est? Aut sine prædicatione, quos obsecro cōuertit ad Dominum? Memini benè in primis me annis accepisse à quibusdam sanctis Monialibus, & religiosis viduis, paucos admodū

[a] Beatus Iacobus Apostolus, filius Zebedæi in Hispaniam venit & ibi prædicauit Christi Euangelium; & in tota prouincia nouem tātum ad

eius prædicatione ad fidem cõuersos esse: in qua cũ tam exiguos progressus effici videret, in patriam reuersus fato functus est. Si nobilitatem etiam sepulturæ inducant, quod ibi D. iaceat Iacobus, libenter assentior cum his, qui istud asserunt: licet quidam affirment, corpus eius Hierosolymis requieuisse; postea raptum à discipulis delatum esse & sepultum apud Compostellam. Absit autem, vt propter gloriam huius primatus asseram Corpus B. Virginis, quod firmiter credimus in cœlestibus cum Domino gloriosum esse, in Ecclesia Toletana fuisse aliquando sepultum pedibus humanis quotidie conculcãdum. Membratim enim dilaniari me potius paterer quàm ad hoc affirmandum animum adycere. Videat ergo dominus Compostellanus, an debeat Ecclesiæ Toletanæ fasces submittere. Sed omißis rationibus, si placet, respondeat propositæ quæstioni. Dominus autẽ Compostellanus respondit, quod licet Toletanus esset Hispaniarum Primas, quod falsißimum erat, non tamen eius suffraganei deberent ei in aliqua re obedire. qua responsione multi crediderunt Compostellanum contestatum esse litem.

Pro Tarraconensi autem Archiepiscopo, qui non aderat, respondit Episcopus Vicensis, suffraganeus eius, pro se & pro alijs suffraganeis eius absentibus, Toletanum Archiepiscopum nec esse Primatem, nec se debere illi in aliquo obedientiam præstare.

Narbonensis, qui tunc aberat, sequenti die in pleno consistorio respondit, se ad hoc citatũ non fuisse. Acta sunt hæc apud Lateranũ octauo idus Octobris, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo ducentesimo decimoquinto Pontificatus domini Innocentij Papæ III. anno decimooctauo. Hæc ex libro. M. s. Ecclesiæ Toletanæ.

Quæ omnia peregit publicè Rudericus Ximenius Romæ in sui Primatus causa, quam obtinuit. Nam sũmus Pontifex Primatus honorem eidem coram omnibus detulit; sicut ante in diplomate cõcesserat: idemq; Honorius, & Gregorius eius successores probauerunt.[a] *Alteram etiam sedauit Rudericus controuersiam in Aragonia, cum Petro de Albalate Archiepiscopo Tarraconensi, orta ex*[b] *constitutione quadam, aduersus Toletanum Primatem in illa diœcesi lata, quã Gregorius Papa nonus irritam fecit. Rudericus igitur Ximenius ius Primatus Toletani acerrimè tutatus est, suisque successoribus summam in hac parte auctoritatem moriens reliquit; nimirum Ioanni secundo, & Gutierio, qui ab Innocentio quarto cõfirmationem horum omnium consequuti sunt. Gutierio Sanctius Castellæ Infans*[c] *filius regis Ferdinandi tertij, successit, qui à prima ætate omni fuit in Ecclesia Toletana officij genere informatus, & ex*

fidem afferunt cõuertisse Veri Beatus Calixtus PP. in epistola translationis ipsius dicit illum plures fecisse discipulos, sed duodecim habuisse speciales, quorũ nouem, dũ adhuc viueret in Gallæcia elegisse: præterea dum Cæsaraugustæ prædicationis gratia moratur, virginis Mariæ admonitu templum erexisse ipsi dicatum, quod nunc dicitur, nuestra Señora del Pilar. Atq; hæc fuit prima in toto orbe Christianorum Ecclesia, in qua semper cultus diuinus viguit, est que innumeris nobilitata miraculis. Iacobus vero relictis duobus in Hispania discipulis, cũ reliquis in Iudæam redijt, ibiq; martyrium primus omnium Apostolorũ subijt anno primo Tiberij Cæsaris: occisus est 25. die Martij: corpus à discipulis nauigio impositum ab Ioppe soluẽtibus in Hispaniã appulit. 8. Calen. Augusti. quo die præcipuũ eius festum ab Ecclesia colitur, & in ciuitate Iria situm, demũ Compostellã trãslatũ tertio Calen. Ianua. quo die in tota in Hispania translatio eius celebris est.

[a] Hanc controuersiã vide apud Zuritã lib. 6.

[b] Hanc cõstitutionẽ edidit Petrus de Luna Archiepiscopus Cæsaraug. in qua cauebatur, vt nullus Archiepiscopus Crucem efferret in prouincia Cæsaraug. sub anathematis pœna, & cessatione diuinorũ officiorũ: id patet ex diplomatibus Eccle. Toletan. & Zurita.

[c] Filius Ferdinandi tertij ex prima vxore.

& ex Canonico in Archiepiscopũ assumptus, qui vt strenuus miles, in prælio Sarracenorũ occubuit. In huius locũ suffectus est Sãctius Iacobi primi Aragoniæ regis filius. Eo Præsule sancta^a Synodus Lugdunensis coacta est, in qua procuratores habuit, qui ab Alexandro quarto Primatus confirmationem obtinuerunt. Demũ Archiepiscopi omnes, qui à Sanctio Aragonio, vsq; ad Ioannem Aragoniæ Infantem, Iacobi secundi Regis filium, cõtinenter processerunt, Primatus munere pacificè functi sunt. Ioannes verò Infans in Aragonia, vbi creatus fuit Præsul Toletanus, cum Archiepiscopis Ximenio & Petro de Luna vtroq;, illo Tarraconensi, hoc vero Cæsaraugustano, intestina dissensione, quòd sublatam crucem ante se ferret, inuicem cõtenderunt; quas Ioannes Tolet. regio fretus adiumento sustinere potuit. Nã pater rex ægrè tulerat iniuriam, à Petro de Luna, Archiepiscopo Cæsaraugustano illatam filio, quem percusserat anathemate ob erectam ante se crucẽ Cæsaraugustæ, vt insigne Primatus, filioq; auxilium dedit, quo posset se à vinculo anathematis enodare, iniuriamq; illatam propulsare. Fuit hæc res maximi momenti; quippe, quæ ad Regiam dignitatem spectare videbatur, in cuius, & Archiepiscopi Toletani conspectu, iniuria filio irrogata est; neq; aliter regis animus placari potuit, quàm Apostolicæ sedis auctoritate, ad quam causam, veluti rem magni ponderis, deferre voluit. Neq; Cæsaraugustano, & Tarraconensi est data vnquam facultas cohibendi Toletanis Præsulibus ius Primatus in suis diœcesibus: irritum enim est & inane, quod fit ab Episcopis aduersus auctoritatem Romani Pontificis, à qua Primatus Hispanici dignitatis Toletana sedes ortum habet: quando quidem ipsemet Ximenius à Luna, cum sedem Tarraconensem, pro Toletana cum eodem Ioanne Infante commutasset, iure Primatus in Tarraconensi ditione est vsus. Idem aliqui posteriores præstiterunt, nimirum Ioannes Contreras, Petrus Gonçalez de Mendoza, frater Franciscus Ximenius, quem admodum suis locis dicemus. Compositis autem his motibus, & controuersijs, alijsque compluribus, quæ Ioannem Infantem ad deponẽdum vltrò Archiepiscopatum Tolet. compulerunt; cum Sanctius de Rojas inclytus, & egregius Præsul, è vita migrasset, cooptatur in eius locum Ioannes Contreras, qui à Martino Papa. V. diploma impetrauit, quo posteriores cõtrouersiæ futuraq; dissidia omnino sublata sunt. Nam illo Pontificis decreto cautum est, vt in omnibus sacellis Pontificis, in conuentibus, & Concilijs generalibus Archiepiscopo Toletano, veluti Patriarcha, supra omnes Archiepiscopos sedes superior decerneretur, & vt in tota Hispania tamquã

a Concil. Lugdunens. de processione Spiritus Sancti, anno D. 1246.

in prouincia sua Primatis titulo & potestate decoraretur, & vt ab omnibus vt Primas veneraretur, vt Primatus & Patriarchæ insignia ante se semper ferret, absq; cuiuspiam repugnantia, aut cōtradictione. Concessione hac & priuilegio vsus est in Concilio Basiliensi: vbi Cardinalis Iacobatius refert, & sedendo, & sententiam dicendo Primatem egisse Hispaniarum. Qua etiā potestate est vsus in regnis Castellæ, Aragoniæ, & Nauarræ, vt apertè constat ex epistola Ioannis secundi regis ad ciuitatem Burgensem missa, in qua rex testatur se vidisse Archiepiscopum Ioannem Riazam tàm in hoc regno, quàm alijs cruce præcedente, etiam in ipsius regis præsentia incedere solitum esse, & præcipuè Tyrassonæ; in qua aliquot cō moratus dies, causas ad regem spectantes absoluit. Efficitur ergo ex his, Primatus dignitatem tantæ auctoritatis esse, & in Regis maiestatem ita cedere, vt nullus debeat de eius propagatione esse solicitior quam Rex ipse. Et licet Regium ex more vexillum Regem antecedat, non tamen ideò pati debet, vt Archiepiscopi Toletani crux, quod Primatus est insigne, è medio tollatur, sed potius vt erecta semper maneat. Exemplo nobis sunt excellentissimi & inuictissimi Reges Christianæ religionis lumina, & firmissima propugnacula, vterq; Alphonsus, qui in difficillimis magnisq; prælijs Nauarrū, & Tarifæ, socios certaminis Archiepiscopos præstantes habuerunt, cruce eorū erecta, Rudericum Ximenium, et Gilium Albornoz: sicut etiam maximi Reges Catholici Archiepiscopos Alphonsum Carrillo, & Petrum Gonçalez de Mendoza. Decet ergo Regiam maiestatem Primatis crucem præ se ferre, sub cuius tutela, ac summa potētia amplissimas victorias, ac triumphos de religionis Christianæ immanissimis hostibus reportarūt, & quo propensiùs ad Primatis crucem exaltandam animum adiecerūt, eo excellentiorē suis vexillis & insignibus gloriam contulerunt; in cruce Primatus eum venerantes, qui chirographū decreti aduersus nos stabilitum abrupit & deleuit.

In locum Ioannis Contreras cooptatus est Ioannes Cerezuela, frater Aluari de Luna, militiæ D. Iacobi supremi Magistri, qui cōfirmationem Primatus à Martino. V. obtinuit. Deinde ad Alphōsum Carrillo sedes deriuata est, virum certè spiritu erecto, & cerebroso præditum; quo vsus est, non tantùm in regni regimine, verùm etiam in hac dignitate tuenda, & conseruanda: ipse namque dissidia omnia & controuersias super hac re excitatas, non modo cōpressit, sed penitus extinxit. Nam Alphonsus Carthagena Episcopus Burgensis, diuinis & humanis literis eruditus, omni studio conatus est, ne Toletanus, præcedente cruce Burgos veniret: quem nihilo

nihilominus vrbem ingreßum Burgensis sacris interdixit. Imo & ciuitas ipsa, cum sibi persuasisset, ab antiqua illa auctoritate se deijci (qua veluti Castellæ caput, Toleto nititur in omnibus comitijs praire) si Primati Ecclesiæ Toletanæ se subderet, ingressum vrbis Archiepiscopo interclusit, idque armis impedire conata est. Nihil tamen profecit: nam Toletanus coram Ioanne secundo Rege de vi, & ciuitatis oppreßione conquestus, ad supremum Senatum causam remisit: quò etiam Burgensis se contulit: ibiq; omnia sunt exhibita diplomata Romanorum Pontificum superiùs memorata, & vltimum etiam Martini .V. Ioanni Contreras concessum. Quibus cõsideratis, Episcopo[a] *Burgensi praceptum est, ne Toletani Archiepiscopi antiquum ius peruerteret. Cumq; Burgensis causa caderet, sacrorum prohibitiones, atque interdicta sublata sunt: etiam Senatui ciuitatis in mandatis datum est, ne veteri Præsulem Toletanum possessione deijceret; quod & fecerunt Episcopus, & ciuitas. Et Alphonsus Carrillo facultate vsus possessione recuperata, sublata cruce Burgos iterum ingreditur, lustratq; omnia eius dιœcesis oppida. Causa nihilominus vehementiùs agitabatur, donec composita per arbitros in hunc modum est; videlicet, vt Toletanus Antistes Episcopũ Burgensem immediatum sedi Apostolicæ cognosceret, & fateretur; Burgensis verò Toletanum, vt Primatem Hispaniarum; qui posset in vniuersa Burgensi diœcesi sublatam crucem præferre, & populum benedicere, & publicè, & priuatè sacra peragere. Hoc autem decretũ inuiolabili vtriusq; iureiurando stabilitum est. Qua in re Alphonsus Carrillo præstantioris animi, atque maioris virtutis documenta dedit, quàm Gundisaluus secundus, qui amicitiæ causa,*[b] *cum Petro Burgensi crucem publicè, dum Burgos ingrederetur, non erexit; licet coram notario professus sit, nolle se praiudicium aliquod Primatui inferre, sed tantùm amicitiæ pristinæ consulere. Etiam Gometius Manrichius reprehensione non caret: nam Episcopatu Burgensi vacante, cum ipse vna cum Enrichio secundo Rege, Burgos ingressus esset, iniquam cum Burgensibus de Primatu pactionẽ fecit; vt aperte constat ex eius protestatione, ab eadẽ ciuitate exhibita, cũ Petrus Tenorius Archiepiscopus ad Regalia comitia esset vocatus, quæ Ioannes primus rex Burgis haberi instituerat: qui etiam reclamante populo Burgensi, non nisi cruce elata ciuitatem ingredi voluit, vt in archiuis Ecclesiæ Toletanæ latiùs testatum reperitur. Et quoniam literis Ioannis regis in gratiam Alphonsi Carrillo datis multa continentur animaduersione digna, quippe quæ complectantur ea quæ ad ius Primatus & auctoritatem spectant, non abs re fore*

[a] Anno Dñi. 1448.

[b] Anno Dñi. 1448. die. 17. Augusti.

putaui, si eas hic insererem, non versas in Latinum idioma, sed eodem, quo data fuerunt vernaculo, in quo est summa grauitas & auctoritas.

Don Iuan por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Toledo, de Galizia, de Seuilla, de Cordoua, de Murcia, de Iaen, del Algarue, de Algezira, señor de Vizcaya, y de Molina. A vos el reuerendo padre don Alonso, Obispo de la Yglesia de la muy noble ciudad de Burgos, cabeça de Castilla, mi camara, Oydor de la mi Audiencia, è mi Refrendario, è del mi Consejo. (como aquel que precio, è de quien mucho fio) Ya sabedes el debate y question que ha sido, entre el reuerendo padre, en Christo, don Alfonso Carrillo, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, è Chanciller mayor de Castilla, è del mi Consejo, de la vna parte, y vos de la otra: sobre razon que el dicho Arçobispo metio en essa ciudad la Cruz infiesta al tiẽpo, que en ella entrò, è el entredicho que por la dicha causa vos pusistes, y mandastes guardar en la dicha vuestra Yglesia, y en las otras Yglesias de essa Ciudad; è en como el dicho Arçobispo embio a mi sobre ello sus mensageros; è ansimesmo vos venistes por vuestra persona a las cosas que ante mi, y en el mi Consejo fueron propuestas è alegadas por ambas las dichas partes, cada vno en guarda de su derecho: y lo que por mi fue mãdado è acordado que por entonces se fiziesse; de que mas largamente se faze mencion en ciertos mis autos, que sobre ello yo mande dar. E agora por parte del dicho Arçobispo fue propuesto y alegado ante mi, y en el mi Consejo, que su derecho, en esta parte, è de su dignidad è Primacia està muy claro, segun se cõtiene en ciertas bulas, que sobre ello fueron falladas en el sagrario de la santa Yglesia de la muy noble ciudad de Toledo; los transumptos y copias de las quales autorizados, è autenticados le fueron embiados por el Cabildo de la dicha su yglesia: por las quales se contiene expressamente, q̃ los Arçobispos de Toledo son Primados, no solo de las yglesias de mis reynos, mas de todas las otras yglesias de los reynos de las Españas, segun q̃ lo fueron antiguamente, antes q̃ los Moros, enemigos de nuestra santa Fee, ganassen estos mis reynos, è los otros reynos de las dichas Españas; è q̃ especialmẽte agora en nuestros tiẽpos el Papa Martin. V. de bienauẽturada recordacion dio sus bullas a don Iuan de Riaça, Arçobispo que fue de Toledo, Primado de las Españas, Chanciller mayor de Castilla: por el tenor de las quales, por la autoridad Apostolica dicernio, y declarò, è establecio, que el dicho Arçobispo de Toledo, è sus sucessores, en las Capillas del dicho Papa Martin, è de los otros Papas sus sucessores, y en los generales cõsis-

torios

torios è Concilios, y en otros qualesquier lugares publicos è priuados tuuiessen lugar, y fuessen antepuèstos è preferidos, aliende de los Protonotarios de la Sede Apostolica, è allende de todos los otros Arçobispos que antes dellos auian seido promouidos, que Primados è electores del Imperio non fuessen. E otrosi, que el dicho Arçobispo de Toledo, è sus successores libre y licitamente puedam vsar è gozar de todas è qualesquier prerrogatiuas, è preuilegios è insignias, que en qualquier manera puedan competer a los venerables Patriarcas, a semejança de los quales son los Primados: è han essa mesma dignidad, è son de ensalzar igualmente por adminiculos de essa misma preeminencia è honor, aunque ayan diuersos nombres. Lo qual todo el dicho Papa Martin constituyò è decernio, è declarò; è mandò que se guardasse asi irrefragable y perpetuamente en todos los tiempos aduenideros, no embargantes qualesquier constituciones Apostolicas è estatutos è costumbres de qualesquier yglesias, è lugares, aunque fuessen confirmados por la se de Apostolica, o por qual quier juramento, o en otra qualquier manera; ni otras qualesquier cosas, que en contrario fuessen: è diputò ciertos executores; a los quales mandò, que lo fiziessen asi guardar, è diessen para ello toda ayuda; è non permitiessen, que el dicho Arçobispo de Toledo, ni sus sucessores, ni alguno dellos fuessen molestados dende en adelante en alguna manera contra lo susodicho; è que compeliessen por toda censura Eclesiastica a qualesquier contraditores: segun que esto y otras cosas mas largamente se contiene en las dichas bulas. Segun lo qual fue visto en el mi Consejo, que el dicho Arçobispo don Alfonso Carrillo, como Primado de las Españas igual de Patriarca, puede infiesta, è alçada, traer la dicha Cruz, no solamente en vuestra yglesia y diocesi, y en todas las otras yglesias y diocesis de mis reynos, ansi de Arçobispos, como de Obispos, quanto quier que seades essentos, mas aun en todas las Españas, como en Prouincia de su Primacia, o Patriarcado. E que pues el Papa otorgò esto a los Arçobispos de Toledo, lo qual redunda en gran seruicio mio, e honor de la Corona Real de mis reynos, no està en razon que le sea embargado por vos, ni por los Perlados, Arçobispos, ni Obispos, ni otros qualesquier de las yglesias de mis reynos: è que no solo yo deuo mandar, que en mis reynos se faga y guarde ansi; mas procurar, con todas mis fuerças, que en los otros Reynos de las Españas sea guardada esta prer rogatiua è preeminencia a los Arçobispos de Toledo, como Primados, o Patriarcas de las dichas Españas. Lo qual no es sin causa, pues como vos bien sabedes, la muy noble ciudad de Toledo

zer semejantes contradiciones, dedes lugar que el dicho Arçobispo, como Primado de las Españas, sin embargo, ni contradicion vuestra libremente pueda fazer traer ante si insiesta è alçada la Cruz, por essa ciudad y vuestra diocesi, pues se falla por las dichas bulas que licita y libremente le compete lo suso dicho, como insignias de su Primacia, o Patriarcado, è lo puede bien fazer: è luego alcedes de todo el entredicho, que por la dicha causa ouistes puesto, è publicado, o declarado en essa ciudad: en lo qual me faredes singular plazer è seruicio: è por cosa alguna non cumple que fagades ende al; ca por esta misma via entiendo mandar, que lo guarden todos los otros Prelados de mis reynos, assi Arçobispos, como Obispos, è otros qualesquier; è procurar è trabajar, porque se guarde ansi en todas las Españas. E por esto no es mi intencion de prejudicar, ni que se haga prejudicio alguno a vos, ni a vuestra Yglesia è dignidad en otras cosas algunas, tocantes a la ingenuidad e essencion de vuestra yglesia è dignidad: mas que vos queden siempre à saluo en todas otras qualesquier cosas como dicho es. Dada en la villa de Nauarrete, veynte dias de Agosto, año del nacimiento de nuestro señor Iesu Christo, de mil y quatrocientos e quarenta y ocho años. Yo el Rey. Yo el Doctor Fernando Diaz de Toledo, Oydor, è Refrendario del Rey, è su Secretario, lo fize escriuir por su mandado.

Demum Alphonsus Carrillo eodem iure Primatus vsus est in Regalibus comitijs habitis in Oppido Fontidueña, quo Episcopi omnes Hispaniæ congregati sunt, illisque præfuit, & primum locum in sedendo & dicẽdo inter omnes obtinuit; cum tamen adesset ibi Petrus Gonçalez de Mẽdoza Episcopus Seguntinus, & Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Et non solum Archiepiscopi ipsi Toletani, quoties Cõuentus Ecclesiastici fiunt, cæteris, etiam Cardinalibus, dum Episcopi sint, & antiquioribus Archiepiscopis præferuntur, verum etiam si fortè Toletana sedes Apostolico Gubernatore regatur, ipse rector reliquis Hispaniæ Episcopis praeminet: vt[a] Ioanne secundo regnante euenit. Nam Petro Tenorio vita functo, sedes Toletana per aliquot annos Præsule caruit: verùm Petro à Luna concessione Benedicti Papæ patrui sui Pontificium adepto, non suffragante Capitulo, adduci Rex non potuit, vt illum in sedem admitteret, nisi Capituli Toletani præcessisset electio. Dum hæc agebantur, octo fermè annos rexit & administrauit Ecclesiam Toletanam Ioannes Episcopus Seguntinus, qui in Regalibus comitijs Toleti habitis, in conuẽtu Ecclesiastico Episcoporum primus sedit, & primus sententiam dixit; non

[a] In Chronica Ioan. secundi regis Castellæ.

pro

pro se tantum, verum etiam pro omnibus Episcopis qui aderant & aberant. Imò & quod maius est, testamentum à Rege Henrico factũ sigillo muniri voluit gubernatoris Episcopi Seguntini, vt referentis Hispaniæ Primatis auctoritatem.

Historia Henrici, c. 164

Petrus Gonçalez de Mendoza, qui Alphonso Carrillo successit, (ambo genere illustres & ex nobilibus Hispaniæ familijs orti) supremam hanc auctoritatem tueri, & augere curauit: quod & re fecit: nam in omni Hispania, & Narbonensi Gallia crucem erectam, vt Primatis insigne, præ se tulit, quam argenteam & deauratam, in testimonium iuris atque dignitatis huiusmodi, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ legauit his verbis.

Otrosi, porque la nuestra Cruz, que en señal de Primado auemos traydo ante nos, por las prouincias de Santiago, Seuilla, Granada, çaragoça, Valencia, Tarragona. Narbona, y por las diocesis de las yglesias que se dizen essentas de los Metropolitanos suso dichos, à donde nos auemos estado, es la primera Cruz que se puso sobre la mas alta torre de la Alhambra de la ciudad de Granada al tiempo que fue ganada, è quitada de pòder de los Moros infieles enemigos de nuestra santa Fee Catolica: a donde en la toma de las mas principales ciudades del dicho reyno de Granada, nos fallamos con la dicha Cruz en seruicio de Dios nuestro señor, è del Rey è de la Reyna mis señores, con nuestra gente y estado: mandamos, que la dicha nuestra Cruz, con su hasta guarnida de plata, assi como la nos traemos, sea puesta en el Sagrario de la dicha nuestra santa Yglesia, en memoria de tan gran Victoria, è por decor, è honor della, è de los Prelados della: è alli queremos que este perpetuamente, è que no pueda ser sacada dende, sino a las processiones.

Franciscus Ximenius Cisneros Cardinalis, acerrimè etiam tutatus est dignitatem suam: nam cum iter ageret per Castellam, & Aragoniam, semper Cruce est vsus, & de Primatu contendit cum Alphonso Fonseca, Archiepiscopo Compostellano: aduersus quem, vt Primas, inhibitorias literas dedit: quod ægerrimè Compostellanus ferens, causam defendit libello exhibito eleganti satis & acuto, sed à veritate alieno.

Aluarus Gomezius lib. de rebus gestis à Francisco Ximenio.

Postea Ioannes Tauera Cardinalis eadem vsus est auctoritate, in comitijs Toleti habetis, iussu Imperatoris Caroli. V. ibi enim Ecclesiasticæ congregationi totius regni coactæ, cum magna sui nominis gloria præfuit. Inter alios, qui in eum locum conuenerunt, fuit Garsias Loaisa, Cardinalis, & Præsul Hispalensis,

Hispalensis, qui in [a] Cardinalitiæ dignitatis antiquitate Toletano anteerat. Inter eos, vt erant viri sapientiâ præstantes, vrbanissima contentio, & comitatis plenissima de priori loco exorta est. Dicebat enim Cardinalis Tauera, primum locum Cardinali Loaisa non sibi deberi, propter Cardinalatus antiquitatem. E contrà verò Cardinalis Garsias Loaisa, primam in omnibus congregationibus sedem Toletano Præsuli, quòd Hispaniarum Primas esset, iure conferri asserebat: cuius tandem sententia, vt æquior vicit; amboq; in capite sederunt, licet digniorem tenuit locum Ioannes Tauera, qui iure Primatus auctoritatem Præsidis in omnibus semper exercuit. Exteri etiam Doctores Iurisconsulti Primatum Ecclesiæ Toletanæ comprobant, præsertim Alexandrinus ex. c. Cum longè. 63. D. & Speculator titul. de dispens. § Sunt quoq; nonnulli, & Albericus in rubric. ff. de statu homin. Quam sententiam Alberici Felinus maximè probat in rubric. de maior. & obed. nouissimè etiam in Concilio Tridentino inter Petrum Guerrero, Archiepiscopum Granatensem, & Bartholomæum à Sanctis Bracarensem, orta est quæstio, patribus Concilij iudicantibus Granatensi antiquitatem consecrationis esse seruandam, præferendumq; Bracarensi, in loco, & voce.

[a] Onufrius de Cardinalibus Garsias creatus in quinta creatione Clementis VII. anno Dñi 1529. Eodem anno, sed postea Ioan. Tauera.

Hunc igitur cursum Ecclesiæ Toletanæ Primatus, ab Eugenio primo Præsule, vsq; in hanc ætatem habuit: & licet (vt sunt res humanæ) vicissitudinibus varijs, & commutationibus, veluti procellis agitatus fuerit, semper tamẽ in tam longa, continuataq; serie, tot Pontificum maximorum, tot Imperatorum, & Regum Gothorum, Vuandalorum, Sueuorum, Castellanorum illibatus, firmusq; permansit. Tametsi temporum iniuria, aut hominum studio labi cœpit; quam primùm restituta est Toletana vrbs cultui Christiano, Primatus est iterum erectus, restitutusq;. Ex quo coniectari licet, diuino afflante spiritu, ex Apostolis manasse, radicesq; egisse, & eodem sancto numine curante, Beataq; Virgine Maria, sub cuius tutela militat, deprecante, reliquum temporis cursum, vsq; ad extremum iudicij diem, beato, feliciq; progressu, acturum.

Hispaniarũ Præsules recipient, &c. Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscribo. Deinde subscribũt viginti Cardinales & Episcopi. Dat. Lateranen. per manum Varonis Capellani, & scriptoris, tertio idus Martij, indictione septima, incarnationis Domini anno M. C. XLIIII. Pontificatus domini Lucij Pa. II. anno primo.

Raymundo vita functo Ioannes successit, qui causam egit coram Eugenio. III. aduersus Ioannem Archiepiscopum Bracarensem, compulitq́, [a] vt Toletũ veniens Præsuli Toletano Primatus publicè auctoritatem deferret, quam solenni confirmauit iureiurando. Hic Ioannes Toletanus partes Alexandri tertij aduersùs Imperatorem Federicum [b] sequutus, Concilio Turonensi interfuit, vt schismati Victoris Antipapæ consuleretur. Ioanne sublato, Toletanam sedem Cerebrunus obtinuit, à magnitudine cerebri nomen sortitus, qui in templo Toletano vnà cum Ioanne iacet. Ij duo Præsules Alexandri tertij tempora attigerunt, neque Archiepiscopatu vnquam se abdicarunt. Vnde coniecturam facio, titulum [c] decretalis, Requisiuit, corruptè legi Toletano, pro Tolosano, aut Coloniensi; [d] vt à viris doctis diligenter animaduersum est. Alexander non tantum Primatũ Cerebruni peculiari decreto stabiliuit, sed quod Anastasius Papa Pelagio Compostellano concesserat, vt à Primatu Toletano immunis esset, irritum fecit.

a Id constat ex diplomate Eugenij III. quod est in archiuo Ecclesiæ Toletanæ.

b Platina in vita Alexandri. III.

c Titulo de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatum lib. 1. tit. 12.

d Antonius Concius & Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarrac. in collectaneis decret. & codex M. S. antiquus Ecclesiæ Tolet. legit Coloniensi Archiep.

His temporibus nobilis illa Cardinalis Iacinthi in Hispaniam legatio habita est, qui inter alia magni momenti negocia, de controuersia excitata super Primatu, inter Episcopos Toletanum, & Compostellanum dirimenda, atque sedanda egit: causa cognita & rationibus perpensis, aduersus Compostellanum sententiam tulit, quẽ iußit simul cum alijs Hispaniæ Episcopis Cerebrunum tamquã Primatem suspicere, atq; colere. Quod præceptum Bracarensi potissimum Episcopo impositum est; cui cum dies esset dicta, iudicio adesse recusauit. Sententia Cardinalis Iacinthi sic se habet.

Iacinthus Dei gratia Diaconus Cardinalis, venerabili dilectoq; fratri, eadem gratia Archiepiscopo Toletano, & Hispaniarum Primati salutem, & veram in Christo Iesu dilectionem. Officij nostri debitum nos admonet, & affectio paterna compellit, Ecclesiarũ trãquillitatem satagere, & earũ lites, ac omnimodas vexationes de medio tollere, &c. Cũ igitur à Romanis Põtificibus literas impetraueris, ad venerabilẽ fratrem nostrũ Ioan. Bracarẽsem Archiepiscopũ, vt vel tibi vsq; ad terminũ aßignatũ, vel deinceps, suspẽsus maneret, &c. ipse autẽ sicut cõtumax & rebellis, nec venit, nec Canonicã excusa-

excusationem prætēdit. Nos itaque de rigore canonico procedentes, eum à Pontificali officio suspendimus, & suffraganeos suos à persona sua obedientia absoluimus, &c. quousque de contemptu satisfaciat dignè, &c.

Cerebrunum consequutus est Gundisaluus primus, qui ab Vrbano tertio Primatus confirmationem[a] *obtinuit, suffrageneosque ei signauit Palentinum*[b], *Segobriensem, Oxomensem, Conchensem Episcopos. Post Gundisaluum,*[c] *Martinus cognomento Pisuerga Præsul efficitur, qui à Cœlestino tertio Alphonsi Regis & Imperatoris Hispaniæ patruo, in Primatu confirmatus est. Qui cum Cardinalis honore fungeretur, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ cultum, & maiestatem mirificè auxit, impetrata gratia à Pontifice Romano, vt in Pontificalibus Præsulis Toletani Dignitates thiaris vterentur: & postquam ipse ad apicem Pontificatus peruenit, id ipsum Thesaurario & scholæ Præfecto concessit. Post Martinum Rudericus Ximenius, belli & literarum gloria conspicuus, sedem occupat, qui prælio*[d] *Nauarrum de Tolosa insigni, & posteà celeberrimo Concilio Lateranensi, sub Innocentio tertio, interfuit: in altero maximi Præsulis, in altero verò, militis excellentissimi illustria documenta dedit. Fuit enim acerrimus propugnator, atque defensor Primatus, & in Romanis archiuis, & tabularijs omnia diplomata à Romanis Pontificibus data Toletanis Præsulibus, diligenter conquisita in vnum volumen collegit, & noua alia ad eiusdem Primatus confirmationem à Pontificibus Innocentio*[e] *tertio, Honorio tertio, Gregorio nono, impetrauit. Huius temporibus acta causa est Archiepiscopi Bracarensis, de qua fit mentio in*[f] *Decretalibus. Cum autem ex parte Episcopi Bracarensis non esset, qui causam tueretur, præfixaque ad respondendum dies elapsa esset, Honorius Ruderici Primatum confirmauit, & ipsum Legati Hispanici honore auxit; vt populi Sarracenorum ad fidem conuersi saluti, aut extirpationi diligentiùs incumberet. Interfuit Romæ celeberrimo Concilio Lateranensi primo, in quo Primatus antiqua iura aduersus Hispaniæ Archiepiscopos egregiè tutatus est. Quæ tamen ibi fuerunt acta, quoniam scitu digna sunt, ex libro manuscripto, qui asseruatur in bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ, exscripta huic narrationi libenter, atq; fideliter annectam.*

Anno Domini ducētesimo supra millesimum, quinta decima die mensis Nouembris celebrata est sancta & vniuersalis Synodus Romæ, in Ecclesia sancti Saluatoris, præsidente domino Innocentio Papa. III. Pontificatus eius anno decimo octauo. In qua fuerunt

Patriarchæ

[a] Anno Dñi. 1187
[b] Albanacin caput Ecclesiæ Segobricensis fuit à Ioanne 22 adiudicata Archiepiscop. Cæsaraugustano in eius creatione, & à iurisdictione Archiepisc. Tolet. liberata: doctiss. Zurita lib. 6. ann c. 33.
[c] Anno Dñi. 1191.
[d] In bello Nauarrū de Tolosa, & in Concilio Lateranensi.
[e] Innocentius, anno Dñi. 1209. Honorius An. D. 1218. Gregorius An. D. 1231.
[f] Lib. 1. decretalium cap. Coram de restitutione in integrum.

Patriarchæ duo, Constantinopolitanus, et Hierosolymitanus. Antiochenus Patriarcha graui morbo oppressus venire non potuit; Secundum misit pro se Vicarium Antadorensem Episcopum. Alexandrinus verò Patriarcha sub dominio Sarracenorũ constitutus, similiter venire non potuit, sed misit pro se Vicarium Petrum Diaconum, germanum suum. Vnus, & septuaginta Primates, & Archiepiscopi huic Concilio interfuerunt, Episcopi verò CCCCXII. Abbates autem, & alij religiosi, Decani, Priores, Præpositi, Archi-Diaconi, et alij Cleri computari ferè non poterant. Deinde Procuratorum Principum, communitatum, et ciuitatum, qui ex vniuersis mundi partibus eò confluxerunt, incredibilis fuit numerus. In hac generali Synodo Rodericus Archiepiscopus Toletanus, et Hispaniarum Primas, de facultate Pontificis, Latinè concionatus est. Sed quia ex diuersis mũdi prouincijs, tam Cleri, quàm laici conuenerant; vt omnibus satisfaceret, rationes, et testimonia Latino sermone prolata, laicis et maternis linguis, singulis exponebat, Romanis videlicet, Theutonicis, Francis, Anglis, Nauarris, et Hispanis. Husmodi autem prædicationis expositio valde placuit; vt potè quæ admirationem omnibus, propter concionatoris acumen, et ingenij subtilitatem, attulit: cum ab Apostolorum tempore auditum non sit, aut scriptum reperiatur, quemquam ad populum eandem concionem habuisse, tot, ac tam diuersis linguis cuncta exponendo. In eodem autem Concilio obtinuit, vt per decennium legati munere in Hispania fungeretur. Sed vltra permissum est illi, vt cum trecentis illegitimè natis dispensare posset; vt ex his ad sacros ordines quidam, alij verò ad beneficia etiam animarum curam habentia, reliqui ad dignitates, et honores, eius voluntate promouerẽtur: et vt cum aliquibus excommunicatis, sacrilegis, irregularibus, et concubinarijs dispensaret. Est etiam consequutus, vt quamprimum ciuitas Hispalensis redderetur cultui Christiano, sine strepitu iudicij, iure Primatus Ecclesiæ Toletanæ subesset. Obtinuit etiam, vt omnes Ecclesias tam cathedrales, quàm alias, quæ in omnibus Hispaniarum Regnis ex Maurorum potestate in Christianorum ditionem peruenirent, posset pro suo libito canonicè ordinare, et non solùm Clericos, sed Canonicos, et Prælatos in eisdem recenter creare. Et quoniam velut vmbra cuncta prætereunt, et quæ geruntur in tempore, cum tempore dilabuntur, non abs re priscis, nostrisq; temporibus statutum est, quæ æterna digna sunt propagatione, scriptis mandentur, et monumentis æternis; vt nulla possint obliuione deleri. Ideoq; notum sit omnibus hominibus præsentem paginam inspe-

inspecturis, quòd in eodem Concilio apud Lateranum præfatus dominus Rudericus Toletanæ sedis Archiepiscopus, Hispaniarum Primas, impetrata audientia ab eodem Papa, proposuit in pleno consistorio coram ipso, & Cardinalibus, & pluribus Archiepiscopis, & Episcopis, & Abbatibus, & Canonicis, & alijs Clericis querimoniam de Bracarensi, & Compostellano, & Tarraconensi, & Narbonensi Archiepiscopis; quòd nollent ei, tanquã Primati suo, debitã obediẽtiam præstare. Et vt probaret illorum se Primatem esse, ostẽdit priuilegia, & legit Honorij, Gelasij, Lucij, Adriani & eiusdem Innocentij tertij Romanorum Pontificum; quibus continebatur & manifestissimè probabatur, Toletanum Archiepiscopum Hispaniarum esse Primatem. Addidit etiam idem Archiepiscopus Toletanus habere se alia plura priuilegia, & monimenta, & scripta, quibus ostendebatur esse se Hispaniarũ Primatem. Ostendit etiam eadem die, & legit ibi sententiam Iacinti Cardinalis Apostolicæ sedis Legati, latam in Archiepiscopum Bracarensem, qua iubebatur, vt Toletano Archiepiscopo, tanquam Primati suo obediret. Legit etiam exequutionem eiusdem Iacinti missam suffraganeis Ecclesiæ Bracarensis, in qua eis præcipiebat, vt Toletano Archiepiscopo, tanquam Primati suo, debitam reuerentiam, & obedientiam exhiberent. Vnde obnixè petebat, vt ius suum sibi redderetur.

Cui respondit Archiepiscopus Bracarẽsis, qui fuerat ad hoc specialiter citatus, sicut fuit postea per ipsum Papã, & testes legitimos sufficienter probatũ, cõtestari se litem in præsentia eiusdẽ Papæ, propterea, quòd nõ fuerat ad hoc citatus, & ideò se non debere respõsum dare: & sentẽtiam prædicti Iacinti penitus se ignorare affirmauit. Dominus autẽ Toletanus, impetrata à Dño Papa audientia, respõdit.

Pater sancte, mirum non est, si Bracarensis, qui præsens est, citationem Apostolicam, & Toletanæ Ecclesiæ Primatum, & domini Iacinti sententiam, hac de re latam deneget, seu non erubescat supprimere: cum olim prædecessor suus Burdinus, Archiepiscopus Bracarensis, non solùm contra Romanã Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, non erubit recalcitrare: sed tanquam alter Arrius, visus sit inter Catholicos sempiternã schismatis discordiam seminare. Cuius rei talem affero probationem. Cum dominus Bernardus quondã Archiepiscopus Toletanus Romanã Curiam visitasset, & ad propia rediens, per Lemouicensem ciuitatẽ transisset, deduxit secum inde clericos & pueros in Toletana Ecclesia collocãdos & nutriendos: inter quos Burdinum, de quo sit sermo: quem non solùm bonis ditauit, sed etiam literis erudiendum curauit;

quem deinde creauit Archidiaconum Toletanum. Hic verò cooptatus in Conimbricensem Episcopatum, antiquum nomẽ mutauit, & pro Burdino, Mauricius appellari voluit. Progressu tẽporis ad instantiam domini Bernardi, cuius alumnus extiterat, in Archiepiscopum Bracarensem assumptus est. Cum autem videret dominũ Bernardum senio confectum, immemor acceptorũ beneficiorum, deposita ouina pelle, non erubuit lupinam induere. Accessit itaq; ad Curiã, & à domino Paschali Papa secundo obnixè petijt, vt domino Bernardo sene iam & inutili amoto, in eius locũ se substitueret in Toletana Ecclesia. Cuius preces dominus Papa tanquã friuolas & inanes, nihili fecit. Interim orta est discordia inter Paschalẽ Papã. II. & Othonem Imperatorem. Hic autem Mauricius, siue Burdinus, existimans notam sibi esse iniustã, quod in petitione Ecclesiæ Toletanæ repulsam sit passus, accessit ad Imperatorẽ, & modis omnibus ad summum Pontificatum ascendere conatus est: & validissimo Imperatoris instructus exercitu vrbem, Romanam ingressus, tanquã sacrilegus, & apostata, non erubuit Paschalis veri Pontificis Apostolicam vsurpare sedem: & sumpto Gregorij octaui nomine, commentitijs & falsis bullis, per vniuersum orbem Apostolicas, imo apostaticas literas dirigebat. Interim vita functus est Paschalis, in cuius locum suffectus est Gelasius secundus: permanente adhuc discordia mortuus etiam est. Huic successit Alexander tertius, qui cũ Imperatore Othone in gratiam redijt, & pacẽ inter Imperium & Ecclesiam Romanam constituit. Deinde Burdinus, seu Mauricius, tanquam sacrilegus, & excommunicatus, inclusus est in perpetuum in Calabria, in quandam caueam, in monasterio sanctæ Trinitatis Scapile. Hoc non solùm authentica historia testatur, verum etiam laicorum pictura hoc asserit & protestatur. Siquis astantium hac de re dubitat, tollat oculos ad præsentes loci huius parietes, & videbit huiusmodi historiam picturatam. Erigentes autem oculos, omnia, vt dixerat, viderunt: & domini Toletani subtilitatem, & peritiam collaudantes, cœperunt tum ad murmurare, tum etiam in domini Bracarensis faciem intendere, quæ magno iam erat rubore perfusa.

Calixtus.

Compostellanus similiter eadem die in pleno consistorio respondit: Pater sancte, certè derisoria videtur petitio domini Ruderici, qòud Ecclesia Compostellana tàm antiqua, & nobilis condita in honorem Apostoli Iacobi Domini consanguinei, qui primo in Hispania verbum Domini seminauit, & infinitos ad fidem Christi conuertit, cuius corpus in eadem Ecclesia requiescit, nunc (quod absit) obe

diat

diat Ecclesia Toletana. Dominus autem Rudericus Archiepiscopus Toletanus, petita & obtenta à Domino Papa facultate respondit: Pater sancte, o utinam causa ista in rationibus reuerendi Archiepiscopi Compostellani nunc propositis remaneret, & alia vndiq; allegationes cessarent, maximè si per prædicta credat se posse defendere Toletana Ecclesia nullam se debere obedientiam: ad quod breuiter respondeo. Causa mea derisoria fortasse videbitur, non tamē sapientibus, sed insipientibus. Si antiquitatem Cōpostellana Ecclesia pro te facere existimas, antiquitas ista centum & nouem annorum spatio cōtinetur: quod sic persuadeo. Dominus Calixtus Papa, ad instantiā Principis, Cleri, & populorū Hispaniæ Metropoliticū ius antiquæ & celeberrimæ ciuitatis Emeritensis Compostellā transtulit, anno Domini. 1124. tum quia ciuitas Emeritensis erat sub dominio Sarracenorum constituta; tum quia peregrinantiū deuotio, qui ob reuerentiam beati Iacobi, cuius corpus ibidem creditur esse sepultum, in melius semper cresceret. Nam vsq; ad hæc tempora oratorium quoddam admodum paruum erat locus ille, in quo nūc sita est Compostellana Ecclesia. Antiquior est ergo Ecclesia Toletana, quæ fundata est à tempore Eugenij, qui Pauli Apostoli fuit discipulus. Si nobilitate Ecclesia suam tueri causam nititur, propter inuocationem B. Iacobi: licet Apostolorum appellatio nobilis sit & illustris, nobilior tamē est & illustrior B. Virginis, cuius inuocatione & nomine Ecclesia quæcunq; augustißima, & celeberrima efficitur, & potißimū Toletana, quam ipsa Virgo sanctißima præsentia sua inuisere voluit, atq; dignata est, cum quondam B. Illephonso Archiepiscopo Toletano sacrificium Domino offerenti, & omnibus præsentibus, qui diuinum audiebant officium, se visibilem præbuit. Si prætereà in sua causa confirmationem consanguinitatem Domini inducit; certè nemo sanæ mentis ignorat, arctiori consanguinitatis vinculo B. Virginem Domino copulatam esse, quem concepit, peperit, nutriuit, & vsq; ad crucis patibulum & sepulchrum sequuta est.

Si inducat etiā primā diuini verbi promulgationē, & plurimorum cōuersionē ad fidem Christi in Hispania; qui diuinā paginam nouerunt, testimonium perhibeant. Ego tantū legi datā ei fuisse potestatē prædicādi in Hispania: sed interim, cū per Iudæam, & Samariā diuinam legē seminaret, sub Herode Hierosolymis truncato capite, exhalauit animā & Dño reddidit. Quomodo ergo ibi prædicauit, quò nondum ingressus est? Aut sine prædicatione, quos obsecro cōuertit ad Dominum? Memini benè in primis me annis accepisse à quibusdam sanctis Monialibus, & religiosis viduis, paucos admodū

Beatus Iacobus Apostolus, filius Zebedæi in Hispaniam venit & ibi prædicauit Christi Euangelium; & in tota prouincia nouem tātum ad

eius prædicatione ad fidem cõuersos esse: in qua cũ tam exiguos progressus effici videret, in patriam reuersus fato functus est. Si nobilitatem etiam sepulturæ inducant, quod ibi D. iaceat Iacobus, libenter assentior cum his, qui istud asserunt: licet quidam affirment, corpus eius Hierosolymis requieuisse; postea raptum à discipulis delatum esse & sepultum apud Compostellam. Absit autem, vt propter gloriam huius primatus asseram Corpus B. Virginis, quod firmiter credimus in cœlestibus cum Domino gloriosum esse, in Ecclesia Toletana fuisse aliquando sepultum pedibus humanis quotidie conculcãdum. Membratim enim dilaniari me potius paterer quàm ad hoc affirmandum animum adycere. Videat ergo dominus Compostellanus, an debeat Ecclesiæ Toletanæ fasces submittere. Sed omißis rationibus, si placet, respondeat propositæ quæstioni. Dominus autẽ Compostellanus respondit, quod licet Toletanus esset Hispaniarum Primas, quod falsißimum erat, non tamen eius suffraganei deberent ei in aliqua re obedire. qua responsione multi crediderunt Compostellanum contestatum esse litem.

Pro Tarraconensi autem Archiepiscopo, qui non aderat, respondit Episcopus Vicenensis, suffraganeus eius, pro se & pro alijs suffraganeis eius absentibus, Toletanum Archiepiscopum nec esse Primatem, nec se debere illi in aliquo obedientiam præstare.

Narbonensis, qui tunc aberat, sequenti die in pleno consistorio respondit, se ad hoc citatũ non fuisse. Acta sunt hæc apud Lateranũ octauo idus Octobris, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo ducentesimo decimo quinto Pontificatus domini Innocentij Papæ III. anno decimo octauo. Hæc ex libro M. S. Ecclesiæ Toletanæ.

Quæ omnia peregit publicè Rudericus Ximenius Romæ in sui Primatus causa, quam obtinuit. Nam summus Pontifex Primatus honorem eidem coram omnibus detulit; sicut ante in diplomate cõcesserat: idemq; Honorius, & Gregorius eius successores probauerunt. [a] *Alteram etiam sedauit Rudericus controuersiam in Aragonia, cum Petro de Albalate Archiepiscopo Tarraconensi, orta ex* [b] *constitutione quadam, aduersus Toletanum Primatem in illa diœcesi lata, quã Gregorius Papa nonus irritam fecit. Rudericus igitur Ximenius ius Primatus Toletani acerrimè tutatus est, suisque successoribus summam in hac parte auctoritatem moriens reliquit; nimirum Ioanni secundo, & Gutierio, qui ab Innocentio quarto cõfirmationem horum omnium consequuti sunt. Gutierio Sanctius Castellæ Infans.* [c] *filius regis Ferdinandi tertij, succeßit, qui à prima ætate omni fuit in Ecclesia Toletana officij genere informatus, & ex*

fidem afferunt cõuertisse Veiũ Beatus Calixtus PP. in epistola translationis ipsius dicit illum plures fecisse discipulos, sed duodecim haboisse speciales, quorũ nouem, dũ adhuc viueret in Gallæcia elegisse: præterea dum Cæsaraugustæ prædicationis gratia moratur, virginis Mariæ admonitu templum erexisse ipsi dicatum, quod nunc dicitur, nuestra Señora del Pilar. Atq; hæc fuit prima in toto orbe Christianorum Ecclesia, in qua semper cultus diuinus viguit, estque innumeris nobilitata miraculis. Iacobus vero relictis duobus in Hispania discipulis, cũ reliquis in Iudęam redijt, ibiq; martyrium primus omnium Apostolorũ subijt anno primo Tiberij Cæsaris: occisus est 25. die Martij: corpus à discipulis nauigio impositum ab Ioppe soluẽtibus in Hispaniã appulit. 8. Calen. Augusti. quo die præcipuũ eius festum ab Ecclesia colitur, & in ciuitate Iria situm, deinde Compostellã trãslatũ tertio Calen. Ianua. quo die in tota in Hispania translatio eius celebris est.

[a] Hanc controuersiã vide apud Zoritã lib. 6.

[b] Hanc cõstitutionẽ edidit Petrus de Luna Archiepiscopus Cæsaraug. in qua continebatur, vt nullus Archiepiscopus Crucem efferret in prouincia Cæsaraug. sub anathematis pœna, & cessatione diuinorũ officiorũ: id patet ex diplomatibus Eccle. Toletan. & Zurita.

[c] Filius Ferdinandi tertij ex prima vxore.

& ex Canonico in Archiepiscopũ assumptus, qui vt strenuus miles, in prælio Sarracenorũ occubuit. In huius locũ suffectus est Sãctius Iacobi primi Aragoniæ regis filius. Eo Præsule sancta Synodus Lugdunensis coacta est, in qua procuratores habuit, qui ab Alexandro quarto Primatus confirmationem obtinuerunt. Demũ Archiepiscopi omnes, qui à Sanctio Aragonio, vsq; ad Ioannem Aragoniæ Infantem, Iacobi secundi Regis filium, cõtinenter processerunt, Primatus munere pacificè functi sunt. Ioannes verò Infans in Aragonia, vbi creatus fuit Præsul Toletanus, cum Archiepiscopis Ximenio & Petro de Luna vtroq;, illo Tarraconensi, hoc vero Cæsaraugustano, intestina dissensione, quòd sublatam crucem ante se ferret, inuicem cõtenderunt; quas Ioannes Tolet. regio fretus adiumento sustinere potuit. Nã pater rex ægrè tulerat iniuriam, à Petro de Luna, Archiepiscopo Cæsaraugustano illatam filio, quem percusserat anathemate ob erectam ante se crucẽ Cæsaraugustæ, vt insigne Primatus, filioq; auxilium dedit, quo posset se à vinculo anathematis enodare, iniuriamq; illatam propulsare. Fuit hæc res maximi momenti; quippe, quæ ad Regiam dignitatem spectare videbatur, in cuius, & Archiepiscopi Toletani conspectu, iniuria filio irrogata est; neq; aliter regis animus placari potuit, quàm Apostolicæ sedis auctoritate, ad quam causam, veluti rem magni ponderis, deferre voluit. Neq; Cæsaraugustano, & Tarraconensi est data vnquam facultas cohibendi Toletanis Præsulibus ius Primatus in suis diœcesibus: irritum enim est & inane, quod fit ab Episcopis aduersus auctoritatem Romani Pontificis, à qua Primatus Hispanici dignitatis Toletana sedes ortum habet: quando quidem ipsemet Ximenius à Luna, cum sedem Tarraconensem, pro Toletana cum eodem Ioanne Infante commutasset, iure Primatus in Tarraconensi ditione est vsus. Idem aliqui posteriores præstiterunt, nimirum Ioannes Contreras, Petrus Gonçalez de Mendoza, frater Franciscus Ximenius, quem admodum suis locis dicemus. Compositis autem his motibus, & controuersijs, alijsque compluribus, quæ Ioannem Infantem ad deponẽdum vltrò Archiepiscopatum Tolet. compulerunt; cum Sanctius de Rojas inclytus, & egregius Præsul, è vita migrasset, cooptatur in eius locum Ioannes Contreras, qui à Martino Papa V. diploma impetrauit, quo posteriores cõtrouersiæ futuraq; dissidia omnino sublata sunt. Nam illo Pontificis decreto cautum est, vt in omnibus sacellis Pontificis, in conuentibus, & Concilijs generalibus Archiepiscopo Toletano, veluti Patriarchæ, supra omnes Archiepiscopos sedes superior decerneretur, & vt in tota Hispania tamquã

ᵃ Concil. Lugdunēs. de processione Spiritus Sancti, anno D. 1246.

in prouincia sua Primatis titulo & potestate decoraretur, & vt ab omnibus vt Primas veneraretur, vt Primatus & Patriarchæ insignia ante se semper ferret, absq; cuiuspiam repugnantia, aut cõtradictione. Concessione hac & priuilegio vsus est in Concilio Basiliensi: vbi Cardinalis Iacobatius refert, & sedendo, & sententiam dicendo Primatem egisse Hispaniarum. Qua etiã potestate est vsus in regnis Castellæ, Aragoniæ, & Nauarræ, vt apertè constat ex epistola Ioannis secundi regis ad ciuitatem Burgensem missa, in qua rex testatur se vidisse Archiepiscopum Ioannem Riazam tàm in hoc regno, quàm alijs cruce præcedente, etiam in ipsius regis præsentia incedere solitum esse, & præcipuè Tyrassonæ; in qua aliquot cõmoratus dies, causas ad regem spectantes absoluit. Efficitur ergo ex his, Primatus dignitatem tantæ auctoritatis esse, & in Regis maiestatem ita cedere, vt nullus debeat de eius propagatione esse solicitior quam Rex ipse. Et licet Regium ex more vexillum Regem antecedat, non tamen ideò pati debet, vt Archiepiscopi Toletani crux, quod Primatus est insigne, è medio tollatur, sed potius vt erecta semper maneat. Exemplo nobis sunt excellentissimi & inuictissimi Reges Christianæ religionis lumina, & firmissima propugnacula, vterq; Alphonsus, qui in difficillimis magnisq; prælijs Nauarrũ, & Tarifæ, socios certaminis Archiepiscopos præstantes habuerunt, cruce eorũ erecta, Rudericum Ximenium, et Gilium Albornoz: sicut etiam maximi Reges Catholici Archiepiscopos Alphonsum Carrillo, & Petrum Gonçalez de Mendoza. Decet ergo Regiam maiestatem Primatis crucem præferre, sub cuius tutela, ac summa potẽtia amplissimas victorias, ac triumphos de religionis Christianæ immanissimis hostibus reportarũt, & quo propensius ad Primatis crucem exaltandam animum adiecerũt, eo excellentiorẽ suis vexillis & insignibus gloriam contulerunt; in cruce Primatus eum venerantes, qui chirographũ decreti aduersus nos stabilitum abrupit & deleuit.

In locum Ioannis Contreras cooptatus est Ioannes Cerezuela, frater Aluari de Luna, militiæ D. Iacobi supremi Magistri, qui cõfirmationem Primatus à Martino. V. obtinuit. Deinde ad Alphõsum Carrillo sedes deriuata est, virum certè spiritu erecto, & cerebroso præditum; quo vsus est, non tantùm in regni regimine, verùm etiam in hac dignitate tuenda, & conseruanda: ipse namque dissidia omnia & controuersias super hac re excitatas, non modo cõpressit, sed penitus extinxit. Nam Alphonsus Carthagena Episcopus Burgensis, diuinis & humanis literis eruditus, omni studio conatus est, ne Toletanus, præcedente cruce Burgos veniret: quem

nihilo

nihilominus vrbem ingreßum Burgensis sacris interdixit. Imo & ciuitas ipsa, cum sibi persuasisset, ab antiqua illa auctoritate se deijci (qua veluti Castellæ caput, Toleto nititur in omnibus comitijs praire) si Primati Ecclesiæ Toletanæ se subderet, ingressum vrbis Archiepiscopo interclusit, idque armis impedire conata est. Nihil tamen profecit: nam Toletanus coram Ioanne secundo Rege de vi, & ciuitatis oppreßione conquestus, ad supremum Senatum causam remisit: quò etiam Burgensis se contulit: ibiq; omnia sunt exhibita diplomata Romanorum Pontificum superiùs memorata, & vltimum etiam Martini .V. Ioanni Contreras concessum. Quibus cōsideratis, Episcopo[a] *Burgensi præceptum est, ne Toletani Archiepiscopi antiquum ius peruerteret. Cumq; Burgensis causa caderet, sacrorum prohibitiones, atque interdicta sublata sunt: etiam Senatui ciuitatis in mandatis datum est, ne veteri Præsulem Toletanum possessione deijceret; quod & fecerunt Episcopus, & ciuitas. Et Alphonsus Carrillo facultate vsus possesione recuperata, sublata cruce Burgos iterum ingreditur, lustratq; omnia eius diœcesis oppida. Causa nihilominus vehementiùs agitabatur, donec composita per arbitros in hunc modum est; videlicet, vt Toletanus Antistes Episcopū Burgensem immediatum sedi Apostolicæ cognosceret, & fateretur; Burgensis verò Toletanum, vt Primatem Hispaniarum; qui posset in vniuersa Burgensi diœcesi sublatam crucem præseferre, & populum benedicere, & publicè, & priuatè sacra peragere. Hoc autem decretū inuiolabili vtriusq; iureiurando stabilitum est. Qua in re Alphonsus Carrillo præstantioris animi, atque maioris virtutis documenta dedit, quàm Gundisaluus secundus, qui amicitiæ causa,*[b] *cum Petro Burgensi crucem publicè, dum Burgos ingrederetur, non erexit; licet coram notario professus sit, nolle se præiudicium aliquod Primatui inferre, sed tantùm amicitiæ pristinæ consulere. Etiam Gometius Manrichius reprehensione non caret: nam Episcopatu Burgensi vacante, cum ipse vna cum Enrichio secundo Rege, Burgos ingressus esset, iniquam cum Burgensibus de Primatu pactionē fecit; vt apertè constat ex eius protestatione, ab eadē ciuitate exhibita, cū Petrus Tenorius Archiepiscopus ad Regalia comitia esset vocatus, quæ Ioannes primus rex Burgis haberi instituerat: qui etiam reclamante populo Burgensi, non nisi cruce elata ciuitatem ingredi voluit, vt in archiuis Ecclesiæ Toletanæ latiùs testatum reperitur. Et quoniam literis Ioannis regis in gratiam Alphonsi Carrillo datis multa continentur animaduersione digna, quippe quæ complectantur ea quæ ad ius Primatus & auctoritatem spectant, non abs re fore*

[a] Anno Dñi. 1448.

[b] Anno Dñi. 1448. die. 17. Augusti.

putaui, si eas hic insererem, non versas in Latinum idioma, sed eodem, quo data fuerunt vernaculo, in quo est summa grauitas & auctoritas.

Don Iuan por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Toledo, de Galizia, de Seuilla, de Cordoua, de Murcia, de Iaen, del Algarue, de Algezira, señor de Vizcaya, y de Molina. A vos el reuerendo padre don Alonso, Obispo de la Yglesia de la muy noble ciudad de Burgos, cabeça de Castilla, mi camara, Oydor de la mi Audiencia, è mi Refrendario, è del mi Consejo. (como aquel que precio, è de quien mucho fio) Ya sabedes el debate y question que ha sido, entre el reuerendo padre, en Christo, don Alfonso Carrillo, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, è Chanciller mayor de Castilla, è del mi Consejo, de la vna parte, y vos de la otra: sobre razon que el dicho Arçobispo metio en essa ciudad la Cruz inhiesta al tiẽpo, que en ella entrò, è el entredicho que por la dicha causa vos pusistes, y mandastes guardar en la dicha vuestra Yglesia, y en las otras Yglesias de essa Ciudad; è en como el dicho Arçobispo embio a mi sobre ello sus mensageros; è ansi mesmo vos venistes por vuestra persona a las cosas que ante mi, y en el mi Consejo fueron propuestas è alegadas por ambas las dichas partes, cada vno en guarda de su derecho: y lo que por mi fue mãdado è acordado que por entonces se fiziesse; de que mas largamente se faze mencion en ciertos mis autos, que sobre ello yo mande dar. E agora por parte del dicho Arçobispo fue propuesto y alegado ante mi, y en el mi Consejo, que su derecho, en esta parte, è de su dignidad è Primacia està muy claro, segun se cõtiene en ciertas bulas, que sobre ello fueron falladas enel sagrario de la santa Yglesia de la muy noble ciudad de Toledo; los transumptos y copias de las quales autorizados, è autenticados le fueron embiados por el Cabildo de la dicha su yglesia: por las quales se contiene expressamente, q̃ los Arçobispos de Toledo son Primados, no solo de las yglesias de mis reynos, mas de todas las otras yglesias delos reynos de las Españas, segun q̃ lo fueron antiguamente, antes q̃ los Moros, enemigos de nuestra santa Fee, ganassen estos mis reynos, è los otros reynos delas dichas Españas; è q̃ especialmẽte agora en nuestros tiẽpos el Papa Martin. V. de bienauẽturada recordacion dio sus bullas a don Iuan de Riaça, Arçobispo que fue de Toledo, Primado delas Españas, Chanciller mayor de Castilla: por el tenor de las quales, por la autoridad Apostolica dicernio, y declarò, è establecio, que el dicho Arçobispo de Toledo, è sus sucessores, en las Capillas del dicho Papa Martin, è delos otros Papas sus sucessores, y en los generales cõsistorios

torios

torios è Concilios, y en otros qualesquier lugares publicos è priuados tuuiessen lugar, y fuessen antepuestos è preferidos, aliende de los Protonotarios de la Sede Apostolica, è allende de todos los otros Arçobispos que antes dellos auian seido promouidos, que Primados è electores del Imperio non fuessen. E otrosi, que el dicho Arçobispo de Toledo, è sus successores libre y licitamente puedam vsar è gozar de todas è qualesquier prerrogatiuas, è preuilegios è insignias, que en qualquier manera puedan competer a los venerables Patriarcas, a semejança de los quales son los Primados: è han essa mesma dignidad, è son de ensalzar igualmente por adminiculos de essa mesma preeminencia è honor, aunque ayan diuersos nombres. Lo qual todo el dicho Papa Martin constituyò è decernio, è declarò, è mandò que se guardasse assi irrefragable y perpetuamente en todos los tiempos aduenideros, no embargantes qualesquier constituciones Apostolicas è estatutos è costumbres de qualesquier yglesias, è lugares, aunque fuessen confirmados por la sede Apostolica, o por qualquier juramento, o en otra qualquier manera; ni otras qualesquier cosas, que en contrario fuessen: è diputò ciertos executores; a los quales mandò, que lo fiziessen assi guardar, è diessen para ello toda ayuda; è non permitiessen, que el dicho Arçobispo de Toledo, ni sus sucessores, ni alguno dellos fuessen molestados dende en adelante en alguna manera contra lo susodicho; è que compeliessen por toda censura Eclesiastica a qualesquier contraditores: segun que esto y otras cosas mas largamente se contiene en las dichas bulas. Segun lo qual fue visto en el mi Consejo, que el dicho Arçobispo don Alfonso Carrillo, como Primado de las Españas igual de Patriarca, puede infiesta, è alçada, traer la dicha Cruz, no solamente en vuestra yglesia y diocesi, y en todas las otras yglesias y diocesis de mis reynos, ansi de Arçobispos, como de Obispos, quanto quier que seades essentos, mas aun en todas las Españas, como en Prouincia de su Primacia, o Patriarcado. E que pues el Papa otorgò esto a los Arçobispos de Toledo, lo qual redunda en gran seruicio mio, e honor de la Corona Real de mis reynos, no està en razon que le sea embargado por vos, ni por los Perlados, Arçobispos, ni Obispos, ni otros qualesquier de las yglesias de mis reynos: è que no solo yo deuo mandar, que en mis reynos se faga y guarde ansi; mas procurar, con todas mis fuerças, que en los otros Reynos de las Españas sea guardada esta prerrogatiua è preeminencia a los Arçobispos de Toledo, como Primados, o Patriarcas de las dichas Españas. Lo qual no es sin causa, pues como vos bien sabedes, la muy noble ciudad de

Toledo

zer semejantes contradiciones, dedes lugar que el dicho Arçobispo, como Primado de las Españas, sin embargo, ni contradicion vuestra libremente pueda fazer traer ante si insiesta è alçada la Cruz, por essa ciudad y vuestra diocesi, pues se falla por las dichas bulas que licita y libremente le compete lo suso dicho, como insignias de su Primacia, o Patriarcado, è lo puede bien fazer: è luego alcedes de todo el entredicho, que por la dicha causa ouistes puesto, è publicado, o declarado en essa ciudad: en lo qual me faredes singular plazer è seruicio: è por cosa alguna non cumple que fagades ende al; ca por esta misma via entiendo mandar, que lo guarden todos los otros Prelados de mis reynos, assi Arçobispos, como Obispos, è otros qualesquier; è procurar è trabajar, porque se guarde ansi en todas las Españas. E por esto no es mi intencion de prejudicar, ni que se haga prejudicio alguno a vos, ni a vuestra yglesia è dignidad en otras cosas algunas, tocantes a la ingenuidad è essencion de vuestra yglesia è dignidad: mas que vos queden siempre à saluo en todas otras qualesquier cosas como dicho es. Dada en la villa de Nauarrete, veynte dias de Agosto, año del nacimiento de nuestro señor Iesu Christo, de mil y quatrocientos e quarenta y ocho años. Yo el Rey. Yo el Doctor Fernando Diaz de Toledo, Oydor, è Refendario del Rey, è su Secretario, lo fize escriuir por su mandado.

Demum Alphonsus Carrillo eodem iure Primatus vsus est in Regalibus comitijs habitis in Oppido Fontidueña, quo Episcopi omnes Hispaniæ congregati sunt, illisque præfuit, & primum locum in sedendo & dicēdo inter omnes obtinuit; cum tamen adesset ibi Petrus Gonçalez de Mēdoza Episcopus Seguntinus, & Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Et non solum Archiepiscopi ipsi Toletani, quoties Cōuentus Ecclesiastici fiunt, cæteris, etiam Cardinalibus, dum Episcopi sint, & antiquioribus Archiepiscopis præferuntur, verum etiam si fortè Toletana sedes Apostolico Gubernatore regatur, ipse rector reliquis Hispaniæ Episcopis praeminet: vt[a] Ioanne secundo regnante euenit. Nam Petro Tenorio vita functo, sedes Toletana per aliquot annos Præsule caruit: verùm Petro à Luna concessione Benedicti Papæ patrui sui Pontificium adepto, non suffragante Capitulo, adduci Rex non potuit, vt illum in sedem admitteret, nisi Capituli Toletani præcessisset electio. Dum hæc agebantur, octo fermè annos rexit & administrauit Ecclesiam Toletanam Ioannes Episcopus Seguntinus, qui in Regalibus comitijs Toleti habitis, in conuētu Ecclesiastico Episcoporum primus sedit, & primus sententiam dixit; non

[a] In Chronica Ioannis secundi regis Castellæ.

pro

pro se tantum, verum etiam pro omnibus Episcopis qui aderant & aberant. Imò & quod maius est, testamentum à Rege Henrico factũ sigillo muniri voluit gubernatoris Episcopi Seguntini, vt referentis Hispaniæ Primatis auctoritatem.

Historia Henrici, c. 164

Petrus Gonçalez de Mendoza, qui Alphonso Carrillo successit, (ambo genere illustres & ex nobilibus Hispaniæ familijs orti) supremam hanc auctoritatem tueri, & augere curauit: quod & re fecit: nam in omni Hispania, & Narbonensi Gallia crucem erectam, vt Primatis insigne, præ se tulit, quam argenteam & deauratam, in testimonium iuris atque dignitatis huiusmodi, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ legauit his verbis.

Otrosi, porque la nuestra Cruz, que en señal de Primado auemos traydo ante nos por las prouincias de Santiago, Seuilla, Granada, çaragoça, Valencia, Tarragona. Narbona, y por las diocesis de las yglesias que se dizen essentas de los Metropolitanos suso dichos, a donde nos auemos estado, es la primera Cruz que se puso sobre la mas alta torre de la Alhambra de la ciudad de Granada al tiempo que fue ganada, è quitada de pòder de los Moros infieles enemigos de nuestra santa Fee Catolica: a donde en la toma de las mas principales ciudades del dicho reyno de Granada, nos fallamos con la dicha Cruz en seruicio de Dios nuestro señor, è del Rey è de la Reyna mis señores, con nuestra gente y estado: mandamos, que la dicha nuestra Cruz, con su hasta guarnida de plata, assi como la nos traemos, sea puesta en el Sagrario de la dicha nuestra santa Yglesia, en memoria de tan gran Victoria, è por decor, è honor della, è de los Prelados della: è alli queremos que este perpetuamente, è que no pueda ser sacada dende, sino a las processiones.

Franciscus Ximenius Cisneros Cardinalis, acerrimè etiam tutatus est dignitatem suam: nam cum iter ageret per Castellam, & Aragoniam, semper Cruce est vsus, & de Primatu contendit cum Alphonso Fonseca, Archiepiscopo Compostellano: aduersus quem, vt Primas, inhibitorias literas dedit: quod ægerrimè Compostellanus ferens, causam defendit libello exhibito eleganti satis & acuto, sed à veritate alieno.

Aluarus Gomezius lib. de rebus gestis à Francisco Ximenio.

Postea Ioannes Tauera Cardinalis eadem vsus est auctoritate, in comitijs Toleti habetis, iussu Imperatoris Caroli. V. ibi enim Ecclesiasticæ congregationi totius regni coactæ, cum magna sui nominis gloria præfuit. Inter alios, qui in eum locum conuenerunt, fuit Garsias Loaisa, Cardinalis, & Præsul Hispalensis,

Hispalensis, qui in [a] Cardinalitiæ dignitatis antiquitate Toletano anteerat. Inter eos, vt erant viri sapientià præstantes, vrbanissima contentio, & comitatis plenissima de priori loco exorta est. Dicebat enim Cardinalis Tauera, primum locum Cardinali Loaisæ non sibi deberi, propter Cardinalatus antiquitatem. E contrà verò Cardinalis Garsias Loaisa, primam in omnibus congregationibus sedem Toletano Præsuli, quòd Hispaniarum Primas esset, iure conferri asserebat: cuius tandem sententia, vt æquior vicit; amboq; in capite sederunt, licet digniorem tenuit locum Ioannes Tauera, qui iure Primatus auctoritatem Præsidis in omnibus semper exercuit. Exteri etiam Doctores Iurisconsulti Primatum Ecclesiæ Toletanæ comprobant, præsertim Alexandrinus ex. c. Cum longè. 63. D. & Speculator titul. de dispens. § Sunt quoq; nonnulli, & Albericus in rubric. ff. de statu homin. Quam sententiam Alberici Felinus maximè probat in rubric. de maior. & obed. nouissimè etiam in Concilio Tridentino inter Petrum Guerrero, Archiepiscopum Granatensem, & Bartholomæum à Sanctis Bracarensem, orta est quæstio, patribus Concilij iudicantibus Granatensi antiquitatem consecrationis esse seruandam, præferendumq; Bracarensi, in loco, & voce.

[a] Onufrius de Cardinalibus Garsias creatus in quinta creatione Clementis VII. anno Dñi 1529. Eodem anno, sed postea Ioan. Tauera.

Hunc igitur cursum Ecclesiæ Toletanæ Primatus, ab Eugenio primo Præsule, vsq; in hanc ætatem habuit: & licet (vt sunt res humanæ) vicissitudinibus varijs, & commutationibus, veluti procellis agitatus fuerit, semper tamē in tam longa, continuataq; serie, tot Pontificum maximorum, tot Imperatorum, & Regum Gothorum, Vuandalorum, Sueuorum, Castellanorum illibatus, firmusq; permansit. Tametsi temporum iniuria, aut hominum studio labi cœpit; quam primùm restituta est Toletana vrbs cultui Christiano, Primatus est iterum erectus, restitutusq;. Ex quo coniectari licet, diuinò afflante spiritu, ex Apostolis manasse, radicesq; egisse, & eodem sancto numine curante, Beataq; Virgine Maria, sub cuius tutela militat, deprecante, reliquum temporis cursum, vsq; ad extremum iudicij diem, beato, feliciq; progressu, acturum.

CONCILIVM Tarraconēſe, ſiue Egarenſe, in Egara, ſub Siſebuto, anno regni eius tertio, Era DC. LII.

IN NOMINE DOMINI IESV Chriſti, ſub die Idus Ianuarias, anno feliciter tertio glorioſiſsimi domini noſtri Siſebuti Regis,

Conuenientes in vnū Epiſcopi prouinciæ Tarraconenſis in locum Egara, id ſancta inſtituit Synodus, vt conſtitutio, quæ dudum in anno tertiodecimo regni, diuæ memoriæ Reccaredi Regis, in Concilio Oſcenſi cōſtituta quidem, ſed conſcripta minimè fuit cōfirmata, vt in perpetuum valitura perduret. Et omne quicquid ex caſtimonia Presbyterorum, & inferiùs Clericorum conſcriptū fuit, eadem forma etiam de omnibus Epiſcopis ſub tali induſtria, ſolertiaque omni tempore pepigendo ſcrutetur, vt auxiliante Domino, & adminiculante talis vitæ ſolicitudinem nulla (quod abſit) reprehenſionis occaſio ſubripere aliquando præualeat.

Eius exemplar ſupra ponitur.

1 Euſebius ſubſcripſi.
2 Mumius ſubſcripſi.
3 Ioannes ſubſcripſi.
4 Maximus ſubſcripſi.
5 Emila ſubſcripſi.
6 Rufinus ſubſcripſi.
7 Viſus ſubſcripſi.
8 Vincentius ſubſcripſi.
9 Stephanus ſubſcripſi.
10 Pompedius ſubſcripſi.
11 Sintharius ſubſcripſi.
12 Iuſtus ſubſcripſi.

Maximus Presbyter agens vicē domini mei Stephani Epiſcopi ſubſcripſi.

* Fructuoſus in Chriſti nomine Diaconus, agens vicem domini mei Gomarelli Epiſcopi, ſubſcripſi.

* Didinius.

De

De subscriptionibus.

EVsebius Episcopus Tarraconensis erat, ut ex epistola Gundemari apparet, & prouincia Tarraconensis Metropolitanus; Mumius Calagurritanus; Ioannes Gerundensis; Maximus Cæsaraugustanus; Emila, siue Emilianus Barcinonensis; Rufinus (lege Pisinus) Eliberitanus; Visusus (lege Vitulatius) Lauericensis; Vincentius Bigastrensis; Stephanus Oretanus.

Gomar Lelli] *Goma Olysipponensis, subscribit in epistola Gundemari.*

Notæ.

SIsebutus Rex successit Gundemaro, regnauit annos octo, anno Domini. 612. Era. 650. Eo imperante, coactum est apud Egaram Concilium. Est Egara in prouincia Tarraconensi, in C.M.S. legi Exara.

In Iuon. p. 5 c. 195. Bracarensis nominatur. In Cod. A. numeratur Secunda Spalensis.

SYNODVS HABITA in ciuitate Spali, sub die iduum Nouẽbrium, anno nono regnante gloriosissimo Principe Sisebuto, Era DC. LVII.

IN nomine Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Isidorus, Bisinus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Theodulfus, & Honorius Episcopi, qui pariter in vrbe Spalensi pro aliquibus Ecclesiasticis negocijs coadunati sumus.

Consedentibus nobis in Secretario sacrosanctæ Hierusalem Spalensis. Ecclesiæ, cum Illustribus viris Sisisclo Rectore rerum publicarum, atq; Suanilane [a] Actore rerum fiscalium, adstante religiosissimo Clericorum cœtu:

[a] C.A. Rectore.

I. De Theodulfi Malacitanæ Ecclesiæ Episcopi querimonijs, aduersus reliquos Episcopos, pro quibusdam parochijs.

16.q.3.Prima act.

Prima actione Theodulfi Malacitanæ Antistitis Ecclesiæ, ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem vrbis parochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab Ecclesijs Astigitanæ, Eliberitanæ, atque Agabrensis vrbium esse retentam. Pro qua re placuit, vt omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse Ecclesiam suam comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem, his, quos barbarica feritas captiua necessitate transuexit, postliminio reuertentibus redditur antiqua possessio; non aliter est Ecclesia receptura parochiam, quam antè retinuit cum rebus suis, siue ab alijs Ecclesijs [a] possideantur, siue in cuiuslibet possessionem transfusa [b] sunt. Non enim erit obijcienda præscriptio temporis, vbi necessitas interest hostilitatis.

Cod. de capt. & postli. l. Si quos, & ibidem. l. fin. §. diuersarum, &c. Vbi dicitur, Quos barbarica feritas, &c.

a Grat. Possideatur.
b Grat. Sit. F. transfusæ sint.

II. De querimonijs Fulgentij, & Honorij Episcoporum, pro quibusdam parochijs.

Burch. li. 4. cap. 2?

Secundo examine inter memoratos fratres nostros, Fulgentium Astigitanum, & Honorium Cordubensem, Episcopos, discussio agitata est; propter parochiam [c] basilicæ, quam horum alter Cœlesticensem, alter Reginensem adseruit. Et quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vindicata est (cuius, quamuis vetusta retentio nullum iuris præiudicium adferret) ideòq; ne in dubium vltra inter eos nostra aduocaretur sententia, prolatis Canonibus Synodalia decreta perlecta sunt; quorum auctoritas præmonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, vt ne quis terminos alienos vsurpet. Ob hoc hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos: ita vt sit in diœcesi posidentis (si tamẽ Basilicã veteribus signis limes præfixus monstrauerit) Ecclesiæ, cuius est iusta retentio, ęternũ dominium. Quòd si & limes legitimus eandem basilicã non concludet, & tamẽ longi tẽporis probatur obiecta præscriptio, appellatio [d] repetẽtis Episcopi non valebit: quia illi tricẽnalis obiectio silentium ponit: hoc enim & secularium † Principum edicta præcipiunt, & Præsulum

Vide Conci. Carthag. 2. cap. 10. & Carthag. 2. cap. 11. & Carthag. 3. c. 10. Conc. Emeri. c. 3. vocantur inspectores. De tricennali possessione, & præscriptione extat epistola. Gelasii ad Siliciensen

c Basil. cuiusdã, quòd horũ alter Celticẽsem: Exc. Burch. Cestacẽsem. C.A. Celcitensem.
d Burch. Præsentis.

c.1. & Con. cil. Tolet. 4. c. 34. † Leges Vvisegot. lib. 10. tit. 3. lib. 4. & li. 1. tit. 3. l. 3.

Romanorum decreuit auctoritas. Sin verò infra metas tricennalis temporis, extra alienos terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis Episcopi iuri sine mora restituetur.

III. De desertoribus Clericis, vt Episcopis suis restituantur.

Tertia definitione ad nos oblata precatio est, à Reuerendissimo fratre nostro Cambrane, Italicensi Episcopo, pro quodam Clerico Ispassando, [a] qui deserens Ecclesiæ cultum suæ, in qua dicatus ab exordijs infantiæ fuerat, ad Ecclesiam Cordubensem se contulit. Quem elegimus, vt si nihil proponeretur de eo, citra dilationis obiecta, proprio reformaretur Episcopo: scribitur enim in lege mundiali, de colonis agrorum, vt vbi esse iam quisq; cœpit, ibi perduret. Non aliter, & de Clericis, qui in agro Ecclesiæ operantur, Canonum decreto præcipitur; nisi vt ibi permaneant, vbi cœperunt. Ideoq; placuit, vt si quis Clericus ministerijs Ecclesiæ propriæ destitutis, ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem [b] fuerit, Sacerdote, ad Ecclesiam, quam priùs incoluerat, remittatur. Qui verò eum susceperit, nec statim sine vllo nixu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quamdiù eum restituat, communione se priuatum agnoscat. Desertorem autem Clericum cingulo honoris, atq; ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio deligari conuenit; sicq; posteà in ministerio Ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non poterit in talibus [c] peruagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsequuta censura.

Cod. de agric. & cens. & colon. lib. 11. in pluribus legibus, peculiariter verò l. cùm satis.

1. 14. 1. Placuit vt &c.

[a] Qui de Ecclesiæ suæ cultu in, &c. Exc.

[b] Fugerit Gra.

[c] Peruagationibus. Exc. propagationis. C. A.

IIII. De bigamis ad Presbyterium, vel ad Diaconatum non promouendis.

Quarta actione nunciatum est nobis, apud Astigitanam Ecclesiam quasdam nuper ordinationes illicitas extitisse; ita vt quidam viduarum mariti Leuitarum ministerio sacrarentur: quos quidem conuenit à gradu suscepto in irritum deuocari, nec vltra prouehi ad Diaconij ministerium, qui cōtra diuina, atq; Ecclesiastica iura instituti reperiuntur.

V. Ne

V. Ne Presbyter Diaconum, aut Presbyterum ordinare præsumat.

Quinto indicio ad cognitionem [a] nostram Aniani Egabrensis Diaconi relatu deductum est, de quibusdam ipsius Ecclesiæ Clericis, quorum, dum vnus ad Presbyterium, duo ad Leuitarum ministerium sacrarentur, Episcopus eorum oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantùm [b] posuisse, & Presbyter quidam illis, contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Qui licet, propter tantam præsumptionis audaciam, poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus; sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potiùs [c] eulogium perceperunt; ne sibi licentiam talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu Sacerdotalis, vel Leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, depositi æquo iudicio [d] abutantur. Tales enim meritò iudicati sunt remouendi, quia prauè inuenti sunt constituti.

Dist. 23. c. quorundam clericorum, ex Toletano, & Hispalē. 2. cap. 5. apud Burch. li. 3. c. 3. & Iuon. p. 6. c. 101. Apud Burch. titulus est ex Concil. Bracaren.

[a] Nostri examinis, Agabrensis Diaconi relatu peruenit, de quib[us]. Exc. & Burch.
[b] Imposuisse tantū.
[c] Eloquium. C. A.
[d] Abijciantur. Exc. Burch. & Iuo. vt nostri.

VI. De Presbyteris, vel Diaconibus ab vno Episcopo non deponendis.

Sexta actione comperimus [e] Fragitanum Cordubensis Ecclesiæ Presbyterum à Pontifice suo iniustè olim deiectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rursus ordini suo [f] restituētes, id denuò aduersùs præsumptionem [g] nostram decreuimus, vt, iuxta priscorum Patrum synodalem sententiam, nullus [h] nostrûm, sine Concilij examine deijciendum quemlibet Presbyterum, vel Diaconum [i] audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant: & sicut nonnullos gratiæ fauore sublimant: ita quosdam odio, inuidiaq; permoti humiliant, & [k] ad leuem opinionis auram condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopus enim [l] Sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi, qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in seruitutis [m] nexum non reuoluuntur;

15. q. 7. Sexta actione, et dist. 64. Epis. 15. q. 8. ca. Episcopus, et d. 67. cap. Episcopus. Vide leges Visigoth. lib. 5. tit. 7. per totum, presertim li. 10. Si liberius.

[e] Flagitanum Grat. postea in C. Greg. emendatū Fragitanum.
[f] Restitutū esse cōperimus id denuò, Grat. Cod. Greg. nostram lectionē retinet.
[g] Exc nouam, Grat. vestram. In Cod. Greg. nostram.
[h] Vestrum Exc.
[i] Patet. Grat.
[k] Leui opinionem aura Grat.
[l] Presbyteris. C. A.
[m] Iugum non reuocantur Grat.

[n De sent. A. D.] nisi publicè apud Prætores [n] ac Præsides [n] tribunali foro fuerint accusati: quanto magis hi, qui diuinis altaribus consecrati, honore Ecclesiastico decorantur? Qui profectò, nec ab vno damnari, nec vno iudicante, poterunt honoris sui priuilegijs exui: sed præsentati Synodali iudicio, quod Canon de illis præceperit, definiri.

VII. *De his, quæ prohibentur Presbyteris in Ecclesiasticis Sacramentis.*

Septimo examine relatum est nobis, venerandissimum quondam Agapium, Cordubensis [a] vrbis Episcopum, frequenter [b] Presbyteros [c] destinasse, qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse virum Ecclesiasticis disciplinis ignarum, & statim à seculari militia in Sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne vltra talis à nobis licentia vsurpetur, communi sententia statuendum oportuit; scientes quia sicut [d] Presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis enim literis præcipiente Domino, solus Moyses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit; vtique quia summus Sacerdos Dei erat: sicut scriptũ est: Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius. Ideoq; id quod tãtùm facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses, & Aaron tenuerunt, Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamuis cum Episcopis plurima illis [e] ministeriorum communis sit dispensatio, [f] quædam nouellis & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut Presbyterorum & Diaconorum, ac virginum cõsecratio; sicut constitutio altaris, benedictio, vel vnctio: siquidem nec licere eis Ecclesiam, vel altarium consecrare, nec per impositionem manus fidelibus [g] baptizatis, vel conuersis ex hæresi paraclẽtum Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare; sed nec publicè quidem in Missa quemquam pœnitentium reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita esse [h] Presbyteris, quia Pontificatus apicem non habent, [i] quem solis deberi Episcopis auctoritate Canonum præcipitur: vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur: sed neque coram

Agapius, interfuit 3. Concilio Toletano, & primo Hispalensi, Era 628 vbi que subscribit.

Exo. 40. B.

Psal. 98. A.

a Sedis C. A.
b Chorepiscopos, vel Presb. Exc.
c Destinasse (qui tamẽ iuxta Canones vnum sunt) qui absi. Exc.
d Presb. vel Chorepiscopo. Exc.
e Mysteriorum. Exc.
f Quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouell. Exc.
g Baptizandis. Exc.
h Presb. vel Chorepiscopis. Exc.
i Quod C. A.

coram Epiſcopo licere Presbyteris in baptiſterium introire; nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare; nec pœnitentes, ſine præcepto Epiſcopi ſui reconciliare; nec eo præſente, ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conficere; nec eo coram poſito, populum docere, vel benedicere, aut ſalutare; nec plebem vtiq; exhortari.

VIII. De ſuperbis Eccleſiæ libertis; vt ad ſeruitium reuocentur.

12 q. 2. Octaua diſcuſſio. 10. c. 66. *Vide leges Viſig. lib. 5. tit. 7. l. 10 & libertus.*

Octaua diſcuſsio agitata eſt, de quodam Eliſſeo ex familia [a] Agabrenſis Eccleſiæ, qui ab Epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum tranſilijt; ſicq; per ſuperbiam non ſolùm eiuſdem Epiſcopi [b] veneficis artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam Eccleſiam, libertatis immemor, [c] prædamnauit. Aduersùs quem ingrati actio, canonum, ac legum auctoritate iuſtè dirigitur; ſcilicet, vt immeritæ libertatis damno multatus, ad ſeruitij nexum, quo natus eſt, reuocetur. Talium enim ſtatus, qui contra Epiſcopum ſuum, vel patronam Eccleſiam nituntur, decidi potiùs, quàm conſeruari conuenit: vt quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera virtus; & qui ſuperbire nouerunt adepta libertate [d] præditi, diſcant obedire ſubiecti.

ſeruitij.

[a] Agabienſ. Grat.
[b] Malis, vel inſidioſis art. Grat.
[c] Damnauit. C. A.
[d] Proditi Grat. prædicti. C. A.

IX. De œconomis; ne ex laicis conſtituantur.

16. quæſt. 7. In nona act. Burch. lib. 1 c. 89. Iuo. p. 16. c. 66. Can. 26. Chalc. Conc. *Deut. 22. B*

Nona actione didicimus, quoſdam ex [e] noſtro collegio, contra mores Eccleſiaſticos, laicos habere in rebus diuinis conſtitutos œconomos. Proinde pariter tractantes elegimus, vt vnuſquiſq; [f] noſtrûm, ſecundùm Chalcedonenſium patrum decreta, ex proprio Clero œconomum ſibi conſtituat. Indecorum eſt enim laicum vicarium eſſe Epiſcopi, [g] & ſeculares in Eccleſia iudicare: in vno enim, eodemq; officio non decet diſpar profeſsio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyſe: Non arabis in boue, & aſino ſimul; id eſt, homines diuerſæ profeſsionis in officio vno non ſociabis. Vnde oportet nos, & diuinis libris, & ſanctorum Patrum obedire præceptis, conſtituentes, vt hi, qui in adminiſtrationibus Eccleſiæ Pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant, nec profeſsione, nec habitu. Nam cohærere, & coniungi

[e] Veſtro. Grat.
[f] Veſtrum. Grat.
[g] Et viros Eccleſiaſticos iudicare. In vno. Grat.

& breuis omnino locutio. Absit enim, vt Monachos, (quod etiam dictu nefas est,) Christi virginibus familiares esse velimus: sed iuxta quod iussa regularum, vel Canonum admonent, longè discretos, atque seiunctos eorum tantum easdẽ gubernaculis deputamus; constituentes, vt vnus Monachorum probatissimus eligatur, cuius curæ sit, [a] prædia earum rustica, vel vrbana intendere, fabricas extruere, [b] vel si quid ad necessitatem monasterij prouidere: vt Christi famulæ, pro animæ sue tantum vtilitate solicitæ, solis diuinis cultibus viuant, operibusq; suis inseruiant. Sanè is qui ab Abbate præponitur, iudicio sui Episcopi comprobetur. Vestes autem illæ iisdem "cœnobijs" faciant, à quibus tuitionẽ expectant; ab eisdem denuo (vt prædictum est) laborum fructus & procurationis suffragium recepturæ. [c] Si autem monasteriorum, hanc ordinationem aut contempserint, aut qualibet inertiæ dissolutione neglexerint, sciant quòd eorum [d] tepor, atque superbia excommunicationis sit plectenda censura.

[a] Prædijs earum rusticis, vel vrbanis, Excus.
[b] Et si quid aliud est. Excus.
" Deest in Excus.
[c] Si qui autem monachorum. Exc.
[d] Temeritas. Exc.

XII. De quodam Acephalorum Episcopo.

Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex hæresi Acephalorum, natione Syrus (vt asserit ipse) Episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegãs, & deitatem passibilem asserens: cuius, dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione Domini "nostri" Iesu Christi testimonijs, sanctorumq; patrum sentẽtijs recitatis, [e] omni eundem exhortatione ad veræ fidei rectitudinẽ, Sacerdotali modestia inuitauimus: qui salutaribus monitis [f] pertinaciter, per multos diuturnosque "communionis" conflictus, renitens, tandem gratia diuina edoctus, cunctis coram adstantibus hæresim propriam abdicauit, duasq; naturas, & vnam personam, in vno eodemq; Domino nostro Iesu Christo confessus est; credens impassibilem naturam deitatis, atque in sola humanitate suscepisse infirmitates [g] passionum, & crucis. Cõuersus itaq;, atq; receptus, susceptæ fidei confessionem, [h] cum stipulatione iureiurando protulit, atque ab [i] omnibus purgatus apparuit: taliq; pro merito gaudentes, Christo gratias egimus, quòd eundem, post prauitatẽ hæresis, ad rectitudinẽ fidei diuina gratia promouisset. Quẽ optamus, vt permanens in fide Christi, purè ac deuotissimè conseruetur.

" Deest. Excus.
[e] Omnium deinde exhor. C. A. cum omni deinde. Exc.
[f] Pertinacibus C. A. f. pertinacius.
" Deest C. A.
[g] Passionis. Exc.
[h] Cum astipul. protulit, atque Exc.
[i] Omnibus suis erroribus purg. Exc.

XIII. De duabus in Christo naturis, & vna persona.

Tertia decima "idest vltima" prosecutione breuiter narrandũ putauimus, ad refutationem eorundem hæreticorũ, qui duas naturas Christi, post vnionem delirantes confundunt, & passibilem in eo diuinitatis substantiam asserunt. Contra quorũ blasphemias oportet nos in vnam personam Christi geminæ naturæ proprietatem ostẽdere, passionemq; eius in sola humanitatis susceptione manifestare; vt si fortè aliqui stultorũ huius [a] inscientiæ errore decepti sunt, dum ista legerint, resipiscant, rectæq; fidei veritatẽ firmiter teneant. Nam proculdubio multi sunt "stultorum" qui secũdùm Apostoli vocem prurientes auribus, à veritate auditum auertũt, ad fabulas autem conuertũtur. Ergo (sicut immaculata fides, & sancta Dei Ecclesia docet) confitemur dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex patre Deo natum; temporaliter ex vtero gloriosæ virginis Mariæ hominem editum; & ob hoc in vna subsistenti persona duas naturas habentem, deitatis, qua ante secula genitus est; humanitatis, in qua diebus vltimis editus est: in illa, secundùm formam Dei; in ista, secundum formam serui cõsistens; in illa patri manens æqualis; in ista sine peccato similis nostræ conditionis; in illa inuisibilis; in ista visibilis; in illa [b] inuiolabilis; in ista passibilis; in illa ex qua mori non potuit; in ista, in qua mortem suscepit. Cuius geminæ naturæ distinctio primùm ex literis legis, deinde ex propheticis, & Euangelicis, atque Apostolicis depromenda est paginis. Vt ea quæ asserimus non argumentis, sed exẽplis scripturarum firmemus, lex in vna eademq; Saluatoris nostri persona, sic demonstrat vtramque naturam; diuinam, loquente Domino ad Moysen: Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat te, "& custodiat te in via, & introducat ad locũ quem præparaui:" obserua eum & audi vocem eius; quia est nomen meum in illo; humanam, loquẽte eodem Domino ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes, idest, in carne Christi, quæ de Abrahæ stirpe descendit. [c] Propheta in Psalmis, sub vna eademq; Christi persona, sic ostẽdit vtrãq; naturam; diuinam, secundum illud: Ex vtero ante luciferum genui te: humanam, secundum hoc: Et homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: diuinã, secũdum illud: Eructauit cor meum verbum bonum: humanam secundum hoc: Speciosus

Marginalia:
" Desunt. A. C.
[a] Scientiæ. Exc.
2. ad Tim. 4.
" Deest. Exc.
[b] Inuiolabi'is in ista passibilis, in illa ex qua, &c. C. A.
Exod. 23. c.
" Desunt Exc.
Gene. 22. c.
[c] Prophetia. C. A.
Ps. 109. A.
Psal 86 vbi in vulgat. legitur natus. Græcum. ἐγεννήθη. vtrumque fert.
Ps. 44. A.

Speciosus forma prę filijs hominũ. Prophetia in Prouerbijs in vna eademq; Christi persona sic declarat vtramq; naturam; diuinã, secundùm illud: Ante colles genuit me; humanã, secundùm hoc: Dñs creauit me in initio viarum suarum; diuinam, secundùm illud: Necdum erãt abyssi, & ego iam [a] concepta eram; humanã, secundùm hoc: Sapientia ædificauit sibi domum; corporis vtiq; sui templum, in quo filius Dei inhabitaret, dũ Verbũ caro factum est. Prophetia in Esaia sub vna eademq; Christi persona sic demonstrat vtramq; naturam: [b] deitatis, secundùm illud: Nunquid, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dñs? [c] humanitatis, secundũ hoc: Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariet filiũ; [d] diuinitatis, secundùm illud: Rorate cœli desuper, & nubes pluãt iustũ; [e] humanitatis, secundùm hoc: Aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ, & iustitia oriatur simul. " Itẽ alibi " humanitatis, secundùm hoc: Paruulus natus est nobis; diuinitatis, secundũ illud: Filius datus est nobis. Paruulus enim [f] Christus ad susceptę humanitatis naturã pertinet, quia homo est factus: filius autẽ datus, ad [g] diuinitatis, quia Dei filius. Et vt ostenderet in vtraq; natura vnã esse personã [h] paruuli nati, & filij dati, adiecit: Vocabitur nomẽ eius magni consilij Angelus, Deus fortis, Pater futuri seculi. In Euãgelio quoq;, in vno eodẽq; Christo diuinæ naturæ [i] significatio: Ego & Pater vnũ sumus; humanæ naturæ insinuatio: Pater maior me est; diuinæ naturæ significatio: Ego sum via, veritas, & vita; humanę naturę insinuatio: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ; diuinæ naturæ significatio: Omnia per ipsum facta sunt; humanę naturæ insinuatio: Nõ veni facere voluntatẽ meã, sed voluntatẽ eius, qui misit [k] me. Paulus quoq; Apostolus in vno eodẽq; Christo naturã diuinitatis exprimit, dũ dicit: Primogenitus omnis creaturæ, ipse est ante omnes, & omnia in illo cõstant. Naturã humanitatis declarat, dum dicit: Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Et alibi: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Per hoc enim, quod dixit: Qui cũ in forma Dei esset, naturã in eo diuinę maiestatis ostendit: per hoc autẽ quod adiecit: Formã serui [l] accipiens, [m] naturã in eo humanæ humilitatis significauit. Et iterũ inquit: Cùm esset diues, pauper factus est, vt illius inopia nos diuites essemus. Vbi enim dixit: Cũ esset diues, diuinæ naturæ gloria panditur; & vbi adiecit: Pauper fact⁹ est, humanę infirmitatis [n] susceptio demõstratur.

Prouer. 8.c. & 9. — Ibidem. — Ioan. 1. — Esai. 66.C. — Esai. 7.C. — Esai. 45.B. — Ibidem. — Esai. 9.B. — Ibidem. — Ioan. 10.F. — Ioan. 14. D. — Ioan. 14. A. — Matt. 26.B — Ioan. 1. A. — Ioan. 5.E. & 6.D. — Colos. 1.C. — Philip. 2. A. — 2. Cor. 8. B.

[a] Conceptus. C.A. [b] Diuinam. C.A. [c] Humanam. C.A. [d] Diuinam. C.A. [e] Humanam. C.A. " Desunt. In A.C. [f] Christus. Exc. [g] Diuinitatem. Exc. [h] Per paruulum natum, & filium datum. C.A. [i] Signa. est C.A. [k] Me patris. C.A. [l] Accepit. C.A. [m] Nat. humanitatis signif. Exc. [n] Subiectio. C.A.

Item in ipso initio Apostolici Symboli [a] geminæ sic ostenditur [b] in vno, eodemq; Christo naturæ distinctio; deitatis ex Patre, dum dicit: Credo in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum [c] Dominũ nostrum; humanitatis ex Matre, dum dicit: Natum de Spiritu sancto, ex vtero Mariæ Virginis. Ecce ex vtroque Testamento duæ naturæ in Christo; diuinitatis vna, altera humanitatis: quæ quidem gemina vnã fecit personam, quia vnus, idemq; mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Iam verò de passione eiusdem Saluatoris nostri, & Domini Iesu Christi, quam in sola humanitate, nõ in Deitate sustinuit (sicut superius) legis, & Prophetarũ auctoritas, Euangeliorũ quoq;, & Apostolorũ prædicatio adhibenda est. Lex de passione corporis Christi sic dicit: Lauabit in vino stolam suã, & in sanguine vuæ pallium suum. Quid hîc pallium, quid stola, nisi caro Christi passionis sanguine decorata? hæc enim sola contumelias crucis sustinuit; diuinæ verò naturæ maiestas nihil iniuriæ sensit. [d] Prophetia quoq; in psalmis passionẽ Christi in carne sola sic asserit: Foderũt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Vbi non deitatis, sed tantũ crucifixi corporis iniuria intelligitur. Ibi enim in mẽbrorum significatione sola caro clauis suspensa in ligno, atq; [e] suffixa pronunciatur. Sicut & apud Hieremiam legitur: Venite mittamus lignum in pane eius, id est, crucem [f] in corpore eius. Neq; enim diuinitas ligno suspendi potuit, sed sola vtiq; humanitas cruce suffixa pependit. Cuius etiam caro tolerantiã mortis passa sic ostẽditur alibi dũ dicit: Caro mea requiescit in spe; vtiq; quia sola in Christo carnis materia, mortis fragilitate defuncta, spẽ resurrectionis suę expectabat, etiã sine corruptione receptura, dum dicit: Nec dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. Salomon autẽ in Canticis Canticorũ passionẽ carnis Christi prædicat, dicẽs: Manus meę (inquit) distillauerunt myrrham, digiti mei guttã. Vbi specialiter ostenditur in manibus, ac digitis solã carnẽ Christi suffixã stipite; sicut in psal. 118 legitur: Cõfige clauis timoris tui carnes meas. Esaias autẽ Christũ in sola humanitate, quæ apparuit, passionis iniuriã suscepisse ita prædixit: Homo (inquit) in [g] plaga, & sciẽs ferre infirmitates. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nrõs ipse portauit. Quis ipse, nisi vtiq; homo? nã pati, & deficere in illo natura Dei nõ potuit: sed homo portauit in eo passionem

Genes. 49. B.
Psal. 21. C.
Hierem. 11. D.
Psal. 15. B.
Ibidem.
Esaias. 53.

a Gemina naturæ. C.A.
b In vna eademque Christi persona distinctio. C.A.
c Deum, & Dominum. C.A.
d Propheta. C.A.
e Fixa. C.
f In pane eius. C.A.
g Plexus, & sciens Exc.

passionem & morte, in quo & ipsa mors habet conditione. Nam & cum de eo idem Propheta dixisset: Quis iste, qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bosra? & adiecit: Quare rubrum est vestimentu tuum, tanquam calcatium in torculari? quid hic per indumentu, & vestimentum rubru voluit ostendere, nisi solam carnis Christi passione, crucis infecta cruore? vnde & ipsa passione chlamyde coccinea Christus induitur; vt imago sanguinis in carne tantum demostraretur. Esaias quoq; corpus solu obtulisse Christum passioni sic loquitur: Non sum (inquit) contumax, neq; contradico, corpus meum dedi percutientibus. No dixit diuinitate, quae passione nescit perferre. Et iteru: Posui scapulas meas ad flagella, & maxillas ad palmas, quod & ipsum ad carnis patientiam, non ad deitatis refertur iniuriam. Et Zacharias: Videbunt (inquit) in que confixerunt: quem alium, nisi indubitanter hominem, quem Iudaei crucifixerunt, & in carne iudicantem videbunt? Ecce prenuciata est passio corporis Christi ex lege, & Prophetis.[a] Transeamus inde ad Euangelia: ibi quaeramus Christum filium Dei in sola carne portasse valetudines passionis, & iniuriam crucis; loquente ipso discipulis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabutur omnia quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Quod totum in Christo, secundum homine dictum, non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis: quod etiam in sequentibus docetur, Iudaeis dicetibus Christo: Quod signu ostendis nobis, quia haec facis. Et dixit Iesus: Soluite hoc templum, & post triduum suscitabo illud: hoc autem dixit de templo corporis sui: nam & in passione sua, dum corripiens proditorem diceret: Iuda osculo filium hominis tradis? Quem [b] interrogat tradere proditorem, nisi hominem? Et comprehederunt non deitate, quam caecati perfidia, nec agnoscere potuerunt. Beatus aute Apostolus Paulus, Christu in homine solo pertulisse crucem, sic asserit: Vt homo (inquit) humiliauit semet ipsum, factus obediens vsq; ad mortem, morte autem crucis: qui proinde dixit, vt homo, vt nuncupatione hominis, distinctio naturae insinuaretur passibilis: quod confirmans alias ait: An experimentu quaeritis eius, qui in me loquitur? Christus[c] non infirmatur, sed potes[d] est in vobis: nam & si crucifixus

Margin: Esai. 63. A. — Matth. 17. C. — Esai. 50. B. C. C. — Ibidem. — Zach. 12. C. — Matth. 20. C. Luc. 18. F. — Ioan. 2. C. — Luc. 22. C. — Philip. 2. A. — 2 Cor. 13. A.

[a] Excusi amplius. Cuius quide fidei veritas est tam efficax, vt eam nec tyranni sua potverint crudelitate cofundere, nec haereticoru subdola circunuentio pessum dare, nec hypocritaru diminuere fallax simulatio. Transeam. &c.

[b] Significat. Exc.

[c] Loquitur Christus? Qui in vos, non infir. Exc. & A. C.

[d] Est verbum eius in vos. C. A.

xus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Passus ergo Christus,& mortuus;sed ex nostra infirmitate:viuit autẽ impaſsibilis,& immortalis;sed ex sua virtute,quę tanta est,vt in se,nec paſsionẽ recipiat,nec mortẽ admittat.Petrus quoq; Apostolorũ princeps crucis Christi supplicium sic prædicat in solo corpore consummatum:Qui peccata (inquit)nostra pertulit in corpore suo super lignũ,vt peccatis mortui,iustitię viueremus:cuius liuore sanati sumus.Et paulò post:Christo igitur passo in carne.Ergo si Christus in carne est passus, nõ est secundùm Deum,sed secundùm hominẽ crucifixus.Ecce perpatuit de filio Dei, quòd passus est, quòd mortuus est, corporis hoc tantũ fuisse,non deitatis.Aliena sunt ista à Deo, testante Propheta de illo: Deus sempiternus, [b] Dñs creans fines terræ,non laborabit,neq; deficiet.Et psalmus:Tu autem idem ipse es,& anni tui nõ deficient.Omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portauit: caro enim habuit vagitus infantiæ,non diuinitas:carò est pannis inuoluta, non deitas: caro habuit alimenta,caro portauit ætatum commercia: nam & quòd fatigatus est,quòd esurijt, quòd dormiuit,quòd fleuit,quòd paſsioni proximus, tristis fuit, quòd postremò ipsam paſsionem,& mortis cõditionem sustinuit:totum hoc ad infirmitatẽ pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam deitatis. Vnus est enim Christus,Deus,& homo,caro,& verbum:sed vnde Deus,inde habet immortalitatem:vnde homo,inde pertulit paſsionẽ:& vnde caro,inde mortuus:& vnde verbũ, inde æternus. Nec enim potest esse deitate paſsibilis,qui est virtute,paternę gloriæ naturę æqualis.Vnde & patri derogatur,dum natura deitatis in filio paſsibilis creditur. Nam si vna Patris, & filij substantia est vtiq; sicut Pater,ita & filius immortalis est.Et si ego,& Pater vnũ sumus,sicut in Patre nõ est mors,ita nec in Dei filio mors.Et si verũ est: Omnia quæ habet Pater, mea sunt:ergo immortalitas Patris cum filio communis est.Nam quod ait Apostolus de infidelium ignorãtia:Si enim cognouissent,nunquã Dñm gloriæ crucifixissent: non quasi Dñs gloriæ sit crucifixus, vt natura deitatis videatur esse paſsibilis:sed quia vnus in vtraq; natura est Christus,secundũ assumpti hominis formam,Dñs glorię dicitur passus. Sicut ècontrariò est illud:Nemo ascẽdit in cœlũ,nisi qui descẽdit de cœlo,filius hominis;dum de cœlo non descendisset,nisi tantùm Dei filius nondùm idem factus filius

1.Pet. 2.D.
1.Pet.4.A.
a Viuamus.Exc.
Esai.40.G.
b Deus.C.A.
Psal 101 D
Luc.2.
Ioan.10.
Ioan.17 & 16.
1.Cor.2.
Ioan.6.

filius hominis. Propter personæ ergo vnitatem, & ad hominem referuntur in Christo, quæ Dei propria sunt; & diuinitati adscribuntur, quæ hominis sunt. Et ideò dum pati, ac mori dicitur, non est deitatis, sed carnis proprium: sic tamen propter vnitatem personæ, ipse Deus, & natus ex virgine, & passus, & mortuus prædicatur: sed infirmitate carnis nostræ, non virtute diuinitatis suæ. Quod verò idem Apostolus ait: Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius; sic hic dicitur Dei filius mortuus, sicut dicitur de martyribus passis, ac mortuis, quorum tamen non sunt animæ occisæ in corporis passione; ore veritatis testāte: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vbi agnosci oportet, si animæ martyrum corpore perempto supplicijs extingui nō possunt, Deus qui conditor est animarum, quomodò per crucem carnis, pati potuit exitum mortis? Quod etiam alibi apertiùs declaratur, eodem filio Dei loquente: Potestatē habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumēdi eam. Quod si ipsa deitas mortua extitit, quæro, quis animam ipsius resumpsit? Stultum est ergo crucis passionem diuinæ applicare naturæ; sed tantū creabili, & humanæ. Sola enim caro crucis exitiū sensit, sola caro lanceā pertulit, sola caro sanguine, & aqua manauit, ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulchro posita, ipsa sola tertia die resuscitata: quæ etiam glorificata cœlos adijt, in qua & venturus est iudicare in gloria Patris, iudicaturus de viuis [a] ac mortuis. Prolatis [b] ergo noui, ac veteris Testamenti testimonijs, in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt, in vna subsistentes persona, in quibus & passio eius apparuit in homine solo expleta, deinde oportuit sententias subnecti sanctorū Patrum, qui in sacris literis ingenti gloria [c] refulserunt: vt etiam eorum traditione perpateat, quia Dominus noster Iesus Christus ex duabus naturis, & vna persona subsistit, & quia mortem, & passionē in sola carne suscepit. Sanctus [d] ergo Hilarius in explicatione epistolæ ad Timotheum sic loquitur: Nam & cùm dicit Scriptura, Homo Christus; & cùm dicit, Christus mortuus est; & cùm dicit, Verbum caro factum est, non est spoliandus per fraudulentiam legentis, expositionibus suis sermo. Nam vbi homo Christus est, præcedit mediator Dei, atque hominum; vt ex vtroq; Deo & homine vnus subsistat, sitq; inter hominem

Margin: Ad Rom. 5. — Matth. 10. — Ioan. 10.

[a] Viuos, & mortuos: In A.C.
[b] Igitur.
[c] Fulserunt. In A.C.
[d] Non extat inter opera D. Hilarij, quæ nunc extāt.

& Deum medius, confeſsione in ſe vtriuſq; naturæ. Vbi verò Chriſtus mortuus eſt, ſubijcitur: Qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei. In morte eius carnis noſtræ infirmitas eſt, in reſurrectione virtus eius, in conſeſſu Dei dignitas. Sanctus quoque Ambroſius in expoſitione Euangelij, ſecundùm Lucam, ſic aſſerit: Non enim ſuam, ſed noſtram carnem [a] Chriſtus aſcendit: nec mors illa diuinitatis, ſed "quaſi" hominis fuit. Et paulò pòſt: Etenim Chriſtus omnia, & in Chriſto omnia: licet in ſingulis Chriſtus operetur, caro tamen moritur, vt reſurgat. Item idẽ in eodẽ libro exponens inter alia dicit: Triſtis eſt anima mea: turbata eſt valde. Non ergo ſuſcipiens, ſed ſuſcepta turbatur: anima enim obnoxia paſſionibus, diuinitas libera. [b] Etenim ſpiritus promptus, caro autem infirma. Triſtis autẽ non ipſe eſt, ſed anima. Non eſt triſtis ſapientia, non diuina ſubſtantia, ſed anima. [c] Suſcepit corpus meũ; non me fefellit, vt aliud eſſet, & aliud videretur. S. Athanaſius in tractatu, quẽ ſcripſit de Chriſti natiuitate, ſic dicit: In hoc ſit ergo, fratres chariſsimi, fides noſtra, in hoc tota ſalus, & vita conſiſtat, vt credamus, Deum Dei filium primùm ante omnia ſecula à Deo patre inuiſibiliter [d] genitum, deinde à Maria virgine, ſecundùm hominem natum, & ſecundùm hunc hominem paſſum, mortuum, ſepultum, reſurrexiſſe ab inferis, aſcendiſſe in cœlum. Item idem in expoſitione fidei: Verbum (inquit) naſcitur de Maria Virgine, accipiens corpus animale: ſed neq; ſermo comprehenſus eſt carne, ſed in carne, & ſupra carnem: & ſicut Deus dicitur, ita Dei virtus, Dei veritas: paſſus autem humana carne, ſed ſermo Dei impaſsibilis eſt. In paſsione quidem moritur homo, vt viuificaret protoplaſtum, qui ceciderat per inobedientiam. Sanctus Gregorius ſcribens ad Celidonium, dicit: Naturæ enim duæ in Chriſto, Deus, & homo; non autem duo filij, nec dij duo. Item idem in ſermone de filio, Vno autem (inquit) capitulo moneo, vt altiora quidẽ adſcribas diuinitati, & illi naturæ, quæ paſsionibus, & corpore probatur eſſe ſuperior: humiliora [e] autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis noſtræ aſſumpta eſt. Item ipſe in quarto libro contra Eunomium: Et ne aliquis incorruptibili naturæ Deitatis crucem paſsionis applicet, per alia manifeſtiùs talem emendat errorem, mediatorem ipſum Dei, & hominum, & Deum ipſum nominans; vt cum duo de vno dicantur,

Ambroſius lib. 10. cap. 99. ſuper Lucam. 22. Idem in eodem lib. cap. 104. ſuper Lucam. 23. Idem in eodem lib. cap. 94. ſuper Lucam 23. Matth. 26. & Marc. 14. Matth. 26. D & Marc. 14. D. Ioan. 12. D. Ioannis. 12. Gregorius Nazian epiſtola. 1.

[a] Crucem. Alias.
" Alias deeſt.
[b] Deniq. Alias.
[c] Quæ ſuſcepit. In A.C.
[d] Et impaſsibiliter. A.C.
[e] Verò.

dicantur, congruum intelligatur circa vtrumque; circa deitatem quidem impaſsibilitas, circa humanitatẽ autem diſpenſatio paſsionis. Sanctus quoq; Baſilius in quarto libro contra Eunomium ita ſcribit: Quid eſt, Dominus creauit me, & ante omnes colles genuit me? Vbi intelligendum eſt hoc, quod dicit, Genuit, de Dei filio: hoc autẽ, quod dicit, Creauit, de ea parte, qua in forma ſerui eſt; vt vtramq; naturam in vna perſona oſtenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtola dicit: Ergò quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad [a] fidem, tantundem oculis animæ, quemadmodum incarnatus eſt vnigenitus, duas naturas eſſe dicimus, vnum autem filium, & Chriſtum, & Dominum, Deum verbum incarnatum, & hominem factum confitemur. Item in ſecunda ad eundem Succeſſum epiſtola ſic ait: Cùm vnus (inquit) ſit, & ſolus filius Chriſtus, idem ipſe Deus, & homo, ſicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Non autem ipſum vnigenitum filium Dei, ſecundùm quod intelligitur, & eſt filius Dei, paſſum eſſe in ſua natura dicemus. [b] Oportet enim neceſſariò vtraq; ſeruare vni, & vero filio, & non pati ſecundùm deitatem, & dici, paſſum eſſe eundem ſecundùm humanitatẽ: ipſius enim paſſa eſt caro. Idem in expoſitione Leuitici inter alia: Totum in his iterum circunſpice Saluatoris noſtri myſterium, & emundationem, quæ per ſanctum baptiſma fit. Duas enim auiculas ſumi iubetur, viuas, & mundas; vt intelligas per volatilia, cœleſtem hominem, ſimul & Deum in duabus naturis, quantum pertinet ad rationem, diuidendum, vnicuiq; conuenientem. Item S. Auguſtinus: [c] Nec enim illa ſuſceptione alterum eorum in alterum conuerſum, atq; mutatum eſt. Nec diuinitas quippè in creaturam mutata eſt, vt deſiſteret eſſe diuinitas: nec creatura in diuinitatem, vt deſiſteret eſſe creatura. Nam ſi ſubſtantia hominis (quod abſit credere) in diuinitatem conuerſa eſt, augmentauit aliquid deitatis. Sed abſit, vt augmentum recipiat ineffabilis, & incomprehenſibilis plenitudo. Manet ergò vtraq; filij Dei natura, & vna perſona. Rurſus ipſe aduersùs Maximum: Si ergo attendas diſtinctiones naturarum, filius Dei de cœlo deſcendit, & filius hominis crucifixus eſt in terra. Idem in ſequentibus: Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia. Vbi reſurgit, niſi in eo quòd potuit cadere? Vbi reſurrexit, niſi in eo vbi mortuus? Quære

Margin notes: Baſilius contra Eunom. — Cyrillus. — Auguſt.

[a] Alias videndum.

[b] Sed paſſum eſſe terrena natura. Vnus M.ſ.

[c] In excerptis. Vnus M.ſ.

mortem in Verbo; numquam esse potuit: quære mortem in anima; numquam ibi fuit quære mortem in carne; planè ibi fuit: & ideò ibi fuit, quia mors vera fuit. Et paulo pòst: Quid miraris? Certè vita est Christus: quare mortua est vita, nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est? Caro tantùm mortua est. Quare? Vt in ea mors moreretur. Idem in expositione Ioannis Euangelistæ: Quis ergo est, per quem factus est mundus? Christus Iesus; sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Idem ipse Iesus Christus; sed in forma serui. Beatus quoq; Leo Apostolicæ sedis Antistes in sua epistola, quam scripsit ad Flauianum Constantinopolitanũ Episcopum, sic ait: Salua ergo proprietate vtriusq; naturæ, & in vnam coëunte personam, suscepta est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Et ad resoluendum conditionis nostræ debitum, inuiolabilis natura est vnita naturæ passibili; vt, quod nostris remedijs congruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis, perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Et paulò post: Qui manens in forma Dei. fecit hominem, idem in forma serui factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatẽ suam vtraq; natura. Et sicut forma serui, Dei formã non ademit, ita forma Dei formam serui non minuit. Itẽ paulò pòst: Agit enim vtraq; forma, cum alterius cõmunione, quod propriũ est; Verbo scilicet operãte, quod Verbi est; & carne exequenti, quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succũbit iniurijs. Et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Sanctus quoq; Fulgentius in libro, quem de incarnatione Domini nostri Iesu Christi scripsit, inter alia sic intulit: Dico itaque vobis iuxta sanctorum Patrum traditionem, Dominum nostrum Iesum Christum in duabus naturis inconfusis, idest, diuinitatis & humanitatis, vnam personam, siue substantiam confiteri. Idem post alia: Si quis ergo in Domino nostro Iesu Christo aut duas naturas; aut vnam noluerit, siue dubitauerit credere, aut prædicare personam; vel si quis noluerit confiteri Deum atque hominem; idest, Verbum incarnatum de Maria virgine, pro nostra salute veraciter natum, tantum à Catholica fide deprehenditur, ac demõstratur

Epistol. 10.

Fulgentius.

extraneus,

extraneus, vt sacramento redemptionis humanæ resistat ingratus. Et paulò post: Verbum caro factum vnus, & plenus est Christus, vnus ex vtraq;, & in vtraq;, id est, in humana, diuinaq; natura: in quo sic vtriusq; naturæ prorsùs vnitio gloriosa persistit, vt siue diuinitati Christi humanitatem quis demat, siue humanitati diuinitatem detrahat, Christum sacrilega infidelitate, & blasphema prædicatione dissoluat. Item paulò post: Christus pro nobis carne est passus, qui de Deo Patre natus solus est impassibilis Deus. Ipsum itaque Christum filium Dei, pro nobis mortem carne gustasse, salua immortalitate diuinitatis eius, veraciter credimus. [a] Iterum post hoc: Quia non est alter Deus, alter homo, sed idem vnus est Christus, Deus & homo, profectò idem Deus Christus est, qui & mortem [b] sua carne suscepit: & idem homo Christus est, qui mortem [c] sua diuinitate destruxit. Idem quippè Christus Dei filius, qui diuinitate mori non potuit, carne mortuus est, [d] quia mortalem Deus immortalis accepit, [e] & idem Christus Dei filius carne mortuus resurrexit, quia immortalitatem suæ diuinitatis carne mortuus nō amisit. Hinc est quòd etiam post resurrectionem suam, sicut in cicatricibus veris, & in vera comestione piscis & mellis, soliditatem in se veræ carnis edocuit, ita clausis foribus ingrediens, veram in se virtutem sempiternæ diuinitatis ostendit, vt agnosceretur, & naturalis fuisse Christi morientis infirmitas, & eidem resurgenti naturalis inesse maiestas. Hæc quidem, quæ tam diuinæ Scripturæ, quàm etiam sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breuiter inserta protulimus, demōstrantes geminam carnis, & deitatis naturam in vna Domini, & Saluatoris nostri persona: passum quoque eumdem in ea natura, quæ corporis est; non passum in ea natura, quæ deitatis est. His ergo concordi sententia in tribus Secretarijs definitis, pro confirmatione sui, [f] proprias subscriptiones subiecimus.

[a] Item. Exc.
[b] Suam. Exc.
[c] Suam. Exc.
[d] Quam. In Exc.
[e] Et ideo. In Exc.
[f] Propriam subscriptionem. Exc.

Luc. 24. Ioan. 10.

1 ISidorus, in Christi nomine Ecclesiæ Spalensis Episcopus, subscripsi.

2 Bisinus, in Christi nomine Ecclesiæ Eliberitanæ Episcopus, subscripsi.

3 Rufinus, in Christi nomine Ecclesiæ Asidonensis Episcopus, subscripsi.

Fulgentius,

4 Fulgentius, in Christi nomine Ecclesiæ Astigitanæ Episcopus, subscripsi.
5 Cambra, in Christi nomine Ecclesiæ Italicensis Episcopus, subscripsi.
6 Fidentius, in Christi nomine Ecclesiæ Tuccitanæ Episcopus, subscripsi.
7 Teodulphus, in Christi nomine Ecclesiæ Malacitanæ Episcopus, subscripsi.
8 Honorius, in Christi nomine Ecclesiæ Cordubensis Episcopus, subscripsi.

De subscriptionibus.

Bisinus] *In Epistola Gundemari, subscribit, Pisinus Eliberitana, non Bisinus: Fidentius successit Agapio viro sancto Episcopo ex Monacho. De Isidoro, & Fulgentio Episcopis sanctissimis, supra, vt potuimus, diximus.*
Ex subscriptionibus constat, sub Hispali esse.

Eliberim.	*Tuccis.*
Asidonam.	*Malacam.*
Astigi.	*Cordubam.*
Italicam.	

Ex diuisione antiqua deest
Elipla, & Egabro.

De Sisebuto Rege.

Sisebuti Regis extat nunc memoria, in numis, vt auctores sunt Resendius Lusitanus, & Ambrosius Morus, cum hac subscriptione, D. N. SISEBVTVS. In reuerso. CIVITAS EBORA. DEVS ADIVTOR MEVS. Etiam in lapide fracto hæc leguntur: SACERDOS. OCCVRRIT. AMATOR. AETATIS SVAE XLIII. DIE ID. FEBRV. ERA DCLII. FELICITER. II. SISEBVTI REGIS EPISCOPATVS. AN. I. ET MEN. X. T. IN PACE. AMEN. Vnde constat Sisebutum regnare cœpisse, Era. 649. quod cum anno huius Concilij optimè conuenit. Situs fuit Sisebutus Rex in Basilica Diua Leocadia, Tago imposita, in suburbio.

Notæ

Notæ in Concilium Hiſpalenſe ſecundum.

IN ciuitate Spalenſi] *Anno nono regni Siſebuti celebratum eſt, ſub D. Iſidoro Metropolitano ſecundum Concilium Hiſpalenſe, pro Eccleſiaſticis negocijs, & contra Acephalos hæreticos, negantes temere in Chriſto duas naturas, in vna diuina perſona. Acephali, ſine capite dicti, quia nullus reperitur erroris huius auctor, à quo exorti nomen & ſectam ſibi arrogent, vt Iſidorus inquit, lib. etymol. 8.c.5. & Auguſtinus. De his etiam multa tradit Nicephorus, lib. 18. Eccleſ. hiſt. c. 45. plura infra. Interfuit huic Concilio Epiſcopus quidam Syrus, ſtolidus huius hæreſis propugnator; qui poſt longam diſputationem, rationibus & argumentis D. Iſidori & aliorum patrum victus, ad rectam & orthodoxam fidem cõuerſus eſt: vt ex. 12. actione huius Concilij conſtat. Eſtq́; Concilium eruditum & doctum, iuris ciuilis, & Canonici ſapientia refertum; ita vt appareat à viris eruditione diuina, & ſeculari præſtantibus eſſe editum.*

Cap. 3 Cingulo honoris] *Sic.l.3. de domeſticis, & protect. lib. 12. Cod. Quinquennium enim ſi fuerit diuagatus, ipſe iam cingulo ſpoliandus eſt; ideſt dignitate, & magiſtratu priuandus, & deijciendus. In omni republica benè conſtituta, dignitates & honores, magiſtratusq; ſolent peculiaria habere inſignia, quæ dum munus confertur, illa pariter conferuntur; dũ verò exauctorantur qui habent, adimuntur. Habebant apud Romanos reges & conſules faſces, & ſecures, & purpurã: Senatores latumclauum, ſeu laticlauium, & calceũ lunatum, & veſtem albam: equites anulum: Hiſpani nunc calcar & enſem: milites Romani, & aliarũ nationum cingulum, à quo enſis pendebat: erat enim Zona cum gladio, ex Suida in Auxẽtio. Vnde Ioab in prælio aduerſus Abſalonem, promiſit ſe daturum baltheũ occiſori. Inde & teſtamentum militare in procinctu factum dicitur, cum milites ad prælium progrederẽtur, ſe gladijs cingentes, vtcumq; poterant, de ſuis rebus diſponebant. Hinc per tranſlationem dignitatis & honoris inſignia, etiam aliorum quàm militum, dicitur cingulum: ita eſt duplex, & militiæ, & dignitatis, ſiue honoris.*

2. Reg. 18.

Cap. 4 Contra diuina, atque Eccleſiaſtica iura] *In Concil. Carthag. 4. c. 69. Epiſcopus pro hac re deponitur. Simili ſententia (inquit) ſub iacebit*

„ *iacebit Episcopus, si sciens ordinauerit Clericum eum, qui viduam,*
„ *aut repudiatam vxorem habuit, aut secundã. Et in excerptis Martini, c. 26. Si quis viduam. Et in epistola Innocentij ad Victorium, c 5 & ad Rufum, c. 1.*

Cap. 5 Depositi æquo iudicio abutantur] *Ordinans enim contra patrum instituta, & sanctiones, auctoritatem in ordinationibus, vel Concilijs minimè retinebit; & ordinatus ordinis honore priuatur. Sic Innocentius PP. primus epistola. 24. c. 3. dum ait: Aduer-*
" *sus formas Canonum ad ordinem venire tentans, ordine & honore*
" *priuetur, vnà cum ordinatore. Idem Zozimus PP. epistola. 1. c. 1. & Concilium Arelatense. 3. cap. 3. ab eo die ad annum aufert celebrandi potestatem. Idem Hilarius PP. I. epistola ad Episcopum Tarraconensem, c. 4. & Simplicius PP. epistola. 3. ad Florentium.*

Cap. 6 Iuxta priscorum patrum Synod. sententiam] *A gradu suo deijcitur Episcopus, Presbyter, aut Clericus ex omni ordine, qui postquam promotus erat. grauibus reperiebatur criminibus, & sceleribus coopertus. Id constat ex epistola. 1. Gelasij PP. c. 20. & Zachariæ PP. c. epistol. 5. ad Bonifacium. Patet etiam ex causa Potamij Concil. Toletan. decimo, & in causa Siseberti Concil. Tolet. 16. qui à tribus Episcopus degradatur: & nouissimè in Concil. Trid. sess. 3. c 4.*

Cap. 7 Presbytero est illicita consecratio altaris] *Altare consecrari à presbytero non debet. Concil. Agathens. c. 43. Solus Episcopus constituit, & vngit. Felix PP. IV. c. 1. epistola decretalis, & primo Bracarensi, c. 19. 8. Tolet. c. 7. Et consecratur Episcopi benedictione, & chrismatis vnctione.*

Formatas cuilibet epistolas] *Formatæ vocantur Canonicæ epistolæ, quæ peregrinaturo Clerico dabantur, fidei & religionis ergò. Concil. Antioch. c. 8. & Laod. c. 41. Et Conc. Mileuit. Can. 20. di*
" *citur: Placuit vt quicumq; Clericus propter necessitatem suam, ali-*
" *cubi ad comitatum ire voluerit, Formatã ab Episcopo suo accipiat:*
" *quòd si sine formata voluerit pergere, à communione remoueatur.*
" *& infra: Formatæ, quæ à Primatibus, vel à quibuscumquè Epis-*
" *copis, Clericis proprijs dantur, habeant diem Paschæ. Concil. Laod.*
" *cap. 41. literas Canonicas vocat Formatam: Non oportet ministrũ*
" *altaris, vel etiam laicum sine Canonicis literis, id est Formata ali-*
" *cubi proficisci. Habetur de consec, d. 5. c. Non oportet. Accipiebant etiam Episcopi à Primate, si peregrinandum esset, Formatam, vel commendationem. Concil. Carthaginen. cap. 28. Dicebantur etiam commu-*

communicatoriæ literæ Concil. Eliberitano. cap. 58. *(multiplex erat literarum vsus) studij, & officij indices. Erant etiam literæ confessoriæ, quæ confessoribus, vt munere suo possent fungi, dabantur: eodem Eliberitano cap.* 25. *Erãt & tractatoriæ epistolæ, in quibus Imperatores & Reges, suos Præsides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant: in Codice Theodosiano, lib.* 8. *tit.* 6. *de tractatorijs, & statutis: à D. Augustino vocatoriæ nominantur. Vide notata in cap. Placuit. d.* 18.

Cap. 7 Nec eo præsente sacramento] *Concilio Carthaginensi.* 2. *c.* 9. „ *sic dicitur: Quisquis presbyter, præsente & inconsulto Episcopo,* „ *agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contra-* „ *rius existit. Agenda verò dicitur Missæ celebratio, eò quod in agendo consistat: est enim agere: verbaq; formæ sacramenti sunt corporis & sanguinis Domini effectiua, & operatiua.*

Cap. 7. Vel benedicere] *Concilio Agathensi. c.* 30. *Benedictionem* „ *super plebem in Ecclesia fundere, aut pœnitentem in Ecclesia bene-* „ *dicere Presbytero penitus non licebit.*

Ca. 10. In prouincia Bætica] *Fuerunt multa virorum, & mulierum monasteria constructa in prouincia Bætica: quod facilè perspiciet quisquis librum D. Eulogij de martyribus legerit.*

Ca. 11. Familiares esse velimus] *Diuus Leander in libello de insti-* „ *tutione virginum. c.* 2. *quem. M. S. apud me habeo, sic inquit: Iam* „ *quasi fuga virum fugias, soror tu pudica, si tam solicitè fœminas* „ *seculi declinabis? Quisquam vir si sanctus est, nullam tecum gerat* „ *familiaritatem; ne virili iugitate, aut infametur vtriusq; sancti-* „ *tas, aut pereat, aut decidat à charitate proximi. Quæ & si malum* „ *nôn agit, opinionis tamen pessimæ famam nutrit. Dispar enim sexus* „ *in vnum locatus, eo titillatur instinctu, quo nascitur. Et naturalis* „ *mouetur flamma, si quod incendi possit, attingitur. Quis colligauit* „ *ignem in sinu suo, & non comburetur? Ignis, & stupa sibi vtraq;* „ *contraria, in vnum redacta, flammas enutriunt. Viri sexus, &* „ *fœminæ diuersa: quæ si coniunguntur, ad quod lex naturæ prouocat,* „ *commouentur. Hæc Leander.*

Ca. 12. Ex hæresi Acephalorum] *De Acephalis multa tradit Nice-* „ *phorus lib.* 18. *Eccles. histor. cap.* 45. *Eodem tempore, & Acephali,* „ *quorum dux Seuerus Antiochenus fuit, vnã Verbi & carnis na-* „ *turam malè prædicantes. Et mox: Acephali autem ob eam causam* „ *dicti sunt, quòd sub Episcopis non fuerint. Proinde Episcopis &* „ *Sacerdotibus apud eos defunctis, neq; baptismus iuxta solennem,* „ *& receptum Ecclesiæ morem apud eos administratus, neq; oblatio,*

„ *aut res aliqua diuina facta, ministeriumue Ecclesiasticum, sicuti*
„ *mos est, celebratum est. Communionem verò illi à plurimo tempore*
„ *asseruatam habentes, ferijs Paschalibus in minutissimas incisam*
„ *partes conuenientibus ad se hominibus dederunt. Quo tempore*„
„ *quam quisque voluisset, placitam sibi sumebat potestatem. Et pro-*
„ *pterea, quod quilibet, quod sibi visum esset, fidei insertum volebat,*
„ *quàm plurima defectorum, & hæreticorum turba exorta est, &c.*
Lege Isidorum lib. Etymolog. 8. c. 3.

SYNODVS. IIII. Toletana LXII. Episcoporum.

Incipit Synodus Toletana quarta. Gesta Synodalia in Toletana vrbe, apud Concilium sexaginta sex Episcoporũ Hispaniæ, & Galliæ prouinciæ edita.

TITVLI.

Titulorum horũ maxima est diuersitas in Excusis.

[a] C.A. Vagis à monasterio.

GESTA SYNODALIA IN Toletana vrbe,[a] in Concilio LXII. Episcoporum Hispaniæ, & Galliæ prouinciarum edita, anno. III. regnante gloriosissimo domino nostro, Principe Sisenando, die nono Decembris, Era DC.[b] LXXI.

a Apud Concilium. C.A.

b In vno. Ms. LXX.

DVm studio amoris Christi, ac diligẽtia religiosissimi Sisenandi Regis, Hispaniæ, atq; [c] Galliæ Sacerdotes apud Toletanã vrbem, in nomine Domini conuenissemus, vt eius imperiis, atq; iussis cõmunis à nobis agitaretur de quibusdã Ecclesiæ disciplinis tractatus, primũ gratias [d] salutari nostro, Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato ministro eius excellentissimo, & gloriosissimo Regi, cuius tanta erga Deũ deuotio extat, vt non solùm in rebus humanis, verũetiam in causis diuinis solicitus maneat. Hic quippè, dum in basilica beatissimæ & sanctæ [e] confessoris Leocadiæ omnium nostrorum pariter iam cœtus adesset,[f] tali promerito fidei suæ, cũ magnificentissimis [g] viris ingressus, primũ corã Sacerdotibus Dei [h] humo prostratus, cum lacrymis, & gemitibus pro se interueniendũ Domino postulauit: deinde religiosa prosecutione Synodum exhortatus est, vt Paternorum decretorum memores, ad conseruãda in nobis iura Ecclesiastica studium [i] præberemus, & illa corrigere, quæ dum per negligentiam in vsum venerũt, contra Ecclesiasticos mores licentiam sibi de vsurpatione fecerũt. Talibus igitur eius monitis congaudẽtes, necessarium extitit, iuxta eius nostrumq; votũ tractare, quæ competunt siue in sacramentis diuinis, quæ diuerso, atque illicito modo in Hispaniarum Ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus prauè vsurpata noscuntur. Et quoniam generale Concilium agimus; oportet primum nostrę vocis sermonem de Deo esse; vt post professionem fidei, sequentia operis [k] nostri vota, quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

c Gallecia. Exc.

d Saluatori. Exc.

e Martyris. Exc. & C.A.

f Deest. In Exc.

g Et nobilissimis Exc.

h Humi. Exc.

i Proferremus. C.A.

k Dei nostri. C.A.

I. De euidente catholicæ fidei veritate.

Secundùm diuinas Scripturas, & doctrinam, quam à sanctis Patribus acccepimus, Patrẽ, & Filium, & Spiritum sanctum vnius deitatis, atq; substantiæ confitemur; in personarum diuersitate

uersitate Trinitatem credentes, in diuinitate vnitatem prædicantes, nec personas confudimus, nec substantiam separamus. Patrem à nullo factum, vel genitum dicimus; Filium à Patre non factum, sed genitum asserimus; Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur. Ipsum autē Dominum "nostrum" Iesum Christum Dei filium, & creatorem omnium, ex substantia Patris ante sæcula genitum, descendisse vltimo tempore pro redemptione mundi à Patre, qui nūquam desijt esse cum Patre. Incarnatus est enim ex Spiritu sancto, & sancta gloriosa Dei genitrice virgine Maria, & natus ex ipsa, solus idē dominus Iesus Christus; vnus [a] de sancta Trinitate, anima & carne perfectum, sine peccato, suscipiēs hominem; manens quod erat, adsumens quod non erat; æqualis Patri secundùm diuinitatē; minor Patre secundùm humanitatem; habens in vna persona duarum naturarum [b] proprietatem: naturæ enim in illo duæ; Deus & homo; non autem duo Filij, & Dei duo, sed idē vna persona in vtraq; natura; perferens passionem & mortem pro nostra salute: non in virtute diuinitatis, sed [c] infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, vt sanctos, qui ibidem tenebātur, erueret: deuictoq; mortis imperio resurrexit: assumptus [d] deinde [e] in cœlum, venturus est in futurum ad iudicium viuorum & mortuorum: cuius "nos" morte, & sanguine mūdati, remissionem peccatorum consecuti sumus; resuscitandi ab eo in die nouissima, in ea, qua nūc viuimus carne; & in ea, qua resurrexit idē Dominus forma, percepturi ab ipso; alij pro iustitiæ meritis, vitam æternam; alij pro peccatis, supplicij æterni sententiam. Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides; hanc confessionem conseruamus, atq; tenemus: quam quisquis firmissimè custodierit, perpetuam salutem habebit.

Vide notas.

" Deest. A.C.
a In. Exc.
b Proprietates, duo m. ss.
c In. Exc.
d Deest in. Exc.
e In cœlos. Exc.
" Deest. A.C.

II. De vno ordine in ministerijs, vel officijs in cunctis Ecclesijs, celebrando.

Post rectæ fidei confessionē, quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, placuit vt omnes Sacerdotes, qui Catholicæ fidei vnitate cōplectimur, nihil vltra diuersum, aut dissonū in Ecclesiasticis Sacramētis agamus; ne quælibet nostra diuersitas apud ignotos, seu carnales [f] schismatis errorē videatur ostendere, & multis existat in scandalū varietas Ecclesiarum. Vnus igitur ordo orādi, atq; psallendi nobis per omnem Hispaniam, atq:

f Schismaticis. Exc.

[a] Galliam conferuetur, vnus modus in Miſſarum ſolennitatibus, vnus in Veſpertinis, [b] Matutiniſq; officijs: nec diuerſa ſit vltra in nobis Eccleſiaſtica conſuetudo, [c] qui in vna fide continemur, & regno: hoc enim & antiqui Canones decreuerũt, vt vnaquæq; prouincia, & pſallendi & miniſtrandi parem conſuetudinem [d] contineat.

a Gallicism. Exc.
b Deeſt in Exc.
c Quia. Exc.
d Teneat. Exc.

III. De qualitate Conciliorum, vel quare aut quando fiant.

Nulla penè res diſciplinę mores ab Eccleſia Chriſti [e] depulit, quàm Sacerdotum negligentia, qui contẽptis Canonibus ad corrigendos Eccleſiaſticos mores Synodũ facere negligunt. Ob hoc à nobis vniuerſaliter definitum eſt, vt quia iuxta antiqua patrum decreta, bis in anno difficultas temporis fieri Cõcilium non ſinit, ſaltem vel ſemel à nobis celebretur. Ita tamẽ vt ſi cauſa fidei eſt, aut quælibet alia Eccleſiæ cõmunis, generalis totius Hiſpaniæ & & [f] Galliæ Synodus conuocetur: ſi verò nec de fide, nec de communi Eccleſiæ vtilitate tractabitur, ſpeciale erit Conciliũ [g] vniuſcuiuſq; prouinciæ, vbi Metropolitanus, elegerit peragẽdum. Omnes autem, qui cauſas aduerſus Epiſcopos, aut iudices aut potẽtes, aut cõtra quoslibet alios habere noſcuntur, ad [h] eundem Concilium concurrunt, & quæcũq; examine Synodali, à quibuslibet prauè vſurpata inueniuntur, regij executoris inſtantia iuſtiſsimè his, quibus iura ſunt, reformentur. Ita vt pro compellẽdis iudicibus, vel ſecularibus viris ad Synodum, Metropolitani ſtudio [i] idẽ executor à Principe poſtuletur. [k] Quinto decimo autem Calendarum Iuniarum congreganda eſt in vnaquaq; prouincia Synodus, propter vernale tempus; quando herbis terra veſtitur, & pabula germinum inueniuntur.

e Magis. Exc.
f Gallicie. Exc.
g Prout vnius cuiuſque prouinc. Metropol. Exc.
h Gothiciſmus.
i Quidem. Exc.
k Quinta decima. Exc.

IIII. Formula qualiter Concilium fiat.

Ordo celebrãdi Concilii, poſitus eſt in principio.

Hora itaq; prima diei, [l] ante ſolis ortum eijciantur omnes ab Eccleſia, obſeratiſq; foribus, [m] cuncti ad vnam ianuam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſtent: & conueniẽtes omnes Epiſcopi pariter introeant, & ſecũdum ordinationis ſuæ tẽpora reſideant. Poſt ingreſſum omniũ Epiſcoporũ, atq; cõſeſſum, vocentur deinde Presbyteri quos cauſa probauerit introire. Nullꝰ ſe inter eos ingerat Diaconorũ. Poſt hos ingrediãtur [n] diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe: & corona facta de ſedibus Epiſcoporũ, Presbyteri à tergo

Brac. q. c. 4.

l Mane. Exc.
m Cunctis. Exc.
n Diacones. Exc.

eorum

eorũ resideât.[a] Diacones in cõspectu Episcoporũ stent. Deinde ingrediantur laici, qui [b] electione Concilij interesse meruerint. Ingrediantur quoque, & Notarij quos ad recitandũ, vel excipiendum ordo requirit, & obserentur ianuæ. [c] Sedentesque in diuturno silentio Sacerdotes, & cor [d] totum ad Deũ [e] habentes, dicat Archidiaconus: Orate. Statimq; omnes in terra [f] prostrabuntur, & orantes diutius tacitè cum fletibus, atq; gemitibus vnus ex Episcopis senioribus surgens orationẽ palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra iacentibus. Finita autem oratione & responso ab omnibus: Amen, rursus dicat Archidiaconus: Erigite vos. Et confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei, & disciplina tàm Episcopi, quàm Presbyteri sedeant. Sicq; omnibus in suis locis in silentio considentibus, Diaconus alba indutus codicem Canonũ, in medio proferens capitula de Concilijs agẽdis pronunciet. Finitisq; titulis, Metropolitanus Episcopus Conciliũ alloquatur dicens: Ecce sanctissimi sacerdotes, recitatæ sunt ex Canonibus [g] sanctorum Patrum sententiæ de Concilio celebrando. Si qua igitur quempiam vestrûm actio cõmouet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcunq; querelã, quæ contra Canonem agit, in audientia Sacerdotali protulerit, nõ prius ad aliud transeatur capitulum, nisi primum, quæ proposita est actio terminetur. Nam & si Presbyter aliquis, aut Diaconus, Clericus, siue laicus de his, qui foris steterint, Concilium pro qualibet re crediderit appellandum, Ecclesiæ Metropolitanę Archidiacono causam suã intimet, & ille Cõcilio denũciet. Tunc illi, & introeundi, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem Episcoporum à cœtu communi secedat, ante quam hora generalis secessionis adueniat. Cõcilium quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata: ita vt quæcumque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum Sacerdotum Concilio interesse credendus est, si tumultu omni abiecto, solicitè, atque tranquillè Ecclesiastica negocia terminentur.

[a] Diaconi. Exc.
[b] Electioni. Exc.
[c] Gothicismus: sedẽtibusque in diuturno silentio Sacerdotibus. Exc.
[d] Tantum. Exc.
[e] Habentibus. Exc.
[f] In terra prosternẽti, & orantibus. Exc.
[g] Priscorum. C.A.

V. De annunciatione Paschæ ante Epiphaniam inter Episcopos exquirenda.

Isidorus, de Laterculo, lib. 6. etymo. c. 17 de cyclo Paschali.

Solet in Hispanijs de solennitate Paschali varietas existere prædicationis: diuersa enim obseruantia laterculorum Paschalis

chalis

chalis festiuitatis, interdum errorem parturit. Proinde placuit, vt ante tres menses Epiphaniorum Metropolitani Sacerdotes literis inuicem se inquirant: vt communi scientia edocti diem Resurrectionis Christi, & comprouincialibus suis insinuent, & vno tempore celebrandum annuncient.

VI. De trina & simpla in Baptismo mersione.

De Baptismi autem sacramento, propter quod in Hispanijs quidam Sacerdotes trinam, quidam simplam mersionem faciunt, à nonnullis schisma esse cõspicitur, & vnitas fidei scindi videtur (. Nam dum [a] Patres diuerso & quasi cõtrario modo agunt, alij alios non baptizatos esse contendunt) proinde quid à nobis in hac sacramenti diuersitate [b] finiendum sit, Apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostram, sed paternã institutionẽ sequentes. Beatæ igitur memoriæ Grerius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, qui nõ solùm partes Italiæ illustrauit, sed & longè existentes Ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro Episcopo, de hac Hispaniæ diuersitate, quid potius esset sequendum, inter
» cætera rescribens ei, sic ait. De trina verò mersione baptis-
» matis nihil responderi veriùs potest, quàm ipsi sensistis: quia
» in vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa.
» Nos autem quod tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sa-
» cramenta signamus; vt dum tertiò ab aquis infans educitur,
» resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis
» fortè etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet
» fieri, neq; ad hoc aliquid obsistit baptizandum semel in aquis
» mergere: quia dum in tribus subsistentijs vna substantia est,
» reprehẽsibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate
» vel ter, vel semel mergere, quando, & in tribus mersionibus
» personarũ Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas
» designari. Sed si nunc vsq; ab hæreticis infans in baptismate
» tertiò mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo; ne
» dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant; dumque
» quod faciebãt, faciunt, morem vestrum se vicisse glorientur.
Quapropter, quia de vtroq; sacramento, quod fit in sancto Baptismo à tanto viro reddita est ratio, quod vtrũq; rectum, vtrũq; irreprẽhesibile in sancta Dei Ecclesia habeatur, propter vitandum

[a] Partes diuersæ in baptizãdis aliqua contrario modo agunt, ab alijs non baptizatos esse cõtendunt. C A.
[b] Fiendum. C. A.

Lib. 1. registri, epistol. 41. de Consecr. d. 4. cap. de trina mersione.

De Consecr. d. 4. propter vitandum. Et in Decret. Iuon. lib. 1. c. 129.

vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, simplam teneamus Baptismi mersionem; ne videantur apud nos, qui tertiò mergunt, hæreticorum probare assertionem, dum sequuntur & morem. Et ne fortè cuiquam, sit dubium huius simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem, & resurrectionem Christi significari: nam in aquis mersio, quasi in infernum descensio est; & rursus ab aquis emersio, resurrectio est. Item videat in eo vnitatem diuinitatis, & Trinitatem personarum ostendi; vnitatem dum semel immergimus; Trinitatem, dum [a] nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, baptizamus. Panditur huius singularis baptisma tis mysterium, etiam sacrarum scripturarum exemplis; Paulo Apostolo attestante: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt, in nube & in mari. Mare quippe rubrum significat, baptismum Christi sanguine consecratum, per quem populus Dei semel transijt. Vbi tamen tota erat Trinitas, præcedente populum columna ignis, & nubis. In igne quippe significatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus sanctus. Iordanis quoque fluenta, cũ arca populus Dei semel transijt: per quod significatur simpla mersio baptismatis, cuius sacramento Ecclesia abluitur, & de seculi huius laboribus per Baptismum, quasi per Iordanem, ad terram cœlestis repromissionis ingreditur.

a In nom. Exc.

1. Corin. 10.

Exod. 13. 14. & 16. & Num. 9.

VII. De celebrando officio in sexta feria Paschæ.

Comperimus, quòd per nonnullas Ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini, clausis basilicarum foribus, nec celebratur officium, nec passio Domini populis prædicatur; dum idem Saluator noster Apostolis suis præceperit dicens: Passionem & mortem, & resurrectionem meam omnibus prædicate. Ideò oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis nunciandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare: vt pœnitentiæ compunctione mundati, venerabilem diem Dominicę resurrectionis, remissis iniquitatibus suscipere mereamur; corporisque eius, & sanguinis sacramentum [b] mundi à peccatis sumamus.

b Mundati C.A.

VIII. De non soluendis ieiunijs in sexta feria Paschæ, exceptis languidis, senibus, & paruulis.

Quidam in die eiusdem Dominicæ Pasſionis [a] ad horam nonam ieiunium soluunt, conuiuijs abutuntur, & dum sol ipse eodem die tenebris palliatus lumẽ subduxerit, ipsaq; elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epulisq; inseruiunt. Et quia totum eumdem diem vniuersalis Ecclesia propter pasſionem Domini in mœrore, & abstinentia peragit; quicunq; in eo ieiunium, præter paruulos, senes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces, resoluerit, à Paschali gaudio repellatur; nec in eo sacramentum corporis, & sanguinis Domini percipiat, qui diem Pasſionis ipsius per abstinentiam non honorat.

[a] Ab hora nona duo M.C.

IX. De benedicendo cereo, & lucerna in præuigilijs Paschæ.

Lucerna, & cereus in præuigilijs "Paschæ" apud quasdam Ecclesias non benedicuntur, & cur à nobis benedicantur inquirunt. Propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentũ solenniter hæc benedicimus, vt sacræ resurrectionis Christi [b] mysterium, quod tempore huius votiuæ noctis aduenit, in benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et quia hæc obseruatio per multarum loca terrarum, regionesq; Hispaniæ, in Ecclesijs commendatur, dignum est, vt propter vnitatem pacis, in [c] Gallicanis Ecclesijs conseruetur. Nulli autem impune erit, qui hæc statuta contempserit, sed Patrum regulis subiacebit.

" Deest A.C.

[b] Ministerium. C.A.

[c] Gallicianis. Exc.

X. De Dominica oratione quotidie patenter pronuncianda.

Nonnulli Sacerdotum per Hispanias reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam Saluator noster docuit, & præcepit, non quotidie, sed tantùm die Dominica dicunt. Et quia vt sine intermisſione oremus, Apostolus docuit, qualiter autem oremus Christus præcipit, dicens: Cùm oratis, dicite: Pater noster, qui es in cœlis; quomodò ergo quotidie non dicitur, quod sine intermisſione dici iubetur? Nam in tantũ

1. Thes. 5.

Matth. 6.

quotidie

quotidie hæc oratio dicenda eſt, quantum & ipſo titulo vtitur, dum vocatur oratio quotidiana; ſic enim ſancti Patres nuncupauerunt. Quod etiam apud Doctores [a] quorum doctrina illuſtris eſt, inuenitur: ſanctus quippè Cyprianus dicit: Itaque in oratione Dominica panem noſtrum (id eſt) Chriſtum dari nobis quotidie petimus: vt qui in Chriſto manemus, & viuimus, à ſanctificatione, & corpore eius, non recedamus. Sanctus Hilarius dicit: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam vult Deus, quàm vt quotidie Chriſtus habitet in nobis, qui eſt panis vitæ, & panis è cœlo, & quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoque vt detur, oratur. Sanctus Auguſtinus dicit: De quotidianis autem breuibus peccatis, ſine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit: eorum eſt enim dicere: Pater noſter, qui es in cœlis, qui iam Patri tali regenerati ſunt, ex aqua & ſpiritu. Delet igitur hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata; delet & illa, à quibus vita fidelium etiam ſcelerate geſta pœnitendo in melius redacta diſcedit. Ergo ſicut Chriſtus præcepit, ſicut Apoſtolus admonuit, & quemadmodum Doctores Eccleſiaſtici inſtituerunt, quia quotidie, vel cogitatione, vel verbo, vel opere delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conſpectu Dei debemus. Quiſquis ergo Sacerdotum, vel ſubiacentium Clericorum, hãc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio prætererit, propter ſuperbiam iudicatus, ordinis ſui honore multetur.

In ſermone de oratione Dominica.

In Enchiridio apud Laurentium

In Enchir. c. ii. tit. j.

[a] Quorum in ſcientia doct. eſt C.A.

XI. De non cantando in Quadrageſima Alleluia.

Item cognouimus quoſdam Hiſpaniæ Sacerdotes, [b] qui in Quadrageſimæ diebus Alleluia decantant, præter in vltima hebdomada Paſchæ, quod deinceps interdicimus fieri: ſtatuentes vt in omnibus prædictis Quadrageſimæ diebus, quia tempus eſt, non gaudij, ſed mœroris, Alleluia [c] non decantetur. Tunc enim opus eſt fletibus, ac ieiunijs inſiſtere, corpus cilicio, & cinere induere, animum mœroribus deijcere, gaudium in triſtitiam vertere, quouſque veniat tempus reſurrectionis Chriſti, quando oportet Alleluia in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim Eccleſiæ vniuerſalis conſenſio in cunctis terrarum partibus roborauit.

[b] Quod C.A.

[c] Ideò non dec. C.A

roborauit. Quod & à nobis omnibus, vt cõseruetur per Hispanias Galliasq; prouincias oportebit. In tẽporibus quoq; [a]re liquis, id est, Calendis Ianuarijs, quæ propter errorẽ Gentilitatis aguntur, omninò Alleluia non decantetur. In quibus etiam præter piscem, & olus sicuti in alijs quadraginta diebus à cæteris carnibus abstinetur, & à quibusdam nec vinum bibitur. Si quis igitur Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet ex ordine Clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni extimet præferẽdum, ordinis sui officio carere cogatur, & à communione eiusdem Paschæ priuetur.

[a] Reliquorum. C. A

XII. Quòd Laudes non mox post Apostolum, sed post Euangelium sint dicendæ.

In quibusdam quoque Hispaniarum Ecclesijs Laudes post Apostolum decantantur, priusquam Euãgelium prædicetur; dum Canones præcipiunt post Apostolum non Laudes, sed Euangelium annunciari. Præsumptio est enim, vt antea ponantur ea, quæ sequi debent. Nam Laudes ideò Euangelium sequuntur propter gloriam Christi, quæ per idem Euangelium prædicatur. Circa omnes igitur Sacerdotes hic ordo deinceps retineatur: excommunicationis pœnam suscepturi, qui hunc ordinem perturbauerint.

XIII. De non renuendo pronunciare hymnos.

De consecr. distin. 1. de hymnis.

De hymnis etiam canendis & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum: nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Euangelista testante: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit dicens: Implemini spiritu, loquentes vos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum & Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi Doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum Canonum, vel Apostolica traditione non existunt; respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priua-

Matth. 26.

Ad Ephes. c. 5.

priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto in secula seculorum. Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliqua quæ ibi sequuntur ecclesiastici Doctores composuerunt. Ergo [a] nec idem in ecclesijs [b] canendus est, quia in scripturarum sanctarum libris non [c] inuenitur. Componuntur ergo hymni, sicut componuntur Missæ, siue preces, vel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones: ex quibus si nulla [d] dicantur in Ecclesia, vacant officia omnia Ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus dicens: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt. Sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus vestrũ vlterius improbet, sed pari modo [e] Gallia, Hispaniaque celebret: excommunicatione plectendi, qui hymnos reijcere fuerint ausi.

Luc. 2.

1. ad Tim. 2.

[a] Nec ipsi. Grat.
[b] Canẽdi sunt. Grat.
[c] Inueniuntur. Grat.
[d] Decantentur. Grat.
[e] In Gallicia Hisp. celebrentur. Grat.

XIIII. De hymno trium puerorum in cunctis Missarum solennibus decantando.

Hymnum quoque trium puerorum, in quo vniuersa cœli, terræque creatura [f] Dominum collaudat, & quem Ecclesia Catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam Sacerdotes in Missa Dominicorum dierum, & in solennitatibus martyrum canere negligunt: proinde hoc sanctum Concilium instituit, vt per omnes ecclesias Hispaniæ, vel [g] Galliæ in omnium Missarum solennitate idem in [h] pulpito decantetur: communionem amissuri, qui & antiquam huius hymni consuetudinem, nostramque diffinitionem excesserint.

[f] Deum. C. A.
[g] Galliciæ. Exc.
[h] Publico. Exc.

XV. Quòd in fine psalmorum: Gloria & honor Deo, sit dicendum.

In fine psalmorum non sicut à quibusdam hucusque: Gloria Patri, sed gloria, & honor Patri dicatur; Dauid Propheta dicente: Afferte Domino gloriam & honorem: & Ioannes Euangelista in Apocalypsi: Audiui vocem cœlestis exercitus

Psalm. 28.

Apocal. 5.

 dicentium:

[a] dicentem: Honor & gloria Deo nostro, sedenti in throno: ac per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cœlis resonant. Vniuersis igitur Ecclesiasticis hanc obseruantiã damus, quam quisquis præterierit, communionis iacturam habebit.

[a] Dicentem Exe.

XVI. De discretione Gloriæ in fine responsoriorum.

Sunt quidam, qui in fine responsoriorum Gloria nõ dicunt: propter quod interdum inconuenienter [b] consonat. Sed hæc est discretio, vt in lætis sequatur gloria, in tristioribus repetatur principium.

[b] Resonat. duo. M. ss.

XVII. De Apocalypsis libro in omnibus recipiendo.

Apocalypsim librum multorum Conciliorum auctoritas, & synodica sanctorum Præsulum Romanorum decreta Ioannis Euangelistæ esse perscribunt, & inter diuinos libros recipiendum, atque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt. Si quis eum deinceps, aut non receperit, aut à Pascha, vsque ad Pentecosten, Missarum tempore in Ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

XVIII. Quod post benedictionem populo datam sic communicare debeant Sacerdotes.

Nonnulli Sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, & postea benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus: sed post orationem Dominicam, "& coniunctionem panis, & calicis," benedictio in populum sequatur, & tunc demum corporis & sanguinis Domini sacramentum sumatur; eo videlicet ordine, vt Sacerdos & Leuita ante altare communicent, in choro Clerus, extra chorum populus.

[a] Desunt Exe.

XIX. De ordinatione Episcopi.

Perniciosa consuetudo nequaquam est reticenda, quæ maiorum statuta præteriens, omnem Ecclesiæ ordinem perturbauit; dum alij per ambitum Sacerdotium appetunt, alij oblatis muneribus pontificatũ assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati

implicati vel[a] ſeculari militiæ dediti, indigni ad honorē ſummum, ac ſacri ordinis peruenerunt. De quorum ſcilicet [b] caſu, atque remotione oportuerat quidem ſtatuendum; ſed ne perturbatio quàm plurima Eccleſiæ orietur, præteritis omiſsis, deinceps qui non promoueantur ad Sacerdotium ex regulis Canonum neceſſariò credimus inſerendum (id eſt) qui in aliquo crimine[c] detecti ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam admiſiſſe confeſsi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali defectu membrorum, aut[d] deciſione aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas[e] ad fornicationes habuerunt, qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti ſunt, vel laici ſunt, qui ſeculari militiæ dediti ſunt, qui curiæ nexibus obligati ſunt, qui inſcij literarum ſunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus Eccleſiaſticos non[f] acceſſerunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus in Sacerdotium[g] eliguntur. Sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel[h] comprouincialium Sacerdotum[i] aſſenſio exquiſiuit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem Sacerdotij poſtulatus, & in his quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horū deprehenſus fuerit, atque examinatus, probabilis vitæ atque doctrinæ extiterit, tunc ſecundùm Synodalia vel decretalia cōſtituta, cum omni Clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuerſis comprouincialibus Epiſcopis, aut certè à tribus in Sacerdotium die Dominica conſecrabitur, conuenientibus cæteris, qui abſentes fuerint literis ſuis, & magis auctoritate vel præſentia eius[k] qui eſt in Metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem comprouincialis ibi conſecrandus eſt, vbi Metropolitanus elegerit: Metropolitanus autem nō niſi in ciuitate Metropoli, comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum Sacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

Diſt. 51. c. qui in aliquo.

Fornicationes] Videtur intelligendū de concubinis ad tempus adhibitis; de quibus diſt. 34. cap. Is qui.

[a] Secularibus. C. A.

[b] Cauſa. Exc.

[c] Detenti. Grat.

[d] Colonienſis editio: defectione.

[e] Aut fornicariis. Exc. & Grat.

[f] Aſcenderunt. Grat.

[g] Elig. in Epiſcopos non ordinētur, ſed nec. Grat.

[h] Prouincialium. C. A.

[i] Aſſenſus non exquiſiuit. Grat.

[k] Qui verè Metropolitanus eſt cōſt. Grat.

XX. De numero annorum, quo Sacerdotes, & Leuitæ ordinentur.

Num. 8. Dist. 77. In vet. leg. Ivo. p. 6. c. 31. Burch. lib. 2. c. 11.

In veteri lege, ab anno vicesimo & quinto, Leuitę tabernaculo seruire [a] mandantur: cuius auctoritatem in Canonibus & sancti Patres secuti sunt. Nos & diuinæ legis, [b] & Conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros Leuitas fecimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoq; ne vlterius fiat à nobis, & diuinæ legis, & Canonicis admonemur sententijs: sed à viginti & quinque annis ætatis Leuitæ consecrentur, & à triginta annis Presbyteri ordinentur: ita vt, secundùm Apostolicum præceptum, probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes.

1. ad Tim. 3.

a Præcipiuntur. Ivo. & Burch.

b Et præceptorū Canonum immem. Grat.

XXI. De castitate Sacerdotum.

Quicunq; in Sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent; Paulo Apostolo attestante: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Inoffensos igitur & immaculatos decet Dei existere Sacerdotes, nec vllo eos fornicationis contagio pollui: sed castè viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant Sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus: vt mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi, digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

1. ad Tim. 3.

XXII. Vt Episcopus in conclaui suo idoneum testimonium habeat.

Quamuis cōscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen apud homines famam optimam custodire conuenit: vt iuxta præceptum Apostolicum, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, vitæ sanctæ testimonium habeamus. Quidam enim hucusque Sacerdotum non modicum scandalum creauerunt, [c] dum in conuersatione vitæ, nō bonæ famæ existunt. Vt igitur excludatur deinceps omnis nefanda suspicio, aut casus; & ne detur vltra secularibus obtrectādi locus, oportet Episcopos testimonium probabilium personarum [d] in conclaui suo habere; vt & Deo placeant per conscientiam puram, & Ecclesiæ [e] per optimam famam.

Rom. 12. & 2. Cor. 8.

c In duob. M.ss. est: Dum in accusatione luxuriæ in conuersat. In A.C. deest, in conuersatione.

d Conuersationis & vitæ in concl. Exc.

e Per conuersat. bonam. Exc.

Vt Pres-

XXIII. *Vt Presbyteri, vel Diaconi similiter, vitæ suæ habeant testes.*

Non aliter placuit, vt quemadmodum Antistites, ita Presbyteri, atque Leuitæ, quos fortè infirmitas, aut ætatis grauitas in cóclaui Episcopi manere non sinit, vt ijdem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine, ita & meritis teneant.

XXIIII. *De conuersatione clericorum; vt in vno conclaui sint.*

Prouer. 30. Gen. 6. & 8. 12. q. 1. Omnis ætas. Ansel. lib. 7 c. 1 Idem Concil. Tol. 10. c. 1.

Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum: nihil enim incertius quàm vita adulescentium. Ob hoc [a] constituendum oportuit, vt si qui in Clero [b] puberes, aut adulescentes existunt, omnes in vno cõnclaui atrij commorentur: vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem magistrum doctrinæ, & testem vitæ habeant. Quòd si aliqui ex his pupilli existũt, à sacerdotali tutela foueantur; vt & vita eorum à criminibus intacta sit, [c] & res ab iniuria improborum. Qui autẽ his præceptis resultauerint, monasterijs deputentur; vt vagantes animi, & superbi seueriori regula distringantur.

[a] Constituere Grat.
[b] Impuberes Grat.
[c] Et res eorum ab iniuria impiorum, Grat.

XXV. *Vt Sacerdotes scripturarum sanctarum, & Canonum cognitionem habeant.*

Dist. 38. Ignorantia mater. Burch. li. 3. c. 100. Ansel. lib. 7. c. 114. 1. ad Tim 4. Et Côc. Arel. 4 c. 3.

Ignorãtia, mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonentur, Paulo Apostolo dicente ad Timotheum: Intende lectioni, exhortationi doctrinæ; semper permane in his. Sciant igitur Sacerdotes scripturas sanctas, & [d] Canones; vt omne opus eorum in prædicatione, [e] & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tàm fidei scientia, quàm operum disciplina.

[d] Et Can. meditentur Exc.
[e] Præd. diuina. Exc.

XXVI. *Quod parochianis, cum ordinantur officialis libellus debeat dari, & ijdem Presbyteri in litanijs sint de officio quærendi.*

Distin. 38. quando Presbyt. Ivo. p. 3 c. 129. Burch lib. 2. c. 147. Ansel. lib. 7 c. 113.

Quando Presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem à Sacerdote suo accipiant; vt ad Ecclesias sibi deputatas

 instructi

instructi [a] succedant: ne per ignorantiam etiam diuinis Sacramentis offendant; ita vt quando ad litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrant, vel baptizant.

[a] Accedant Grat.

XXVII. De professione Presbyterorum, vel Diaconorum Episcopo facienda, cum in parochijs ordinantur.

Dist. 28. quādo Pres. Iuo. p. 3. c. 130. & p. 6. cap. 248. Burc. lib. 2. c. 157. Ansel. lib. 7 c. 106. Pann. lib. 2. c. 157

Quando Presbyteri, vel Diacones per parochias constituuntur, oportet [b] eos professionem Episcopo suo facere, vt castè, & purè viuant, sub Dei timore: vt dum eos [c] talis professio religat, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

[b] Eos primum profes. Exc.
[c] Tali professione obligauerit, sanctā disciplinam retineant. Iuo.

XXVIII. De ordine, quo depositi iterum ordinantur.

Quæst. 3. Episcopus Presb. Iuo. p. 5. c. 367.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, si à gradu suo iniuste deiectus, [d] in secunda Synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos [e] recipiat coram altario, de manu Episcopi, orarium, anulum & baculum; si Presbyter, orarium & [f] planetam; si Diaconus orarium, & albam; si Subdiaconus, patenam, & calicem: sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ cum ordinarentur perceperunt.

[d] In sancta Syn. Iuo. Exc.
[e] Recip. coram altario demamu Episcoporum. Si Episcopus est, oranū, anulū & bac. Exc.
[f] Patenam Iuon.

XXIX. De Sacerdotibus, Leuitis, vel Clericis Magos, aut aruspices consulentibus.

Quæst. 5. Si quis Episcopus. Burch. lib. 10. c. 48 Iuon. p. 11. c. 5. & 34. Concil. Brac. 2. tit. 77.

Si Episcopus, aut Presbyter, siue Diaconus, aut quilibet ex ordine Clericorum, Magos, aut aruspices, [g] aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos, qui profitentur artem [h] aliquam, aut aliquos eorum similia exercentes consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ [i] depositus [k] monasterij [l] pœnam excipiat, ibique perpetuæ pœnitētiæ deditus, scelus admissum sacrilegij luat.

[g] Aut incantatores, aut ariolos Grat.
[h] Magicam Grat.
[i] Suspensus Grat.
[k] Monasterium ingressus, ibiq; Burch.
[l] Curam C.A. censuram. Exc.

XXX. De Sacerdotibus ad gentem extraneam nuncios mittentibus.

Confinitimi hostium Sacerdotes, præter eos, qui à Regia potestate licentiam acceperunt, [m] quodlibet mādatum [n] à gente extranea occultè accipere, vel dirigere nō præsumant: qui autem

[m] Aut quodlib. C.A.
[n] Ad gentem extraneam C.A. & Exc.

autem deprehenditur, atque conuincitur denunciatus Principi, apud Concilium condigna animaduersione multabitur.

XXXI. De discretione causarum, in quibus Sacerdotes iudices fieri possunt.

13.q.8. Sæpe Principes. Burch. lib. 1. c. 140. Iuon. p. 6. c. 322.

Sæpe Principes contra quoslibet maiestatis obnoxios Sacerdotibus negocia sua committunt.[a] Et quia Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi[b] consentient Regibus fieri iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittatur, non vbi discriminis sententia præparetur. Si quis ergo Sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

[a] Sed. C. A.
[b] Consentiant Grat. Iuo.

XX.XII. De cura populorum, & pauperum, quam Episcopi sibi impositam nouerint.

Iuon. p. 16. c. 3. Burch. li. 15. c. 8.

Episcopi in protegendis populis ac defendendis, impositam à Deo sibi curam non ambigant: ideoque dum conspiciunt iudices, &[c] potestates, pauperum oppressores existere, prius eos Sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint[d] emendare, "eorum insolentiam Regis auribus intiment": vt quos Sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem Episcoporum neglexerit, Concilio reus erit.

[c] Potentes. Excus. Burc. Iuo.
[d] Emend. anathematizentur. Cætera desunt Burch. & Iuon.

XXXIII. Ne ex facultatibus Ecclesiarum diœcesis, excepta tertia oblationum, tributorum, ac frugum, Episcopus aliquid auferat.

Iuon p. 3 c. 144 Burc. l. 3 c. 103. 1. Timot. 6.

Auaritia radix cunctorum malorum: cuius sitis etiam Sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium[e] in amore Christi, & martyrum, in parochijs Episcoporum basilicas construunt,[f] oblationes conscribunt, Sacerdotes hæc auferunt, atque in vsus suos conuertunt. Inde est, quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur; quia auaritia Sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est à præsenti Concilio, Episcopos ita diœceses suas regere, vt nihil iure præsu-

16. q. 1. Constitutum est. Burc. li. 3. c. 103. Iuon. p. 3. c. 255.

[e] In honorem. Exe. Burch. vt nostri.
[f] Oblat. sanctas tribuunt. Exc. Burc. vt nostri.

præſumant auferre, ſed iuxta priorum auctoritatem Conciliorum, tam de oblationibus, quàm [a] de tributis, ac frugibus tertiam cõſequantur. Quòd ſi amplius quippiam ab eis præſumptum extiterit, per Concilium reſtauretur: appellantibus, aut ipſis conditoribus, aut certè propinquis eorum, ſi iam illi à ſeculo deceſſerunt. Nouerint autem conditores baſilicarum in rebus, quas eiſdem eccleſijs conferunt, nullam poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem Epiſcopi pertinere.

10 q. 1. Nouerint. Burc. lib 3. c. 103 Iuo. p. 3. c. 355.

[a] De decimis tributis. Exc. Burch. vt noſtri.

XXXIIII. *De tricennij tempore, & propter prouincias cauſarum diſcretione.*

Quicunque Epiſcopus alterius Epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione [b] poſſederit, [c] quia ſecundum ius legis, eius iam videtur eſſe diœceſis, [d] admittenda non eſt contra eum actio repoſcendi: ſed hoc intra vnam [e] prouinciam; extra verò nullo modo: ne dum diœceſis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

Diſt. 16. q. 3. quicunq; Iuo p 4. cap. 131. Burch. lib. 1. c. 67.

[b] Poſſ. eam teneat, quia Iuo.
[c] Quamuis. Exc.
[d] Et adm. Iuo.
[e] Parochiam. Exc. & Iuo. & C. A. vide notã Codicis Gregoriani.

XXXV. *De conuentu territorij & baſilicis nouiter conſtructis; ad quem Epiſcopum pertineant.*

Sicut diœceſim alienam tricẽnalis poſſeſsio tollit, ita territorij conuentum non [f] adimit. Ideoq; baſilicæ, quæ nouæ cõditæ fuerint, ad eum proculdubio Epiſcopum pertinebunt, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

16. q. 2. Poſſeſſio & 16. q 3. ſicut diœceſim. Iuo. p. 3. cap 212. Burch. lib. 3 c. 147.

[f] Amittit Iuo. admittit Burch. C. Gregorian. emendauit adimit, ſequutus noſtrorum codicũ lectionem.

XXXVI. *De requiſitione Epiſcoporum per ſingulos annos in parochijs peragenda.*

Epiſcopum per cunctas diœceſes, [g] parochiaſque ſuas per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat quo vnaquæq; baſilica in [h] reparatione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut lãguore detentus, aut alijs occupationibus implicatus id explere nequierit, Presbyteros [i] probabiles, aut Diaconos mittat, qui & reditus baſilicarum, & reparationes, & miniſtrãtium vitam inquirant.

10. q. 1. c. Epiſcopum. Iuo. p. 5. c. 203. Burch. lib. 1. c. 87.

[g] Parœciaſque Grat.
[h] Reparationem C. A.
[i] Probabilis vitæ Burch.

XXXVII. *De promiſſo ſuffragio præſtito, ex rebus Eccleſiæ perſoluendo.*

Quicunq; Epiſcopi ſuffragio cuiuſlibet aliquid eccleſiaſticæ

11. q. 2. Quicunq; ſuffrag.

vtilitati

[a] vtilitati prouiderint, & pro eo quodcunque [b] modicum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exsoluere oportebit: ita vt id ad Concilium cõprouinciale deductum, eorum conniuentia confirmetur: quia sicut Paulus Apostolus ait, dignus est operarius [c] mercede sua.

1. Timot. 5.

a Vtilitatis. C. A. & Grat.

b Commodum. Exe.

c Mercedem suam accipere. C. A.

XXXVIII. De suffragio fundatoribus Ecclesiarum, vel filijs eorum ex rebus ab ipsis collatis impertiendo.

16. q. 7. qui cumq; fidel.

Præbendum est à Sacerdotibus vitæ solatium indigentibus; & maximè his, quibus restituenda vicissitudo est. Quicunq; ergo fidelium de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid deuotione propria contulerunt; si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesiæ suffragium vitæ, pro temporis vsu percipiant. Si enim Clericis, vel Monachis, seu peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus, pro solo religionis intuitu, in vsum res Ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis his consulendum est, quibus [d] retributione iusta debetur.

d Retributio. Exe.

XXXIX. De discretione Presbyterorum, vel Diaconorum; vt in vtroque choro consistant.

Dist. 93. Nonnulli. Ivo. p. 6. c. 197. Burch. lib. 2. c. 122. In vtroque choro.] In vulgatis Gratiani, in vtroque ordine. Verum in omnibus. Mss. CC. Ecclesiæ Toletanæ, & bibliotheca Regia D. Laurētij legitur, in vtroque choro: Præterquam in vno Lucensi codic. vbi habetur: in vtroque cōsistant, quam lectionem optimè sequutum est Decretū Gregorianum. Dist. 25 vnū orarium.

Nonnulli Diacones in tãtam erumpunt superbiam, vt se Presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, Presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi Presbyteros agnoscant, tàm hi, quàm illi in vtroque choro consistant.

XL. De vno orario à Diaconibus vtendo, nec ornato, sed puro.

[e] Orarijs duobus, nec Episcopo quidem licet, nec Presbytero vti, quanto magis Diacono, qui minister eorum est. Vnum igitur orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, idest, prædicat: dextram autem " partem " oportet habere liberam, vt expeditus ad ministerium Sacerdotale discurrat. Caueat igitur amodò Leuita gemino vti orario, sed vno tantùm, & puro, " nec vllis coloribus ", aut auro ornato.

e Si oraria duo nec Episcopo induere quidem licet, nec Presbytero, vtiq; multo minus Diacono, qui. C. A. & Exe.

" Deest. Exe.

" Desunt in Al. C. In quo est. & auro orn.

XLI. De qualitate tonsuræ à cunctis Clericis, vel Lectoribus communiter habenda.

Omnes Clerici, vel Lectores, sicut Leuitę, & Sacerdotes detõso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant: non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere Lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispania [a] "hucusque" hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando Ecclesiæ scandalo, hoc signum dedecoris auferatur, & vna sit tonsura, vel habitus, sicut totius Hispaniæ est vsus. Qui autem hoc nõ custodierit, fidei Catholicæ reus erit.

[a] Deest. A. C.

XLII. De remotione mulierum à consortio Clericorum.

Cum Clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent; nisi tãtùm mater, & soror, filia, vel amita. In quibus personis nihil sceleris extimari fœdus naturæ permittit. Id enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit.

XLIII. De venditione mulierum, quæ Clericis coniunctæ noscuntur.

Dist. 81. quidam Cleri.

Quidam Clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt: ideoq; [a] quæcunq; Clericis taliter adiunctæ sunt, ab Episcopo auferantur, & venundentur, illis pro tẽpore [b] religatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

[a] Quæ coniunctę taliter cum Clericis sunt. Exe.

[b] Relegatis alius. M. C.

XLIIII. De personis mulierum, quas non conuenit Clericis copulari: & si nesciente Episcopo Clericus ducat vxorem.

33. q. 8. Clerici sine. p. 8. c. 186.

Clerici, qui sine consultu Episcopi sui, aut viduam, vel repudiatam, vel meretricem in coniugio acceperint, separari eos à proprio Episcopo oportebit.

XLV. De Clericis, qui arma sumpserint, vel sumpserunt.

23. q. 8. Clerici qui An- sel lib. 7. c. 187.

Clerici, qui in quacunque [c] seditione arma volentes sumpserint, vel sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium [d] pœnitentiæ contradantur.

[c] Factione. Gra.

[d] Perenniter. Exe.

XLVI. De Clericis sepulchra demolientibus.

Iuo.par.13. c.49. Burc. lib.11.c.63

Si quis Clericus in demoliẽdis sepulchris fuerit deprehẽsus; quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vẽdicatur, oportet Canonibus in tali scelere proditum Clericatus ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari.

XLVII. De absolutione à laboribus, vel indictionibus Clericorum ingenuorum.

Præcipiente domino, atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum Concilium, vt omnes ingenui Clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes; vt liberi Deo seruiant, nullaque præpediti necessitate ab Ecclesiasticis officijs retrahantur.

XLVIII. De institutione œconomorum, idest, qui res Ecclesiasticas tractant.

Chalced.Concil.1. Can. 26.

Eos, quos œconomos Græci appellant, hoc est, qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, sicut Sancta Synodus Chalcedonensis instituit, omnes Episcopos de proprio Clero ad regendas ecclesias habere oportet: qui autem deinceps contempserit, obnoxius eiusdem magni Concilij erit.

XLIX. De professione Clericorum & deuotione parentum eorum.

20.q.1.Monachũ. Iuo. part.7.c.3. Burch.lib.8 c. 6. Ansel. li.7.c.186. & l.8.c.6.

Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit: quidquid horum fuerit, [a] alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuerti intercludimus, & omnem ad seculum interdicimus regressum.

[a] Allegatum in alijs.

L. De Clericis, qui Monachorum propositum appetunt; vt licitum habeant.

19.q.2.Clerici qui. Burch.l.8.c.21. Iuo.p.6.c. 371.

Clerici, qui Monachorum propositum appetunt; quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in monasterijs largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorũ, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

LI. De discretione potestatis Episcoporum, quam in Monasteriis habere possunt.

Nunciatum est præsenti Concilio, quòd Monachi, Episcopali imperio, seruili operi mancipentur, & iura monasteriorum contra [a] constituta Canonum illicita præsumptione vsurpentur; ita vt penè ex cœnobio possessio fiat, atq; illustris portio Christi ad ignominiã, seruitutemq; perueniat. Quapropter monemus eos, qui Ecclesijs præsunt, vt vltra talia non præsumant: sed hoc tantùm sibi in monasterijs vindicent Sacerdotes, [b] quod præcipiunt Canones, idest, Monachos ad conuersationem sanctam [c] præmonere, Abbates, aliaq; officia instituere, atq; extra regulam facta corrigere. Quod si aliquid [d] in Monachis Canonibus interdictum præsumpserint, aut vsurpare quippiam de monasterij rebus tentauerint, non deërit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam substulerint ab illicitis.

a Instituta. A.C.
b Quos. Exc.
c Promouere. Grat.
d In Monachos. Exc. Grat.

18. q. 2. hoc tantum sibi. Vide Aurelian. 1. c. 21. & Arela. 3. apud Grat. 18. q. 2. c. monasteria, & 2. Hisp. c. 11. Episcopis hoc ius ademit. 1. Later. Vide Concil. Trident sess. 21 c. 8. & sess. 24. c. 3.

LII. De Monachis vagis, & à monasterio egressis.

Nonnulli Monachorum, egredientes à monasterio, non solũ ad seculum reuertũtur, sed etiam vxores accipiunt. Hi igitur reuocati, in eodem monasterio à quo exierunt, pœnitentiæ deputentur, ibiq; defleant crimina sua vnde decesserunt.

Vide Conci. Turon c. 18 ex quo decretum est.

LIII. De religiosis vagis, qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur.

Religiosi propriæ regionis, qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur, siue hi, qui per diuersa loca vagi fuerint, ab Episcopis, in quorum conuentu commanere noscuntur, licentia eorum coerceatur; in Clero, aut in monasterijs deputati præter illos, qui ab Episcopo suo, aut propter ætatem, aut propter languorem, fuerint absoluti.

LIIII. De discretione pœnitentum, qui possint ad honores Ecclesiasticos prouehi, vel qui non possunt.

Hi, qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera cõfitentes; sed tantùm peccatores se prædicantes, huiusmodi si reualuerint, possunt etiam, pro morum probitate, ad gradus Ecclesiasticos peruenire. Qui verò ita pœni-

Concil. 13. c. 10.

tiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum perpetrasse publicè fateantur, ad Clerum, vel ad honores Ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt: quia se confessione propria notauerunt.

L V. De pœnitentibus viris, ac viduis, siue virginibus, qui diuertentes Laici fiunt, aut vestem mutant, vel coniugijs copulantur.

Ivo. p. 7 c. 47. Burch. lib. 8. c. 37.

Quicunque ex secularibus accipientes pœnitentiam, totonderunt se, & rursus præuaricantes Laici effecti sunt: comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam, ex qua recesserunt, [a] reuocentur. Quod si aliqui per [b] pœnitentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertentur, verè vt apostatæ coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter & hi, qui [c] detonsi à parentibus fuerint, aut sponte sua, amissis parentibus, seipsos religioni [d] deuouerunt, & postea habitum secularem sumpserunt, & ijdem à Sacerdote comprehensi ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, reuocentur. [e] Quod si reuerti non possunt, verè vt apostatæ anathematis sententiæ subijciantur. Quæ forma seruabitur etiam in viduis virginibusq; sacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, & postea aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

[a] Renouentur. Exc. & Burch.
[b] Potentiam. Exc. Burch.
[c] Tonsi collaudantibus parentibus fuerint, seipsos relig. Burch. & Iuo a quibus interiecta desunt.
[d] Vouerunt. C. A.
[e] Quod si renouētur, & reuerti nolunt. Burc.

LVI. De discretione secularium & sanctimonialium viduarum.

Duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales: seculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, Laicalem habitum non deposuerunt: sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu Sacerdotis vel Ecclesiæ apparuerint. Hæ si ad nuptias transierunt, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt: quia se primum Deo vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt.

Timoth. 5.

LVII. De discretione Judæorum, qui non, vel qui credere cogantur.

Dist 45. de Iudæis. Ivo. p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. et Pann. lib. 1. c. 72. Burch lib. 4 c. 82. Ad Rom. 9.

De Iudæis autē hoc præcepit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendū vim inferre: cui enim vult Deus miseretur,

 & quem

Genes. 3.

& quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes; vt integra sit forma iustitiæ: sicut enim homo [a] proprij arbitrij voluntate serpenti obediens perijt, sic [b] vocante gratia Dei, propriæ mentis côuersione homo quisque credendo [c] saluatur. Ergo non vi, sed [d] libera arbitrij facultate, vt conuertantur [f] suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti; quia iam constat eos esse sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam [g] percepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini [h] & sanguinis [h] extitisse participes, oportet, vt fidem, etiam quam vi, vel necessitate susceperût, tenere cogantur, ne nomen diuinum blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur.

Sic legendũ ex chronica Isidori Era D.XL. vbi dicit eũ æmulationem Dei habuisse, sed non secundum sciẽtiam. Vide legem Sisebuti in annotatione ad c. 59. huius Côcil. Malè Sisenandi. Iuo. & Burc.

[a] Propria. Exc. [b] Vocante se. Iuo. & Burch. [c] Soluatur. Exc. [d] Liberi. Grat. [e] Voluntate & facult. Grat. [f] Saluandi. Iuo. & Burc. non rectè. Grat. vt nostri. [g] Suscepisse. C. A. Grat. [h] Desunt Grat.

LVIII. De his qui contra fidem Christi Iudæis munus, vel fauorem præstant.

Tanta est quorundam cupiditas, vt quidam eam appetentes, iuxta quod ait Apostolus, etiam à fide errauerunt: multi quippe hucusque ex Sacerdotibus, atque Laicis accipientes à Iudæis munera, perfidiam eorum patrocinio suo [h] fouebant; qui non immeritò ex corpore Antichristi esse noscuntur, [i] qui contra Christum faciunt. Quicunque igitur deinceps Episcopus, siue Clericus, siue Secularis illis contra fidem Christianam [k] suffragium vel munere, vel fauore præstiterit, verè vt prophanus & sacrilegus anathema effectus, ab Ecclesia Catholica & regno Dei [l] efficiatur extraneus: quia dignû est, vt à corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur.

Idem habes in ll. Vvisegoth. lib. 12. tit. 3. 1. Timot. 6. Iuo. p. 13. c. 95.

[h] Fouent. C. A. [i] Quia C. A. [k] Auxilium. Iuo. [l] Habeatur. Exc.

LXIX. De Iudæis dudum Christianis, & postea ritu diuersis, ac seruis & filijs eorum circumcisis.

Plerique qui ex Iudæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes [*] in [*] Christum, non solùm Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circuncisiones exercere [m] præsumpserunt: de quibus consultu pijssimi, ac religiosissimi Principis domini nostri Sisenandi Regis, hoc sacrum decreuit Concilium, vt huiusmodi trâsgressores Pontificali auctoritate [n] correpti, ad cultum Christiani

De cõs. dist. 4. Plerique Burch. lib. 4. cap. 85. Iuo p. 1. c. 279.

[*] Deest Grat. Iuo. & Burch. [m] Noscuntur. Burc. [n] Correcti, duo M.C sicq; Grat. Iuo. Burch.

ſtiani dogmatis reuocentur: vt quos voluntas propria non emendat, animaduerſio Sacerdotalis coerceat: eos autem, quos circunciderunt; ſi filij eorum ſunt, à parentum conſortio ſeparentur; ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur.

LX. De filijs Iudæorum; vt à parentibus ſeparati Chriſtianis debeant deputari.

28. quæſt. 1. Iudæorum fil. Burch. lib. 4. c. 83; Iuo. p. 1. cap. 277. Cōcil. Tolet. 17. c. 8.

Iudæorum filios vel filias;[a] ne parentum vltrò inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus; deputatos aut monaſterijs, aut Chriſtianis viris, ac mulieribus Deum timentibus: vt ſub[b] eorum conuerſatione cultũ fidei diſcant, atq; in melius inſtituti, tã in moribus, quàm in fide proficiãt.

[a] Baptizatos, ne. Excuſ. Burch. & Iuo.

[b] For. cura & conuerſ. Iuo.

LXI. De filijs fidelibus Iudæorum; ne præuaricatis parentibus, & damnatis, à rebus parentum exules fiant.

1. q. 4. Iudæi bap.

Iudæi baptizati, ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum, qualibet pœna damnati extiterunt, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt: Filius non portabit iniquitatem[c] patris.

Ezech. 18.

[c] Pat. & pater non portabit iniquitatem filij. Grat.

LXII. De Iudæis baptizatis qui ſe ſociant infidelibus Iudæis; vt Chriſtianis illi donentur, & iſti cædibus deputentur.

29. q. 1. Sæpe malorũ. Burch. lib. 4. cap. 84. Iuo. p. 1. c. 278.

Sæpe malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni ſunt. Nulla igitur vltra communio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam tranſlatis, cum his qui adhuc in vetere ritu cõſiſtunt; ne fortè eorum[d] participatione ſubuertantur. Quicunque igitur amodò ex his, qui baptizati ſunt, infidelium conſortia non vitauerint; & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.

[d] Participio C. A.

LXIII. De Chriſtianorum Iudæorumq; coniugijs communibus & filijs eorum.

28. q. 1. Iudæi qui Chriſtianas. leg. Viſigoth. lib. 12. tit. 2.

Iudæi, qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Epiſcopo ciuitatis ipſius, vt ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur. Quòd ſi admoniti noluerint, ſeparentur: quia non poteſt infidelis in eius permanere

[a] coniugio, quæ iam in Christianam translata est fidem. Filij autem qui ex talibus nati existunt, fidem, atque cõditionem matris sequantur. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem.

[a] Coniunctione. C.A.

LXIIII. De Iudæis conuersis, & pòst præuaricantibus; vt ad testimonium non admittantur.

2. q. 7. non potest. Idem legib. Visegoth. lib. 12. tit. 2. l. 9. & 10.

Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Iudæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc in Christi fidem præuaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent; quamuis esse se Christianos annuncient. Quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita & in testimonio humano dubij habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur; nec eis esse credẽdum, qui veritatis à se fidem [b] abijciunt.

Iuo. p. 13. c. 96.

[b] Abiecerunt. Grat. Iuo.

LXV. Ne Iudæi, vel si qui ex Iudæis sunt, officia publica agant.

17. q. 4. constituit sanct. Idem est ll. Visigoth lib. 12. tit. 3 l. 17. Iuo p. 13. c. 97.

Præcipiente domino atq; excellentissimo Sisenando Rege, id constituit sanctum Concilium, vt Iudæi, aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant: quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoq; iudices prouinciarum cum Sacerdotibus, eorum subreptiones fraudulenter [c] elicitas suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, & is, qui subrepserit, publicis cædibus deputetur.

[c] Relictas C.A. & Grat. C. Gregor. legit elicitas, ex C. Lucensi.

LXVI. Ne Iudæi quodcunq; mancipium Christianum quocunq; titulo habeant.

Iuo. p. 13. c. 99.

Ex decreto gloriosissimi Principis hoc sanctum elegit Concilium, vt Iudæis non liceat Christianos seruos habere, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam consequi [d] largitate: nefas est enim vt membra Christi seruiant Antichristi [e] ministris. Quod si deinceps seruos Christianos, vel ancillas Iudæi habere præsumpserint, sublati ab eorum dominatu libertatem à Principe consequantur.

[d] Largitatem. Exc. male.

[e] Membris. Iuo.

De

LXVII. De libertis ex familia Ecclesiæ factis, si nihil ex proprio conferunt Sacerdotes, qui eos faciunt.

12 q. 1. Et si hi, qui Burch. lib. 3 c. 189. Ino. p. 3. c. 149.

Et si hi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni iudicis voce in futurum condemnabuntur: quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, quod non dederunt? Quapropter Episcopi, qui nihil ex proprio suo [a] Ecclesiæ Christi compensauerunt, hanc diuinam sententiam metuant, & liberos ex familijs Ecclesiæ ad condemnationem suam facere, non præsumant. Impium est enim, vt qui res suas Ecclesiæ Christi non contulit, damnum inferat, & ius Ecclesiæ aliena re intendat. Tales igitur [b] libertos successor Episcopus absq; aliqua oppositione ad ius Ecclesiæ reuocabit: quia eos non æquitas, sed improbitas absoluit.

a Ecclesijs. A.C.
b Liberos. Grat.

LXVIII. De discretione ex familia Ecclesiæ manumissorum; qualiter manumittantur; & ne aduersa testificent, vel accusent.

12. q. 2. Episcopus, qui Burch. lib. 3. c. 176. Ino. p. 3. c. 137. & p. 16. c. 65.

Episcopus, qui mancipium iuris Ecclesiæ, non retento Ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duo meriti eiusdem & peculij coram Concilio Ecclesiæ, cui præminet, per commutationem, subscribentibus Sacerdotibus offerat: vt rata, & iusta inueniatur definitio [c] commutantis. Tunc enim liberã manumissionem, sine patrocinio Ecclesiæ cõcedere poterit: [d] quia eum, quem libertati tradere disponit, iam [e] iure proprio acquisiuit. Huiusmodi autẽ liberto aduersus Ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit, placet, vt stante commutatione, in seruitutẽ [f] propriæ Ecclesiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Legibus etiã Imperatorijs accusandi patronos libertis potestas adimitur. lib. 44. digest. tit. 1. l. 8.

c Commutationis. Burch.
d Qui. C.A.
e Iuris. Grat. Ino. Burch.
f Propriam. Burch.

LXIX. Quòd liberti, ex familijs Ecclesiæ pro compensatione acquisitæ rei, à Sacerdotibus possint fieri.

Decret. lib. 3. tit. 13. c. 3. Burch. l. 3. c. 177. Ino. p. 3. c. 138.

Consensus totius Concilij definiuit, vt Sacerdotes, qui [g] aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prædia, aut familias Ecclesijs suis conquirunt, [h] licebit illis aliquos de familijs eiusdem Ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatæ modum', quem antiqui Canones decreuerunt; ita vt cum peculio & posteritate sua ingenui, sub patrocinio

g Aut aliquid Eccle. suæ Decretal.
h Liceat. Burch.

Ecclesiæ maneant, vtilitates iniunctas sibi, iuxta quod potuerint, prosequentes.

LXX. De professione libertorum Ecclesiæ, & posteritatis eorum Sacerdotibus facienda; ne longinquitas temporis oblitescere faciat splendorem in libertatibus.

11.q.1. liberti ecclesi. Burc. lib. 8. c. 185. Iuo. p. 3. c. 145.

Liberti Ecclesiæ (quia nunquam moritur eorum patrona) à patrocinio eiusdem nunquam discedant; nec posteritas quidem eorum, sicut priores Canones decreuerunt. Ac ne fortè libertas eorum in futura prole non pateat; ipsaq; posteritas naturali ingenuitate obnitens, sese ab Ecclesiæ patrocinio [a] subtrahat, necesse est, vt tàm ijdem liberti, quàm ab eis progeniti professionem Episcopo suo faciant, per quam se ex familia Ecclesiæ [b] liberos effectos esse fateantur; eiusque patrocinium non relinquant: sed iuxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant.

[a] Non subtrahat. Grat. & Exc.

[b] Libertos. Exc.

LXXI. De libertis Ecclesiæ eiusdem patrocinium relinquentibus.

11.q.1. liberti ecclesi. Burch. lib. 3 c. 184. Iuo. p. 3. c. 144.

Liberti Ecclesiæ, qui à patrocinio eius discedentes, quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit: quia per inobedientiæ contemptum actione ingrati tenentur.

LXXII. De libertis patrocinio Ecclesiæ commendatis.

Dist. 87. liberti, qui Burc. lib. 3. c. 186. Iuo. p. 3. c. 146. & p. 16. c. 52.

Liberti qui à quibuscunque manumissi sunt, atque Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, Sacerdotali defensione à cuiuslibet insolentia protegantur; siue in statu libertatis eorum, seu in peculio, quod habere noscuntur.

LXXIII. De discretione libertorum, qui ad Ecclesiasticos honores peruenire possunt, vel qui prouehi prohibentur.

Distin. 54. quicunq; lib. Iuo. p. 6. c. 116. Burc. l. 2. c. 25.

Quicunque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibimet obsequium patronus retentet, isti, si sine [c] crimine sunt, ad Clericatus ordinem [d] liberè suscipiantur; quia directa manumissione absoluti noscuntur: qui verò retento obsequio, manumissi sunt; pro eo quod adhuc [e] à patrono seruitute

[c] Crim. capitali. Exc. Burch. & Iuo. & C.A.

[d] Liberi. C.A.

[e] Patroni seruit. Burch. Iuo.

seruitute tenẽtur obnoxij, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promouendi; ne quando voluerint eorum domini, fiant ex Clericis serui.

LXXIIII. De libertis familiarum Ecclesiæ, qui vel qualiter ad Sacerdotium promoueantur, & de rebus eorum quid fiat, ac ne ob vim testificent, vel accusent.

Bernard. Præpositus Papiensis lib. 1. tit. 11. c. ✠

De familijs Ecclesiæ constituere Presbyteros & Diacones per parochias liceat; quos tamen vitæ rectitudo & probitas morum commendat; ea tamen ratione, vt antëa manumissi libertatẽ status sui percipiant, & denuo ad Ecclesiasticos honores succedant: irreligiosum est enim obligatos existere seruituti, qui sacri ordinis suscipiũt dignitatem. Quidquid autẽ talibus, aut per libertatem cõcessum, aut successione extiterit [a] debitum, aut à quolibet quoquo modo collatum, nõ licebit eis quippiam inde in extraneas personas transmittere; sed omnia ad ius Ecclesiæ, à qua manumissi sunt, "oportet" post eorum obitum pertinere. His quoque, sicut & cæteris Ecclesiæ libertis, accusandi, vel testificandi aduersus Ecclesiam aditus intercluditur: ad quos si adspirauerint, non solùm libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed temporis necessitate promeruerunt.

[a] Datum. Exc.

" Deest Exc.

LXXV. De commonitione plebis, ne in Principem delinquatur, & de electione Principum, & de transgressione fidei, quæ Principibus promittitur; ac de commonitione Principum, qualiter iudicent, & de vltione Principum nequiter iudicantium; atque de execratione Suinthilanis, & coniugis, & prolis eius similiter, & de Geilane Germano eius ac rebus eorum.

Quinto Concilio Toletano. c. 7. decernitur, vt hoc decretũ in omnibus Synodis per actis publica voce pronuncietur.

Post instituta quædam Ecclesiastici ordinis, vel decreta, quæ ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis Sacerdotibus sententia est, pro robore nostrorum Regum, & stabilitate gentis Gothorum, Pontificale vltimum sub Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium (vt fama est) tanta extat perfidia animorum, vt fidem sacramento promissam regibus suis, seruare contemnant, & ore simulent iuramenti professionem, dum retineant

retineant mente perfidiæ impietatem. Iurant enim regibus suis, & fidem quam pollicentur, præuaricant; nec metuunt volumen illud iudicij Dei, per quod inducitur maledictio multaque pœnarum comminatio super eos, qui iurant in nomine Dei mendaciter. Quæ igitur spes talibus populis cōtra hostes laborantibus erit? quæ fides vltra cum alijs gentibus in pace credenda? quod fœdus non violandum? quæ in hostibus iurata sponsio [a] permanebit, quando nec ipsis proprijs regibus iuratam fidem conseruant? Quis enim adeò furiosus est, qui caput suum manu propria desecet? Illud notum est, immemores salutis suæ propria manu seipsos interimunt; in semetipsos, suosque Reges proprias conuertendo vires, & dum Dominus [b] dicit: Nolite tangere Christos meos: & Dauid: Quis (inquit) extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? Illis nec vitare metus est periurium, nec regibus suis inferre exitium. Hostibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quòd si in bello fides valet, quanto magis [c] in suis seruanda est. Sacrilegium quippe est, si violetur à gentibus Regum suorum promissa fides; quia non solum in eos fit pacti transgresio, sed & in Deum quidem, in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est, quòd multa regna terrarum cœlestis iracundia ita permutauit, vt per impietatem fidei, & morum, alterum ab altero solueretur. Vnde & nos cauere oportet casum huiusmodi gentium; ne similiter plaga feriamur præcipiti, & pœna puniamur crudeli. Sic enim Deus Angelis in se præuaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cœleste habitaculum perdiderunt. Vnde & per Esaiam dicitur: Inebriatus est gladius meus in cœlo, quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem, eodem sæuiētis Dei gladio pereamus. Quòd si diuinam iracundiam vitare volumus, & seueritatem eius ad clementiam prouocare cupimus, seruemus erga Deū religionis cultum [d] cum timore; custodiamus erga Principes nostros pollicitam fidem, atque sponsionem; non sit in nobis, sicut in quibusdam gētibus, infidelitatis subtilitas impia, non subdola mentis perfidia, nō periurij nefas, nec cōiurationū nefanda molimina. Nullus apud nos præsumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas seditiones ciuiū; nemo meditetur interitus Regū: sed & defūcto in pace Principe, Primates totius gētis cum Sacerdotibus succes-

Hierem. 7. & 17.
Psal. 104.
1. Reg. 26.
2. Petri 2.
Esai. 34.

[a] Stabilis perm. Exe.
[b] Dicit C.A.
[c] In cæteris. Exe.
[d] Atque timorem C.A. in quo amplius: & vsque ad mortem custod.

successorem regni Concilio communi constituant; vt dum vnitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ gentis dissidium per vim, atq; ambitum [a] oriatur. Quòd si hæc admonitio mentes nostras non corrigit, & ad salutem communem cor nostrum nequaquam perducit, audite sententiam nostrã. Quicunq; igitur à nobis, vel totius Hispaniæ populis, qualibet coniuratione, vel studio sacramētum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu, vel [b] conseruatione regiæ salutis pollicitus est, [c] temerauerit, aut Regem nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in conspectu Dei Patris, & angelorum, atque ab Ecclesia Catholica, quam prophanauerit periurio, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ socijs: quia oportet, vt vna pœna teneat obnoxios, quos similis error inuenerit implicatos. Quod iterum secūdò replicamus dicentes: Quicunque amodò ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis quolibet tractatu, vel studio sacramētum fidei suæ, quod pro patriæ, gentisque Gothorum statu, vel conseruatione Regiæ salutis pollicitus est, violauerit, aut Regem, nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in cōspectu Christi, & [d] Apostolorum eius, atque ab Ecclesia Catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus; & ab omni consortio Christianorum alienus, & damnatus in futuro Dei iudicio habeatur, cum comparticipibus suis. Quia dignum est, qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxij teneantur. Hoc etiam tertiò acclamamus, dicentes: Quicunque amodò ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis qualibet meditatione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisq; Gothorũ statu, vel incolumitate Regiæ potestatis pollicitus est, violauerit, aut Regem nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti, & martyrum Christi, atq; ab Ecclesia Catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cōmunione Christianorum alienus; neque partem iustorum habeat, sed cum diabolo, & angelis eius, æternis supplicijs condemnetur, vnà cum eis, qui eadem coniuratione nituntur: [e] vt par pœna perditionis

[a] Moliatur. Exc.
[b] Obseruatione. C.A.
[c] Tentauerit. C.A.
[d] Angelorum. Exc.
[e] Et. C.A.

constringant, quos in perniciem praua societas copulat. Et ideò si placet omnibus, qui adestis, [a] hæc tertiò reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab vniuerso clero, vel populo dictum est: Qui contra hãc [b] vestram definitionẽ præsumpserit, anathema, maranatha (hoc est) perditio in [c] aduentum Domini sit, & cũ Iuda Ischariot partem habeat: & ipsi & socij eorum: Amen.

> [a] Hoc tertio reiteratum sententia vestræ. Exc.
> [b] Nostram. Exc.
> [c] Aduentu. C.A.

Qua propter nos ipsi [d] Sacerdotes omnem Ecclesiam Christi, ac populum admonemus, vt tremendã hæc, & totiens iterata sententia nullum ex nobis præsenti, atque æterno condemnet iudicio; sed fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes, ac sincera illi deuotione famulantes, non solum diuinæ pietatis clementiam in nobis prouocemus, sed etiam gratiam antefati Principis percipere mereamur: Amen.

> [d] Et Sacerdotes omnes sanctã Ecclesiam. Exc.

Te quoque præsentem Regem, futurosque sequentium ætatum Principes humilitate qua debemus deposcimus, vt moderati, & mites erga subiectos existentes, cum iustitia & pietate populos à Deo vobis creditos regatis, bonamq; vicissitudinem, qui vos constituit largitori Christo [e] respondeatis; regnantes [f] cum humilitate cordis, cum studio bonæ actionis. Ne quisquam vestrum solus [g] in causis capitum, aut rerum sententiam ferat: sed consensu publico, cum rectoribus ex iudicio manifesto delinquentium culpa patescat; seruata vobis in offensis mansuetudine, vt non seueritate magis in illis, quàm indulgẽtia polleatis: vt dum omnia hæc, auctore Deo, pio à vobis moderamine conseruantur, & Reges in populis, & populi in regibus, & Deus in vtrisq; lætetur. Sanè de futuris Regibus hanc sententiam promulgamus, vt si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione, & fastu regio in flagitijs & facinore, siue cupiditate crudelissimã potestatẽ in populis exercuerit, anathematis sententia à Christo domino condemnetur, & habeat à Deo separationem, atque iudicium, propter quod præsumpserit praua agere, & in perniciem regnum [h] conuertere. De Suintilane verò, qui scelera propria metuens, se ipsum regno priuauit, & potestatis fascibus exuit, id cum gentis consultu decreuimus, vt neque eundem, vel vxorem eius, propter mala, quæ commiserunt, neque filios eorum vnitati nostræ vnquam consociemus, nec eos ad honores, à quibus ob iniquitatem deiecti

> *Hæc omnia de formando optimo principe, ferè desumpta ex August. lib. 5. de ciuitate Dei. c. 24. Sed felices eos dicimus (inquit) si iustè imperant; si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium nõ extolluntur, & c. per totũ caput, in quo veram regum felicitatem describit.*

> [e] Rependatis. Exc.
> [f] In C.A.
> [g] In causa capitis, aut reum sententia feriat. Exc.
> [h] Deducere. Exc.

deiecti sunt, aliquando [a] promoueamus; quiq; etiam, sicut à fastigio regni habétur extranei, ita & à possessione rerum, quas de miserorum sumptibus [b] hauserunt, maneant alieni; præter id, quod pietate pijssimi Principis nostri fuerint consequuti. Non aliter & [c] Gelanem memorati [d] Suintilani, & sanguine, & scelere fratrem, qui neq; in germanitatis [e] fœdere stabilis extitit, nec fidem gloriosissimo domino nostro pollicitam cõseruauit, hunc igitur cum coniuge sua, sicut [f] & antefatos, à societate gentis, atq; consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatẽ creuerant, reduces fieri; [g] præter id, quod consequuti fuerint pietate clementissimi Principis nostri: cuius gratia, & bonos donorum præmijs ditat, & malos à beneficentia sua [h] non separat. Gloria autem & honor omnipotenti Deo nostro, in cuius nomine congregati sumus. Post hæc salus, & pax, & diuturnitas pijssimo, & amatori Christi domino Sisenando Regi; cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit. Corroboret Christi gloria regnum illius, [i] gentisq; Gothorum in fide catholica: annis, & meritis protegat illum, vsque ad vltimam senectutem [k] summa Dei gratia: & post præsentis regni gloriam, ad æternum regnum transeat; [l] vt sine fine regnet, qui [m] intra seculum feliciter imperat; ipso præstante, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, cum Patre, & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Definitis itaq; ijs, quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo Principe, placuit deinde, nulla re impediẽte, à quolibet nostrûm, ea, quæ constituta sunt temerari, sed cuncta salubri consilio [n] conseruare: quæ quia profectibus Ecclesiæ, & animæ nostræ conueniunt, etiam propria subscriptione, vt permaneant, roboramus. [o]

[a] Prouehamus. C.A.
[b] Auxerant. Exc.
[c] Geilanem. Exc.
[d] Suintilanæ. Exc.
[e] Fide. Exc.
[f] Et antefactum est
[g] Præt. in id. C.A.
[h] Congruè non s.
[i] Gentesq; Exc.
[k] Summi. C.A.
[l] Et. C.A.
[m] in seculo. Exc.
[n] Conseruari. Exc.
[o] In C.A. Et subscripserunt omnes.

1 EGo Isidorus, in Christi nomine Ecclesiæ Spalensis Episcopus Metropolitanus, [p] hæc statuta subscripsi.
2 [q] Selua, Ecclesiæ Narbonensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
3 Stephanus, Ecclesiæ Emeritensis Metropolitanus Episcopus, [r] subscripsi.
4 Iulianus, Ecclesiæ Bracarensis Metropolitanus, subscripsi.
5 Iustus, Ecclesię Tolet. Metropolitanus Episcopus, subscripsi.

[p] Hæc constituens.
[q] Ego Iselua.
[r] Hæc statuta subs. C.A.

6 Audax, Ecclesiæ Tarraconensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
7 Stephanus,[a] Ausensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
8 Petrus,[b] Veterensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
9 Acutulus,[c] Elenensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
10 [d] Nonnitus, Gerundensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
11 Conantius,[e] Palentinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
12 Clarentius, Accitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
13 Bigitinus, Bigastrensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
14 Sisaldus, Emporitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
15 Bonifacius, Cauriensis Episcopus Ecclesiæ, subscripsi.
16 Hilarius, Complutensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
17 Eusebius, Bastitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
18 Gabinius, Calagurritanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
19 Ioannes,[f] Ileplensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
20 Sisisclus, Elborensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
21 Marcellus, Vrcitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
22 Deodatus, Egabriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
23 Ioannes, Dertosanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
24 Eusebius, Valeriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
25 [g] Leudeficus, Cordubensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
26 Iacobus, Mentesanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
27 Germanus, Monasterij Dumiensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
28 Samuel, Iricnsis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
29 Profuturus, Lamicensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
30 Seruus Dei,[h] Calabriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
31 Montesis, Egitaniensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
32 [i] Remassarius,[k] Nemanẽsis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
33 Concordius, Asturiensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
34 Ranarius, Vrgelitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
35 Eugenius,[l] Egarensis Episcopus Ecclesiæ, subscripsi.
36 Florentius, Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
37 Theodoigius, Abilensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
38 Abentius, Astigitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
49 Pimenius, Asidonensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
40 Etherius, Eliberitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
41 Anatholius,[m] Luthuensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
42 Fructuosus, Ilerdensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
43 Perseuerãtius, Castellonensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

Musita-

[a] Ausonensis. Vnus M.S.
[b] Beterrens. C.A.
[c] C.A. Elensis. Aliàs Eluensis.
[d] Venitus C.A.
[e] Aliàs, Apalentinæ. Nostri bene: vide Ildefons catalogo de viris illustrib.
[f] Ilipensis. Exc.
[g] Leodefredus.
[h] Exc. Lacobrigens.
[i] Nemesarius. C.A.
[k] Suprà c. 3. est Nemasens.
[l] Egabrensis. C.A.
[m] Lutisensis. C.A.

44 Musitacius, Valentinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
45 [a] Viaricus, Olysipponensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
46 Antonius, Segobriensis Ecclesię Episcopus, subscripsi.
47 Ansiulfus, Portugalensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
48 Serpentinus, Illicitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
49 Suanila, Oretanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
50 Methopius, [b] Britaniensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
51 Anastasius, Tudensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
52 Ilpidius, Tyrassonæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
53 Ordulphius, Oscensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
54 Braulio, Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
55 Ansericus, Segobiensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
56 Isdisclus, Segontiensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
57 Epartius, Italicensis Episcopus Ecclesiæ, subscripsi.
58 Lausus, [c] Vasensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
59 [d] Modarius, Pacensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
60 Hiccila, Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
61 [e] Basconius, Lucensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
62 Egila, Oxomensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
63 [f] Contaurus, Presbyter, Vicarius Fidencij Tuccitani Episcopi, subscripsi.
64 Renatus Presbyter, Vicarius Ermulfij Episcopi [g] Coimbriensis, subscripsi,
65 Marcus [h] Presbyter, Vicarius Dauid Auriensis Episcopi, subscripsi.
66 Ioannes Presbyter, [i] Vicarius Seueri Barcinonensis Episcopi, subscripsi.
67 Domarius Archidiaconus, [k] Vicarius Carterij Arcauicensis Episcopi, subscripsi.
68 Stephanus Archidiaconus, Vicarius Genesij Magalonensis Episcopi, subscripsi.
69 Donellus Archidiaconus, Vicarius Solemnij [l] Carcasonẽsis Episcopi, subscripsi.

[a] Vbaricus. C.A.
[b] Britanniẽsis. C.A.
[c] Vesens. C.A.
[d] Moderarius. C.A.
[e] In. C. Lucensi, additur in margine, ab amanuẽsi: Cuius anima viuit: eò quod hic vir fuit sanctitatis eximiæ.
[f] Cent. Ecclesiæ Tuccitanæ Presbyter, agens vicem domini mei Fidẽtij. C.A.
[g] Conimbriẽs. C.A.
[h] Ecclesiæ Oriens. Presbyter, agens vicem domini mei Dauid Episcopi. A.C.
[i] Agens vicem domini mei Se. C.A.
[k] Agens vicem domini mei Caet. C.A.
[l] Arcacens. C.A.

Notæ in Concilium quartum Toletanum.

SYnodus quarta] *Quartum Concilium Toletanum Rodericus lib. 2. c. 19. affirmat sub Iusto Regiæ vrbis Primate fuisse*

 celebratum

celebratum. Ioannes Magnus lib. 16. cap. 17. perperam sub Eugenio. Est Concilium Nationale: nam Cinthilæ Regi, qui primus ex omnibus Regibus Gothis, pulsis Romanis, totum Hispaniæ regimen obtinuit, successit Sisenandus: qua de causa, vt Imperium obfirmaret, conuocat totius gentis, & omnium prouinciarum Synodum.

Era DC.LXXI.] *Rodericus aliter: nam affirmat Sisenandum regnare cœpisse Era. 673. & regnasse annos. 5. menses. 11. Lucas
» Tudensis sic habet: Era. 671. anno Imperij Heraclij. xviij, post
» Chintilanum Regem, Sisenandus regnat annis tribus: iste Synodos
» Episcoporum egit, patiens fuit regulis catholicis, Orthodoxus ex-
» titit, Toleto vitam finiuit, Era Dc. lxxiiij. Verùm sequor fidem. CC. M. ss. qui omnes constantissimè legunt, tertio anno Sisenandi editum, Era Dc. lxxj. quam computationem amplectitur Ioannes Vasæus.*

Confessoris Leocadiæ] *D. Leocadia fuit Toletana ciuis, ex nobilissimis parentibus orta: virgo pro fide Christi à Daciano, nominis Christiani immanissimo hoste capta, in carcerē trusa: vbi piè, & sanctè orando, vitā squalore, & fame finiuit. Extant in regia vrbe tres Ecclesiæ ei dicatæ: duæ collegiatæ, ferè collapsæ, tertia parochialis. In illa verò, quæ est in suburbio Tago imposita, corpus eius sepulturæ honorificè fuit traditum: cuius rei causa, parua & exilis illa basilica, magnorum fuit Conciliorum altrix, ac mater: altera, quæ est in arce regia, eius carcer fuit: parochialis, nobilium parentum domus, & sanctæ educationis domicilium. Eius venerādum corpus, cùm Sarraceni Hispaniam inuasissent, in Belgas delatum, in monasterio S. Gislen. apud Mōsdehenao, honorificè cultum. Posteà à Ioanna Regina Philippi primi vxore, crus, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ in naue aurea, gemmis ornata, deuotionis causa dicata; tandem Philippo. II. Rege clementissimo, Alexandro Farnesio, Prorege apud Belgas, studio, & diligentia Petri Martinez, patris Societatis Iesu, corpus secretò in Hispaniam delatum, honorificè pristinæ ciuitati, & Ecclesiæ solenni pompa restitutum; astantibus Philippo Rege, & Principe, Maria Augusta, & Elisabeth filia natu maiore Philippi, qui vnà cū Philippo Principe, & Hispaniæ proceribus, corpus humeris impositum, in basilicam maiorem piè, & humiliter intromisit: die. 26. Aprilis, anno Domini. 1587. Quibus omnibus interfui.*

Confessoris] *Martyr, & Confessor, si nominis vim perpendas, & veteris Ecclesiæ vsum, & hodie Ecclesiastica officia, diuersimodè*

ſimodè accipiuntur, tamen aliquando in eadem ſignificatione vſurpatas voces reperies. Martyr dicitur, qui pro Chriſti fide conſtans in agone occubuit. Hæc communior acceptio eos quoque amplectitur, qui extrema paßi, miraculo ſeruati, vitam diutiùs protraxerunt; & eos, qui non tantùm ferro, igne, & alijs diris ſupplicijs necati, ſpectaculum mundo facti; ſed fame, ſqualore, inedia, fœtore, carceribus cluſi vltimum ſpiritum læti Deo reddiderunt: vt Cyprianus eſt auctor libro de duplici martyrio; ſi eius eſt. Confeſſor dicitur, qui pro Chriſti fide captus, coram fidei hoſtibus, publicè, & palam fidem profeſſus, tormentis non potuit adigi, vt fidem abnegaret. Hac ſignificatione ſtrictori à Patribus hæc vox eſt vſurpata; vt auctor eſt idem Cyprianus epiſtola. 6. & 7. lib. 2. Et Hieronymus epiſtola. 84. Fueruntq; hi viri in Dei Eccleſia magno honore ſemper habiti, vt ex epiſtolis Cypriani patet, & Concilijs, & de literis Cõfeſſorijs, quibus ab Epiſcopis in peregrinatione magnopere commendabantur. Si verò aliquid tormentorum eſſet expertus, non tamen in martyrio occubuiſſet; tunc Martyr, & Confeſſor dicebatur: quamuis à Tertulliano libro ad Martyres, hi non ſimpliciter Martyres, ſed deſignati Martyres appellantur. De diuerſa harum vocum acceptione, conſule epiſtolas Cypriani. Tamen vſus poſteà obtinuit, vt omnes, qui ſanctè & piè vitam traduxiſſent, & ſancto & probato fine in Domino quieuiſſent, Confeſſorũ titulo colerentur. Hic verò Leocadia vocatur Confeſſor, quia non ferro, ſed carceris ſqualore, & fœtore, & inedia extremum diem clauſit. C. Aluelder.ſis addit & Martyris: ſimiliter Excuſi: & in peculiari feſto, ei in Eccleſia Toletana dicato, Virgo & Martyr dicitur.

Cap. 1. Suſcipiens hominem] *Phraſis eſt Patrum, quam ſcholaſtica Theologia meritò, propter hæreſes, non ſuſcipit, quin potiùs hac vtitur: Suſcepit humanitatem. Priorem dicendi formulam vſurpat Auguſtinus libro. 83. quæſtionum. quæſt. 9. & de fide, & Symbolo. c. 4. & lib. 9. de ciuitate Dei. c. 17. Et Ambroſius libro. 5. de fide. c. 5. Origenes in Matthæum. 13. Hieronymus ad Galatas. Gregor. Nyſſ. in ſermone Natalis Domini. Hilarius libro. 9. de Trinit. & Concilium Toletanum. 6. Can. 1. & D. Thomas. 3. par. quæſt. 4. artic. 3. ad princ. affirmat, hanc loquutionem non eſſe tanquam propriam extendendam, ſed piè exponendam; vt dicamus hominem ſuſceptum, quia eius natura eſt aſſumpta; & quia aſſumptio terminata eſt ad hoc, vt filius Dei ſit homo. Concilio Tolet. 6. c. 1. dicitur hominem aſſumpſiſſe.*

Cap 2 Antiqui Canones] *Vt Concilium Venetũ statuit sub Leone.I. cap.15.& Bracarense.1.anno tertio Ariamiri Regis cap.1.& Epauense, sub Gelasio.I. cap.4.& Concilium Gerundense, sub Hormisd.cap.1. Atq. hæc quidem sunt antiqua Patrum decreta, quibus præscribitur, vt vnus psallendi, & orandi ordo seruetur in Missarum solennibus,& Vespertinis,& Matutinis officijs. Idem etiam postea statutum est in Concilio Toletano. 11.cap.3. vt is ordo vbiq. seruetur,qui in Metropolitana Ecclesia noscitur institutus. Demum in Tridentino Concilio Catechismum,Missale,& Breuiarium fieri decretum est;quibus vniuersalis Ecclesia vteretur. Quod à sancto Pontifice Pio.V.confectum, magna Christiani populi vnitate obseruatur. Sunt qui affirment curam in hoc Concilio S.Isidoro Hispalensi huius rei traditam (vt potè, qui primas partes in hoc Concilio tenuit) vt Missale,& Breuiarium reformatum ex more Gothico omnibus Ecclesijs vtendum conficeret, quod nunc dicitur Mozarabe; eò quod hanc sacrorum formam posteà Christiani inter Arabes in captiuitate miserabili pressi, religiosè seruauerint: ipsi Mixtarabi; officium Ecclesiasticum Mixtarabum appellatum.*

Cap.3 Bis in anno] *Antiquum Apostolorum decretum fuit, vt bis in anno Concilia haberentur,cap.38. Idem Concilium Nicænum sancit, & Hormisda PP. in epistola ad Episcopos Hispaniæ.c.3. & Zacharias epistola.4. & Aurelianense Concilium.3.c.1. &.4. cap.36.Posteà decretum fuit,vt semel in anno congregarentur, vt in Concilio Toletano. 3.cap. 18. Idem Gregorius Magnus ad Episcopos Siciliæ. Posteà iterum idipsum temperatum, vt tertio quoq. anno cogerētur Concilia prouincialia.Sic in Concilio Matisconensi.2. cap.20.& Lateranensi. 3.sess. 10.& Concilio Tridentino sess.24 cap.2. Tempus verò congregationi aptum decernitur autumnale; vt liquet ex.3. Concilio Toletano, cap.18. vel vernale,vt hic: vel post octauam Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi; seu alio deniq. commodiore tempore fieri id conceditur,pro more cuiusq. prouinciæ.*

Cap.4. Presbyteri à tergo eorum resideant] *Nullus Presbyterorum vocem decisiuam in Concilijs habebat;quidquid Michaël Thomasius commentetur; neq. laici; licet imperiali dignitate præfulgeant: solis enim Episcopis causa fidei est concessa,vt veris iudicibus.De qua re vide Osium lib.2.aduersùs Brentium,de legitimis Ecclesiæ iudicibus.Basilius etiam Imperator in.8.Synodo id attestatur.Et si Regum, & Imperatorum subscriptiones in Concilijs reperiuntur,*

reperiuntur, perpende eas diuersas esse à verbis subscriptionum Episcoporum, neq; reperiri, nisi in causa communi fidei; vt eorum auctoritate, & imperio decreta Patrum aptiùs custodiantur. Vnde Theodoricus Rex catholicus dicebat, nec aliquid ad se pertinere de Ecclesiasticis negocijs, propter reuerentiam. c. Concilia Sacerdotum. d. 17.

Cap. 5. Archidiaconus] *Pro officij mei honore, & dignitate, non grauabor apponere aliquid de eius functionis cura. Non instituitur Archidiaconus, nisi fuerit Diaconus: vt Vrbanus PP. decreuit in Concilio Auernæ celebrato, & Calixtus, & Innocentius. II. Debet enim is esse, qui prudentia, & merito vitæ clarescat. Estq; coadiutor Episcopi in ordinatione Clericorum. De hoc Isidorus Hispalensis ad Leudefredum sic inquit. Archidiaconus imperat Subdiaconis, & Leuitis: ad quem ista pertinent ministeria; ordinatio vestiendi altaris à Leuitis; cura incēsi, & sacrificij necessaria solutio; quis Leuitarū ad populū Euangelium legat; quis preces dicat, seu responsaria in Dominicis diebus, aut solennitatibus decātet. Solicitudo quoq; parœciarū, & ordinatio, & iurgia ad eius pertinēt curam: pro reparandis diœcesanis basilicis ipse suggerat Sacerdoti; ipse inquirit parœcias cū iussione Episcopi, &c. Quæ habētur. d. 25. & adducuntur ab Innocentio. III. de officio Archidiaconi. c. 7. Officium etiam Archidiaconorū tradit Isidorus lib. 2. de Eccles. officiys. cap. 8. Subscribunt Archidiaconi in Concilijs voce consultiua, & decisiua: vt patet ex subscriptionibus Concilij. 11. Toletani. Gudila Archidiaconus Toletanus, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi. Rege Vuamba Era. 713. & Quirico Archiepiscopo Toletano. Similiter in. 13. & 15. subscribit Vbisandus Archidiaconus. Cœperuntq; ita subscribere Archidiaconi in Concilijs Toletanis, à Concilio Toletano. 8. & deinceps.*

Cap. 6. Trinam quidam, quidam simplam mersionem faciunt] *Trina mersio cū inuocatione Patris, & Filij, & Spiritus sancti in principio Ecclesiæ celebris, & à Patribus in vsu posita, ad fidem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, vnitatem, & distinctionem stabiliendam, & populos docendam. Insignis est locus Ambrosij lib. 2. de Sacramentis. c. 7. Interrogatus es (inquit) Credis in Deum Patrem omnipotentem? dixisti: Credo, & mersisti, hoc est, sepultus es. Iterum interrogatus es: Credis in Dominum nostrum Iesum Christum, & in crucem eius? dixisti: Credo, & mersisti; ideò & Christo es consepultus. Tertiò interrogatus es: Credis in Spiritū sanctum? Credo, & tertiò mersisti: vt multiplicem lapsum superioris ætatis*

„ ablueret Trina confeßio. Hæc Ambrosius. Idem comprobat Canon Apostolorum. 50. Siquis Episcopus. Tertullianus lib. aduersus Praxeam, cap. 26. Athan. quæst. 125. Augustin. hom. 3. apud Gratianum. d. 4. & Hieronym. aduersus Luciferian. S. Chrysostomus hom. 24 in Ioan. Omnes hi patres in ea sunt sententia, vt trina mersione conferendum sit baptisma. Verùm in Hispania simpla mersione confertur, infundendo aquam supra caput baptizati, ex decreto Gregor. Mag. lib. 1. regist. epist. 41. ad Leandrum Hispalensem: & habetur de consec. d. 4. cap. de trina mersione. De hac re vide quid statuat Thomas. 3. par. quæst. 66. art. 8.

Cap. 7 Venerabilem diem] Antiquum Ecclesiæ morem obseruà celebrandi hebdomadā sanctam in Quadragesima, & prædicādæ crucis mysterium, & confitendi peccata, eaq; absoluendi, accipiendi denique corpus & sanguinem Christi, in die sancto & venerabili Dominicæ resurrectionis. Quem morem etiam nunc Catholica Ecclesia sanctißimè & religiosißimè colit. Indeq; statutum est in Concil. Lateranen. cap. 21. vt omnis vtriusque sexus suscipiat reuerenter, ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum.

Cap. 9 Benedicimus] In cerei, nouique luminis benedictione Theodorus PP. 73. sub Petro, & D. Ambrosius. D. etiam Augustinus, & Petrus Diaconus Caßinensis elaborarunt. Eam autē, qua nunc Romana Ecclesia vtitur, à D. Gregor. Magno compositam, musicisque tonis ornatam, ferunt.

C. 10 Quisquis ergo Sacerdotum] Dominicam orationem in sacrificio Missæ, vel publico, vel priuato esse dicendam Christus docuit, auctore D. Hieronym. lib. 3. aduersus Pelagianos: Sic docuit
„ (inquit) Christus Apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sa-
„ crificio credentes audeant loqui: Pater noster, qui es cœlis. Gregor.
„ lib. 7. epist. 63. Mos fuit (inquit) Apostolorum, ad ipsam orationem
„ Dominicam immolationis hostiam consecrare. Tertullianus idem
„ videtur sentire, li. de oration. c. 9. Deinde Ecclesia post cōsecrationē, & Canonem, Dominicam orationē dici præcepit, vt testatur Ambrosius de Sacrament. cap. 4. August. serm. de verbis Domini. 28.

C. 11 Alleluia] De huius vocis vsu in Ecclesia Romana, & significatione consule. D. Hieronym. epist. 7. & 27. & ad Marcellam, epist. 137. & Gregorium in regist. lib. 7. indict. 2. epist. 63. Augustinus in Psal. 106. testatur, vti in Ecclesia Alleluia, eße antiquam Ecclesiæ traditionem: & ad Ianuarium epist. 109. c. 17. & latis dumtaxat temporibus cani iam ab Apostolico seclo, vt in Paschate, idē in epist. ad Casulanum. Erat Alleluia carmen musicum rusticorū,

& cum

& cum operi agresti incumberent; Alleluia cantabant: inde in tonis musicis Ecclesia vsurpatum. Isidorus lib. Etimol. 6 c.19.
„ *Alleluia duorum (inquit) verborum interpretatio est, hoc est, laus*
„ *Dei;& est Hebraum. Significat igitur laudare Deum cum iubilo,*
„ *& lætitia,& cantu: vnde in cœlo auditur, vbi omnia cantica sunt*
„ *læta,& perpetuum Alleluia. Apocal.19. Iustinus Martyr. q.50. ad Orthodoxos Alleluia collaudare interpretatur. Idem Augustinus.2.de doctrina Christiana.c.10. Et Theodoretus ad psalm 146. Hinc illi psalmi, qui ad laudem Dei, & lætitiam animæ ordinantur, Alleluiatici vocantur à D. Augustino psalm.105. Vnde aliud significat Alleluia, quàm Laus tibi Domine: nam Alleluia est Laus Dei, cum lætitia, & cantico: quare certis diebus canitur, & non omni tempore, vt inquit Augustinus psalm.106. Quòd verò Alleluia non cantetur in Quadragesima, Isidorus est auctor, lib. 1.*
„ *de Eccles.offic cap.13. vbi inquit: Verùm apud nos, secundum an-*
„ *tiquam Hispaniarum traditionẽ, præter dies ieiuniorum, vel Qua-*
„ *dragesima, omni tempore canitur Alleluia. Idem Gregorius lib.7. epist.63. Augustinus in Enarrationibus, in psalm.118. fusè hoc argumentum prosequitur.*

Ca.12. Laudes post Apostolum] *Laudes vocat hymnum trium puerorum, de quo infrà, cap. 14. Berno Abbas facit Gregorium primum auctorem hymni trium puerorum dicendi in fine Missa. Estq; hymnus vox Græca, laudes significans: vnde illud, Hymno dicto Matth. 26. quo laudes Deo decantatas post cibum significat. Hodie dicto Euãgelio dicitur à Sacerdote, Laus tibi Christe: verùm laudes more Romano, post Epistolam leguntur.*

Ca.13. Beatissimi Doctores] *Hymnos componere, & canere in Ecclesia, antiquis Christianis in more fuit positum: vt testatur Philo Iudæus, lib. de supplicum virtutibus. Eusebius lib.2. histor.c.16. Dionysius Areopag. de diuinis nominibus. cap.4. Sacratissimum corpus Beatæ Virginis Mariæ cum hymnis delatum scribit Nicephorus lib.2.cap.22. In Concilio Antiocheno, ante annos mille & trecentos, damnatus est Paulus Samosatenus, qui psalmos, & hymnos in honorem Christi decantatos explosit, & eiecit. Hoc constat apud Eusebium, lib.7.cap.24. Hilarius librum hymnorum composuit, vt auctor est Hieronymus in catalogo. Ambrosius hymnos edidit, vt auctor est Augustinus lib.1. retract.cap.21. Et ipse Ambrosius hymnorum suorum meminit in oratione in Auxẽtium. & S. Bernardus in regula. Extant alij sanctorum hymnorum auctores, vt Synesij, Cyrenæi, Theophanis, Cosmæ Hierosolymitani,*

& aliorum. Theodosius Iunior princeps religiosissimus, cuius regia nō dissimilis erat à monasterio, primo diluculo hymnos alternis reci tabat. Socrates lib. 7. c. 22. Niceph. lib. 14. c. 13. Berno Abbas de officio Missæ. cap. 3. scribit, hymnum Angelorum, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, à Telesphoro primum fuisse auctū, & à Symmacho completum, Ecclesiaque cantandum traditum. Niceph lib. 11. cap. 16. rationem modumque hymnorum canendorum tradit ex Iosepho. Dionysius Areopagita lib. de diuinis nominibus, cap. 4. par. 2. librum Hierothei sanctissimi hymnorum diuinorum adfert.

C. 15. In fine Psalmorum] *De versu illo, Gloria Patri & Filio &c. supra diximus. Verùm sunt qui dicant à Flauiano Anotickeno, adiutore Chrysostomo, compositum, vt Niceph. lib. 9. cap. 24. & l. 18. cap. 51. & aliter à Catholicis Græcis in fine Psalmorum decantari, aliter ab Arrianis Sozomenus lib. 3. c. 20. Theodor. li. 2. c. 24. Niceph. lib. 9. c. 24. posteà consilio Hieronymi in Ecclesia Latina additum finibus psalmorum à Damaso, ipse refert in epistola ad Damas. Et hic mos Romanus praualuit in Ecclesia, & ita non Gloria & honor, sed gloria Patri dicitur.*

C. 20. Leuitæ consecrentur] *Leuitas vocat Diaconum, & Subdiaconum. Vide Concil. 2. cap. 1. & Carthag. 3. cap. 4. & Agathen. cap. 16. & 17. Arelat. 3. cap. 1. Vvormat. c. 69. & Syricius PP. epistola. 1. cap. 9. & nouissimè Concil. Trident. de ætate Leuitarum statuit.*

C. 22. In conclaui suo] *Clericos selectos, ad sanctiorem vitam adspirantes, ab Episcopo adsumptos, manere cum eo in clausura, paupertate, & præpositorum obedientia, & ad testimonium vitæ Episcopi, constat ex Concil. Tolet. 2. capit. 1. & ex Augustino in sermone. 22. de cōmuni vita Clericorum, & sermone. 36. ad Presbyteros. Inde ortum habuit Canonicorum ordo, & regula in Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis. Possidonius in vita D. Augustini refert, communi mensa in conclaui, cum Presbyteris & Clericis vti solitum Augustinum.*

C. 24. Omnes in vno conclaui] *Institutionē huius seminarij Clericorum, primùm ortam inuenio in Concil. Toletan. 2. deinde in const. Alexan. 4. & in primo Lateran. cap. 11. demum in exactam formam redegit Concil. Trident. sess. 23. cap. 18.*

C. 26. Libellum officialem] *Sacramentorum manuale nunc appellatur: & in eo etiam decreta Patrum de sacramentorū vsu, & ritibus contineri apparet ex Concil. Magunt. cap. 22. vbi de libro officiorum*

ciorũm ſit mentio: & duæ regulæ ex eo de Clericis vagis adducuntur: Concilio Toletano octauo vocatur ſupplementum.

C.28 Orarium & annulum] *Orarij meminit S. Ambroſius in oratione de obitu fratris Satyri. Orarium dicitur ſtola oraria apud Burch.lib.6.cap.Presbyter: & in ſiniſtro humero à Leuita geſtandum ex decreto Silueſtri PP. & in Concilio Romano, ab eodem coacto, cap.6. & infra in hoc Concilio cap.40. dicitur; & quòd non debet Leuita illud geſtare coloribus, aut auro ornatum. Non erat autem vna eademque ratio geſtandi orarium Diacono, & Subdiacono cõceſſa, vt ex Bracarenſi primo patet, cap.9. Orariũ, inquit, habeat Subdiaconus, & Diaconus: ſed Diaconus infra tunicam abſconſum habeat orarium, Subdiaconus ſuperpoſito ſcapulæ vtatur orario. De eò vide Vualdenſ.lib.de ſacramentis, tit.4.c.29. & Hugonem, lib.2.cap.10. quartæ partis de ſacramentis. Formam ordinandi, & conſecrandi Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi tradit Concilium Carthaginenſe 4. in principio. Concilio Aurel.1.c.21. dicitur: Monacho orarium in monaſterio, vel zonas habere non liceat. Eſt apud Gratianum.27.q.1. Zonæ vocantur, quæ à Caßiano Rebrachatoria appellantur, lib.1. de habitu Monachor. cap.6. Erat verò orarium ſolumodò his perſonis conceſſum, quibus prædicandi munus eſt delegatum: vnde c.40. infra dicitur: Orariũ oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt prædicat. Beda verò in collect.cap.de ſeptem ordinibus, orarium dicit ab oratione appellatum. Benè etiam (inquit) orationibus conuenit orarium, conueniens veſtimentum officio. De annulo Epiſcopi, qui in eius conſecratione datur Epiſcopo, in ſignum Pontificalis honoris, vel ſignaculum ſecretorum, vt refert Iſidorus, lib.1. de Eccleſiaſt.officijs, cap.5. multa traduntur in Ritualibus.*

C.29. Si Epiſcopus] *Concilium ſecundum Ancyran.capit.23. idem diſcernit, & eandem pœnam ſtatuit. Agathenſe cap.42. prohibet ne fiant ſub nomine fictæ religionis, ſanctorum ſortes, aut ſcripturarũ inſpectio; vt inde futura promittantur. Fiebant autem ſortes ſanctorum de ligno aut pane; vt conſtat ex Antiſiodor. c.4. & prim. Aurel.cap.32. In Concil.Lateranenſ.3. ſub Leone.10. huius pœna eſt temperata, relictaq; ordinarij arbitrio.*

C.36. Presbyteros probabiles] *Burch. probabilis vitæ legit. Nam viſitatores Epiſcoporum debent eſſe viri graues, morum probitate ornati; qui non ſtipendio & lucro ducantur, ſed potius pro charitate & gloria Chriſti inſudent. Eorum ſit mentio Concil.Laodic.cap.57. Et Concilium Bracarenſe ſecundum formam viſitationis Epiſcopi*

copi accuratè præscribit.c.1.& .2.& Cócil. Magũt.c.20.& Concil. Trid.in multis locis,præsertim,ses.21.c.8.& 22.c.8.& ses.24.c.3

C.39. In primo choro] *Diuisam esse Ecclesiam in stationes, & choros,patet ex Concilio Turonens.2.cap.3.vbi præcipitur, vt laici secus altare,quo sancta mysteria celebrantur, inter Clericos, tàm ad vigilias, quàm ad Missas stare penitus non præsumant, sed pars illa, quæ à cancellis versus altare diuiditur, choris tantùm psallentium pateat Clericorum: ad orandum verò,& communicandum, laicis viris & fœminis sicut mos est, sancta sanctorum pateant.*

C.41. Omnes Clerici] *Isidorus lib.2.de Ecclesiast.officijs, Omnes,qui „ in Ecclesiastici ministerij gradibus ordinati sunt,generaliter Clerici „ nominantur.*

Circuli coronam] *Primus tonsuræ modum decreuit Anicetus „ PP.in epistola decretali ad Episcopos Galliæ: Comã,inquit, Cleri- „ ci non nutriant,sed desuper caput,in modum sphœræ radant. Habetur distinctione.23.c.prohibet.& Concil.Carthag.4.c.44. Isidorus lib.de Eccles.offic.2.c.4. tonsuram ortum habuisse à Nazaræis, & huius exempli vsum ab Apostolis in Ecclesiam introductum,auctor est. Quod etiã Cõcil. Aquisgran.c.1.probat. Aduerte, in Gallæcia, laicos vti solitos prolixis comis. D.Hieron.(habetur.12.q.1.c.Duo „ sunt) sic inquit: Coronam (loquitur de Clericis) habent ab institu „ tione Romanæ Ecclesiæ, in signum regni, quod in Christo expecta „ tur: rasio vero capitis est, temporalium omnium depositio.*

C.42 Constitutio antiquorũ Patrũ decreuit] *Lucius PP.apud Grat. d.81.c.Clericus. Syricius PP.epist.1.c.12. Nican. Conciliũ. c.3. Elberit.c.27.secũd. Arelatens.c.3.prim.Carthag.c.3.& .4.secũd. Turon.cap.10. XI. Tolet. c.3.& alia multa decreta Patrum.*

C.46. Pro sacrilegio legibus publicis] *Sepulchrum dicitur vbi corpus, ossaue hominis condita sunt.l.1.D. de religios. Habeturque locus Romanis legibus religiosus, quatenus ibi corpus humatum est. Pomponius in.l. locum. De religios. & sumptibus funer. Antiqua pœna diruenti sepulchrum erat, centum aureorum multa.l.3. D.de sepulchro violato. Vlpian. in hanc.l.3.ait. Si qui armati more latronum sepulchra diruunt, pœna capitis plecti: si sine armis, in pœnam metalli ex Diui Seueri rescripto damnari. De his vide leges Hispaniæ.l.1.tit.18.lib.4.fori legũ,& par.7.tit.9.l.12.*

C.56. Sanctimoniales sunt] *De viduis Isidorus agit lib.2.officiorũ. De velo viduarum sanctimonialium diuersa tradidere antiqui Patres, pro temporum varietate. Gelasius PP. in epistola ad Episcopos per Lucaniam capit. 15. docuit, viduas non esse velandas:*

& fusius

& fusiùs cap.23. propter periculum incontinentiæ. Idem in Epaunensi Concilio, sub Gelasio cap.21. vbi viduæ consecratæ Diaconissæ vocantur. In secunda Synodo Turonica extat decretum de virginum, & viduarum professione, & cœlibatu, ex decreto Innocentij Papæ, ad Victricium Episcopum Rotomagens. Idem statuitur Concilio Triburiensi, sub Arnulpho Imperatore, cap.25. vbi cauetur: Si vidua spontè velamen, quamuis non consecratum sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit; velit, nolit, sanctimoniæ habitum vlterius habere debere. Alijs decretis cauetur, ne citò velentur viduæ iuuenes, vt in Turonensi Synodo, sub Carolo Magno, cap.27. & Concilio Magun. 2. cap. 26. & Vuormat. cap.21. ibi post probationem conceditur velum. Ita etiam decretum inuenio, ex sententia Nicolai PP. & habetur. d.27. cap. Quod interrogasti. & 27. q.1. cap. Vidua. Inde existimo viduas seculares Hispaniæ etiam nunc prolixum, atq; album velum, pro capitis tegumento gestare, quasi professionis viduitatis antiquæ indicium. Professio autem illa viduarum sanctimonialium. 10. Concil. Tolet. cap.4. in manu Sacerdotis fieri iubetur scriptis, signoq; ac subscriptione notarij: iubenturq; viduæ pallio purpureo, vel nigro caput contegere. Idem ferè in Concilio Arausiaco. c.27.

C.59. Pleriq;, qui ex Iudæis] *Legum Vuisegothorum lib.12. tit.3. „ l.3. de Iudæis, ita cauetur: Cùm veritas ipsa petere, & pulsare nos „ doceat, præmonens, quòd regnum cœlorum vim patitur, in nullo est „ dubium, quòd ille indultæ gratiæ munus abhorreat, qui ad eam „ procedere ardenti animo non festinat. Proinde si quis Iudæorum, „ de his scilicet, qui nondum sunt baptizati, aut se baptizare distulerint, „ aut filios suos, vel famulos nullo modo ad Sacerdotem baptizandos remiserit, vel se, suosq; de baptismo subtraxerit, & vel „ vnius anni spatium, post legem hanc editam, quispiam illorum sine „ gratia baptismi transierit, horum omnium transgressor quisquis „ ille repertus fuerit, & centum flagella decaluatus suscipiat, & debita multetur exilij pœna. Res tamen eius ad Principis potestatem „ pertineant: qualiter si incorrigibilem durior eum custodierit vita, „ perpetua in eius, cui eas Princeps largiri voluerit, potestate permaneant. Hac lege primò compulsi Iudæi, vt baptismo obsignarentur, circumcisione reiecta; quam eis exercere rescripto Antonini Pij permissum antea fuerat: vt patet ex lib. Digestorum. XLVIII. tit. ad legem Corneliam de sicarijs. l. circumcidere. Posteà eos Rex Cinthila regno suo prorsus eiecit: vt constat ex.6. Concilio Tolet.*

Ii c.3.

c.3. Sicut Heraclius Imperator Hierosolymis: vt constat ex libro iuris Orientalis, ab Enemundo Bonefidio digesto, lib. 1. Quorum exemplum imitati maiorum nostrorum memoria Ferdinandus, & Elisabeth, verè catholici Reges, ab hac colluuie Hispaniā purgauere. Egica inclementiori lege vsus, eos in regno manere passus est, seruitute oppressos, rebusq; omnibus exutos, Concil. 17. Tolet. cap. 8. Multa alia edicta aduersùs Iudæos à Regibus Gothicis edita sunt; verùm frustra: semper enim herba noxia altiùs radices agit.

C.65. Velut in sacrilegũ] *Leg. 17. Vuisegoth. lib. 12. tit. 3. ita præcipitur de hac re: Illi tamen, qui hanc eis potestatē super Christianos exercere permiserint; si nobilis, qui hoc fecerit persona extiterit, decem libras auri fisco coactus exsoluat: minimæ tamē, vilesq; personæ quinque libras auri fisco persoluendas amittant. Quòd si non habuerint vnde cōponant, centenis decaluati flagellis subiaceant.*

C.75. De Suinthilane] *Suinthila præcessit Sisenando, regnauitq́ annos. 10. Chronicō generale Hispaniæ, & Rodericus: aliter Isidorus.*

Inscriptiones.

IN hoc quarto Concilio Tolet. subscribunt sexaginta duo Episcopi, & septē per Procuratores: inter hos omnes vita, & doctrinæ merito insigniores fuerūt Isidorus Hispalensis, Hispaniæ doctor, Iustus Toletanus, Stephanus Emeritensis, Nonnitus Gerundēsis, Conantius Palentinus, Braulio Cæsaraugustanus.

Ego Isidorus] *Vitam Isidori habes apud Ildefonsum Toletanum in lib. de viris illustrib. his verbis: Post Leandrum Hispalens. sedis prouinciæ Bæticæ cathedram tenuit, vir decore simul, & ingenio pollens. Illam tantæ iucunditatis affluentē copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admirāda dicendi ex ea in stuporē verteret audientes. Scripsit opera eximia, & non pauca, id est, librum de genere officiorum, librum procemiorum, librum de ortu, vel obitu prophetarum, librum lamentationum, quē ipse Synonyma vocitauit: libellos duos, ad Florentinam sororem, contra nequitiam Iudæorum, librum de natura rerū, ad Sisebutum Principem, librū differentiarum, librum sententiarū: collegit etiam de diuersis auctoribus, quē ipse nominat, Secretorum expositiones sacramentorum. Quibus in vnum congestus, ipse liber dicitur quæstionum. Scripsit quoq́ vltimò ad petitionē Braulionis Cæsaraugustani Episcopi librū etymologiarum: quem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto opere diem extremum visus est conclusisse. Claruit temporibus Reccaredi,*

„ *redi, Gundemari, Sisebuti, Suinthilanis, & Sisenandi Regum, annis*
„ *ferè quadraginta, tenēs Pontificatus honorem, insignemq́ doctrinæ*
„ *sanctæ gloriam pariter, & decorem: extremū diem clausit quarto*
„ *Aprilis, anno Domini. 635.*

Stephanus, Ecclesiæ Emeritensis] *Massonæ successit Innocentius, cui Renouatus, cui Stephanus; viri omnes sanctitate perspicui: vt ex Paulo Diacono Ecclesiæ Emeritensis constat.*

Iustus] *De hoc Iusto sic Ildefonsus in viris illustrib. Iustus post Helladium, discipulus eius, illiq; successor est, vir habitudine corporis, ingenijq; meritis decorus, atq; subtilis; ab infantia Monachus, ab Helladio ad virtutem monasticæ institutionis affatim educatus pariter & institutus, in Agaliensi monasterio tertius, post illū rector est factus. Extitit rector annis tribus: tēpore Sisenandi obijt: qui Rex post hunc, die nono decimo defunctus abscessit.*

„ Nonnitus Gerundensis] *Ildefonsus: Nonnitus post Ioannē in*
„ *Gerundensi sede Pontifex accessit: vir professione Monachus, sim-*
„ *plicitate perspicuus, actibus sanctus; non hominum diutina delibera-*
„ *tione, sed Dei per homines celeri diffinitione in Pontificatum adsci-*
„ *tus; adhærens instanter obsequijs sepulchri sancti Felicis Marty-*
„ *ris. Rexit Ecclesiam Dei, meritorū exemplis amplius, quàm ver-*
„ *borum edictis. Hic & in corpore degens, & in sepulchro quiescens,*
„ *fertur saluationis operari virtutes: subsistit temporibus Suinthila-*
„ *ni, & Sisenandi Regum.*

Conantius Palentinæ] *De eo ita Ildefonsus: Conantius post*
„ *Murilanē Ecclesiæ Palentinæ sedem adeptus est, vir tam pondere*
„ *mentis, quàm habitudine speciei grauis; communi eloquio facundus,*
„ *& grauis; officiorū Ecclesiasticorū ordinibus intentus, & prouidus:*
„ *nam melodias sonis multis nouiter edidit, orationū quoq; libellum*
„ *de omnium decenter scripsit proprietate psalmorum. Vixit in Pon-*
„ *tificatu amplius triginta annis; dignus habitus fuit ab vltimo tem-*
„ *pore Vvitterici per tempora Gundemari, Sisebuti, Suinthilani, Si-*
„ *senandi, & Cinthilæ.*

Braulio Cæsaraugust.] *De quo sic Ildefonsus de viris illustr.*
„ *Braulio frater Ioānis, in Cæsaraugusta decedentis adeptus est locū;*
„ *vir sicut germanitate coniunctus, ita nō nimium ingenio*[a] *memora-*
„ *tus; clarus & iste habitus canonibus, & quibusdā opusculis. Scripsit*
„ [b] *vitam Emiliani cuiusdam Monachi. Qui & memoriam huius, &*
„ *virtutem illius sancti viri suo tenore cōmendat pariter & illustrat.*
„ *Habuit Sacerdotiū fermè viginti annis; quibus expletis clausit diē*
„ *vitæ præsentis: durauit in regimine tēporibus Sisenandi, Sinthilæ,*
„ *Tulganis, & Cinthasuindi Regum. Hæc Ildefonsus.*

[a] Aliàs minoratus

[b] Habeo apud me hanc vitam. M. S.

CONCILIVM Toletanum V. Episcoporum XX. Era DC.LXXIIII. anno primo domini nostri Cinthilani Regis.

TITVLI.

a Regni blandiuntur spe. C.A.

b Prolaticnem. Exd.

c Reseruata. C.A.

I. De Institutione nouarum litaniarum.

APud vrbem Toletanam diuersis ex prouincijs Hispaniæ Sacerdotes Domini [d] in vno pacis collegio in basilica sanctæ confessoris Leocadiæ, qui consedimus, gratiarum actiones omnipotenti Domino [e] persoluimus, propter suam magnam misericordiam; cuius nutu in hanc conuenimus concordiam, & gloriosi Principis nostri [f] Cinthilæ Regis initia, ob cuius salutis, & felicitatis constantiam, supernam imploramus clementiam; quòd in medio nostri cœtus ingressus cum Optimatibus, & Senioribus palatij sui, supplex se

d In vnum positi, & collecti. Alias qui in vno pacis osculo. Exc.

e Martyris. C. A. vt supra.

f Cinthilani. A.C.

Anno primo dicitur Concilio. Tol. 6. cap. 1.

ſe omnium orationibus commendauit, ſuoſque fideles ita facere ſancta exhortatione coëgit, atq; hanc inſtitutionem, quam ex præcepto eius, & decreto noſtro ſancimus, diuina inſpiratione [a] præmiſit: ſcilicet, vt in cuncto regno à Deo ſibi conceſſo, ſpecialis, & própria hæc religioſa omni tempore teneatur obſeruantia, vt à die Iduum Decembrium [b] litaniæ [c] triduo, [d] vſq; annua ſucceſsione [e] peragantur, & indulgentia delictorum lacrymis impetretur. Quòd ſi dies Dominica interceſſerit, in ſequenti hebdomada [f] celebrentur; vt quoniã abundãte [g] iniquitate, "& deficiente charitate", [h] eò vſq; protelatur malitia, vt noua exerceantur facinora, noua quoque hæc ipſa ſurgat conſuetudo, quæ poſsit ante omnipotentis [i] oculos veſtra eſſe purgatio.

[a] Promiſit. M. ſ.
[b] Litania. Exc.
[c] Triduum. C. A.
[d] Vbiq;. Exc.
[e] Peragatur Exc.
[f] Celebretur. Exc.
[g] Iniquitate efficitur. Exc.
" Deeſt. Exc.
[h] Vt vſq; quaq; prolata malitia noua, &c. Exc.
[i] Omnipotentis Dei oculos noſtra eſſe purgatio. Exc.

II. De cuſtodia ſalutis Regum, & defenſione prolis præſentium Principum.

Idem approbat Concil. Tolet. 6. c. 16.

Summa autem nobis vigilantiá, & grandi religionis cura prouidendum eſt, vt mala, quæ aſsiduè prohibita perpetrantur, circunſpecta diſciplina Eccleſiaſtica extirpentur. Non enim incaſſum ſcriptum eſt: Peſtilenti flagellato ſtultus ſapientior erit. Quamobrẽ, quoniam præponderante onere delictorum experientia penè ſemper, ac ſæpè fieri diſcimus, quod magnopere vitare debemus; quodque etiam cuſtoditutos nos, cum diuinis ſacramentis [k] ſpopondimus, temeritate violamus: ideoq; frequẽter eſt compeſcendũ, quod crebrò inuenitur tranſgreſsũ. Sed ne ſuccedẽtes precedẽtibus, ac deinde ſequẽtes inuideant anterioribus, [l] vt cuncta quietè, & pacatè permaneant, hæc noſtri Concilij communiter conſiderata defertur ſententia, vt [m] ſeruetis quæcunq; in vniuerſali, & magna Synodo prouiſa, conſcriptaque circa Principum ſalutem, & vtilitatem ſunt. Hæc quoque adiecta cuſtodiantur, videlicet, vt omni benignitate, omnique firmitate circa omnem poſteritatem Principis noſtri Cinthilæ Regis teneatur dilectio, & præbeatur rationabile defenſionis adminiculum: ne rebus [n] iuſtè prouiſis, aut etiam parentum digna prouiſione [o] procuratis, vel iuris proprietate iniuſtè fraudentur; ne à quoquam cauſæ illicitæ exquiſitæ lædendi eos præbeantur; ne quocunque modo in qui-

Prouerb. 19. & 21.

Synodo Toletana 4. c. 65.

[k] Spondemus: ſed temeritate. Exc.
[l] Et cuncta quieta, & pacata perma. Exc.
[m] Seruatis. Exc.
[n] Iuſtæ prouiſæ.
[o] Procuratæ ad iuris propietatem pertinentes, iniuſtè fraudentur: nec à quoquã cauſa illicite exquiſita lędendi eos præbeatur. Exc.

buslibet rebus, ſpreta dilectione, moleſtentur. Hæc enim licentia efficit, & Principes in ſubiectis ſuſpectos, & ſubiectos in bonis Principum cupidos. Quocircà, [a] ne hæc promiſſa timerentur, & vt cupiditas radix omnium malorum auferatur, conteſtamur omnes præſentes, & abſentes, vel etiam futuris temporibus ſubſequentes, coram Deo, & Angelis eius. Quòd ſi quiſquam noſtræ conteſtationis temerator extiterit, [b] & quacunq; argumentatione odioſè eos moleſtare, aut in [c] aliquot fuerit conatus lædere, ſit anathema in Chriſtianorum omnium cœtu, atq; ſuperno condemnetur iudicio; ſit exprobabilis omnibus catholicis, & abominabilis ſanctis Angelis in miniſterio Dei conſtitutis; ſit in hoc ſeculo perditus, & in futuro [d] damnatus, qui tam rectæ prouiſioni noluit præbere conſenſum.

[a] Ne & premiſſa contemnantur. Exc.
[b] Atq; contemptor, & quacunq;. Exc.
[c] Aliquo. Exc.
[d] Condénatus. C.A.

III. *De reprobatione perſonarum, quæ prohibentur adipiſci regnum.*

Inexpertis, & nouis morbis nouam decet inuenire medelam. Quapropter, [e] quoniam inconſideratæ quorundam mentes, & ſe minimè capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, [f] paſsim putant, licenterq; ad Regiæ [g] maieſtatis peruenire faſtigia; huius rei cauſa noſtra omnium, cum inuocatione diuina, profertur ſententia, [h] vt qui talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium [i] probat, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, ſit à conſortio Catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus.

[e] Quon. ſunt. Exc.
[f] Qui paſsim. Exc.
[g] Poteſtatis. C.A.
[h] Vt ſi quis. Exc.
[i] Præficit. Exc.

IIII. *De his qui ſibi Regnum blandiuntur ſpe, Rege ſuperſtite.*

Ergo, quia & religioni inimicum, & hominibus conſtat eſſe [k] ſuperſtitioſum, futura illicitè cogitare, & caſus Principum exquirere, ac ſibi in poſterum prouidere; cùm ſcriptum ſit: Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, hoc decreto cenſemus, vt quiſquis inuentus fuerit talia perquiſiſſe, & viuente Principe, in alium attendiſſe pro futura regni ſpe, aut alios in ſe propter id attraxiſſe, à conuentu Catholicorum [l] excommunicationis ſententia [m] repellatur.

Act.1.

[k] Perniciosum. Exc.
[l] Cum excom. Exc.
[m] Expellatur. C.A. Exc.

De

V. De his, qui Principes maledicere præsumunt.

Vide Leg. Vvisi. Got. L. 2. titul. 1. leg 8.

Sed & hoc pro pestilentiosis hominum [a] moribus, salubri [b] ordinatione censemus, ne quis in Principem meledicta cōgerat. Scriptum est enim à legislatore: [c] Principem populi tui [d] non maledices. Quod si quis fecerit, excomunicatione Ecclesiastica plectatur. Nam si maledici regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab Ecclesia necessariò pellitur, qui diuinæ violator sententiæ inuenitur.

Exod. 22. Actorũ. 23 1. Corin. 6.

a Morbis. Exc.
b Deliberatione. Exc.
c Principi. Exc.
d Ne maledixeris. Exc.

VI. Ut Regum fideles à successoribus regni à rerum iure non fraudentur pro seruitutis mercede.

Idem infra Conc. Tolet. 6. c. 14.

[e] Simili prouidentia pro fidelibus Regum, nostra datur sententia, vt quisquis superstes Principum extiterit, iustè in rebus profligatis, & [f] largitate Principis acquisitis nullā debeat habere iacturam. Nam si licenter & iniustè fidelium perturbentur mentes, nemo optabit [g] promptum ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futuro, [h] discriminis formidatur causa; sed saluti & rebus eorum Principalis pietas debet præbere suffragia: exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede.

Eandē phrasim habes. leg. Vvisegoth. l. 3. tit. 1. l. 8. ipsa quoq; de donatis & profligatis rebus faciendi quod voluerit, libertatē habeat.

e Simili. Exc.
f Aut. Exc.
g Proprium. Exc.
h Discrimine. Exc.

VII. Quod in celebritate cunctorum Conciliorum, Synodus Toletana, temporibus Sisenandi habita, per pronunciationem vocis claræ, ob custodiam sui, cunctis debeat innotescere.

Concil. 4. Tole. c. 75.

Propter malarum mentium facilitatem & memoriæ obliuionem hoc sacratissima statuit Synodus, vt in omni Concilio Episcoporum Hispaniç, vniuersalis Concilij decretum, quod propter Principum nostrorum est salutem cōstitutum, peractis omnibus in Synodo, publica voce debeat pronunciari: quatenus sępe [i] supplicatum auribus, vel assiduitate iniquorū mens territa corrigatur, quæ ad præuaricandum & obliuione, & facilitate [k] producitur.

i Replicatum. Exc.
k Perducitur. C. A

De

VIII. *De indulgentia Principum noxijs seruata.*

In his omnibus, quæ præmisimus, potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium, Principi reseruamus: vt iuxta bonitatis, & pietatis suæ moderamen, vbi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparum.

IX. *De fauore Principis Concilij acclamatione concesso.*

His verò omnibus finem & robur subscriptione nostra facientes, gloriam & laudem omnipotenti [a] Domino, in quantum mortalium valetudo finit, reddimus. Post hoc gratias excellentissimo, & [b] glorioso Principi nostro Chintilæ Regi peragimus, cuius ardor fidei, & studium bonæ intentionis, & vnanimitatis concordiam nobis tribuit, & fiduciam charitatis. Donet ei Dominus & de inimicis triumphum, & de beatitudine gaudium; custodiat eum protectione assidua, & [c] muniat bonæ voluntatis suæ circunspectione tutissima, cuius regnum manet in sæcula sæculorum: Amen.

[a] Deo. Exc.
[b] Hæc. Exc. gloriosissimo. Exc.
[c] Et deest. Exa.

1 EGo Eugenius, "Dei miseratione" Toletanæ Ecclesiæ prouinciæ [d] Carthaginensis Metropolitanus Episcopus, communibus decretis annuens subscripsi.
2 Ego [e] Conantius, "sanctæ" ecclesiæ Palentinę Episcopus, his [f] communibus decretis annuens subscripsi.
3 Ego Clarentius, ecclesiæ Accitanæ Episcopus, his [g] communibus decretis annuens subscripsi.
4 Ego [h] Bigitinus, ecclesiæ Bigastrẽsis Episcopus, similiter subscripsi.
5 Ego Eusebius, ecclesiæ Bastitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
6 Ego Hilarius, ecclesiæ Complutẽsis Episcopus, similiter subscripsi.
7 Ego Marcellus, ecclesiæ Vrcitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
8 Ego Florentinus, ecclesiæ Setabitanæ Episcopus, similiter subscripsi.

" De suns C.A.
[d] Carthaginis. C.A.
[e] Male Tonantius. Exc. Vt ex Ildefonso constat.
" Deest. C.A.
[f] Omnibus. Exc.
[g] Omnibus. Exc.
[h] Vigitanus. C.A.

Ego

9 Ego Braulio Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Episcopus, subscripsi.

10 Ego [a] Ola Ecclesiæ Barcinonensis Episcopus, similiter subscripsi.

11 "Ego Elpidius Ecclesiæ [b] Carcassonẽsis Episcopus, similiter subscripsi."

12 Ego Musitatius Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, similiter subscripsi.

13 "Ego Viaricus Ecclesię Olysipponensis Episcopus, similiter subscripsi."

14 Ego Iacobus Ecclesiæ Mentesanæ Episcopus, similiter subscripsi.

15 Ego Eusebius Ecclesiæ Valeriensis Episcopus, similiter subscripsi.

16 Ego Serpentinus Ecclesiæ Illicitanæ Episcopus, similiter subscripsi.

17 Ego Suauila Ecclesiæ Oretanæ Episcopus, similiter subscripsi.

18 "Ego [c] Amanungus Ecclesię Aucẽsis Episcopus, similiter subscripsi."

19 Ego Egila Ecclesiæ Oxomensis Episcopus, similiter subscripsi.

20 Ego Ansericus Ecclesiæ [d] Segobiensis Episcopus, similiter subscripsi.

21 Ego Idisclus Ecclesiæ Segontiensis Episcopus, similiter subscripsi.

22 Ego Antonius Ecclesiæ Dianiensis Episcopus, similiter subscripsi.

23 Asphalius "in Christi nomine" Presbyter, agens vicem domini mei Perseuerantij, his decretis annuens subscripsi.

24 Petrus in Christi nomine [e] Decanus, agens vicem [f] domini mei Antonij Episcopi, his decretis annuens subscripsi.

[a] Hoia. Exc. Oia. C. A.
" Desunt in. Exc.
[b] Tyrassonens. C. A.
" Desunt. Exc.
" Desunt Exc.
[c] Amantius. C. A.
[d] Segobriens. C. A.
Idem subscribit consil. sequenti.
" Desunt. C. A.
Erat hic Episcopus Casulonensis.
[e] Diaconus. C. A.
[f] Domini Meranctu ni. Exc.

IN NOMINE DOMINI.

Flauius Cinthila Rex.

QVum boni Principis cura omni nitatur vigilantia prouidere patriæ, gentisq; suæ commodo, tunc potissimum nõ existit infructuosa, si etiam sua industria placatur diuina

diuina clementia. Ideoq; nostræ mansuetudinis, collectis in vrbem Toletanam, ex prouincijs diuersis, Episcopis, adhortationis extitit instantia, vt tempore congruo, hæc religionis per eorũ sententiam institueretur obseruantia, vt à die Iduũ Decembrium, quod eorum decreuit sanctitas, litaniæ per omnes regni nostri prouincias omni debeãt celebrari deuotionis cura. Quocircà tam sacratissimę electioni, & omni desiderio amplectendæ regali auctoritate fauẽtes, & quæcunq; in eadem Synodo definita sunt, cõfirmantes, decreuimus, vt in triduo conscripto, iuxta quod reuerendissimorum virorum continet decretũ, ab omni anima Christiana cœlorum Domino humilitatis satisfactio dependatur: & pro facinoribus, atq; flagitijs, quibus quotidie, grassante diabolo, inretimur, lacrymis, ieiunijsq; digna obsequia rependamus. Verumtamen, vt vobis certiùs præfatorum Patrum sententia innotescat, eam subter connecti præcipimus. Oraculis autem nostris sancimus, vt hi, quorum in quibuslibet rebus patriæ nostrę inuigilat cura, id est, tam Optimatũ, quàm Comitum; iudicum etiam, cæterorumq; ordinum, præcipua solicitudo existat, vt his diebus ab omni omninò inquietudine, vel qualibet negociorum actione omnis conditio, ætas, & sexus debeat vacare: vt ocio sancto mancipati, aptiores erga Deum reddi possint, cœlestem implorãdo misericordiam consequi. Ergo vt omnes hoc præcepto nostro præmoneantur, Sacerdotum industriæ delegamus. Datum sub die pridie Kalendas Iulias, anno feliciter primo Regni nostri, Toleto.

De subscriptionibus quinti Concilij.

Omnes hi Episcopi subscribunt in .4. Toletano, præterquã Eugenius Toletanus, qui Iusto; Ola Barcinonensis, qui successit Seuero; & Amanungus Aucensis, qui successit Stephano, & Antonius Dianiensis. Vigitinus (scribe Bigitinus) Musitatius Valẽtinus, (lege, Musitacius.) Perseuerantius, & Antonius, qui per Vicarios Concilio intersunt, erant, alter Castellonensis, alter Segobriensis. Eugenius Toletanus Iusto successit in Sacerdotio Toletano, quod, vt auctor est Ildefonsus in eius vita, ferè vndecim annos rexit, regnantibus Cintbila, Tulgane, Cindasuindo Regibus.

Notæ.

Notæ.

ERa DC.LXXIIII] *Cinthila rex, primo anno regni sui, hoc Concilium coëgit, vt in fine confirmationis dicitur, anno feliciter primo regni nostri. Unde corrupte legitur, apud Rodericum lib.2.c.19. fuisse electum in regem, Era DCLXXIX.*

Apud vrbem Toletanam diuersis ex prouincijs Hispaniæ] *Constat fuisse Nationale, præsertim ex subscriptionibus, in quibus subsignat Braulio Cæsaraugustanus, Ola Barcinonensis, Elpidius Carcassonensis, Vicarius Olysipponensis. Et infra Concilio Toletano.6.cap.18.dicitur: Iam quidem in antecedenti vniuersali Synodo, & Can.2.*

*Cap.*1 Litaniæ triduo vbique] *De Litanijs supra diximus, esse obseruandas lugubri cultu, ieiunio, & ciborum delectu, Aurel.1.cap.29. Magunt.1.cap.32.&.33.Bracar.2.cap.9.*

*Cap.*2 Vniuersali & magna Synodo] *Sic vbique vocat Concilium Toletanum quartum.*

CON-

CONCILIVM Toletanum VI. Quadraginta octo Episcoporum vniuersale, in nomine Domini nostri Iesu Christi feliciter.

TITVLI.

[a] Ecclesiæ. C. A.

[b] Pro nutricio. eruditionis. Exe.

I. De plenitudine fidei Catholicæ.

Conuenientibus nobis Hiſpaniarum [a] Galliæq́ue Pontificibus ſummis, Orthodoxi & glorioſi Cinthilani Regis ſalutaribus [b] hortamentis, atque in prætorio Toletano in eccleſia ſanctæ Leocadiæ [c] virginis debitis ſedibus collocatis, ſub die [d] quinto Idus Ianuarij, anno præfati Principis & triumphatoris in Chriſto ſecundo, Era DC. LXXXVI. quum primum omnipotenti Domino pro corona fratrum tam numeroſa, gratiæ à nobis fuiſſent peractæ, nihil melius, nihilque ſalubrius omnium inſedit animis, quàm more Synodi vniuerſalis, poſt ſolēnia perfunctæ orationis, quod mente ruminauimus, lingua narraremus; & quod corde credebamus, ore ructaremus, [e] ſupernæ fauentes ſentētiæ: Eructauit cor meū verbum bonum, quod iuxta Prophetam fecit Dominus abbreuiatum ſuper terram. Quam ob rem ex abūdantia noſtri cordis ſit confeſsio vocis; vt fidem, quam omnium mens intrinſecus geſtat, in cōfeſsione interpres lingua foras effūdat.

In aliis LXVI. Ivo. p. 6. c. 371. habet Era DC. Lxxxvj citatq́; sextum pro septimo.

Psalm. 44. Esai. 10. Rom. 9.

Itaque credimus & profitemur, ſacratiſsimam & omnipotentiſsimam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum vnum Deum ſolum, non ſolitarium; vnius eſſentiæ, virtutis, [f] poteſtatis, vniuſque naturæ; diſcretam inſeparabiliter perſonis; indiſcretam eſſentialiter ſubſtantiam Deitatis, creatricem omnium creaturarum: Patrem ingenitum, increatum, fontē & originem totius diuinitatis: Filium à patre intemporaliter, & ante omnem creaturam ſine initio genitum, non creatum: nam nec Pater vnquam ſine Filio, nec Filius extitit ſine Patre: ſed tamen Filius Deus de Patre Deo, nō Pater Deus de Filio Deo: [g] "Pater Filij, nō Deus de Filio:" ille autem Filius Patris, & Deus de Patre per omnia coæqualis Patri: Deus verus de Deo verò: Spiritum verò ſanctum, neque genitum, neq; creatum; ſed de Patre Filioque procedentem, vtriuſque eſſe [h] ſpiritum: ac per hoc ſubſtantialiter vnum ſunt, quia & vnus ab vtroque procedit. In hac autem Trinitate tanta eſt vnitas ſubſtantiæ, vt pluralitate careat, & æqualitatem teneat: nec minor in ſingulis, quàm in omnibus; nec maior in omnibus, quàm in ſingulis maneat perſonis. Ex his igitur tribus diuinitatis perſonis ſolum filium fatemur ad redemptionem humani generis, propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, &

[a] Galliarumq́; C. A.
[b] Hortamēt. abſq; impedimento. Exc.
[c] Martyris. Exc.
[d] Sexta. Exc.
[e] Superna fauente ſententia. Vnus M. ſ.
[f] Poteſtatis, maieſtatis, vniuſque. C. A.
[g] Deo. Ille autem filius patris. Interiecta in Excuſ. Deſunt.
[h] Spir. ſanctum. C. A.

noſtro libero arbitrio contraxeramus, reſoluenda à ſecreto Patris, arcanoq́; prodijſſe, & [a] hominem ſine peccato de ſancta ſemper Virgine Maria aſſumpſiſſe; vt idem Filius Dei Patris, eſſet Filius hominis; Deus perfectus, & homo perfectus; vt homo Deus eſſet vnus Chriſtus naturis in duabus, in perſona vnus; ne quaternitas Trinitati accederet, ſi in Chriſto perſona geminata eſſet. Ergo à Patre & Spiritu ſancto inſeparabiliter diſcretus eſt perſona; ab homine autem aſſumpto, natura. Item cum eodem homine vnus extat perſona; cum Patre, & Spiritu ſancto natura: ac ſicut diximus, ex duabus naturis, & vna perſona vnus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus; in forma diuinitatis æqualis Patri; in forma ſerui minor Patre: hinc enim eſt vox eius in pſalmo: De ventre matris meæ Deus meus es tu. Natus itaque à Deo ſine matre, natus à Virgine ſine Patre, ſolum Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & cum tota cooperata ſit Trinitas formationem ſuſcepti hominis (quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis) ſolus tamen accepit hominem in ſingularitate perſonæ, non in vnitate diuinæ naturæ; in id quod eſt proprium Filij, non quod commune Trinitatis. [b] Nam ſi naturam hominis, Deique [c] alteram confudiſſet, tota Trinitas corpus aſſumpſiſſet; quoniam conſtat naturam Trinitatis eſſe vnam, non tamen perſonam. Hic igitur Dominus Ieſus Chriſtus miſſus à Patre, ſuſcipiens, quod non erat; nec amittens quod erat, inuiolabilis de ſuo, mortalis de noſtro, venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, & credentes iuſtificare; facienſque mirabilia, traditus eſt propter delicta noſtra, mortuus eſt propter expiationem noſtram, reſurrexit propter iuſtificationem noſtram; cuius liuore ſanati, cuius morte Deo Patri reconciliati, cuius reſurrectione ſumus reſuſcitati. Quem etiam venturum in fine expectamus ſeculorum, & cum reſurrectione omnium, æquiſsimo iudicio redditurum iuſtis præmia, & impijs pœnas. Eccleſiam quoque Catholicam credimus [d] ſine macula in opere, & ſine ruga in fide corpus eius eſſe, regnumq́ue habiturum cum capite ſuo omnipotenti Chriſto Ieſu, poſtquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immortalitatem; vt ſit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac hæreſes extirpantur, in hac omnis Eccleſia collocata iam in regno cœleſti, & degens in ſeculo præſenti gloriatur,

Pſalm. 21. — Ioann. 1. — 1. Tim. 1. — Rom. 4. — 1. Cor. 15.

[a] Humanitatem. Excuſ. De hac phraſi ſupra diximus Concil. quarto Tolet. c. 1.

[b] Nam ſi vnam naturam hominis Dei alteram cõfeciſſet per fonam. Exc.

[c] Alter. in altera. C. A.

[d] Abſque ruga. Exc.

gloriatur; & non est in alia fide salus: nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Act. 4.

II. De obseruatione Litaniarum.

De Litaniis Concil. Tol. 4. c. 2. Concil. 4. c. 1.

Religiosissimi Principis nostri deuotionem, & nostrorum Consacerdotum primo anno regni sui constitutionem cum magna reuerentia, & veneratione suscipientes, quam iam cõstat in omni regno suo annua vice celebrari, placuit etiam nostra assensione firmari. Proinde vniuersali auctoritate cẽsemus Cõcilij, vt hi dies Litaniarum, qui in Synodo præmissa sunt instituti, eodem in tempore, quo iussi sunt excoli,[a] annuo recursu, omni obseruatione habeantur celeberrimi: vt pro illis, quibus nunc vsque simul implicati sumus delictis, sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.

[a] Anno recursos C.A.

III. De custodia fidei Iudæorum.

Inflexibilis Iudæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate & potẽtia superna. Hinc enim liquet, quod[b] inspiramine summi Dei excellẽtissimus & christianissimus Princeps ardore fidei[c] inflammatus, cum regni sui Sacerdotibus, præuaricationes & superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec sinit degere in regno suo eum, qui nõ sit Catholicus. Ob cuius feruorem fidei, gratias omnipotenti Deo cœlorum Regi agimus; eo quòd eius tam illustrem creauit animam, & sua repleuerit sapientia.[d] Donet ei præsentis æui diuturnam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem prouida nobis cura, & valde est decernendum vigilanti solertia, ne eius calor & noster labor, quandoq; in posteris tepefactus liquescat. Quocirca consonam cum eo, corde & ore promulgamus Deo placituram sentẽtiam: simul cum suorum Optimatum, Illustriumque virorum consensu,[e] ex deliberatione sancimus, vt quisquis succedentium temporum regni sortierit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se Catholicam non permissurum eos violare fidem; sed & nullatenus eorum perfidiæ fauens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis, aditum præbeat præuaricationis; sed quod magnopere nostro est tẽpore conquisitum, debeat illibatum perseuerare in futurum.

[b] De spiramine. C.A.
[c] Flammatus. C.A.
[d] Ipse quoque donet ei, & in præsenti seculo longam vitam, &c. Exc.
[e] Et delib. Exc.

Nam incassum bonum agitur, si non eius perseuerantia prouidetur. Ergo postquam ordine [a] præmisso ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator extiterit huius promissi, sit anathema, maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni: [b] simul cũ eo damnatione [c] perculsi, quicunque Sacerdotum, vel quilibet Christianorum eius implicati fuerint errori. Nos enim ita præsentia decernimus, vt præterita, quæ in vniuersali Synodo de Iudæis conscripta sunt, confirmemus. Quoniam quæcũq; necessaria pro eorum saluatione scribi potuerunt, in eadem esse cautum scimus. Quapropter quæ tũc decreta sunt, valitura cẽsemus.

In quarta Tolet.

[a] Promiss. C.A.
[b] Similique. Exc.
[c] Perculsis. Exc.

IIII. De damnatione Clericorum, per pecuniam Ecclesiasticos gradus assequentium.

Sæpe [d] pullulantia prauitatum germina, licet sæpissimè Patrum iusta nouerimus seueritate damnata, tamẽ quia crebris conspiciũntur denuò vigere radicibus, iustitiæ acriori vigore radicitus ea amputare sancimus. [e] Proinde quicunque Simonis imitator, simoniacæ quoque hæresis extiterit [f] auctor, vt Ecclesiasticorum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hunc, nec rationis ordo, nec dignitas morum vlla commendet; talis inuentus sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur: sed etsi adeptus fuerit, communione priuatus, cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione [g] damnetur.

Iuon. p. 5. c. 81.

[d] Pullulant. C. A.
[e] Sanc. Iuxta quod in præteritis canonibus scriptum est anathema dãti, & accipienti. proind. C. A.
[f] Sectator. Exc.
[g] Damnentur, qui nõ pro amore Dei, sed pro ambitione honoris tonsuram suscepisse noscuntur. C. A.

V. De stipendijs Clericorum; ne à iure alienentur Ecclesiarum.

Sæpe fit vt proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt [h] quisquis Clericorum, "vel aliorum quorumlibet personarum" stipendium de rebus Ecclesiæ, cuiuscunque Episcopi percipit largitate, sub precariæ nomine, debeat professionẽ scribere; vt nec per [i] detentionem diurnam [k] præiudicium afferat Ecclesiæ, & quæcunque in vsum perceperit, debeat vtiliter laborare, vt nec res diuini iuris [l] videatur aliqua occasione negligi, & subsidium ab Ecclesia, cui deseruiunt, percipere possint Clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse stipendio suo videbitur priuari.

11. q. 2. sæpe fit. Iuo. p. 6. c. 372. De hac re Vvamba est lex in legib. Vvisegoth. lib. 4. tit. 8. l. 6.

[h] Vel si quis Clericorum stipendium. Exc. Ino. & Grat. [i] quibus interiecta desunt sicut in A.C.
[i] Retentionem. Ino. Tentionem. C. A.
[k] Iudicium. Iuo.
[l] Videantur. Exc.

De

VI. De viris & fœminis sacris, propositum transgredientibus sacrum.

10.q 3. proclinis. Iuon. p. 7. cap. 35. Burch. lib. 8 c. 14.

Procliuis est cursus ad [a] voluptatem; imitatrix natura vitiorum. Quam ob rem quisquis virorum, vel mulierum habitum semel [b] induerit spontaneè religiosum; aut si vir deditus [c] Ecclesiæ choro, vel fœmina fuerit, [d] ac fuit [e] deligata puellarum monasterio; in vtroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur: vt vir detondeatur, & puella [f] monasterio reintegretur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, Sacerdotali sententia ita de Christianorum cœtu habeantur extorres, [g] vt nec locutio cum eis vlla sit communis. Viduæ quoque, sicut vniuersalis iam dudum statuit Synodus, professionis, vel habitus sui desertrices, superiori sententia condemnentur.

Concil. Tol. 4. c. 56.

a Voluntatem. C.A

b Induerint, vel induerunt. C.A.

c Eccles. vel sit. Grat.

d Aut fuerit. Exc.

e Delegata. Iuo.

f Ad monasterium regrediatur. Exc. Ingrediatur. Iuo.

g Vt nec locus eis vllus sit communionis. Exc. Grat. & Iuo. quam lectionem sequitur cod. Gregorianus.

VII. De pœnitentibus transgressoribus.

Quamuis priora nunquam siluerint [h] de tanto facinore Cōcilia, ratio tamen poscit, vt ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur. Et ideò quoniam tanta existit peruersitas hominum, vt hi, quos sub religioso habitu, pœnitentiæ professio pro peccatorum venia ad manum Sacerdotis deducit, vel adduxit, iterum rediuiua malitia ad vitæ pristinæ sordes reuocet, huius rei causa sancta Synodus decernit, vt si qui ingenuorum vtriusque sexus, sub nomine [i] pœnitentiæ, in habitu religioso sunt cōuersati, post hæc autem comam nutrientes, vel vestimenta secularia sumentes, ad id quod reliquerant, redierunt, aut redierint, ab Episcopo ciuitatis, in cuius territorio sunt conuersi, comprehensi rursus legibus pœnitentiæ in monasterijs subdātur inuiti. Quod si facere propter aliquem potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicut [k] priscorum Canonum statuerunt decreta, quousque ad dimissum ordinem reuertantur, [l] excommunicati habeātur; sed & hi qui post excommunicationem, vel interdictum cum ipsis communicauerint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscūtur, si eos quolibet munere, vel fauore, aut diligentia admonere noluerit, & aut reuertentes suscipiat, aut contemnētes de Ecclesia reijciat, simili sententia plectatur, quousque emendationis, vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur.

Id cōstat ex 3. Tolet. c. 11. Vinet. c. 3. 1. Turon. c. 8. Epaun. c. 23. et Aurel. 1. c. 13. 4. Tol. c. 54.

h De tantis facinoribus. C.A.

i Pœnitentis. C.A.

k Priorum. Exc.

l Excomm. & anathemate condemnati hab. Exc.

VIII. Quod quibusdam pœnitentibus pristina [a] tradantur coniugia.

[a] Reddantur. C. A.

33.q.2. Antiqui & sanctiss. in epistola ad Rusticum Narbonens. Episcopum, quæ est 90.

Antiqui & sanctissimi est patris sententia Papæ Leonis, vt is, qui in ætate adolescentiæ positus dum mortis formidat casum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium; si coniugatus & fortè fuerit incontinens; ne postea adulterij incurrat lapsum, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum: Quod nos sicut de viris, ita & de fœminis æquo modo censemus non quidem [b] generaliter & [c] legitimè præceptum, sed constat [d] à nobis pro humana fragilitate indultum; ea duntaxat ratione, vt, si is, qui pœnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quàm ex consensu [e] ad cõtinentiam eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad vxorios transire amplexus: sin autem illius vita extiterit superstes, qui nõ accepit [f] benedictionem pœnitentis, nubat, si se continere nõ potest, & [g] alterius consortio fruatur vxoris. Quod de vtroq; sexu pari modo à nobis manifestum est, decreuisse: ita videlicet, vt in his omnibus Sacerdotis ordinatio expectetur; vt iuxta quod ætatem aptam prospexerit [h] continentiæ, absolutionis vel districtionis tribuat legem.

[b] Hoc genere Exc. Grat.
[c] Canonicè. Exc. Grat.
[d] Vobis. Exc.
[e] Alter ad continentiam eat, vnde fuerit. Exc. Vnus eorum fuerit regress. Grat.
[f] Absolutionem. Grat.
[g] Vlterius. Exc.
[h] Pœnitentiæ. Exc.

IX. De professionibus & obedientia libertorum Ecclesiæ.

12.q.2. Longinquitate. Concil. Tol. 4. c. 69. & refertur. 12. q. 2. cap. liberti.

Longinquitate sæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iam decretum est in anteriori [i] vniuersali Concilij Canone, vt professionem suam liberti Ecclesiæ debeant facere, qua profiteantur se, & de familijs Ecclesiæ manumissos, & Ecclesiæ obsequium nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adijcimus, vt quotiens cursum vitæ Sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cum successor eius aduenerit, omnes liberti Ecclesiæ, vel ab eis progeniti, chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto Pontifici publicare, & [k] professiones suas in conspectu Ecclesiæ renouare; quatenus status sui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis noui Pontificis manifestare contempserint, aut professiones "suas" renouare noluerint, vacuæ & inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi origini suæ redditi, sint perpetuò serui.

[i] Vniuersalis Grat. & Exc. Sicque vocatur. 4. Concil. quia fuit plenis. vt in. 5. c. 2. & 6. c. 1. 3. 7. & 18. & in principio ipsius. 4. Concilij Episcopi aiunt: quoniam generale Concilium agimus.
[k] Professionem. Grat.
" Deest A.C.

De

X. De progenie libertorum Ecclesiæ; ne eis vel pro nutritione, ab Ecclesia liceat euagari.

Etenim decet, vt hi quorum parentes titulum libertatis de familijs Ecclesiæ perceperũt, intra Ecclesiam, cui obsequium debent, causa eruditionis enutriantur. Contemptus quippe est patronorum, si ipsis neglectis, alijs ad educandum detur progenies manumissorum. Itaque censemus, vt sine sui status præiudicio ab Episcopis habeantur in doctrinæ obsequium; quatenus & illi debitum reddant famulatum, & nullum patiantur suæ ingenuitatis detrimentum. Eos verò qui aliter quam sententia nostra decreuit agere tentauerint, inuitos iubemus ab Episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos pontificibus suis dare contempserint, & alios sibi patronos adoptauerint, ingratorum feriantur lege libertorum.

XI. Ne sine accusatore legitimo quispiam condemnetur.

349. Dignum est vt. Burch. lib. 16. c. 5.

Dignum est, vt vita [a] innocentium non maculetur pernicie [b] accusantium. Ideò quisquis à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio [c] dedicetur, quàm accusator præsentetur, atque legum, & Canonum sententia exquiratur: vt si indigna ad [d] accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur, "nisi vbi pro capite Regiæ maiestatis causa versatur."

[a] Innocentis nulla macul. Exc.
[b] Accusatoris. Iuo.
[c] Detur. Grat. alias deputetur.
[d] Causandum. C. A.
"" Hæc desunt à Gratiano, sed in cod. Gregoriano addita sunt ex originali.

XII. De confugientibus ad hostes.

Prauarum audacia mẽtium, sæpe aut malitia cogitationum, aut causa culparum refugium appetit hostium. Vnde quisquis patrator [e] causarum extiterit talium, [f] virtute se nitens defendere aduersariorum, & patriæ vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, in potestate Principis ac gentis reductus, excommunicatus & retrusus longinquioris pœnitentiæ legibus subdatur. Quòd si ipse mali sui prius reminiscens ad Ecclesiam fecerit confugium, intercessu Sacerdotum & reuerentia loci Regia in eo pietas reseruetur comitante iustitia.

De dignitatibus Gothorum Palatinis dicemus infra.

[e] Culparum. Exc.
[f] Virtutem petens defend. Exc.

XIII. De honore Primatum Palatij.

Qui Primatum dignitate, atq; reuerentiæ, vel gratiæ ob meritum, in palatio honorabiles habentur, his à iunioribus modestus honor per omnia deferatur. Qui etiam minores à senioribus & dilectionis amplectantur affectu, & vtilitatis imbuantur exemplo.

XIIII. De remuneratione collata fidelibus Regum.

[a] Præmio fraudare fideles, nõ solum [b] inhumanum, sed etiam existit iniustum. Ideoq; [c] cum fidei meritum tàm in rebus diuinis, quàm in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur, vt Sacerdotali sententia cõsulamus fidelibus regis. Proinde, vt anno primo serenissimi Principis nostri decreuit Concilium sanctum, omnes [d] qui fideli obsequio & sincero seruitio voluntatibus, vel iussis paruerint Principis, totaq; intẽtione salutis eius custodiam, vel vigilantiam habuerint, à regni successoribus, nec à dignitate, nec à rebus pristinis, causa repellantur iniusta; sed & nũc ita pro vniuscuiusq; vtilitate Principis moderentur discretione, sicut eos prospexerit necessarios esse patriæ; & sic illis impartiatur benignitas, [e] vt cæteris maneat gratiæ potestas: quatenus ita omnia in rebus iustè [f] cõquisitis lucrentur, vt posteris relinquendi, vel quibus voluntas eorum decreuerit, conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Cæterũ si infidelis quisquam in capite regio, aut inutilis in rebus commissis præsenti pijssimo domino nostro Cinthilano Regi extiterit, [g] in clemẽtiæ eius manu & potestatis nutu cõstet huiusmodi moderatio. Nefas est enim in dubium deducere eius potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quòd si post eius decessum quispiam repertus fuerit eius vitæ fuisse infidelis, quidquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis, careat; confiscandum & fidelibus largiendum.

Côc. Tol. 4. c. 6. Iuo. p. 16. c. 28. Burch. lib. 15. c. 27

a Premium fraud. fidelibus. C. A.
b Immanum. C. A.
c Ex. C. A. videtur ires ideoq, quicũque fidei merito, &c. ingratus.
d Fideles qui obs. Exc.
e Vt in ceteris magnæ. Exc.
f Conquisita. Burch.
g In clementia eius maneat potestatis, suo nutu cõstituenda huiusmo. Exc. Burc. hic paulo aliter, in quo nõ rectè pro potestatis, legitur, posteritatis, & statim fas, pro nefas. In eodẽ est ius potestatis, pro eius potestatis.

XV. [h] Vt res Ecclesiæ quibuslibet iustè collatæ, in earum iure, firma stabilitate permaneant.

Quia his, qui Principibus dignè seruiunt, atq; deferentibus fidele illis obsequium, constat nos optimum [i] ministrasse suffragium; dum iustè à Principibus adquisita in eorum iure persistere sancimus indiuulsa, æquum est maximè, vt rebus ecclesia-

h De collatis rebus Ecclesijs, vt in earum iure perdurẽt C.A.
i Ministrare. M. C. vnus.

ecclesiarum Dei adhibeatur à nobis prouidentia opportuna: adeò, vt quæcunq; rerũ ecclesijs Dei à Principibus iustè concessa sunt, vel fuerint, vel cuiuscũq; alterius personæ quolibet titulo illis non iniustè collata sunt, vel extiterint, ita in eorum iure persistere [a] firma iubemus, vt euelli quocunq; casu, vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, vt sicut fidelia seruitia hominum non existere censuimus ingrata, ita ecclesijs collata (quæ propriè sunt pauperum alimenta) eorũ in iure pro mercede offerentum maneant inconuulsa.

[a] Firma stabilitate. Exc.

XV. *De incolumitate & adhibenda dilectione Regiæ proli.*

Ino. p. 16. c. 29. Burch. lib. 15. c. 28.

Sicut insolentia malorũ Regum odiosa semper & execrabilis extitit subiectis, ita bonorum prouida vtilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis [b] toleranter Christianus videat, Regis sobolem, aut posteritatem expoliari rebus, aut priuari dignitatibus? Quod ne fiat, cum generalis hæc promatur de Principis filijs sentẽtia nostra, id est, de præsenti excellentissimi & gloriosissimi principis Cinthilani regis posteritate, [c] dentur [d] aperta à nobis decreta: vt ea, quæ Synodus præterito anno in hac ecclesia habita constituit circa omnem posteritatem eius, vniuersitas regni sui conseruet: id est, vt præbeatur filijs eius dilectio benigna & firma, & tribuantur, vbi loci opportunitas exhibuerit, defensionis adminicula iusta: ne de rebus [e] iustè profligatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate Principis, aut alicuius impẽsis, aut etiam proprietate debitis fraudentur qualibet insidia calliditatis; neue à quoquam lædendi eos præbeantur argumenta machinationis: quia dignum est, vt cuius regimine habemus securitatem, eius posteritati decreto Concilij impertiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri Principis extant beneficia, vt longum sit, sigillatim ea promere lingua. Ipse enim, auctore Deo, nobis pacem; ipse quasi captiuam reduxit charitatem; ipsius ope quieti, ipsius sumus largitione ditati; ipse medicamine bonitatis suæ, & reis pepercit, & rectos sublimauit: cui si dignis voluerimus respondere beneficijs, non tantis extamus copijs virtutis, [f] quanto voto sufficimus voluntatis.

Tole. 5. c. 2.

[b] Talem errantem Christianũ videat qui regiam sobolem aut post conetur expoliare reb. aut priuare dig. Burch.

[c] dantur. C.A.
[d] Apta Burch.

[e] Ipsis. C.A.

[f] Quibus tãtæ voto sufficiamus voluntatis. Exc.

XVII. De his qui Rege superstite, aut sibi aut alijs, ad futurum prouident regnum, & de personis quæ prohibentur ad regnum accedere.

Concil. Tol. 5.c.4. Burc. lib. 15. cap. 25. Iuo. p. 16.c.16.

Quamquam in Concilio anteriori, quod anno primo gloriosissimi Principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet [a] iterare quod conuenit [b] custodire. Itaque Regis vita constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, seu cuiuscunque dignitatis Laicus, seu gradus Episcopatus, Presbyterij, aut Diaconij consecratus, cæterisque Clericatus officijs deditus, Regem prouideat contra viuentis Regis vtilitatem, & proculdubio voluntatem: nullo blandimento, vel suasione pro eadem spe, aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim & valde execrabile à Christianis debet haberi, futuris temporibus illicita prospicere, & vitæ suæ ignaros, ventura disponere. Quod si quisquam iam talia iniqua deliberatione, [c] cum quocunque est meditatus, hoc sibi nouerit esse Sacerdotali moderatione concessum, [d] vt veniabiliter possit hoc sine mora præsentis Principis auribus publicare: [e] si autem obstinata deliberatione, sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. Rege vero defuncto, nullus tyrannica præsumptione regnum assumat; nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decaluatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo; nisi genere " Gothus " & moribus dignus, prouehatur ad apicem regni. " Temerator autem huius præceptionis sanctissimæ feriatur perpetuo anathemate.

a Iterata iuxta quod conuen. Burch.
b Custodiri Exc.
c In C.A.
d Si veniabil poscit. Exc.
e Iouerius legit: Si autem retineat, & deliberationis suæ machi. Burch. obtineat.
" Deest Exc.

XVIII. De custodia vitæ Principum, & defensione præcedentium Regum à sequentibus adhibenda.

Concil. Tol. 5.c.2. Iuo. p.16.c.17. Burch. lib. 15.c.16.

Iam quidem in antecedēti vniuersali Synodo, pro salute nostrorum Principum constat esse consultum: sed libet iterare bene sancita, & digna auctoritate munire salubriter ordinata. Ideoq; cōtestamur coram Deo, & omni ordine Angelorum, coram Prophetarum, atq; Apostolorum vel omnium Martyrum choro; coram omni Ecclesia Catholica, & Christianorum cœtu, vt nemo intendat in interitum Regis; nemo vitā Principis nece attrectet; nemo eum regni gubernaculis priuet; nemo tyrannica præsumptione apicem [f] regni vsurpet,

f Regis C.A.

pet; nemo quolibet machinamento, in eius [a] aduersitatem sibi coniuratorum manum associet. Quòd si in quopiam horum quisquam nostrorum [b] temerario ausu præsumptor extiterit, anathemate diuino [c] perculsus, absque vllo remedij loco, habeatur condemnatus æterno iudicio. Is autem, qui eius se dem fuerit assequutus, si vult tanto expiari [d] piaculo, quasi proprij patris eius vlciscatur interitum, in cuius defensionis [e] auxilio vniuersi regni Gothorum consentiat fortitudo. Si autem [f] desidi cura & minori zelo tam funestum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex hac nostra sententia, opprobrium cæteris gentibus.

a Aduersitate. Exc.
b Temerarie præsumpserit anath. Exc.
c Percussus. Burch.
d Periculo. C. A.
e Auxilium. Exc.
f Desidiæ causa. Exc.

XIX. De gratiarum actionibus in confirmatione Concilij, Deo & Principi datis.

His omnibus ritè dispositis, & diuturna collatione deliberatis, benedictionem, gloriam & honorem inuisibili omnium auctori rependimus, luminum Patri, & in his conseruandis eius imploramus opem suffragij; vt constitutionibus nostris, [g] roborem tribuat suæ virtutis, fragilitatemq; humanam " ita " huic dipositioni reddat [h] efficacem, vt non iudicet præuaricatricem. Nos igitur omnia, suprascripta salua auctoritate priscorum Canonum, subscriptione nostra firmamus: & gratias agimus Christianissimo & gloriosissimo [i] Cinthilano Principi nostro, cuius studio aduocati, & instantia sumus collecti; cuius voluntas [k] proba, & ordinatio extitit gloriosa. Donet ei Dominus, vt optimo Principi, diuturnum [l] in seculo præsenti triumphum, & in parte iustorũ perpetuum regnum; felicibusque annis felix ipse in longa felicitate fruatur, & diuina dexteræ protectione vbique muniatur.

g Robur tribuat, seu virtutem Exc.
" Deest Exc.
h Salubrem. Exc.
i Chintilani, regi. princ. C. A.
k Probata ord. Exc.
l In seculum triũphum. C. A.

1 Ego [m] Silua etsi indignus ecclesiæ Narbonensis Episcopus, his constitutionibus editis subscripsi.
2 Ego Iulianus, ecclesiæ Bracarensis Episcopus, subscripsi.
3 Ego Eugenius, ecclesiæ Toletanæ Episcopus, subscripsi.
4 Ego Honoratus, ecclesiæ Hispalensis Episcopus, subscripsi.
5 Ego Protasius, ecclesiæ [n] Valentinæ Episcopus, subscripsi.
6 Ego Conantius, ecclesiæ Palentinæ Episcopus, subscripsi.
7 Ego [o] Vigicinus, ecclesiæ Bigastrensis Episcopus, subscripsi.
8 Ego Laufredus, Cordubensis ecclesiæ Episcopus, subscripsi.
9 Ego Acutulus, ecclesiæ [p] Elnensis Episcopus, subscripsi.

m Scla. C. A. Alijs Salua. Selua Roder. lib. 2. c. 19.
n Placentinæ. Exc.
Conantius vir celebris, & ordinandis ecclesiasticis officijs intentus, in cãtu ecclesiastico multa edidit. Ex. B. Ildefon.
o Vigitinus. C. A.
p Elensis. C. A.

Ego

10 Ego Ioannes, ecclesiæ [a] Eleplensis Episcopus, subscripsi.
11 Ego Bonifacius, ecclesiæ Cauriensis Episcopus, subscripsi.
12 Ego [b] Eusebius, ecclesiæ Bastitanæ Episcopus, subscripsi.
13 Ego Hilarius, ecclesiæ Complutensis Episcopus, subscripsi.
14 Ego Iacobus, ecclesiæ Mentesanæ Episcopus, subscripsi.
15 Ego Ioannes, ecclesiæ [c] Dertosanæ Episcopus, subscripsi.
16 Ego [d] Sisusclus, ecclesiæ Elborensis Episcopus, subscripsi.
17 Ego Dauid, ecclesiæ [e] Auriensinę Episcopus, subscripsi.
18 Ego Elpidius, ecclesiæ Tyrassonensis Episcopus, subscripsi.
19 Ego Ordulfus, ecclesiæ [f] Oscensis Episcopus, subscripsi.
20 Ego Fructuosus, ecclesiæ Ilerdensis Episcopus, subscripsi.
21 Ego Deodatus, ecclesiæ Egabrensis Episcopus, subscripsi.
22 Ego Profuturus, ecclesiæ Lamicensis Episcopus, subscripsi.
23 Ego Seruusdei, ecclesiæ [g] Calabriensis Episcopus, subscripsi.
24 Ego Pimenius, ecclesiæ [h] Dumiensis Episcopus, subscripsi.
25 Ego Anatolius, ecclesiæ Lutubensis Episcopus, subscripsi.
26 Ego Suauila, ecclesiæ Oretanæ Episcopus, subscripsi.
27 Ego Mentesius, Ecclesiæ [i] Egiditanæ Episcopus, subscripsi.
28 Ego Iouila, ecclesiæ Salmanticensis Episcopus, subscripsi.
29 Ego Vsibesus, ecclesiæ Portugalensis Episcopus, subscripsi.
30 Ego Serpentinus, ecclesiæ Illicitanæ Episcopus, subscripsi.
31 Ego Braulio, ecclesię Cæsaraugustanæ Episcopus, subscripsi.
32 Ego [k] Ola, ecclesiæ Barcinonensis Episcopus, subscripsi.
33 Ego Ansericus, ecclesiæ Segobiensis Episcopus, subscripsi.
34 Ego [l] Diadicus, ecclesiæ Olysipponēsis Episcopus, subscripsi.
35 Ego [m] Buda, ecclesiæ Tuccitanæ Episcopus, subscripsi.
36 Ego Anastasius, ecclesiæ Tudensis Episcopus, subscripsi.
37 Ego [n] Gila, ecclesiæ Oxomensis Episcopus, subscripsi.
38 Ego Idisclus, ecclesiæ Segontiensis Episcopus, subscripsi.
39 Ego [o] Auseonius, ecclesiæ Lucensis Episcopus, subscripsi.
40 Ego Humanugus, ecclesiæ Cauriensis Episcopus, subscripsi.
41 Ego Epartius, ecclesiæ Italicensis Episcopus, subscripsi.
42 Ego [p] Renatus, ecclesiæ Coimbrensis Episcopus, subscripsi.
43 Ego Tunila, ecclesiæ Malacitanæ Episcopus, subscripsi.
44 Ego Iustus, ecclesiæ Accitanę Episcopus, subscripsi.
45 Ego Domninus, ecclesiæ Aesonensis Episcopus, subscripsi.
46 Ego Gotumarus, ecclesiæ Iriensis Episcopus, subscripsi.
47 Ego Farnus, ecclesiæ Visensis Episcopus, subscripsi.
48 Ego [q] Guntiscus Presbyter, agens vicem Orontij Episcopi ecclesiæ Emeritensis, subscripsi.

[a] Ilipensis. Exe.
[b] Eugenius. C. A. Non benè, vt videtur ex Conc. præcedenti.
[c] Dertusanæ. C. A.
[d] Sisiclus. C. A.
[e] Auresinæ. C. A. Auriensis. Exc. rectè. Exc. Concil. Tolet. 4.
[f] Oscitensis. C. A.
[g] Archobricēs. Exe.
[h] Tedoniens. C. A.
[i] Iditanæ. C. A.
Lege, Ansulfus, vt in quarto Tolet.
[k] C. A. supra Oia.
[l] Viaricus. C. A. & sic. in Conc. Tol. 4. & c. 5.
[m] Guda. C. A.
[n] Egila. C. A.
[o] Basconius in. 4. Tolet.
[p] Renatus. C. A. Tolet. 4. Hic Renatus est, qui in. 4. Tolet. loco Frmulsi Episcopi subscripsit Presbyter Conimbrens.
[q] Gutisclus. C. A.

Ego

49 Ego Domarius Presbyter Arcauicensis Ecclesiæ, agens vicem Carterij Episcopi, subscripsi.

50 Vvamba Diaconus, " qui & Petrus," Ecclesiæ Segobiensis, agens vicem Antonij Episcopi, subscripsi. "Desunt.C.A.

51 Citionius Presbyter, agens vicem Guimi Episcopi Ecclesiæ Calagurritanæ, subscripsi.

52 Seuerinus, " sanctæ " Ecclesiæ Valentinæ Diaconus, agens vicem Musitacij Episcopi, subscripsi. "Deest.A.C.

Notæ in Concilium sextum Toletanum.

Conuenientibus] *Est Concilium Nationale, ex Hispaniæ, & Galliæ Præsulibus coactum.*

In Prætorio Toletano, in Ecclesia sanctæ Leocadiæ] *Prætoriũ villa est vrbana, quæ differt à rustica, elegantia, & nitore: vnde partem villæ lautiùs ædificatam, & patrisfamilias habitationi relictam, veteribus Prætorium appellatum, ostendit l. 2. D. de seruit. rust. & Palladius lib. 1. c. 8. Tertullianus lib. de idololatria.*
" *Suetonius in Caio Cæsare Caligula, cap. 57. In extructionibus (in-*
" *quit) Villarum, & Prætoriorũ, omni ratione posthabita, nihil tam*
" *efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Diuus Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum, dolium versatile Diogenis, eleganter Prætorium nominat. Quapropter hic Prætorium pro ipsa vrbe Toleto sumitur, in qua est basilica dicata Leocadiæ, Tago flumini imposita, Conciliorum altrix & mater, vt diximus in notis ad 4. Concilium Toletanum.*

Cap. 3 Iudæorum perfidia] *De professione Iudæorum, & quomodò vnusquisq; ad fidem veniens, indiculum professionis suæ scribere*
" *debeat, est in libro legum Visegoth. 12. tit. 3. l. 14. Ego ille abrenuncio omnibus ritibus, & obseruationibus sectæ. Ponuntur ibidem & conditiones, quas iurare debent hi, qui ex eis ad fidem conuer-*
" *tuntur. l. 15. Iuro primùm per Deum Patrem omnipotentem, &c. Ad comprimendam verò perfidiam Iudæorum inueteratam Innocentius IIII. & Gregorius IX. & Benedictus XIII. multa decreuerunt, quorum diplomata extant in Archiuis Ecclesiæ Toletanæ.*

10 Ego Ioannes, ecclesiæ [a] Eleplensis Episcopus, subscripsi.
11 Ego Bonifacius, ecclesiæ Cauriensis Episcopus, subscripsi.
12 Ego [b] Eusebius, ecclesiæ Bastitanæ Episcopus, subscripsi.
13 Ego Hilarius, ecclesiæ Complutensis Episcopus, subscripsi.
14 Ego Iacobus, ecclesiæ Mentesanæ Episcopus, subscripsi.
15 Ego Ioannes, ecclesiæ [c] Dertosanæ Episcopus, subscripsi.
16 Ego [d] Sisusclus, ecclesiæ Elborensis Episcopus, subscripsi.
17 Ego Dauid, ecclesiæ [e] Auriensinę Episcopus, subscripsi.
18 Ego Elpidius, ecclesiæ Tyrassonensis Episcopus, subscripsi.
19 Ego Ordulfus, ecclesiæ [f] Oscensis Episcopus, subscripsi.
20 Ego Fructuosus, ecclesiæ Ilerdensis Episcopus, subscripsi.
21 Ego Deodatus, ecclesiæ Egabrensis Episcopus, subscripsi.
22 Ego Profuturus, ecclesiæ Lamicensis Episcopus, subscripsi.
23 Ego Seruusdei, ecclesiæ [g] Calabriensis Episcopus, subscripsi.
24 Ego Pimenius, ecclesiæ [h] Dumiensis Episcopus, subscripsi.
25 Ego Anatolius, ecclesiæ Lutubensis Episcopus, subscripsi.
26 Ego Suauila, ecclesiæ Oretanæ Episcopus, subscripsi.
27 Ego Mentesius, Ecclesiæ [i] Egiditanæ Episcopus, subscripsi.
28 Ego Iouila, ecclesiæ Salmanticensis Episcopus, subscripsi.
29 Ego Vsibesus, ecclesiæ Portugalensis Episcopus, subscripsi.
30 Ego Serpentinus, ecclesiæ Illicitanæ Episcopus, subscripsi.
31 Ego Braulio, ecclesię Cæsaraugustanæ Episcopus, subscripsi.
32 Ego [k] Ola, ecclesiæ Barcinonensis Episcopus, subscripsi.
33 Ego Ansericus, ecclesiæ Segobiensis Episcopus, subscripsi.
34 Ego [l] Diadicus, ecclesiæ Olysipponēsis Episcopus, subscripsi.
35 Ego [m] Buda, ecclesiæ Tuccitanæ Episcopus, subscripsi.
36 Ego Anastasius, ecclesiæ Tudensis Episcopus, subscripsi.
37 Ego [n] Gila, ecclesiæ Oxomensis Episcopus, subscripsi.
38 Ego Idisclus, ecclesiæ Segontiensis Episcopus, subscripsi.
39 Ego [o] Auseonius, ecclesiæ Lucensis Episcopus, subscripsi.
40 Ego Humanugus, ecclesiæ Cauriensis Episcopus, subscripsi.
41 Ego Epartius, ecclesiæ Italicensis Episcopus, subscripsi.
42 Ego [p] Renatus, ecclesiæ Coimbrensis Episcopus, subscripsi.
43 Ego Tunila, ecclesiæ Malacitanæ Episcopus, subscripsi.
44 Ego Iustus, ecclesiæ Accitanę Episcopus, subscripsi.
45 Ego Domninus, ecclesiæ Aesonensis Episcopus, subscripsi.
46 Ego Gotumarus, ecclesiæ Iriensis Episcopus, subscripsi.
47 Ego Farnus, ecclesiæ Visensis Episcopus, subscripsi.
48 Ego [q] Guntiscus Presbyter, agens vicem Orontij Episcopi ecclesiæ Emeritensis, subscripsi.

[a] Ilipensis. Exc.

[b] Eugenius. C. A. Non benè, vt videtur ex Conc. præcedenti.

[c] Dertusanæ. C. A.

[d] Sisiclus. C. A.

[e] Auresinæ. C. A. Auriensis. Exc. rectè. Exc. Concil. Tolet. 4.

[f] Oscitensis. C. A.

[g] Archobricēs. Exc.

[h] Tedoniens. C. A.

[i] Iditanæ. C. A.

Lege, Ansulfus, vt in quarto Tolet.

[k] C. A. supra Oia.

[l] Viaricus. C. A. & sic in Conc. Tol. 4. & 5.

[m] Guda. C. A.

[n] Egila. C. A.

[o] Basconius in 4. Tolet.

[p] Renatus. C. A. Tolet. 4. Hic Renatus est, qui in 4. Tolet. loco Femulsi Episcopi subscripsit Presbyter Conimbrens.

[q] Gutisclus. C. A.

Ego

49 Ego Domarius Presbyter Arcauicensis Ecclesiæ, agens vicem Carterij Episcopi, subscripsi.

50 Vvamba Diaconus," qui & Petrus," Ecclesiæ Segobiensis, agens vicem Antonij Episcopi, subscripsi. "Desunt C.A.

51 Citionius Presbyter, agens vicem Guimi Episcopi Ecclesiæ Calagurritanæ, subscripsi.

52 Seuerinus, "sanctæ" Ecclesiæ Valentinæ Diaconus, agens vicem Musitacij Episcopi, subscripsi. "Deest. A.C.

Notæ in Concilium sextum Toletanum.

Conuenientibus] *Est Concilium Nationale, ex Hispaniæ, & Galliæ Præsulibus coactum.*

In Prætorio Toletano, in Ecclesia sanctæ Leocadiæ] *Prætoriũ villa est vrbana, quæ differt à rustica, elegantia, & nitore: vnde partem villæ lautiùs ædificatam, & patrisfamilias habitationi relictam, veteribus Prætorium appellatum, ostendit l. 2. D. de seruit. rust. & Palladius lib. 1. c. 8. Tertullianus lib. de idololatria. ,, Suetonius in Caio Cæsare Caligula, cap. 57. In extructionibus (in- ,, quit) Villarum, & Prætoriorũ, omni ratione posthabita, nihil tam ,, efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Diuus Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum, dolium versatile Diogenis, eleganter Prætorium nominat. Quapropter hic Prætorium pro ipsa vrbe Toleto sumitur, in qua est basilica dicata Leocadiæ, Tago flumini imposita, Conciliorum altrix & mater, vt diximus in notis ad 4. Concilium Toletanum.*

Cap. 3 Iudæorum perfidia] *De professione Iudæorum, & quomodò vnusquisq; ad fidem veniens, indiculum professionis suæ scribere ,, debeat, est in libro legum Vvisegoth. 12. tit. 3. l. 14. Ego ille abrenuncio omnibus ritibus, & obseruationibus sectæ. Ponuntur ibidem & conditiones, quas iurare debent hi, qui ex eis ad fidem conuer- ,, tuntur. l. 15. Iuro primùm per Deum Patrem omnipotentem, &c. Ad comprimendam verò perfidiam Iudæorum inueteratam Innocentius IIII. & Gregorius IX. & Benedictus XIII. multa decreuerunt, quorum diplomata extant in Archiuis Ecclesiæ Toletanæ.*

Cap. 6 Vt vir detondeatur] *Tonsura Ecclesiastica vsus ab Apo-*
„ *stolis fluxit, vt ait Rabanus, de institutis Clericor. cap. 3. Vt hi, qui*
„ *diuinis cultibus mancipati Domino consecrãtur, quasi Nazaræi,*
„ *id est, sancti Dei, crine præcisi innouentur. Beda etiam lib. 5. de*
gestis Anglorum affirmat, quòd B. Petrus in memoriam Dominicæ
coronæ, coronã similis tonsuræ gestabat in capite: & Isidorus lib. 2:
„ *de origine officior. c. 4. Tiara, inquit, apud veteres constituebatur*
„ *in capite Sacerdotũ: hæc ex bysso confecta rotũda erat, quasi sphæra*
„ *media: & hæc significatur in parte capitis tonsa. Vnde tõsura Ec-*
clesiasticis viris semper fuit peculiaris, propter honorẽ, & signifi-
cationem. Præsertim, qui monasticam vitam profitebantur, ante
omnia tondebantur, vt constat ex Concilio Toletano. 4. cap. 55.
„ *Non aliter (inquit) & hi, qui detonsi à parentibus fuerint, aut*
„ *sponte sua, amissis parentibus, seipsos religioni deuouerunt, & po-*
„ *steà habitum secularem sumpserunt, vt ijdem à Sacerdote com-*
„ *prehensi, ad cultum religionis, acta priùs pœnitentia, reuocentur.*
„ *Idem Canon. 17. huius Concilij: Nullus sub religionis habitu de-*
„ *tonsus, &c. Detondebantur etiam, quamuis in seculo manerent,*
qui sub pœnitentiæ nomine habitum religionis induebant: vt con-
„ *stat ex cap. 7. huius Concilij, vbi dicitur: Et ideo, quoniam tanta*
„ *existit peruersitas hominum, vt hi, quos sub religioso habitu pœni-*
„ *tentiæ professio, pro peccatorum venia, ad manum Sacerdotis de-*
„ *ducit, vel adduxit, iterum rediuiua malitia ad vitæ pristinæ sordes*
„ *reuocet, huius rei causa sancta Synodus decernit, vt si qui inge-*
„ *nuorum vtriusq; sexus, sub nomine pœnitentiæ in habitu religioso*
„ *sunt conuersati, post hæc autem comam nutrientes, vel vestimenta*
secularia sumentes, &c. De tonsura monachorum, vide quid dicat
„ *Epiphanius, hæresi. 80. aduersùs Massalianos: Oportet filios*
„ *(inquit) virginis matris Ecclesiæ esse reuerendos in tonsura. Et*
Hieronymus epist. 48. ad Sabinianum: & Beda lib. 5. de gestis
Anglorum: & Cassiodorus. Erat & decaluatio apud Gothos in vsu.
Verum hæc publica, atq; perpetuæ infamiæ nota erat: vt patet ex
„ *multis Concilijs, præsertim Toletano, & Emeritensi, cap. 15. Turpi*
„ *decaluatione maneat emendatus: & in legibus Vuisegothorum*
„ *locus est insignis, præter alia multa, lib. 2. tit. 4. l. 6. Pari simul*
„ *sententia & falsarij teneantur, atque insuper, ad aliorum terro-*
„ *rem, centenis flagellis, & turpiter decaluati perenni infamiæ sub-*
„ *iacebunt. Et libro. 6. tit. 4. cap. 5. Ad perennem infamiam defor-*
„ *miter decaluetur. Quin & caluitij deformitatem adeò iniquè*
Romani tulerunt, vt Suetonius scribat, Iulium Cæsarem ideo
deficien-

deficientem capillum reuocare à vertice consueuisse, & ex omnibus decretis sibi à Senatu populoque honoribus, non aliud aut recepisse, aut vsurpasse libentius, quàm ius laureæ coronæ perpetuò gestandæ. Pro maximo etiam probro idem in Gallico triumpho Mœchus caluus est appellatus. Erat enim tonsio, & excaluatio ignominiosa pœna, Christianis viris, & fœminis, pro ludribio à Gentilibus decreta. De qua vide, quæ Cæsar Baronius, vir multiplicis eruditionis, adducit. 20. Septembris in Martyrologio sanctorum, explicationemque Canonis.17. Concilij Gangrensis, ex Sozomeno, lib.3. cap. 13. quam, vt eruditam, sequor.

Cap.7 Comam nutrientes] *Loquitur de publica pœnitentia, & solenni, quæ non datur quibusuis peccatoribus, sed illis tantùm, qui publicè peccauerint: vnde Concil. 3. Arel. cap. 26. dicitur, vt qui publico crimine conuicti sunt, reipublicæ indicentur, & publicam pœnitentiam agant, secundùm Canones. Primo etiam » Toletano, Canone. 2. sic habetur: Pœnitentem dicimus, qui post » baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, gra- » uissimisque peccatis, publicam pœnitentiam egerit. Est enim pœnitentia triplex. Prima, pro grauioribus criminibus, quæ publica, & solennis in Ecclesia dicitur. Secunda, temperatior, quæ inter peccatorem, & Presbyterum fit, secreta peccati manifestatione, & Sacerdotali correptione. Tertia, quam pro leuissimis, & quotidianis peccatis peccator apud semetipsum facit. Has tres pœnitentias ponit Augustinus lib. de fide, & operibus, versùs finem. Huius verò pœnitentiæ solennis conditiones, & modos ex varijs Concil. Canonibus colligere licet: præcipuè verò ex Concilio Agathensi, cap. 15. vbi etiam discrimen inter secretam pœnitentiam, & hanc publicam, in qua deponebant comam, vestimenta mutabant, ciliciumq́ induebant, manifestè ostenditur. Habeturq; fusè apud Gratianum. d. 50. cap. In capite Quadragesimæ: & in epist. ad Cyprianum Cleri Romani. Et apud Sozomenum, libro. 6. Ecclesiast. histor. cap. 16. describitur habitus, & conditio pœnitentium Occidentalium Ecclesiarum. Hæc pœnitentia semel duntaxat in Ecclesia concedebatur: & extra periculum, non quouis tempore relaxabatur, sed in cœna Domini, feria quinta septimanæ vltimæ Quadragesimæ, qui pœnitentiam impleuerant, per manus impositionem Sacerdotis reconciliabantur, Eucharistiæq; sumptionem. Sother PP. apud Gratianum, de consecr. dist. 2. cap. In cœna Domini. Innocentius Primus, epistola. 1. cap. 7. Cabilonens. Concil. cap. 4. 7. Eratque hæc publica pœnitentia infamis; Clericis, &*

Sacerdotibus interdicta. Consule de hac re Gratianum tota distinctione.50.

C.12. Sacerdotum,& reuerentia loci] *Ad immunitatem Ecclesiæ seruandam,duas causas affert: prima est intercessio Sacerdotum: secunda, reuerentia loci. Semper fuit religiosum, ad Ecclesiam confugientes,pro loci cultu, & obseruantia, inde non abstrahi; vt constat ex Codice Iustiniani,& Theodosij,de his qui ad Ecclesiã confugiunt. Quas leges laudat sanctus Gregorius,lib.11.epist.54. Sanctus Chrysostomus sermone in Eutropium, Zozimus lib. 8. cap.7. Socrates lib.6.cap.5.Suidas in Eutropio. Nicephor.lib.13. c.4.Gratianus varia decreta Augustini, & Gelasij adfert,aduersus eos,qui ad Ecclesiam confugientes,è tẽplo abstrahunt. Extãtq́; leges Gothorum de eadem re, lib.9. fori iudicum,tit.13.*

C.14. In clementiæ eius manu] *Burch.hic aliter paulò; in quo malè pro,potestatis,legitur,posteritatis; & statim, fas, pro nefas:in eodem est, ius potestatis, pro,eius potestatem.*

C.15. Vt euelli quocunque casu, vel tempore nullatenus possint] *Quantum piaculum sit,res à fidelibus sincera fide Ecclesijs datas, ab eis auferri, ac distrahi, multa hoc tempore extant doctissimorum virorum scripta, quæ breuitatis causa prudens omitto:vnum tantùm subijciam,quod in Constitutionibus Orientalibus scriptum inuenio lib.1. Nicephorum Phocam donationes monasterijs ac templis relictas prorsus aboleuisse; lege etiam lata,ne Ecclesiæ immobilibus locupletarentur bonis; causatus, Episcopos malè prodigere ea,quæ pauperibus darentur; militibus interim deficienti bus.Cuius temerariam hanc,impietatisque plenam legem,Porphyrogenneta dominus Basilius Iunior alia lege lata, sustulit, quam „ dignam,quæ hic apponeretur, existimaui: Imperium nostrum (in- „ quit) quod à Deo profectum est, quum & à Monachis, quorum „ pietas & virtus est testata, & à multis alijs, legem,de Dei Eccle- „ sijs & sanctis domibus, vel potius contra Dei Ecclesias & sanctas „ eorum domos à domino Nicephoro, qui imperium inuasit, condi- „ tam,præsentium malorum causam fuisse, & radicem, & vniuer- „ salis huius subuersionis & confusionis (vt quæ ad iniuriam & con- „ tumeliam, non solum Ecclesiarum, & sanctarum domorum, sed „ etiam ipsius Dei facta sit) intellexisset, & maximè, quum id re „ ipsa expertum esset (ex quo enim hæc lex est obseruata, nihil boni „ penitus in hodiernum vsque diem vitæ nostræ occurrit; sed contrà „ nullum penitus calamitatis genus defuit) statuit per præsentem au- „ ream bullam, vt lex prædicta,ab hoc præsenti die cesset; & deinceps infirma,*

„ *infirma, & irrita permaneat; & locum habeant & in vsu sint, quæ*
„ *de Dei Ecclesijs, & sanctis & religiosis domibus factæ sunt leges.*
Ex versione Eimundi Bonefidei.

Ego Braulio] *Qui & Braulius dicitur. De eo Rodericus To-*
„ *letanus libro secundo, capite decimo nono, sic inquit: Huic Synodo*
„ *Braulio Cæsaraugustanus Episcopus, præ cæteris, illustris effulsit, at-*
„ *que piam doctrinam Christianis mentibus decenter infudit; cuius*
„ *& opuscula nunc vsque Ecclesia veneratur, &c.*

IN NOMINE Domini Saluatoris nostri, Synodale decretum in Toletana vrbe triginta Episcoporum Concilio gestum, anno quinto clementissimo domino nostro Chindasuindo Rege regnante, die xv. Calen. Nouembris, Era DC. LXXXIIII.

Chronic. generale Hisp. habet era 689. Idem R. deri Tol. quem vide lib 2. c. 19. Moral. & Vasaeus vt. CC. Mss.

I. *De refugis, atq; perfidis Clericis, siue laicis.*

CVm in sanctæ nomine Trinitatis, pro quibusdã disciplinis Ecclesiasticis, tam nostra deuotione, quàm studio serenissimi, & amatoris Christi Chindasuindi Regis nostri, apud Toletanam vrbem conuentus adesset, competenter visum est, mutua collatione decernere, quod solicitè conseruatum, & præsentibus, & futuris commodis nimium (vt confidimus) prodesse constabit. Magisq; semper est magnopere prouidendum, quidquid vel Ecclesiasticis moribus, vel vtilitati publicæ (sine qua quieti non viuimus) opportunum esse perpenditur. Nam licet tantæ constitutiones Canonum extent, quæ ad omnem possent correctionem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere; tamen, quia luminis claritas tanto ampliùs emicat, quãto fuerit studiosiùs sæpissimè contrectata, non parum proficit ad emendationem multorum, si dum ea, quæ constituta sunt, per fraternam collationem, ad memoriam reducantur, & illa magis adijciantur, quæ aut deesse videntur, aut omninò constituenda cõpetenter existimantur. Quis enim nesciat, quãta sint hactenus per tyrannos, & refugas, transferendo se in [a] extraneas partes, illicitè perpetrata,

De hac re in leg. b. Visigoth lib. 2. tit. 1. l. 7.

[a] Externas. C.A.

petrata,& quam nefanda eorum superbia iugiter freque͂tata, quæ & patriæ diminutionem afferrent, & exercituum Gothorum [a] indesidenter laborẽ imponerent? [b] Quod quidem laicorum insania factum, tolerãdum nobis forsitan aliquotiens videretur: illud tamen vehementius stupendum, quia (quod peius est) tanti ex religionis proposito, in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, vt non ad leuem confusionem nostram pertineat, si res vllatenus inulta remaneat, quã & mundana lege,& Ecclesiastica cõuenit instanter disciplina corrigere. Ideoq; placuit nunc concordi sententia definire,vt quisquis in ordine Clericatus, à maximo gradu, vsq; ad minimũ, constitutus, in alienæ gentis regionẽ se quacunq; occasione trãsduxerit, aut exinde superbiendo, vel reditum suũ,vel quodlibet aliud videatur expetere; siue etiam, quo genti Gothorũ, vel patriæ, aut Regi specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit; sed, & qui cum talibus conscius reperitur, eisq; vel consilium, vel opem administrasse cognoscitur, qualiter, aut [c] ad gentem alienam fugam appeterent, aut in malis, quæ cœperant perdurarent, seu quãcunq; læsionem genti Gothorũ, vel patriæ, aut Principi post fugã inferrẽt, [d] atq; in ea prauitate [e] perseueraturos dignoscũtur suasisse, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu priuetur, vt locũ eius, in quo ministrauerat, alter cõtiuò perpetim regendũ accipiat. Ipse verò transgressor sub pœnitentia constitutus, si reminiscens mali, [f] quod fecerit, vsq; in diẽ mortis suę rectissimè pœnituerit, in solo tantùm fine cõmunio ei præstanda est; ita vt antequàm tempus finis ei adueniat, si quispiam Sacerdotũ, etiam ordinante Principe ei cõmunicare consenserit, particeps criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuũ, ac simili cũ eo, cui cõmunicauerit, sententia condemnetur. Quoniam potestati Principis nullus Sacerdotũ in hoc [g] præbere debet assensum, vnde vel periuriũ videatur incurrere, vel (quod absit) si quicunq; catholicæ fidei præuaricator Princeps surrexerit, [h] Sacerdotes iidẽ, vel fauore Principis, vel terrore, à rectę credulitatis lumine ad tenebras [i] cogãtur reuerti. Sic enim nec super adnexa capitula, vel imperijs Principũ, vel terroribus oportebit vnquã [k] euacuari: quia nouimus omnes penè Hispanię Sacerdotes, omnesq; seniores, vel iudices, ac cęteros homines officij palatini iurasse, atq; ita dudũ legibus decretũ fuisse, vt nullus

[a] Indesinenter. C.A.
[b] Quod siquidem laic. insf. fuisse factum. Exc.
[c] Gentem alien fuga app.
[d] Aut quod in eadẽ pr. C.A.
[e] Perseuerarẽt quisquis hoc fecisse dignoscitur, iste ita indubitanter.
[f] Et vsq; fecer. C. A.
[g] Præbeat ass. C. A.
[h] Sacerdos nullatenus fauor. Exc. & C. A.
[i] Cogatur. C.A.
[k] Euacuare. Exc.

Vvisegothi. Vide notas.

refugia, vel perfidus, qui contra gentem Gothorum, vel patriam, seu Regem agere, aut in alterius gentis societatem se transducere reperitur,[a] integritate rerum suarum [b] nullatenus reformetur; nisi forsitan Princeps humanitatis aliquid personis talibus impertire voluerit: qui tamen non amplius quã vigesimam partem rerum, ei, qui perfidus extitit, de rebus, vnde Rex elegerit, tribuendi potestatem habebit. Sed & quia plerosque Clericos tantæ leuitatis, interdum prauitatis præsumptio ita eleuat, vt prætermissa sui ordinis grauitate ac polliciti Sacramenti immemores, constante Principe, cui fidem seruare promiserant, in alterius [c] erectione temeraria leuitate [d] consentiunt, abrogari decet hanc omnino licentiam, & à nostro consortio penitus extirpari; ita vt si quicunq; laicorum quandoquidem intra fines patriæ Gothorum [e] superbiens, regni apicem sumere fortasse tentauerit, eiq; Clericorum quilibet adiutorium, vel fauorem præstiterit, atq; hunc, qui superbire videtur ad eandem regni ambitionẽ præualẽte delicto, peruenire contigerit, ex eo quidem die, vel tempore eundem [f] Episcoporum, vel cuiuslibet ordinis Clericum excommunicatum manere perpetuum oportebit, quo tali se scelere implicauit. Tamen si improbitate Principis, cui iniquè consentit, non potuerit instantia Sacerdotum à communione suspendi saltem si superstitem eum post eiusdem Regis obitum tempus inuenerit, superiori anathematis [g] correptioni subiaceat, quicunq; illi præter in vltimo vitæ [h] suæ (si tamen hunc legitimè pœnitere probauerit) cõmunionis gratiam consenserit impendendam. Nobis interim ratio [i] persuasit, Synodali super [k] hoc constitutione decernere, vt quicunq; etiam laicorum in prædictis capitulis, hoc est, in [l] aduersitate gentis, aut patriæ vel Regiæ potestatis, in externas partes se conferendo, "vel talibus opem ferẽdo" noxius fuerit vltra repertus, non solùm (vt dictum est) omnium rerum suarũ proprietate priuetur, sed & perpetua excomunicatione dãnatus, nũquam illi præter in vltimo vitę suæ cõmunio tribuatur: excepto, si aliter cõmunionis eius remedium, vel eorum, quos supra taxauimus imploratione Sacerdotum apud Principẽ fuerit impetratũ. Nã si (quod omnino fieri nõ oportet) in [m] derogationẽ, aut cõtumeliam Principis reperiatur aliquis nequiter loqui, aut in necẽ Regis, seu deiectionem intendere, vel cõsensum præbere, nos si quidem huiuscemodi excõmunicatione

Burch. lib. 15. c. 24.

[a] Integritati. C. A.
[b] Vllatenus. C. A.
[c] Electionem. Exc.
[d] Consentiant. Exc.
[e] Superueniẽs. C. A.
[f] Episcopum. C. A.
[g] Correctione. C. A.
[h] Suæ fine. C. A.
[i] Poscit C. A.
[k] Super hanc constitutionem decret. C. A Burch. paulò aliter.
[l] Aduersitatẽ. Exc.
" Desunt à Burch.
[m] Deiectionẽ. Exc. alias direptionem.

nicatione dignũ cenſemus. Vtrùm tamen ſit illi quandoq; cõmunicandum, pietati Principis diſcernendum relinquimus, cuius proculdubio poteſtatis eſt ſubiectorum culpas miſericordiæ, iudicijq; ſententia temperare. Conteſtamur autem clementiſsimos Principes, & per ineffabile diuini nominis ſacramentum obteſtantes, vnanimiter obſecramus, ne quandoquidem abſq; iuſta (vbi neceſſe fuerit) imploratione Sacerdotali excommunicationis huius ſententiam à perfidis Clericis, vel laicis ad externas partes ſe transferentibus, vel cõſenſum præbentibus quacunq; temeritate ſuſpẽdant Nam [a] quod magis eorum regum vtilitatibus videtur fore conſultum, [b] ſi huius cõſtitutionis noſtræ forma ab ipſis Principibus ſeruetur, & ab omnibus ſubiectis impleri cogatur. Si quis verò hæc inſtituta putauerit eſſe execrãda, anathema fiat: & velut præuaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat quicunq; Regum deinceps Canonis huius cẽſuram, in quocunq; crediderit, vel permiſerit violandam.

Sic in foro Iudic. ſeu ll. Vuiſeg. lib. 6. titul. 7. l. 7.

[a] Quid. C. A. in quo deeſt Regum.

[b] Si conſtitutionis noſtræ forma ſeruetur, execrandũ anathema fiat. Ex. & C. A.

I I. De languoris euentu miniſtrantium Clericorum.

Nihil contra ordinis [c] ſtatum temeritatis auſu præſumatur, neq; illa quæ ſumma veneratione cenſentur, [d] vel minimo præſumptionis [e] actu ſoluantur, cum ad hoc tãtum fieri quaqua iuſſa ſunt, interrupta noſcantur, ne languoris prouentu robore ſalutis natura priuetur. Non ergo ſolũ fragilitati conſulitur humanæ, [f] ſed etiam honori myſteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offenſionis caſu procuratur etiam caueri ſolicitè. Cenſemus igitur conuenire, vt cum à Sacerdotibus Miſſarum tempore ſancta myſteria cãſecrantur, ſi ægritudinis accidat cuiuslibet euentus, quo cœptum nequeat cõſecrationis expleri [g] miniſterium, ſit liberum Epiſcopo, vel Presbytero [h] alteri, conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum [n] ſui [n] initiatis miniſterijs competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis [i] completa benedictio Sacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt niſi perfectionis ordine compleantur: cum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil contrarium [k] diuerſitas format, vbi efficaciã proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam cõſultũ cuncti ordinis Clerici [l] indultũ eſſe ſibi non ambigant; ſed (vt prçmiſſum eſt) præcedẽtibus [m] libenter alij pro cõplemẽto ſuccedant,

7 q. 1. Nihil Iuo. p. 2. c. 114. Burc. lib. 3. c. 70. Idem ferè Concil. Toletan. 12. cap. 14.

Rom. 12.

[c] Statutum. Exc. ordinem ſtatutum. C. A. & Iuo.

[d] Vlla præſumptione. Grat.

[e] Tactu in impreſſis: noſtram lectionẽ ſequutum eſt eſt Decretum Gregorianum.

[f] Sed etiãm ſacro honori myſt. Dei prouida cauetur, ſolicitudine. Cẽſ. Exc.

[g] Myſteriõ C. A. Grat. Iuo. & Burch.

[h] Vt alter conſec. expleat. Exc.

[n] Deeſt. Exc.

[i] Benedictione ſint completa. Grat.

[k] Perſonarũ diuerſ. Grat.

[l] Indiuiduum, Exc.

[m] ſtatim. Burch.

ſuccedant. Ne tamen quod naturę languoris cauſa cõſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt [a] cibi potuſue quamlibet minimum ſumptum Miſſas [b] facere; nullus, abſq; [c] patenti prouentu moleſtiæ, miniſter vel Sacerdos cum cœperit, imperfecta officia præſumat omninò relinquere. Si quis hæc [d] tentare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

[a] Cibum, potumue.
[b] Facere præſumat. Grat.
[c] Patentis præuẽtu. Grat.
[d] Temerare. Exc. Si quis autem temerarie hoc præſumpſerit. Grat.

III. De Exequijs morientis Epiſcopi.

Iuo. p. 5. c. 330 qui hæc citat ex Cõcilio Tol. 8. c. 2. Burc li. 4. c. 116.

Can. 4. Cõc. Valentin. in Hiſp.

Ea, quæ competunt honeſtati, contingit ſæpe quorumdam deſidia non impleri. Proinde, quia notum eſt, quæ dignitas in morientis Epiſcopi exequijs, ex Canonibus conſeruetur, traditioni moris antiqui hoc tantum adijcimus, vt ſi quis Sacerdotum, ſecundùm ſtatuta [e] Valentini Concilij, ad humanda [f] decedentis Epiſcopi membra venire commonitus, pigra voluntate diſtulerit, appellantibus Clericis obeuntis Epiſcopi, apud Synodum, ſiue apud Metropolitanũ Epiſcopum, tempore anni vnius, nec faciendi Miſſam, nec communicandi habeat omninò licẽtiam. Presbyteri autem, ſiue Clerici, quibus maior honoris locus apud eandem Eccleſiam fuerit, cuius Sacerdos obierit, ſi omni ſolicitudine pro exequijs, aut iam mortui, aut continuò Antiſtitis morituri ad commonẽdum Epiſcopum tardi inueniantur; aut per quamcunq; moleſtiam animi, id negligere comprobentur, totius anni ſpatio, ad pœnitentiam in monaſterijs deputentur.

[e] Toletani. C. A. perpera.
[f] Defuncti. Iuo. Burc.

IIII. De exactione Eccleſiarum Galliciæ prouinciæ.

Galliciȩ) ſic eſt in omnibus. cc. MS. ſ. quam lectionem retinuimus, cum infra dicatur, hoc decerni ex decreto Cõcilij Bracar. ſub cuius Metropoli erat Gallicia.

10. q. 3. Inter cætera. Iuo. p. 3. cap. 312. Anſel. lib. 7. c. 196.

Can. 2. Syn. 2. Bracar.

Inter cætera deniq;, quæ communi conſenſu nos conferre [g] competenter oportuit, querimonias etiam parochialium Presbyterorũ Galliciæ prouinciæ ſolertiſsimè decernere decuit, quas contra Pontificum ſuorum rapacitates, neceſsitas (vt cõperimus) tandem compulit in publicũ examen deferre. Hi enim Pontifices (vt euidẽs inquiſitio patefecit) indiſcreto moderamine, parochianas Eccleſias prægrauãtes, dum in exactionibus ſuperflui frequenter exiſtunt, penè vſq; ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdam baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod conſtat hactenus inordinatè præſumptum, non ampliùs, quàm duos ſolidos vnuſquiſq; Epiſcoporum præfatæ prouinciæ, per ſingulas diœceſis [h] ſuæ baſilicas, iuxta Synodum Bracarenſem

[g] Communiter.
[h] Vel ſingulas Eccleſias. Iuo.

annua

annua illatione ſibi [a] expetent conferri; monaſteriorum autem baſilicis, [b] ab hac ſolutionis impenſione ſeiunctis. Cũ verò Epiſcopus diœceſem viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat, nec vnquam [c] quinquagenarium numerum euectionis excedat, aut amplius, quam vnã diem per vnam quamq; baſilicam remorandi licentiam habeat. Quicunq; verò Pontificum eorundem aliter quàm decernimus, agendum præſumpſerit, [d] correptioni proculdubio Canonum ſubiacebit, [e] qua conſtitutionum Synodalium tranſgreſſores priſcorum Patrum edictis corripiendos oportet.

In margine. C.A. erat: vt Epiſcopus cũ euectioni - bus ambulet.

a ExpetatGrat.C.A.
b Ab hac Solutione penſionis.Exc.
c Vide not.
d Correctioni.Grat.
e Tanquam conſt. Synod trãgreſſor, & priſcorum patrũ corruptor.Exc.

V. *De recluſis honeſtis, ſiue vagis.*

Quoſdam Paternarum ignaros, vel oblitos traditionũ, in tantam conſpicimus corruiſſe deſidiam, vt eorum execrãdo vſu penè abolita pateſcant, quæ extiterant legitimè conſtituta. Dum enim indocti docere appetũt, quid aliud quàm quia ignorantiæ errore vexentur, oſtendunt? & quia greſſu præpoſtero innitentes, præſumptionem doctrinæ [f] diſcendi ſtudijs anteponunt, patet quòd non [g] ſumma humilitatis petunt, ſed actioni deprauationis inſeruiunt. Ex hoc igitur iuſtæ ſeueritatis talia decernẽtes opportuno amputare iudicio, iubemus eos, quos in cellulis proprijs [h] recluſos ſanctæ vitæ ambitio tenet; quoſque eiuſdem ſancti propoſiti, & merita iuuant, & probitas ornat, [i] quietos Dei auxilio & noſtro fauore tutos exiſtere: illos verò quos [k] in tali propoſito ignauia impulit, non prudentiæ cognitio deputauit; quoſque nulla vitæ dignitas ornat, ſed (quod eſt deterius) & ignorantia fœdat, & morum execratio turpat, decernimus ab his abijci cellulis, atq; locis, in quibus aut ferũtur vagi, aut tenẽtur incluſi; atq; ab Epiſcopis, ſiue rectoribus monaſteriorum, ex quorum congregatione fuerunt, vel in quorum vicinitate cõſiſtunt, in monaſterijs omnimodo deputentur; vt illic ſancti ordinis meditantes doctrinam, primùm poſſint diſcere, quæ ſunt à Patribus inſtituta, vt poſt valeant docere, quæ ſunt ſancta meditatione percepta. Atque tunc demum, ſi doctrinæ & ſancti operis fructu extiterint fœcundati, ad ſumma virtutis properent, exercitio ſanctæ intentionis imbuti. Deinceps autem, quicunque ad hoc ſanctum propoſitum venire diſpoſuerint, non aliter illis id dabitur adſequi, neque hoc antea poterunt adipiſci, niſi prius in Monaſterijs conſtituti

f Docendi ſtudio. Exc.
g Summæ humilitatis gratiã pet.Exc.
h Recluſa.Exc.
i Hoc eſt Dei.Exc.
k In tale propoſitũ. Exc.

[a] constituti, & secundùm sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi,& dignitatem honestæ vitæ, & notitiam potuerunt sanctæ promereri doctrinæ. Illos autem, quos tantum extrema vesania occuparit, vt incertis locis vagi, atq; morum deprauationibus inhonesti, vllam prorsus nec stabilitatem sedis, nec honestatem mentis habere extiterint cogniti, quicunq; ex Sacerdotibus, vel ministris vagantes repererit; [b] aut, si fas est, in proprijs locis cœnobio suis rectoribus eos reformet; aut, si difficile est, pro sola honestate, vigore suæ potestatis erudiendos inclinet.

[a] Instituti. Exc.

[b] C A. Aut si fieri potest cœnobiorum Patribus corrigendos assignent. aut si diff. est pro sola honestate vitæ, vigore potestatis suæ, &c.

V. De conuicinis Episcopis in vrbe Regia [c] commorantibus.

Id etiam placuit, vt pro reuerentia Principis, ac Regiæ sedis honore, vel Metropolitani ciuitatis ipsius consolatione, conuicini Toletanæ sedis Episcopi, [d] iuxta quod eiusdem Pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari; messiuis tamen, ac vindemialibus ferijs relaxatis. Nos autem immortali Deo,& glorioso Cindasuintho Principi, ob cuius votum in hac vrbe sancta deuotione conuenimus, gratias vnanimiter referentes, optabili annisu deposcimus, vt sanctæ Ecclesiæ catholicæ fidei semper ac pacis cumuletur [e] affectus, & memorato Principi cum posteritate, præsentis regni, futuri etiam largiantur præmia gaudij; ipso præstante, qui in Trinitate vnus Deus viuit, & gloriatur in secula seculorum, Amen.

[c] Commorandis. C.A.

[d] Qui eiusdem. Exc.

[e] Effectus. Exc.

Item subscriptiones Episcoporum.

1 ORontius, in Christi nomine Sanctæ Ecclesiæ Emeritensis Metropolitanus Episcopus, hæc statuta definiens [f] subscripsi.

2 Ego Antonius, Dei misericordia sanctæ Hispalensis Ecclesiæ Metropolitanus Episcopus, similiter subscripsi.

3 Eugenius, sanctæ Ecclesiæ Toletanæ Episcopus, similiter subscripsi.

4 Protasius, Tarraconensis Ecclesiæ Metropolitanus Episcopus, similiter subscripsi.

[f] Similiter, & alij Episcopi subscripserunt numero 38. Exc. In quibus subscriptiones nō extant.

5 Hilarius,

5 Hilarius, gratia Christi Episcopus ecclesiæ Complutensis, similiter subscripsi.

6 Sisisclus, sanctæ ecclesiæ Elborensis Episcopus, similiter subscripsi.

7 Recimirus, sanctæ ecclesiæ Dumiensis Episcopus, similiter subscripsi.

In. 10. Toletano de Reccimiro Dumiensi. Vnde legendum est Reccimirus, & ita scribendum.

8 Deodatus, sanctæ ecclesiæ [a] Egabriensis Episcopus, statuta hæc definiens subscripsi.

[a] Egabrens. 5. Côsi. 6

9 Epartius Dei misericordia Episcopus ecclesiæ Italicensis, hæc statuta definiens subscripsi.

10 Stephanus, Dei misericordia Astigitanæ ecclesiæ Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

11 Egila, in Christi nomine Episcopus sanctæ ecclesiæ Oxomensis, hæc statuta definiens subscripsi.

12 In Christi nomine Ansericus ecclesiæ sanctæ Segobieñ. Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

13 Vbidericus, ecclesiæ Segontiensis Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

14 [b] Vbinibal, Dei miseratione ecclesiæ Illicitanæ, qui & Erothanæ Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

[b] Vinibal. C.A.

15 Ego Maurisius, in Christi nomine Episcopus sanctæ ecclesiæ [c] Abeleñ. hæc statuta definiens subscripsi.

[c] Oretana. C.A.

16 Ioannes, Dei gratia sanctæ ecclesiæ Cauriensis Episcopus, similiter subscripsi.

17 Egeredus, sanctæ ecclesiæ Salmanticensis Episcopus, similiter subscripsi.

18 Seruusdei, sanctæ ecclesiæ [d] Caliebreñ. Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

[d] Calabriens. C.A.

19 Basconius, etsi indignus Episcopus sanctæ ecclesiæ Lucensis, hæc statuta definiens subscripsi.

20 Gotomarius, sanctæ ecclesiæ Iriensis indignus Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

21 Farnus, sanctæ Visensis ecclesiæ etsi indignus Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

22 "Sona, ecclesiæ Britanensis etsi indignus Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi."

" Desunt C.A.

23 Gaudestens, sanctæ ecclesiæ [e] Auriensis Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

[e] Aurens. C.A.

24 [f] Vbitaricus, sanctæ ecclesiæ Lamecensis Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

[f] Vbitiricus. C.A.

Mm Armenius,

25 Armenius, sanctæ Ecclesiæ [a] Egitanæ Dei gratia Episcopus, hæc statuta definiens subscripsi.

26 Adimirus, sanctæ Ecclesiæ Tudensis Episcopus, similiter subscripsi.

27 [b] Annianus, sanctæ Ecclesiæ Valentinæ, similiter subscripsi.

28 "Donundei, sanctæ Ecclesiæ Empuritanæ Episcopus, similiter subscripsi".

92 Ego Valentinianus Archipresbyter, agens vicē domini mei Leudefredi Cordubēsis Ecclesię Episcopi, hęc statuta definiens subscripsi.

30 Crispinus, in Christi nomine Abbas, agens vicem domini mei [c] Neufridi Olysipponensis Ecclesiæ, hęc statuta definiens subscripsi.

31 Vbiliensus Presbyter, agēs vicem domini mei Pimenij Episcopi Asidonensis Ecclesię, hęc statuta definiens subscripsi.

32 Paulus Presbyter, agens vicem domini mei Canditati Episcopi Asturiensis Ecclesię, hęc statuta definiens subscripsi.

33 Magnus Presbyter, agens vicem domini mei Marci Episcopi Castellonensis Ecclesię, hęc statuta definiens subscripsi.

34 Reparatus Presbyter, agens vicem domini mei Theuderedi Episcopi Pacensis Ecclesiæ, hęc statuta definiens subscripsi.

35 Constantius Presbyter, agens vicem domini mei Theuderedi Episcopi Pacensis Ecclesię, hęc statuta definiens subscripsi.

36 Clemens Decanus, agens vicem domini mei Ioannis Episcopi Eliplensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

37 Ambrosius Diaconus, agens vicem domini mei [d] Giberici Episcopi Mentesanæ Ecclesiæ, similiter subscripsi.

38 [e] Aguila Diaconus, agens vicem domini mei [f] Vigitini Episcopi Bigastrensis Ecclesiæ, similiter subscripsi.

39 Matacellus Diaconus, agens vicem domini mei [g] Dunilani Episcopi Malacitanæ Ecclesiæ, similiter subscripsi.

[a] Egiditanæ. C.A.
[b] Auecius. C.A.
" Desunt ab A.C.
Presbyteri Vicarij.
[c] Neufred. C.A.
[d] Giuerini. C.A.
[e] Egila. C.A.
[f] Vigintini. C.A.
[g] Dudilani. C.A.

De subscriptionibus.

Ansericus Segobiensis subscribit in. 5. & 6. Tolet. Basconius Lucensis, in. 4. Tolet. Deodatus Egabriensis in. 6. Eugenius Toletanus,

Tolet. in ſexto & quinto Tolet. qui ſucceßit Iuſto, qui in quarto ſubſcribit. Epartius Italicenſis in. 6. Egila Oxomenſis in quarto & quinto. Farnus Viſenſis in ſexto. Botomarius Irienſis in ſexto. Hilarius Complutenſis in ſexto & quinto. Leudefredus Cordubenſis in ſexto. Ioannes Eliplenſis in ſexto. Orontius Emeritenſis in ſexto: qui ſucceßit Stephano, qui in quarto ſubſcribit. Siſiſclus El borenſis in ſexto. Seruuſdei in ſexto Calabrienſis. Vigentinus Tigaſtrenſis in ſexto Tolet. Vigicinus. Pimenius Aſidonenſis in quarto Tol. Eſt alius Pimenius Dumienſis, qui ſubſcribit in ſexto Tol. Adimirus Tudenſis ſucceßit Anaſtaſio, qui in ſexto ſubſcribit. Anianus Valentinæ ſucceßit Protaſio, in ſexto Tolet. Antonius Hiſpalenſis, qui ſucceſsit Honorio, in ſexto. Armenius Egitanæ, qui ſucceßit Menteſio, in ſexto. Canditus Aſturicenſis ſucceßit Concordio, in quarto Tolet. Donumdei Empuritanæ ſucceßit Siſaldo, quarto Tolet. Dunilanus Malacitanus ſucceßit Theodulfo, in ſecundo Hiſpal. Egeredus Salmanticenſis ſucceſsit Iouila, in ſexto. Bibericus Menteſanæ, qui ſucceſsit Iacobo, in ſexto. Gaudeſtenes Aurienſis, qui ſucceßit Dauid, in ſexto Tolet. Ioannes Caurienſis, qui ſucceßit Bonifacio, in ſexto. Maurisius Abelenſis, qui ſucceßit Iuſtiniano, in quarto. Marcus Caſtellonenſis, qui ſucceßit Perſeuerantio, in quinto Tolet. Neufridus Olyßipponenſis, qui ſucceßit Didacio, in ſexto Tolet. Protaſius Tarraconenſis, qui ſucceßit Audaci, in quarto Tolet. Reſimundus Dumienſis, qui ſucceſsit Pimenio Dumienſi, in quarto Tolet. Theuderedus Pacenſis, qui ſucceſsit Modario, in. 4. Tol. Stephanus Aſtigitanæ, qui ſucceſsit Abenito, in quarto. Sona Britanenſis, qui ſucceſsit Metopio, in quarto Tolet. Vbidericus Segontienſis, qui ſucceſsit Idiſiclo, in. 6. Tolet. Vbinabal Ilicitanæ, qui ſucceſsit Serpentino, in ſexto Tol. Vbitaricus Lamecenſis, qui ſucceſsit Profuturo, in ſexto Tol.

Notæ in Concilium ſeptimum Toletanum.

SEptimum Toletanum] *Fuit nationale: nam in eo quatuor Metropolitæ ſubſcribunt, Orontius Emeritenſis, Antonius Hiſpalenſis, Eugenius Toletanus, Protaſius Tarraconenſis.*

Sub Rege Chindasuindo] *Sunt qui affirmant, nomen fuisse Chindum vel Cindum, cognomen Suindum, & ita scribendū, Chindus Suindus. Eius vxor erat Reciuerga. In codice Gothico M.S. Eugenio Toletano hæc carmina de morte coniugis Chindasuindi, tribuuntur.*

Si dare pro morte gemmas licuisset & aurum,
Nulla mihi poterant Regum dissoluere vitam.
Sed quia sors vna cuncta mortalia quassat,
Nec [a] præmium redimit Reges, nec fletus egentes,
Hinc ego te coniux, quia vincere fata nequiui,
Funere perfunctam, sanctis commendo tuendam.
Vt cum flamma vorax veniet comburere terras,
Cœtibus ipsorum meritò sociata resurgas.
Et nunc chara mihi iam Reciuerga Valeto:
Quodq; paro feretrum Rex Cindus Suinthus, amato.
Restat & dicere summam.
Qua tenuit vitam, simul & connubia nostra.
Fœdera coniugij septem ferè duxit in annis
Vndecies binis auum cum mensibus octo.

[a] Fortè pretium.

Cap. 1. Officij Palatini] *Etsi commune id nomen sit omnibus, qui militant in palatio & familia Imperatorum & Regum Gothorum, tamen erat peculiaris ordo militiæ Palatinæ: vt patet ex tit. de Palatinis C. lib. 12. & C. Theodosiano, lib. 6. tit. 30. Minores hi erant Comitibus, atque hi qui dicebantur agentes in rebus: hi mittebantur ad peragenda negocia Principis in prouincijs, & ad exigendum censum, vt constat ex constitutione nouella Theodosij, & Valentini Imperatorum, tit. 43. de Palatinis. Hi milites Palatini, declinante Imperio, prætorianis successere.*

Cap. 2 Minimum sumptum] *Quod Sacerdos ieiunus sacrificium offerat, decreuit Sother Pontifex Max. vt est, apud Gratian. de consec. dist. 1. cap. Vt illud. & Concilijs Antisiodoren. c. 19. & primo Bracaren. c. 16. & secundo cap. 10. & Salegunstadiensi cap. 4. & 3. Carthaginens. c. 29. & in Trull. Synod. c. 29.*

Cap. 3. De exequijs morientis Episcopi] *De hac re decreuit Concil. „ Rhegin. c. 5. & 6. & Valentinum Hispaniæ. c. 2. Arelat. 2. c. 5. Qui „ defunctum, inquit, Episcopum aduenerit sepelire, præter expensam „ necessariam nihil pretij pro fatigatione deposcat. Vnde in C. A. Toletani, pro Valetini. De exequijs mortuorū supra diximus. Nec de Episcopi electione tractatus haberi potest, Episcopi defuncti corpore*

non-

nondum tradito sepulturæ, cum sit contra Canonicas sanctiones: vt in cap. bonæ memoriæ. 36. de electione.

Cap. 4. Duos solidos] *Hoc dabatur propter honorem cathedræ Episcopalis, hodieq;* el catedratico *vocantur, ex Concil. Bracar. 2. c. 2.*

Cap. 4. Quinquagenarium numerum euectionis] *Euectionum frequens mentio est in Imper. constitutionibus. Has Budæus diplomata seu chartulas interpretatur, signo Principis obsignatas, quibus potestas permittitur aliquid euehendi. Cuiacius verò diplomata seu codicillos affirmat, quibus cursu publico vtendi facultas dabatur, quæ & synthemata, & tractorias dici ait. Unde Cod. de cursu publico, cauetur, vt euectiones ab omnibus petantur. Hoc nomine etiam tributum siue vectigalia significari in Dictionario suo adnotauit Albericus. Hic nihil aliud euectiones illæ denotare videntur, quàm pompam illam equorum, iumentorum, seu curruum, quos Episcopi, ecclesias visitantes, in comitatu suo ducebant: quorũ numerus, quo maior erat, eo maioribus impensis, pro sustentatione eius, opus erat. Ne verò hac in re Episcopi modum excederẽt, prouido hic Patrum cõsilio cauetur. In hac significatione etiam accepit Summarium Decreti, equitaturasq; barbaro vocabulo vocat. Idem in extrau. lib. 3. „ de censibus & exaction. vbi Pontifex de eadem re ita statuit: Hu„ iusmodi etiam moderationes & taxationes ad prælatos quoslibet, „ qui prætextu cuiusuis consuetudinis in monasterijs, siue locis alijs „ ecclesiasticis gratis recipiantur, ad pabulum charitatis extẽdimus, „ & etiã prorogamus: prouiso nihilominus, quòd in locis quibuslibet, „ secundùm quòd maior vel minor rerum copia fuerit in eisdem, nec „ non iuxta maiorem, vel minorem personarum, & euectionum nu„ merum huiusmodi visitantium, expensarum maiorum vel minorũ „ debita moderatio teneatur; ita tamen quòd maiores expensæ nõ ex„ cedãt summam superiùs limitatam. Sunt qui euectionem nõ aliud, quã exactionem significare existiment: & hodie in sancto Concilio Trid. sess. 24. c. 3. de auctoritate, modo, & ordine visitãdi ecclesias, atq; etiam de stipendio, quid obseruandum sit, statuit, & quod visitãtes modesto contenti equitatu famulatuq;, studeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absoluere.*

Quinquagenarium] *Aliàs quinarium, verùm malè, vt patet ex Alexand. Pontif. III. constitutionum suarum part. 2. c. 6. & „ parte. 1. c. 4. Statuimus, inquit, quòd Archiepiscopi parochias vi„ sitantes, pro diuersitate prouinciarum, & facultatibus Ecclesia„ rum, quadraginta, vel quinquaginta euectionis numerum non ex„ cedãt, &c. Ticinensis etiam Synodus exactionibus Episcoporum,*

ſecundùm prouinciæ morem, modum imponit. Concil. 16. Toletan. c. 6. Libet in calce huius Concilij apponere, quæ Rodericus Toletanus, de libris Moralium D. Gregorij ſcribit, ſic enim inquit lib. 2. c.
„ 19. Et fuit in hoc Concilio (de ſeptimo agit) magna turbatio, eo
„ quòd liber Moralium, quem beatus Gregorius ad petitionem beati
„ Leandri, compoſuerat, deperditus negligentia, in Hiſpanijs non
„ extabat. Vnde & idem Princeps, ſacro Concilio approbante, Taio-
„ nem, Cæſarauguſtanum Epiſcopum (qui Synodo octauæ ſubſcribit)
„ religione & literatura præſtantem, & ſolicitum ſcripturarum, ad
„ Romanum Pontificem, cum ſua petitione, pro libris Moralium na-
„ uigio deſtinauit. De qua re non grauabor ponere, quæ in C. M. ſ. perantiquo memoriæ mandata inuenio.

DE VISIONE HABITA TAIONI Epiſcopo, in Romana Eccleſia, & de libro Morali in Hiſpaniam ducto.

CIndaſuindus Gothorum Rex in Toletanam vrbem Synodale decretum triginta Epiſcoporum, cum omni Clero mirificè, anno regni ſui quinto, indicit celebrandum. Hic Taionem Cæſarauguſtanum Epiſcopum, ordinis literaturæ ſatis imbutum, & amicum ſcripturarum, Romam ad ſuam petitionem, pro reſiduis libris Moralium naualiter porrigit deſtinatum. Qui dum à Papa Romenſe de die in diem differetur in longum, quaſi in archiuo Romanæ Eccleſiæ, præ multitudine quæſitum facilè nequaquam reperirent libellum, Dominum pernoctans, & eius miſericordiam, ad veſtigia beati Petri Apoſtoli Principis, depoſcens, ei ſcrinium, in quo tegebatur, ab Angelo manet oſtenſum. Quo mox ſe Papa, vt præuidit reprehenſum, cum nimia veneratione ei adiutoria tribuit, ad conſcribendum, & Hiſpanis eum tranſmiſit ad relegendum: quia hoc ſolum ex beati Iob libris expoſitum retentabant, quod per B. Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum fuerat aduectum, & olim honorifice deportatũ. Requiſitus vero & coniuratus eſt Taio Epiſcopus à Martino primo Papa Romano, quomodo ei tàm veridicè fuiſſet librorum illorum locus oſtenſus, hoc illi, poſt nimiam deprecationem, cum nimia alacritate eſt faſſus, quòd quadam nocte, ſe ab oſtiarijs Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli expetijt eſſe excubium. Atque vbi hoc reperit impetratum, noctis

medio

medio, quum se nimijs lamentis, ante beati Petri Apostoli loculum faceret cernuum, luce cælitus emissa, ita ab inenarrabili lumine tota Ecclesia extitit perlustrata, vt nec modicum quidem lucerent Ecclesiæ candelabra, simulq; cum ipso lumine vnà cum vocibus psallentium, & lampadibus relamptantium introire sanctorum agmina. Denique vbi horrore nimio extitit territus, oratione ab eis completa, paulatim ex illa sanctorum curia, duo dealbati senes egressum in ea parte, qua Episcopus in oratione degebat, cœperunt dare præpendulum. At vbi eum repererunt penè iam mortuum, dulciter salutatum reduxerunt ad proprium sensum: quumque ab eis interrogaretur, quam ob causam tàm grande extaret fatigium, vel quis ab Occidēte properans tàm longum peteret nauigerium; hoc, & hoc, ab eo, quasi inscij, relatū auscultant operæ pretium. Tum illi multis eloquijs consolato, opportunum, vbi ipsi libri latebant, ostenderunt loculum. Igitur sancti illi, quæ esset sanctorum illa caterua eos tam claro cum lumine comitantium, responderunt dicentes, Petrum esse, Christi Apostolum, simulque & Paulum inuicem se manu tenentes, cum omnibus successoribus Ecclesiæ, in illo loco requiescentibus. Porrò vbi & ipsi requisiti fuerunt, qui domini essent, qui cum eo tàm mirabile habebant colloquium, vnus ex illis respondit, se esse Gregorium, cûius & ipse desiderabat cernere librum; & ideò aduenire, vt eius adremuneraretur tam vastum fatigium, & auctum redderet longissimum desiderium. Tunc interrogatus, si tandem in illa sancta multitudine adesset sapiens Augustinus, eo quòd ita libros eius, sicut & ipsius sancti Gregorij semper, ab ipsis cunabulis, amaret legere, satis prouidus, hoc solummodò respondisse refertur: Vir ille clarissimus & omnium expectatione gratissimus Augustinus, quem quæris, altior à nobis eum continet locus. Certè vbi ad eorum pedes cœpit proruere, vnicus ab oculis eius, ostiarijs, & ipsis territis, simul cum luce euanuit vir ille sanctissimus. Vnde & ab eo die à cunctis, in eadem Apostolorum sede, venerabilis Taio, extitit gloriosus, qui ante despicabatur, vt ignauus.

Hæc ex vetusto. C. Quæ omnia paulò copiosius Rodericus lib. 2. c. 20. refert. Sunt qui affirment, hunc librum Moralium Gregorij à Taione allatum, in Ecclesia Metropolitana Cæsaraugustæ hodie religiosè asseruari, magna populi & Clerici veneratione.

IN NOMINE DOmini "Saluatoris nostri Iesu Christi," incipiunt gesta Synodalia quinquaginta duorum "Episcoporum "Pontificum, in vrbe Regia celebrata, die XVII. Calen. Ianuarij, Era DC. XCI.

„ Desunt a. C. A.

„ Deest ab. A. C.

ANno quinto Orthodoxi, atque gloriosi, & vera clementiæ dignitate [a] perspicui Reccesuinthi Regis, cũ nos omnes diuinæ ordinatio voluntatis, eiusdem Principis serenissimo iussu, in basilica sanctorum Apostolorum ad sacrum Synodi coëgisset aggregari conuentum, dies tandem lætitiæ, appetitu diutissimè præoptatus, & gratus adfuit, & iocundus; tanto nostri pectoris auidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelantium præcordijs exquisitus. Cumq; ex more vnusquisque nostrûm ordini suo sedes debitas occupasset, & euentum rei, tranquillæ intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus Princeps pia religione plenissimus, & summo laudum titulo gloriosus, qui sese nostro cœtui reddens acclinem, vt hunc omnipotenti Domino precibus commendaremus, astans, [b] dulcifluis hortatus est verbis; grates referens Deo virtutum, quod suæ iussionis implentes decretum, in vnum fuissemus adunati Concilium. Sed cum tàm piè humilem cognouissemus eius sanctę animę voluntatem, & tam sublimis gloriæ celsitudinem videremus acclinem, tanta sumus in Dei gloriam exultatione succensi, [c] vt grates illi debitas & honorem [c] læti redderemus, & cernui. Sed quanto extulerat Principem humilitatis ordo sublimis, tanto ad exercitia summa virtutis instruebant exempla sacratissimi Principis formam nostræ religionis. Tum relatis Deo laudibus,

[a] Precipui. C. A.

[b] Dulc. vt filius nos cohortatus. Exc.

[c] Lęti humiles redd. C. A.

laudibus, de vnitatis alternæ prouentu, magna nos cum tranquillitatis gratia adlocutus est dicens:

Etsi summus auctor rerũ me diuæ memoriæ dñi, & genitoris mei tẽporibus in regni sede subuexit, atq; ipsius gloriæ [a] participẽ fecit, nunc tamẽ cũ ipse requiẽ æternarũ adeptus est mãsionum, ea quæ in me totius regiminis transfusa iura reliquit, ex toto diuina mihi potentia subiugauit. Vnde quia regendorum membrorum causa, salus est capitis, & felicitas populorum, non nisi mansuetudo est Principum, votiuè decreui vobis coram positis, & votorum meorum deliberationem sanctione patula reserare, & studiorum [b] acta sincera exhibitione deferre. At verò quia anhelum pectus sese in [c] promissorum cõplementa diffundit, [d] nec pigredine fessum retardationis oneribus sese [e] submittit, longam prosequutionem compẽdio breuitatis adstrinxi; & [f] quidquid productionibus loquelarum in concione diffundere potui, totum in tomi huius cõplicamento [g] respersum calamo vestræ sanctitudini offerre decreui; id magno precatu deliberationis exhortans, vt quæcunq; illic detinentur adscripta, valido attẽdatis intuitu, sagaci perscrutemini studio, ac de his, quęcũq; exti terint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referãtur oraculo.

Accepto deinde oblato nobis tomo, agẽtes Dño gratias adclamauimus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Post huius exultationis beatæ gaudium, & cœlestis gloriæ hymnum, eidem sacro Principi benediximus, reseratoq; inuoluto tomo, hæc inibi contexta reperimus.

[a] Deferens, partic. fecit. Exc.
[b] Apta decreta. Exc.
[c] Promissionum cõplem. Exc.
[d] Ne Exc.
[e] Submittat. Exc.
[f] Quod. Exc.
[g] Prorsus almæ vest. Exc.
Luc. 2.

IN NOMINE DOMINI FLAVIVS [h] Reccesuinthus Rex reuerendissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus.

SAncti Spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens, & instructam agnoscẽs, atq; in honorem eius diadema gloriæ, cum cordis humilitate prosternẽs, illo lætus auditu, quòd omnes Reges terræ seruiunt, & obediunt Deo, en reuerendi Patres, excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis aduenio, in gratiam mãsuetudinis meæ, beatitudinis vestræ [i] testimonium conuocans; & ad testimonium visionis vestræ memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis adclinans; referens illi corde læto gratias opulentas,

[h] Recesuindus. C.A
[i] Studium. Exc.

lentas,quod vos clementia voluntatis ipſius, ex noſtræ celſitudinis iuſſu, ad huius ſanctæ congregationis votiuum dignatus eſt deducere cœtum; confidens tam mihi,quàm vobis, & in præſentium ſerie temporum,& in futurorum longitudine ſeculorum,eius adeſſe gratiæ præmium:quoniã & [a] veſtræ concordiæ in conueniendo vnanimem, ac religioſum demonſtratis affectum,& diſpoſitionis meæ in regendis populis,quàm pium ſit,[b] properatis patenter agnoſcere votum. Nunc igitur quia [c] momenti locutio longæ [d] dictionis non capit exceſſum, quid de ſancta fide nouerim, quam cœlitus illapſam mihi per ſanctorum Apoſtolorum,ſequentiumq́ue Patrum ora cognoui,ſeu quæ de ſecuturis negocijs,pro quibus hunc conuentum veſtræ congregationis coadunare per cenſui,intimare decreuerim, in huius tomi ſerie conſcripta tenete,ac relecta [e] prænoſcite,& cunctis,quæ tenori eius noſtræ amplitudinis poteſtas impreſsit, veſtræ beatitudinis grauitas effectum tam promptè ac miſeranter impendat,quam noſtræ manſuetudinis ſerenitas, hæc vobis implenda commendat. Exordium itaque allocutionis meæ, ex definitione ſanctæ fidei inchoans,cætera,quæ [f] futura ſunt,proſequutionibus intimanda, velut ſupra ſoliditatem petræ constructurus,annectam: vt operis mei ædificium congreſſurus, eo ſequentia validiùs ponam, quo decentius firmiſsima prætulerim prima. Itaque coram ſe reuerentia veſtra habeat, quod noſſe non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, ſanctam & ſinceram regulam, de corde puro, & conſcientia bona pleniſsimè habere, veraciter ſcire, & [g] fortiſsimè retinere; atque ita eam complecti, venerari, atque diligere, ſicut eam [h] Apoſtolica traditio dedit, ſicut eam ſancta Synodus Nicæna conſtituit, ſicut Conſtantinopoli ſanctorum Patrum congregatio definiuit, ſicut Epheſini primi cœtus vnitas affirmauit, ſicut Chalcedonenſis Concilij definitio protulit: hanc cum fidelibus ſeruans,[i] proprijs gentibus tenendam inſinuans, hanc populis alienis annuncians; vt in illa glorificans Deum,& [k] in tempore mortalium me ſummæ diuinitatis felicitas adſequatur,& in terra viuentium hęreditas à me glorię capiatur. En reuerendiſsimi Patres quantum ad veritatem fidei ſanctę pertinuit, ex toto animam meam ſuę confeſsionis titulos explicuiſſe honorificentia veſtra penſabit. Iam nunc magnopere arbitror eſſe mihi [l] opportunius,

[a] Veſtra concordia. Exc.
[b] Poteritis. Exc.
[c] Monens prælocutio. Exc.
[d] Dilectionis. Exc.
[e] Pernoſcite. Exc.
[f] Futuris. C.A. Exc.
[g] Firmiſs. C.A. Exc.
[h] Sancta Apoſt. tradi. docet. Exc.
[i] Ad hanc ſaluandos infideles inuitãs, in hanc ſubiectos populos regens, hanc prop. Exc.
[k] Et inter mortales me ſummæ. Exc.
[l] Opportunum Exc. Opportunius cuſtendum. C. A.

portunius, quę intendimus, societati eiusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectere; ne hanc, aut sine operibus mortuam habeamus,[a] aut non plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat "inhonesta:" dũ scriptura non silente de quibusdam infertur, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Vt ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam, quem reprobauerunt ædificantes, idem tamen à Domino factus est in caput anguli, & est admirabilis in oculis nostris, pleniùs habeamus, eiusque insignibus decẽtiùs exornemur, attendite cuius operis fructum, cuiusque operationis [b] argumentum studijs huius sanctæ fidei consociare velimus, & innectere quantocyus [c] præoptemus. Itaque reuolutis retro temporibus, ita vos, omnemq; populum iurasse recolimus, vt cuiuscunq; ordinis, vel honoris persona, quæ in necem Regiam, excidiumq; Gothorum gentis, ac patriæ detecta fuisset vel cogitasse noxia, vel egisse, irreuocabilis sententiæ multatus atrocitate, nusquam mereretur veniæ remedium, vel alicuius temperantiæ perciperet qualecumque subsidium. At nunc, quia graue onerosumq; censetur, dum pietatis actibus graui contradictione hæc sententia [d] resultasse perpenditur, & sic funditus damnationis adstipulatio retinetur, ne [e] pietati, quæ Apostolo præcinente ad omnia vtilis est, quicunque aditus [f] reseruetur, vestris hæc committo fidenti animo sacris pertractanda iudicijs, ac dirimenda sententijs. Vnde iam vestrum erit, inspirante vobis miseratione diuina, ita vtriusque discriminis temperare mensuram, ne aut [g] iuramenti conditio teneat reos, aut impietatis vltio habeat inhumanos: sicque vestri nos instruat forma iudicij, vt subiectos populos, nec in profanationibus habeamus subditos, nec impietatis vinculis doleamus [h] comminutos.

Post huius conuentionis alloquium, sequentium "nectens" causas negociorum, similique subiungimus vos intendere attentione, decernimus attestantes vniuersitatem vestram, per summæ diuinitatis coęqualem, coęternam & inseparabilem Trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, [i] quo incarnatum Dei Filium de Spiritu sancto, & Maria Virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denunciat, atque aduẽtum eiusdem Iesu Christi Filij Dei Domini nostri, quo perimendi sunt impij, & regnum eius, quo glorificandi sunt sancti, vt quęcũq; negocia[k] de quorũlibet querela vestris auditibus extiterint

Marginal notes (left):
Tit. 1. Psalm. 117. Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20.
Concil. Tol. 7. c. 1. & 6. c. 18. & 5. Tolet. toto.
1. Timot. 2. & 4.

Marginal notes (right):
[a] Aut ne inhonesta à plenit. Exc.
" Deest Exc.
[b] Augmentum. Exc.
[c] Peroptemus. Exc.
[d] Resultare. Exc.
[e] Pietatis. vnus M. S.
[f] Referetur. C. A.
[g] In iuramento cũd. Exc.
[h] Contaminatos. Exc.
" Deest Exc.
[i] Quod. Exc.
[k] De quarumlibet querel. auditibus extiterint Exc.

titerint patefacta cum iustitię vigore misericorditer,& cum tēperamento miserationis iustissimę,[ii] cū nostra conniuētia terminetis in legum sententijs,quę aut deprauata consistunt, aut ex superfluo,vel indebito[a] coniecta videntur,nostræ serenitatis accommodante consensu, hæc[b] sola quæ ad sinceram iustitiam & negociorum sufficientiam cōueniunt,[c] inordinetis; Canonū obscura quædam,& in dubium versa in meridiē lucidæ intelligentiæ reducatis; omniumq; negociorum conuentus, ordinumq; status, qui in vestram extiterint deuoluti præsentiam,ita maiorum regulis cōcordantes iustissimè piè ac temperanter constituere studeatis, vt & mihi, qui ad studiorum fructus bonorum anhelo,pars beatorum adueniat,& vos,quoniam implentes voluntatem Dei, me non spernitis imprecātem,regio beatitudinis æternæ suscipiat,& visio delectationis Dei sibi perenniter inhærere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio Palatino huic sanctæ Synodo interesse[d] primatus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honorauit,& experientia æquitatis plebium rectores exegit,quos in regimine socios,in aduersitate[e] fidos,& in prosperis amplector strenuos,per quos iustitia leges implet,[f] miseratio leges[g] inflectit,& cōtra iustitiam legum, moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adiurans obtestor per omne illud admirabile, & solum vnius sacræ fidei sacramentum,[h] quo venerabilē omnium sanctorum Patrum sum obtestatus conuentum,vt ad cunctæ veritatis,ac discretionis iustissimę formulam ita animos dirigatis, vt nihil à consensu præsentium Patrum,sanctorumque virorum aliorsum[i] mentes ducentes obtutu,quidquid innocētiæ vicinum, quidquid iustitiæ proximum,quidquid à pietate nō alienum,vel soli Deo[k] cognoueritis existere placitum,instāter,modestè,& cum omni dignemini intentione complere; scientes quia in eo quod hæc mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis; & in eo quod decretorū[l] vestrorum edicta fauoris exhibitione corroboro,me vobiscum simul Deo placiturum adsigno.In commune iam vobis cunctis & ex diuino cultu ministris idoneis,& ex aula Regia rectoribus decenter electis diuini nominis adiuratione constrictis adijcio consensionis meæ verum purumque promissum: vt quodcunque iustitiæ, aut pietati,salutarique discretioni vicinum decernere, seu adimplere cum[m] nostro consensu elegeritis,omnia fauente Deo perficiam,

ii Concorditer terminentur in leg. Exc.
a Collecta.C.A.
b Solum.Exc.
c Ordinetis Exc.
d Mos primæuus C.A.
e Filios.Exc.
f Misericordia M.C.
g Impletur.Exc.
h Per venerabilem omnium sanctorū Patrum (per quē obtestor) sanctum conu. Exc.
i Mentis dnc. obcutum.Exc.
k Agnoueritis.Exc.
l Nostrorum.Exc.
m Sancto.Exc.

ficiam,& aduersùs omnimodam cõtrouersiarum querelam, Principali auctoritate muniam,ac defendam; [a] promissis illis, quę ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probauit. Adhûc aliud à beatitudinis vestræ conuentu eiusdem fidei [b] auiditas sancta deposcit,connectẽte me [c] in sequestrationis confinio causam,quæ [d] à nostro dogmate probatur extranea: quam licet per me lucrari Christus [e] exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit,donec quod ardenter optat,"euidenter" obtineat. Iudæorum, scilicet vitam, moresq; denuncio, quorum tantummodò noui terram regiminis mei pollutam esse peste contagij. Nam cùm Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpauerit hæreses,hoc solum [f] sacrilegij remansisse dignoscitur, quod aut nostræ deuotionis instantia corrigat, aut vltionis suæ vindicta disperdat. Ex ijs enim quosdam traditionis errore [g] vetustæ, video retinere iura perfidiæ;quosdam verò sacri baptismatis expiatos ablutione,ita in apostasiæ [h] dolo relapsos errorem, vt detestabilior inueniatur in eis [i] profanatio blasphemiæ, quam in illis, quos nondum constat purificatos esse regenerationis [k] sacro liquore.Pro quo bonę intentionis agone,& lucro fidei veræ, obsecro reuerentiam beatitudinis vestræ,atq; per supra [l] taxatum contestor tremendæ coniurationis [m] tenorem,vt absq; omni fauore, vt absq; omni personarum partis ipsorum acceptione, quidquid ad Domini & Redemptoris mei Iesu Christi veram fidem,verumq; pertinet [n] amorem, de his iubeatis ardẽter,& verissimè Deo,ac fidei meæ placitã sententiam dare. Vt sicut mihi diuina pietas regimẽ fidelium dedit, cum quibus se à me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum,in quibus,& voluntatis suæ fieri bonum,& eius [o] aduenisse congaudeam venerabile regnum. Datum sub die "decima septima" Kalendarũ Ianuariarum, anno feliciter quinto gloriæ regni nostri. [p] In nomine Domini,Flauius Reccesuindus Rex hanc fidei, & bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi.

Relecta tomi pagina,vel finita,cùm glorificassemus Deum de fidei Principalis auditu,& de bonę voluntatis eius affectu, ad [q] peragendum causarum cæterarũ negocium statim vertimus animum,simulq; sumus exorsi [r] iudicium.

[a] Premiß.Exc.
[b] Deuotio.Exc.
[c] In sequentis traditionis conf.Exc.
[d] Vestræ dignitati. Exc. Aliàs nostræ.
[e] Exhortetur.Exc.
" Deest.Exc.
[f] Sacril.dedec[a]. Exc.
[g] Vetusta.Exc.
[h] Doleo Vnus. M. S. denuo.Exc.
[i] Prolatio.Exc.
[k] Sacræ.Exc.
[l] Taxato.Exc.
[m] Tenore.Exc.
[n] Honorem.Exc.
[o] Conuenisse.Exc.
" Desunt.Exc.
[p] Item subscriptio. In.Exc.
[q] Peragendarum. Exc.
[r] Initium.

I. De Catholicæ fidei plenitudine.

Tunc primæ narrationis exortu, [a] veræ fidei nobis tractatus occurrit: vt incipientes de illa primitus loqui, inde soliditatis auspicemur exordiũ, vnde sacræ sumpsimus natiuitatis initium. Quatenus assertionũ [b] nostrarum forti præmissa sententia, quidquid subsequẽter aduenerit de actis negociorum, fortius [c] subsistere valeat [d] seriem decretorum. [e] Itaq; vnius sacræ fidei veram professionem, veramq; regulã tenere, nos tota virtute animi, & profitemur, & acclamamus cunctisque percipiendam, ac retinẽdam plena deliberatione incessanter prædicamus [f] "& pandimus"; sicut à sanctis Apostolis ostẽta docetur, sicut à sequentibus patribus [g] orthodoxis disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis Synodalibus gestis verissimè confirmata dignoscitur; in quibus Arrij, " Macedonij, Nestorij," vel Eutychetis insanissimus [h] error & dilucidè proditur, & radicitus extirpatur: sicut deniq; in sacris Missarum solennitatibus concordi voce profitemur, ac dicimus:

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem: & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum," & " ex Patre natum ante omnia secula; Deum ex Deo, lumen ex lumine. Deum verum ex Deo vero; natum non factum, homousion Patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostra salutem [i] descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine," & " homo factus est; [k] passus sub Pontio Pilato; [l] sepultus, tertia die resurrexit. Ascẽdit [m] ad cœlos, sedet ad dexteram [n] Patris: inde vẽturus in gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius regni non erit finis. Credimus [o] in Spiritum sanctum, Dominum, viuificatorem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum; qui loquutus est per Prophetas: [p] in vnam Catholicam, atq; Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, [q] vitam futuri seculi. Amen.

Huius sanctæ fidei regula idcircò nunc tractatus non recipit aperturam, quia & à sacris Doctoribus abundè constat exposita, & imminentium causarũ negocia nos ad alia [r] pertrahunt peragenda.

[a] En ver. C.A.
[b] Sanctarum. C.A.
[c] Sustinere. Exc.
[d] Vnus. M.S. seriẽ. rectè.
[e] Vnius ergo sac. Exc.
[f] Expandimus C.A.
" Deest. Exc
[g] Orthodoxè C. A.
" Desunt E c.
[h] Err. deprehẽditur, & radicit. extirp. Exc.
" Deest C.A.
[i] Desc. de cœlis, in Miss. Mozarabe.
" Deest. Exc.
[k] Et pass. Exc.
[l] Ac sepult. & tert. Exc.
[m] In Exc.
[n] Dei Patris omnipotentis. Mozar.
[o] Et in Spiritum sanctum viuificatorem. Exc.
[p] Et vnam. Mozar. Exc.
[q] Et vit. C.A.
[r] Trahunt. Exc.

II. De incauto iuramento.

Conc. Tolet. 7 cap. 1.

Secundę disputationis occursu adfuit negotium tam difficile, quàm & graue, in quo de refugis, atq; perfidis disputatione cōmota; vtrum ne posset eorūdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitū. Sed cum illarum series conditionum, ad quas decursis non longè temporibus pro eorum penuria, hostilitatis vastitas [a] nos iurare coëgerat, nostris esset auditibus recensita, tantā reperimus obligationis illic inesse [b] censuram, vt macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionē dedisse transgresionū, quantum conclusisse viscera pietatū. Aderat enim, quod in vtroq; pauor agebat, & ne sancti nominis profanatio fieret, & ne miserationis operatio interiret: quia [c] ex Dei nominis profanatione non aberat, [d] quod tenebat. & ex prohibitione pietatis aderat, quod tædebat. Dumq; alterno periculorū obiectu [e] se prolatæ sententiæ compugnarent, [f] periclitabamur in bifido partium dissidentium calle, quo [g] diremptionis tramite iudicium properaret. Sed cū gresibus disputationis nostræ se se difficultatis congresio [h] deuia obiecisset, properādi tandem relicto discrimine, cum fragore singultuū, & imbribus lacrymarum, ad Deum, qui pietatis fons est verba simul, & corda conuertimus, "orantes." Adspira sancte Spiritus, & [u] ducito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantiæ nostræ. Ecce enim periculorum syrtes: in littore cursus nostri [i] peruenimus, atq; [k] huiusmodi obuiātibus naufragiorum obicibus, quò [l] dispositionis nostræ vela pādamus, [m] attentiùs consideratione non cernimus. Sed aspira rursus sancte Spiritus, & dato nobis te donante nosse quod iubeas, ac te iuuante implere posse quod iusseris: vt & [n] perlustrando illumines, quod nescimus, & adiuuando [o] proficias, quod implere pauemus. [p] Si iam ergo in te quiescētes, erroneorum fluctuum pauoribus [q] abdicatis, commercia nos [r] iubes disponere pacis, inchoemus illa, quæ, & in gloriam tuæ omnipotentiæ conferantur, & humanæ saluti, te [s] adnitente donentur. Temporibus non procul excursis, cum quorundam [t] refugarum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, & scādala populis cum excidijs irrogaret; adeò vt captiuorum turmas [v] reducere, & desolationes terræ, quæ tali concussæ sunt peste, quilibet conatus nequeat

[a] Non Exc.

[b] Testuram. C.A.

[c] Et ex. C.A.

[d] Qui terrebat. Exc.

[e] Sibi Exc.

[f] Pericl. ancipites in. Exc.

[g] Direptionis. Alias directionis. Exc.

[h] Et de via nos abiecisset. Exc.

[u] Deest. C.A.

[i] Proueniunt. Exc.

[k] Hinc inde obui. Exc.

[l] Disputationis. Exc.

[m] Attentionis. Exc. C.A.

[n] Per te lustr. C.A.

[o] Perficias. Exc.

[p] Simus ergo in te requiescentes, & Exc & C.A.

[q] Abiectis. Exc.

[r] Iube. Exc.

[s] Annuente. Exc.

[t] Refutatorum. Exc. Alias, vt nostri.

[v] Ducerent, & Ecclesiarum desolationes facerent, qua tal. Exc.

reparare, [a] & actũ eſt vi potiùs neceſsitatis exortæ quàm deliberatione iudicij, vt contra eoſdem, eiſdemque ſimillimos, cum omni ferè populo acerrima iuramenta daremus. Vnde iuraſſe nos per atteſtationem diuini nominis, conditio iuramenti demonſtrat, & ne reſolui queat, ſacræ Scripturæ auctoritas inſtat: ſcribitur namq; in Exodo: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: neq; enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà. Item in Leuitico: Non periurabis in nomine meo; nec pollues nomẽ Domini Dei tui. Ego Dominus. At verò, quia illata preſſurarũ acerbitas reſolui poſsit ac debeat, tam vinculorum, & lamentorum [b] error inſinuet, quàm eiuſdem auctoritatis Dominicæ præcepta [c] commendãt. Etenim iuxta veterem translationẽ, ita quoſdam per Eſaiam graui exprobratione Dominus increpat, dicens: Ve filijs deſertionis, dicit Dominus: feciſtis conſilium non per me, & ſponſionem non per ſpiritum meum, adijcere peccatũ ſuper peccatum. Item Hieremias: Iniquitates noſtras declinauerunt iſta, & peccata noſtra amouerunt bona à nobis: quia inuenti ſunt in populo meo impij, & laqueos ſtatuerunt ad diſpergendos viros, & comprehenderunt. Vt laqueus inſtans plenus volatilibus, ſic domus eorũ plenæ dolore. Et per Michææ. Heu mihi [d] anima, quia perit [e] reuertens [f] ad terram; & qui corrigit inter homines non eſt; omnes in ſanguine iudicantur; vnuſquiſq; proximum ſuum [g] tribulat tribulatione; in malũ manus ſuas præparant. Ad beneficentiam certè, quæ diuinis oculis tanto eſt gratior, quanto & inuenitur eſſe præſtantior, ſic nos Iſaias inſtruit, dicens: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimẽtes. Paulus etiam vas electionis: Pietas ad omnia vtilis eſt. Et Iacobus: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium. Ioannes item: Qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt: & ſcitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. Et per ſemetipſum Veritas: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. Et iterum: Dimittite, & dimittetur vobis: ſi autem non dimiſeritis, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Ecce ſunt Dominicæ iuſsiones hinc inde adſtipulata firmiſsima cautione præcepta: ac proinde, quia ſunt diuini oris proſecutione taxata, manebunt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? nunquid

aut

Marginal notes (left): Exod. 20. / 22. q. 4. Ne quis eſt. / Leuit. 19. / Eſai. 30. / Hierem. 5. / Eſai. 58. / 1. Ad Tim. 4. / Iacob. 2. / 1. Ioan. 3. / Luc. 6.

Marginal notes (right): [a] Et exta&. C. A. Exc. / [b] Horror inſinuat. Exc. / [c] Commẽdant. Exc. / [d] Anima mea. Exc. / [e] Et reuertens. C. A. / [f] A terra. C. A. / [g] Trib. omnes in malum ſuas manus præparant. Exc.

aut [a] iuramenti iuſtitiam, [b] aut miſericordiæ pacem ſibi contraire narrabimus:dum ſcriptum ſit: Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi iuſtitia, & pax ſe complexæ ſunt? aut quia controuerſiarum lapſus ſe ſe in [c] contentione diffundunt, ideo vnius partis aſſertionem narrabimus non implendam? [d] Cur alterius aſſertio partis iacturæ [e] cõminatur inſtãtiam? & quia iuramenti cuſtodia vltionem nõ temperat paueſcendam, idcircò impietatis atrocitas mortẽ pariet execrandam? Abſit:etenim ſi publicis ſacramentorum geſtis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitiſſet cõditio alligata, quæ, aut iugulare animam patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſsimæ Virginis, nunquid non tolerabilius eſſet ſtultæ promiſsionis reijcere vota, quàm per inutilium promiſsionum cuſtodiam exhorrẽdam criminum implere menſurã? Quod ſi ita [f] eſt, quomodo crederetur vnius obſeruantia iuſsionis eſſe fons pietatis, cùm emitteret [g] riuulos vltionis? Aut quænam illa [h] eſſe ſacræ obſeruatio legis, quæ ſacrilegia committeret [i] prauitatis? Vel cuius menſuræ æquitas videretur, vt ex vnius præcepti cautela, necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contendimus, vt contentionum diuortijs concitatis, nos ipſos contentionis certaminibus miſceamus. Eſt verè pax in vtroque quod dicimus: quia ſic Spiritus ſanctus iter noſtrum, ac curſum temperat, vt in nullò [k] deuium hoc [l] à ſua diſpoſitione ſecludat: vnde plena iam voce, pleniori fide, pleniſsimaq; intentione prædicimus, atque in tota ſanctæ Eccleſiæ vniuerſitate prædicamus pariter, & optamus, nulla profanatione ſolius, & ſummæ diuinitatis nomen exiſtere adſumendum, nullo periurij ſacrilegio indebitè profanandum, nullo vſpiam cõtractu fallaciæ contingendum. Nam ſi atteſtante veritate, propter profanationem periurij euitandam prohibetur omninò iurare, cùm dicitur: Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: quod autem plus his eſt, à malo eſt, quomodo impunitum erit, nomen tantæ gloriæ voluntariè profanaſſe; dum in eo taxata fides dignoſcitur interiſſe? vel quatenus pacis fœdera [m] in gentium diſsidia ligabuntur, ſi nõ iuramenti pacta ſanctiori integritate ſeruentur? Etenim omne, quod in pacis [n] fœdere venit, tunc ſolidius ſubſiſtit, cũ iuramenti hoc interpoſitio roborat. Sed, & omne, quod animos amicorũ cõciliat,

Margin (left): Pſal. 84. — 22.q.4. Si publice. Iuo. p. 12. c. 9. — Matth. 5. — Iuo p. 12. c. 3. 22. q. 1. Omne quod.

Margin (right): [a] Iuramenta iuſtitię. Exc. [b] Aut iuramẽti miſericord. C. A. [c] Contentionẽ. Exc. [d] Ne. Exc. [e] Patiatur. Exc. [f] Eſſet. Exc. [g] Tribulos. Exc. [h] Eſſet. Exc. [i] Probitatis. C. A. [k] Deuius nos caſus à diſpoſ. Exc. [l] A ſe ſeclud. C. A. [m] Inter. Exc. [n] Fœdera. Iuo. Exc.

ciliat, tunc [a] fixiùs durat, cùm [b] eos sacramēti vincula ligant. Omne etiam, quod [c] testis adstipulat, tūc verius constat, cùm id adiectio iurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio manifestat. Hinc &, vt [d] mentibus humanis diuina voluntas panderet quod volebat, ne labens fragilitas pro incerto teneret, quod inuiolatæ veritatis promissio exprimebat, per Esaiam loquitur, dicens: Ego Dominus, & non est alius; in memetipsum iuraui. Si ergo tantæ institutionis limite sunt votiua iuramenta seruanda, quis alienorum à veritate hæc adstruat execrabiliter violanda? Stabūt ergo sacræ auctoritatis [e] viuida iussa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda. Verùm ne iuramenta, quæ data sunt, videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, vt nullam de pietatis affectu animæ viscera concipiant indulgentiam paritura: sic stabilitis contractibus [f] iuramenti, sinum misericordiæ aperimus, atq; ita cunctis Deo placita deuotione misereri censemus, vt nos nec iuramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos. Occurerre certè miserorum ruinis debet subsidio vnusquisque, quo valet, & releuatione alienæ vindictæ, à se Dei remouere vindictam: libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. [g] Inde Iob, ante passionis experientiam [h] impudens patientibus, quod in passionis suæ patientia memorabat, suarum virtutum catalogū texens inter cætera sic connectit: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ cōsolatus sum. Et paulò pòst: Flebā quondam super eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Hinc & Salomon: Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare [i] non cesses. Quibus sanctæ auctoritatis instructi decretis, nec sanctū nomen profanasse nos constat, quod nullatenus profanandum vox nostræ prædicationis insinuat, & indulgentiæ visceribus adapertis, licet oris sui professione damnati difficilè mererentur absolui (iuxta quod scriptū est: Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum loquutum est aduersùm te. Et iterum: Ex ore tuo iustificaberis; & ex ore tuo condemnaberis) tamen pietatis intuitu, & parcendi viam pandimus, qui & misericordiam prorogamus. Huius sanè promissionis incautè crudam, cruentamque temperare sententiam illa quàm maximè compellimur causa, quòd hæc duo

Esai. 45. | Iob. 29. & 30. | Prouer. 24. | Reg. 1. c. 1. | Matth. 12.

[a] Fidelius. Exc. [b] Ea. Exc. [c] Testib'. astipulatur. Exc. [d] Motibus. C. A. [e] Viuifica. Exc. [f] Iuramento. Exc. [g] Vnde Iob iuuante passionis suæ experientia impendēs patientibus passionis suæ patientiam memorabat, suamq; Exc. [h] Imprudens Vnus M. S. [i] Ne. Exc.

duo mala licet sint omnino cautissimè præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum [a] temerare compulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur [b] obligare. Quid autem ex his leuius, quidue sit grauius [c] rationis acumine inuestigemus. Etenim dum periurare compellimur, creatorem quidem offendimus; sed nos tantummodo maculamus: cum verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori [cc] mortis gladio trucidamus: illic enim duplici culparum [d] telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo [e] vt eò nostra pergat sententia, [f] quò misericordiæ patuerit via: quę ita Dño probatur accepta, vt plus eam cupiat, quam sacrificia veneranda; dicente ipso: Misericordiam [g] volui, & non sacrificium. [h] Ac indulgētiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi Principis potestate redigimus; vt quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoq; non deneget: quæ ita Principali discretione moderata [i] persistunt, vt & illis [k] sit aliquatenus misericordia contributa, & nusquam gens, aut patria per eosdem, aut periculū quodcunq; perferat, aut iacturam, hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Cæterum quæcūque iuramenta pro Regiæ potestatis salute, [l] vel contractatione gentis, & patriæ vel hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omniq; vigilantia insolubiliter decernimus obseruanda, à membrorum truncatione, mortisq; sententia [m] religione penitus absoluta. Sed ne prauarum mentium versuta nequitia nosmet ad periurij quandoq; deuocet culpam, nec à sanctæ fidei regula hanc asserat venire sententiam, tàm diuinæ auctoritatis oracula, quàm præcedentium Patrum asserta huic narrationi curauimus [n] innectenda. Etenim incōmutabilis idemq; semper existens Dei summi natura [o] præcellens, sua sæpe in sacris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. Vnde quamlibet sit impassibilis atque immutabilis, [p] identidem deitate firmissima, crebro tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia: quæ sacris extant mysterijs [q] adoperata. Iurare namque Dei, est à se ipso nullatenus ordinata cōuellere: pœnitere verò eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: Repentè loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem & destruam, &

Nn 4 disperdam

Left margin: Dist. 13. c. duo mala. — Idem 22. q. 4. c. 16. — Burch. l. 12. c. 19. & c. 24. — Osee. 6. Matth. 7. — 22. q. 4. In- commutabi. — 22. q. 4. In immutab. — Hierem. 18.

Right margin:
[a] Temperare. Exe.
[b] Obligari Grat. Iuo.
[c] Pietatis acum. Exe. pure rationis Iuo. Grat.
[cc] Deest in Exe.
[d] Gladio perimus, Grat.
[e] Vt hāc nostra. Exe.
[f] Qua. Exe.
[g] Hac Exe.
[h] Volo Burc. & Exe.
[i] Persistant. Exe.
[k] Ita sit miser. Burch.
[l] Cōstitutione Burch. Consutatione Exc.
[m] Religatione. C. A.
[n] Innect. sic enim per Hieremiam, &c Burch. a quo interiecta desunt.
[o] Parcens.
[p] Quidam M. ss. idē quidem eiusdem que de tatis licet sint dicta firmissima, crebro. Exe. & Grat.
[q] Adoperta. Exe.

[a] disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa [b] à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei. Et per Ezechielem: Si dixero iusto, [c] quod [d] vita viuat, & [e] confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate "sua", quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: Morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, vita viuet, & non morietur. Si ergo nostra cõuersio sic diuinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ, vel [f] pressura tam crudã non [g] temperet ex miseratione vindictã. Hinc etiã populo Israëlitico sæpè vltrò promissa suspenditur, & Niniuitarum perditio, diuinæ sententiæ permutatione, [h] sedatur.

At verò illustri laudũ titulo præclarus auctor Ambrosius in libro de officijs primo, huiuscemodi rei causa, sic loquitur: Est [i] enim contra officiũ nonnunquam, promissum soluere, [k] sacramentum custodire: vt Herodes, qui iurauit, quoniam quidquid [l] petitus esset, daret filię Herodiadis: & necẽ Ioãnis præstitit, ne promissum negaret. Nam de Iephthe quid dicã, qui immolauit filiã, quæ sibi [m] victori primũ occurrerat, quo votum impleret, quod spoponderat, vt quidquid sibi primũ occurrisset, offerret Deo. Melius fuerat nihil tale promittere, quàm promissum soluere parricidio. Item in libro. 3. Purum igitur, ac sincerum oportet esse affectum, vt vnusquisq; simplicem sermonẽ proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem in circunscriptione verborũ [n] inducat, nihil promittat inhonestũ: [o] at si promiserit, tolerabilius est, promissũ non facere, quã facere, quod turpe sit. Sæpè pleriq; constringunt se iurisiurandi sacramento, & cũ ipsi cognouerint promittendum non fuisse, [p] sacramenti tamen contẽplatione faciunt, quod spoponderint; sicut de Herode suprà scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe est, quod regnum pro saltatione promittitur, crudele, quod mors Prophetæ pro iurisiurandi religione [q] donatur. Quanto tolerabilius [r] tali fuisset periuriũ sacramẽto? Et post pauca de Iephthe [s] differens, Miserabilis ("inquit") necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est nõ [t] vouere, quã vouere id, quod sibi, is, cui promittitur, nolit exsolui. Et post paululum: Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse [v] Dominus, sicut scriptura indicat, frequẽter suam mutat

Ezech. 33.
I. Amb. lib. c. 50.
Matth. 14.
Marc. 6.
Iudic. 11.
11 q. 4. vnusquisque simplic.
22 q. 4. Non semper.

[a] Destruam. Burch.
[b] Super mal. Exc.
[c] Viro, quod Exc.
[d] Vitam. C. A.
[e] Conuersus à iustitia. Exc. Alijs, vt nostri.
" Deest. Exc.
[f] Pressuræ. Exc.
[g] Temperent. Exc.
[h] Sed. Nam S. Ambrosius in lib. 3. de offic. ita ait: Purũ igitur, &c. Burch. quæ hic media sunt, nõ agnoscit.
[i] Et. C. A. Etiam Exc.
[k] Et sacram. Exc.
[l] Petitura. Exc.
[m] Victori. Vou. M. S.
[n] Seducat. Exc.
[o] Ac si promittere quærat. Burc.
[p] Ius sacramenti, tamen cont. Burc.
[q] Datur. Exc.
[r] Tale. C. A. Exc.
[s] Disputans. Exc.
" Deest. C. A.
[t] Vouer. id, quod sibi ia. Burch.
[v] Deus. Exc.

mutat

mutat sentẽtiam. Vir quoq; sanctissimus Augustinus vestigationis acumine cautus, inueniendi arte præcipuus, afferendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu fœcundus, hæc in suis narrat[a] affatibus. Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non[b] sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut[c] proximis mentimur; illud primum[d] in iocando ideò non est perniciosissimum, quia non fallit: nouit enim ille cui dicitur ioci causa esse dictum: secundum autem ideò[e] mitius est, quia retinet nonnullam beneuolentiam. [f] Ideò ipse: Non auferat (inquit) veritas misericordiam, non misericordia impediat veritatem. Si enim pro veritate, aut quasi rigida veritate, oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia, & veritas obuiauerunt[g] sibi.

Beatus etiam Gregorius Papa, & libris[h] & meritis honorandus, atque in ethicis assertionibus penè cunctis meritò præferendus, sic in libris infert Moralibus: Quia ergo Beemoth iste[i] ita inexplicabilibus nodis ligat, vt plerumq; mens in dubio adducta, vnde se à culpa soluere nititur, inde culpa arctius adstringatur, rectè dicitur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt: argumenta namq; machinationum illius, quo magis laxantur, vt relinquant, eo magis implicantur, vt terreant. Est tamen, quod ad destruendas eius versutias vtiliter fiat. Et cum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur. Quia & qui murorum vndiq; ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus[k] inuenitur. Nostri quoq; seculi Doctor egregius Ecclesiæ Catholicæ nouissimum decus præcedentibus ætate postremus, doctrinę cõparatione non infimus, &, quod maius est, [l] in seculorum fine doctissimus, atq; cum reuerentia nominandus Isidorus, in libro sententiarum secundo, hęc pro tali narrat negotio: Non est conseruandum sacramentũ, quod[m] malè incautè promittitur: velut si quispiam adulterę perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim sacramentum non implere, quàm permanere in stupri flagitio. Similiter in Synonymis: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum; quod incautè vouisti, non facies: impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Hæc de sacris paginis, auctoribusq; præcipuis breuissimè

Psal. 84.

Iob. 40.

Isidorus lib. 2. senten. c. 31. de iuram. scrib. 10 & 12 q. 4. non sibimet

Isidor. lib. 2.

Vide hic Burchar qui hic multa variat.

[a] Affectibus. Burch.
[b] Est. Exc.
[c] Pro misericordia ment. Exc. F. pro proximis ment. Burch. aut cũ promittimus ment.
[d] Iochoandum. C A.
[e] Minos. Exc. mentitus Burch. qui toto hoc loco mutilus est.
[f] Idem. Exc.
[g] Sib. Hinc Papa Gregorius in libris Moralium sic ait: Quum mens inter minora, & max. Burch. à quo cætera desunt.
[h] Et vitæ merit. Exc.
[i] Tam. Exc.
[k] Inuen. Hinc & Isidorus ait: Tolerabili° est enim, &c. Burch.
[l] Iam seculorum finitorum. Exc.
[m] Malum. C.A.

ſimè ſufficiat prælibaſſe. Nam plurima colligerè poterit, qui hæc attentiùs legendo quęſierit. Cæterum quibus hæc nequaquam ſufficiunt, vel hinc ſumant cum rubore ſilentium: quia optat Vas electionis anathema eſſe à Chriſto pro fratribus [a] noſtris, quàm perdurare crudelibus in delictis.

Rom. 9.

[a] Suis. Exc.

III. De præmio Epiſcopalis ordinis tituli.

Tertiæ ratiocinationis alloquio doluimus, contra priorũ mònita Patrum, vota pernicioſiſsima poſterûm. Nam quanto frequentiùs illi noxia vetuerunt, tanto ſtudioſiùs iſti perpetrare vetita non quieſcunt. Sicq; per contrarium, quod penitus occumbere debuit, inſultare non deſinit: & res quæ tot exciſa decretis areſcere potuit, ad vicem [b] Lernæi capitis, vt ferunt fabulę, truncata vireſcit. Denique, quod ſine magno dolore dicendun non eſt, reperiuntur quam plurimi negocio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus ſancti; dum vile præmium donant, vt Pontificalis ordinis ſublime culmẽ accipiant; obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſsideri. Proinde quia & vſitatum eſt [c] tale malum, & maiorum frequenter extat mucrone ſucciſum, nos quoque huic vulneri [d] cancroſo ignitum, quod ſupereſt, adhuc iniȷcimus ferrum; decernentes [e] omnimodo, vt quicunq; deinceps [f] pro percipienda Sacerdotiȷ [g] dignitate quodlibet præmium detectus fuerit obtuliſſe, ex eodem tempore ſe nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atq; à [h] perceptione Chriſti corporis & ſanguinis alienum, ex quo illum conſtat hoc execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. Quòd ſi aliquis extiterit, qui accuſet, ille qui hunc ordinem munerum fuerat acceptione lucratus, & [i] ſuſcepti honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia religetur. Illi vero qui pro hac cauſa munerum acceptores extiterint; ſi Clerici fuerint, honoris amiſsione multentur; ſi verò laici, anathemate perpetuo condemnentur.

Actuum. 8

Decret. Ivo. p. 5. c. 83.

[b] Hydræ cap. C. A.
[c] Tantum. Exc.
[d] Cancroſo. Exc.
[e] Omnino. Exc.
[f] Propter accipiendam. Exc.
[g] Dignitatem. Exc.
[h] Participatione ſuo, & Exc.
[i] Suſcepto. Exc.

IIII. De Epiſcopis pollutis.

Quartæ congreſsionis euentu obuius ſeſe nobis intulit pontificalis culminis lapſus, quem ante flere, quàm diſponere cõpulſi ex ordine ſumus. Nam cum ſecũdum carnis aſſumptæ myſterium

mysterium Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, meritò in membris eius intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum: Ipsi enim de sublimiori celsitudine [a] ordinum regunt, & disponunt subiectas multitudines plebium. Vnde quanto ipsi fiunt sequentium [b] ducatores, tanto meritorum lumine debent [c] esse fulgentes. Quapropter omnes Episcopi, inter cæterarum ornamenta virtutum, nitore carnis debent propensiùs enitere; vt ex hoc, audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeò vt si deinceps Episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitijs, cum quibuslibet fœminis pollui, [d] aut familiari peculiaritate versari, nouerint se irreuocabili sententia Patrum vlcisci, idest, & loci & ordinis sui dignitate priuari.

a Ordinis. Exc.
b Ductores. Exc.
c Præfulgere. Exc.
d Ac. C.A.

V. *De Sacerdotibus ministrisq́; pollutis.*

Quintæ actionis impulsu peruenit ad totius Concilij sacrum auditum, quosdam Sacerdotes, & ministros obliuiscentes maiorum [e] veteribus constitutis, aut vxorum, aut quarumcunq; fœminarum, immunda societate, & execrabili contagione turpari; [f] pessimi cordis obstinatione, tàm sacris literis, quàm Patrum regulis obuiantes; nec leui quidem respiramine [g] memoriæ cōmendantes; quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud Apostolicum: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, idest, fornicationem, & immunditiam, concupiscentiam malam, & auaritiam: quibus quanto est pertinacior [h] vsus in malis, tantò austerioribus conuenit obuiare decretis. Propter quod [i] flagitij dedecus, specialiter hoc à sancto Concilio definitur, vt omnes Episcopi id ipsum in suis quærere solicitè curent; & cum hoc verissimè reperire potuerint, omnes [k] placiti [l] cautione [m] tali [n] distringant, vt nunquam vlteriùs tàm abominanda committant. Mulieres verò, seu liberæ sint, seu ancillæ, [o] ac illis turpitudine sociatæ, ita omnibus modis separentur, [p] & monasterio tradantur, vt vlteriùs ad [q] conscios sui criminis reuertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi verò si omnino coërceri nequiuerint, vsque ad exitum vitæ suæ, monasterijs deputati, [r] pœnitentiæ disciplinis maneant omnino subiecti.

Leuitic. 19. 20.
Coloss. 3.

e Ac veterum constitutorum. Exc.
f Et pessima. Exc.
g Contemplantes quod. Exc.
h Vis. Exc.
i Flagitijs detectis. Exc.
k Placita. Exc.
l Causatione. C.A.
m Taliter. Exc.
n Constringantur. C.A.
o Tam turpiter sociatæ Exc.
p Aut certè vendantur, vt vlter. Exc.
q Consocios. Exc.
r Disciplinis monasticis maneant. Exc.

Si

VI. Si vxores duxerint Subdiaconi, quid obseruandum.

Sextæ discussionis obiectu, quorundam malè sibi consciorũ patuit denotatum elogium. Nam relatum est nobis quosdam Subdiaconos, postquam ad sacri huius ordinis peruenerint gradum, non solùm carnis immunditia sordidari; cum scriptum sit: Mundamini, qui fertis vasa Domini: sed etiam, quod dictu quoque nefas est, nouis vxoribus copulari; asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem à Pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id præcipimus [a] obseruari, vt cum iisdem Subdiacones ordinantur, cum vasis ministerij benedictio eis ab Episcopo detur, (sicut in quibusdam Ecclesijs vetustas tradit antiqua, & sacra dignoscitur consuetudo substare prolata) omni penitus ab illis sorde mulierũ, ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus, vsque ad extremum vitæ, monasterijs religandi.

Esaia. 52.

[a] Obseruare. C. A.

VII. De Clericis, qui ad coniugia moresque seculi redierint.

Septimæ assertionis accessu adijt cœtum nostrum tàm inuerecunda progresio, quàm ignobilis, ac detestanda præsumptio. Quosdam enim, aut euentu necessitatum, aut metu periculorum [b] adeptos fuisse nouimus Ecclesiasticarum officia dignitatum: & quoniam cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse [c] testantur, idcirco " hæc " spernere, atq; ad pristina pertentant coniugia, moresque redire; tàm nequiter cœlestia iura soluentes, quàm promptè secularibus extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos conuenit, quod Episcopalis eminentiæ [d] culmen non immeritò sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris Sacerdotibus exercenda prohibuit; scilicet templorum Dei sacrationem, [e] chrismæ benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tàm [f] diuinaliter ordinata persistunt, quàm excellentisimè conferuntur: quia & tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda seruantur. Quomodò ergo quod in se recipit, à se reijcere poterit, cum hæc à nullo

[b] Ab Episcopis suscepisse non. Exc. alij qui.

[c] Testati sunt. Exc.

" Deest. C. A.

[d] Diuina auctoritas non immeritò sacris omnibus esse summa percẽsuit. Exc.

[e] Chrismatis. C. A.

[f] Diualiter. C. A.

à nullo altero conferri, quam à solis Pontificibus nouit, à quibus nec ligata solui, nec soluta [a] poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo; & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlo. Nequaquam ergo aliquando poterit profanari, quod diuina iussione, simulq; Apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse. Verùm sicut sanctum chrisma collatũ, & altaris honor, euelli non queunt, ita quoque [b] sanctorum decus honorum, quod his compar habetur & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit [c] omnibus modis inconuulsum. Ad extirpandum verò radicitus huius callidæ machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari nouerint in obiectu, quod sacrosancti Baptismatis inappretiabile donum est semper; & sæpè non solùm nolentibus, verumetiam (quod maius est) nescientibus impertitur: sed hoc à nullo penitus profanari permittitur. Quòd [d] si & hîc opponitur, nec dum rationis [e] capaces existere, qui hoc [f] probantur acccipere, [g] hîc omnimodò [h] conticescant; quia si maiores impunè non deserunt, quod paruuli, vel nesciendo, vel nolendo percipiunt, quanto magis non conuenit [i] violare, quod pro mortis, aut pœnarum euadenda pernicie, occulta Dei dispensatione dignoscitur obuenisse. Recedant ergo talium [k] desideriorum impudorati fautores; & licet inuiti perceperint, quod non merebantur habere, libenter tamen, ob cœleste retineant præmium, quod nolendo, [l] per terrenæ consequuti sunt necessitatis euentum: vt [m] tamen inuiti appetant bona diligere, [n] quæ sponte videntur [o] desides impugnare. Quòd si quis post hoc perennis dispositionis edictum, non sinceriter sacris inhæserit cultibus, & abijciens à se gratiam, quam accepit, [p] relabi ad coniugia, moresq; seculi attentauerit, vel eum redire [q] constiterit, mox omni Ecclesiastici ordinis dignitate [r] priuatus, verè, vt apostata à sanctæ Ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur prorsus exclusus; monasterij claustris, donec aduixerit, sub pœnitentia retrudendus.

Matth. 16.

[a] Potuerunt. Exc: aliqui.
[b] Sacrorum. M. S. sacrum. Exc.
[c] Omnimode. Exc.
[d] Et si hic. Exc.
[e] Capacem. Exc.
[f] Probatur. Exc.
[g] Hinc. C. A. Exc.
[h] Cognoscant. Exc.
[i] Violari. Exc.
[k] Des. sine verecũdia impud. Exc.
[l] Propter. Exc.
[m] Tam. Exc.
[n] Quam. Exc.
[o] Desidentes. Exc.
[p] Relabitur. Exc.
[q] Ad hoc const. Exc.
[r] Priuetur & vt ap. Exc.

VIII. Vt nullus ordinetur, qui non perfectè nouerit officia Ecclesiastica.

Octauæ disceptationis [a] affectu reperimus quosdam diuinis officijs mancipatos tanta [b] nesciente socordia plenos, [c] vt nec in illis probentur instructi competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in vsus. Proinde solicitè constituitur, atque decernitur, [d] vt nullus cuiuscunque dignitatis Ecclesiasticæ deinceps [e] percipiat gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum vsualium, & hymnorum, siue baptizandi perfectè [f] nouerit supplementum. Illi verò, qui iam honorum dignitate funguntur, huius tamen ignorantiæ cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem [g] necessaria perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur [h] inuiti. Absurdum siquidem est, eos, qui cæteros simpliciores & laicos habent docere, (quibus & disciplinæ, & vitæ debent esse veluti quoddam speculum) ad alicuius ordinis, vel dignitatis promoueri statum, qui legem Dei ignorant, nec literarum saltem mediocritate sint insigniti. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria tractanda veniat indoctus* lotus aliquis, aut ignorantiæ tenebris cæcutiens: sed solus is accedat, quem morum innocentia, & literarum splendor reddunt illustrem. Aliter ordinaturis, & ordinandis imminet in posterum Dei, & eius Ecclesiæ vindicta.

[a] Affatu. Exc.
[b] Nescientiæ. C.A.
[c] Ita literarũ, & disciplinæ ignaros, vt nec in illis. Exc. quidam.
[d] Nullius Exc.
[e] Percipiant. Exc.
[f] Nouerint. Exc.
[g] Necessariam. Exc.
[h] In quibusdam Exc. hic sequentia subiunguntur.

IX. De his, qui esum carnium in quadraginta diebus percipiunt.

Nonæ intentionis admonitu detecta est ingluuies horrenda voracium, quæ dum fræno parsimoniæ non adstringitur, religioni contraire [i] censetur. Nam dicente Scriptura: Qui spernit minima, paulatim [k] decidet "in maxima", illi [l] tanto edacitatis [m] improbæ sumptu grassantur, vt cœlestia, & penè summa contemnere videantur. Etenim cum Quadragesimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblatione ieiunij [n] Domini consecrantur, quibus etiam saluberrimè

Eccles. 19.

[i] Monstratur. Exc.
[k] Decidit. Exc.
" Desunt C.A.
[l] Tanta. Exc.
[m] Improbitate grass. Exc.
[n] Domino. Exc.

conditio

condicio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur; [a] quatuor elementis formatus, propter transgreſsionem Decalogi quaterdecies conuenienter affligitur, [b] illi auſu temerario hæc omnia [c] contemnentes [d] voracitatis ingluuiem non frænant, & (quod peius eſt) Paſchalia feſta illicitorum eſuum [e] præceptione profanant. " Quibus " ex hoc adeò accerrimè interdicitur, vt quiſquis abſque ineuitabili neceſſitate, atque fragilitatis euidenti languore, ſeu etiam ætatis impoſsibilitate, diebus Quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis Dominicæ, verumetiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat "gulam": quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi verò, quos, aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſsitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quàm à Sacerdote permiſſum [f] accipiant.

Iuo. p. 15. c. 89.

a Et ex quat. Exc. C.A.
b Illis qui. Exc.
c Contemnunt. Exc.
d Nec vorac. ingl. frænant. Exc.
e Perceptione. Exc.
" Deeſt Exc.
" Deeſt Iuon.
f Percipiant.

X. *De Rectorum reuerentia, apud Synodale decretum.*

Decimæ [g] conloquutionis aſſenſu moleſtis actibus, quos ſagax indagatio pietati obuiare detexit, & non tam benè regendi licentia, quàm ſe manſuetudo impugnaſſe probauit, ſatis (vt opinamur) & lege glorioſi Principis, & decreto ſanctæ Synodi huius contradictum eſſe conſpeximus. Ita enim ſanctus Spiritus per vtraſque definitiones mortalium corda perflauit, vt vitali flatu verborum in poſterum omnem exureret malè concupiſcentium rabiem animorum. Actum namque eſt in definitionibus ipſis, vt quia pietatis diuinæ incomprehenſibilis " & ignota " natura, ſe ſe conditioni mortalium in [h] vnione perſonæ coniunxit myſterio redemptionis humanæ, nos quoque [i] à membris capitis huius, & perfidiæ malum, & concupiſcentiam, quæ radix malorum eſt omnium, & auaritiam, quæ inuenitur ſeruitus Idolorum, pari ſimul igne, ac mucrone, totoque artificio radicitus euellamus, ac deſecemus. Ab hinc ergo, & deinceps, ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores,

g collocutionis. Exc.
" Deſunt Exc.
h Vnitate. Exc.
i Membra cap. Exc.

1. Tim. 6. Epheſ. 5.

rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco, vbi Princeps decesserit, cum Pontificum, maiorumq; palatij omnimodo eligantur assensu; non [a] forinsecus, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditioso tumultu. Erunt catholicæ fidei assertores, eamq; , & ab hac, quæ imminet Iudæorum perfidia, & à cunctarum hæresum iniuria defendentes: erunt actibus, [b] iudicijs, & vita modesti: erunt in prouisionibus rerum tam [c] parci ampliùs quàm extenti, vt nulla vi, aut factione scripturarum, vel definitionum qualiumcunq;, contractus à subditis, vel exigant, vel exigendos intendant: erunt in conquisitis [d] oblationibus gratissimè rebus, non prospectantes proprij iura commodi, sed consulentes patriæ, atque genti. De rebus congregatis ab eis, [e] illas tantùm sibi vendicent partes, quas dictauerit auctoritas Principalis. [f] Verùm quæcunq; inordinata reliquerint [g] hæreditabunt gloriam successores.[h] Propria eorum, & ante regnum iustissimè conquisita, aut filij, aut hæredes capiant iure proximitatis. De affinium successione, vel munere, quamuis inordinata relicta, [i] "aut" primo tantum filijs, aut hæredibus sequenter proficiant, vel propinquis. Atq; ita in eorum cunctis actibus, moribus, atque rebus præfatæ legis erit auctoritas valitura, vt [k] ea perenniter maneat inconuulsa. Et non priùs apicē regni quisquam [l] perceperit, quàm se illa per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat. Cui etiam legi, vel decreto [m] Episcopali, nō solùm in futuro, sed etiam in præsenti reuerentiam apponentes, decernimus, vt quicunq; detractor, & non potiùs venerator decreti eiusdem, atque legis esse maluerit, siue religiosus ille, siue sit laicus, non solùm Ecclesiastica excommunicatione plectatur, verùm, & sui ordinis dignitate priuetur.

[a] Cetu aut. Exc.
[b] Indices. Exc. antiqui.
[c] Parci plusquàm extenti. Exc.
[d] Obligationis gratissimæ reb⁹. Exc.
[e] Ille. C.A.
[f] Rerum. C.A.
[g] Hæreditabūt successores proprij eorum. Exc.
[h] Proprij. C. A.
"" Deest. C.A:
[i] Sint, aut. Exc.
[k] Et. C.A. Exc.
[l] Percipiat. Exc.
[m] Episcopalem. Exc.

XI. *De profanatoribus decretorum Patrum.*

Vndecimæ occasionis articulo decretorum vniuersalium perenne dedimus firmamentum, scientes, quòd multimoda semper Deus oppositione iudiciorum [n] ærumnam releuet oppressorum: & sicut malis exigentibus hominum permittit exerceri pœnas vltionem, ita cùm voluerit grauedines releuat pressurarum. Hinc & decreta præcedentium Patrum, ad cōtentionis iurgium radicitus euellendum,

[n] ærumnas releuat. Exc.

ritè

ritè Synodalem fieri censuere conuentum; vt illic de diuersitate iudiciorum [a] protensæ lites habeant terminum, vbi Spiritus sanctus vniuersalem coadunauerit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu sancto succensi; ne [b] quilibet in posterum, aut impunè valeant [c] cômoueri, aut generalia statuta [d] conuellere; plena decernimus vnanimitate connexi, vt quæcunque pro fidei causis, Ecclesiasticisq; negocijs, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut futuris etiam in decretis [e] vel sint, vel fuerint definitiones conscriptæ [f] vniuersali auctoritate, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea [g] euertere præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens, aut susurrans, vel certè lacerator, aut inuidus, [h] aut non potius eorundem fautor extiterit [i] gratiosus, & honoris sui, & cômunionis [k] sanctæ lugeat amissione multatus. Cùm verò quælibet sancta Synodus agitur, aut pacificè inter [l] Pontifices quippiam definitur; si pauciores per nescientiam, vel contentionem fortè dissentiant; aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, [m] & excommunicationis annuæ sententiam luant.

a Præterita. Exc.
b Qualibet. Exc.
c Committi Exc.
d Conuelli. Exc.
e Quæ sint, vel fue. C. A.
f Vniuersalis auctoritatis. C. A.
g Reuerberare. C. A.
h Ac. Exc.
i Gratia, & honore sui. Exc.
k Sacræ. Exc.
l Episcopos. C. A.
m Aut. Exc.

XII. De his, qui spernunt hæc sancita.

[n] Duodecima, quæ est finalis & vltima sacratissimi Principis obsecratione pijssima, pro Iudæorum abominabili, ac nefanda perfidia, execranda nostro cœtui perpatuit causa: quam idcircò in fine sententiarum censuimus esse ponendam, quoniam eamdem gentem delicti sui merito retroductam, per diuinæ sanctionis oracula à capite [o] positam deflemus [p] in caudâ. Sed quia Christus, vt pro nobis, ita quoq; pro illis est mortuus, iuxta quod ipse ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israël; necessarium duximus summam pro eis impendere curam, pro quibus suam Christus ponere non dedignatus est animâ. Ideoq; Principali clementia deuotissimè [q] præfauentes, quæ ob hoc sui regni apicem à [r] Domino solidari præoptat, si catholicæ fidei pereûtium turmas adquirat ([s] indignum orthodoxæ fidei Principem sacrilegis [t] imperare, fideliumq; plebem infidelium societate polluere) nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam vt decreta Concilij Toletani, quod diuæ memoriæ Sisenandi

n Duodecimæ quæstionis propositione, quæ est. Exc.
o Sepositam C. A.
p Nunc esse in cauda. Exc.
q Approbante. Exc.
r Deo. Exc.
s Indig. reputans. Exc.
t Imperar & infidelium societate pollui. Exc.

Matth. 15.

Conc. Tol. 4. cap. 56. 57. 58. 59. 61. & 62.

Regis aggregatum est tempore, à nobis, ac posteris omnimoda suppleantur intentione,[a] Quisquis autem ab eiusdem Synodi voluerit sententia dissentire, vt verè sacrilegum se nouerit condemnari.

XIII. De gloria Trinitatis, & Principis.

Diuinæ Trinitatis inseparabile nomẽ, sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatuũ primordia[b] lineauit; ita consummatione sublimi[c] eadẽ iam perficiendo[d] concludit: vt in illo sit nostrum explicuisse, à quo nobis adfuit inchoare. Damus ergo gloriam, & honorem eidem sanctæ, atq;[e] indiuisibili Trinitati, quæ nobis[f] ex se dicere cõtulit, & in se dicta compleuit; quæ reformauit "in" extremitate seculorum remedia pietatum, & resoluit ligamina[g] vinculorum. Sit gratiarum actio, salus, & benedictio exercituum Domino super[h] serenissimum Reccesuinthum, Principẽ gloriosum. Gratiarum actio, & reuerẽtiæ plenitudo, à nobis omnibus in commune, ipsi clementissimo Principi bonorum gratifico largitori; cuius votorum instãtia benigna Deus attulit complementa; cuius[i] dispositione pijssima pressurarũ remouit exitia; cuius temporibus[k] conferat vigere iustitiam, & exuberare misericordiam opulentam; cui post præsentis æui tempora, diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronã. Nos autem omnes hanc decretorum seriem ex[l] rectæ, vel pietatis, ac iustitiæ fonte manantem, coram Deo, & sanctis Angelis eius, orthodoxis omnibus, & nunc, & in[m] futurum impensissimè commẽdamus; obsecrantes enixius, vt hanc, & reuerenter adimpleant, & ab æmulis benignè defendant. [n]Contẽnentibus eam diuinæ seueritatis vltio pauenda[o] proueniat, obseruãtibus autem misericordia profluens, pax perpetua, & gloria sempiterna contingat. Huius quoq; sententiæ fortitudine vel[p] valore, decreti nostri seriem, quam in serenissimi domini nostri Reccesuinthi Regis[q] edimus nomine, pro rebus à diuæ memoriæ patre suo quolibet titulo conquisitis, decernimus omninò constare. Legem deniq;, quam pro coërcenda Principum horrenda cupiditate, idem clementissimus edidit Princeps, simili robore firmamus, atq;, vt "in" futuris retro temporibus, modis omnibus obseruetur, pari sententia definimus. Quæ etiam ne taciturnitate temporum, vel obliuiosa vetustate[r] depereant, huic nostræ

[a] Qui. Exc.
[b] Illuminauit. Exc.
[c] Eandem. Exc.
[d] Concludat. Exc.
[e] Inuisibili. Exc. aliqui.
[f] Et hæc dic Exc. Aliàs, & ex se dic,
" Deest. Exc.
[g] Vinc. collationibus gratiarum. Salus, & C. A.
[h] Serenissimo Reccesuintho Principe glorioso. Exc.
[i] Dispositio. Exc.
[k] Confert iustitia vigorem, & exuberare misericordiã opulentam. Cui Dominus post. Exc aliqui.
[l] Rect. fidei. Exc.
[m] Futuro. Exc.
[n] Et contẽnent. C. A.
[o] Proueniat. Exc.
[p] Vigore. Exc.
[q] Edidimus. Exc.
" Deest. Exc.
[r] Deferantur Exc. Aliàs, ve nostri.

noſtræ conſtitutioni vtraq; decernimus inneƈtēda;[a] ita cunƈtorum memoriæ commendanda, vt à cunƈtis regulis ſuperius ordinatis [b] nuſquam maneant ſegregata. Cætera quoq; decretorum noſtrorum iudicia, quæ ab [c] hac Synodo noſcuntur eſſe cōfeƈta, ſi quis conuellere forſitan decreuerit, aut [d] temerè implere neglexerit, vel infringere quandoq; voluerit, per iudicium omnipotentis Dei anathema ſit. Soli autē Deo noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Interfuerunt huic ſanƈto Concilio [e] Pontifices numero [f] quinquaginta duo, id eſt:

1 ORontius, Emeritenſis Metropolitanus Epiſcopus.
2 Antonius, Spalenſis Metropolitanus Epiſcopus.
3 Eugenius, Regiæ vrbis Metropolitanus Epiſcopus.
4 [g] Potamius, Bracarenſis Metropolitanus Epiſcopus.
5 Gabinus Calagurritanus Epiſcopus.
6 Epartius Italicenſis Epiſcopus.
7 Anſericus Segobienſis Epiſcopus.
8 Dunila Malacitanus Epiſcopus.
9 [h] Talo Gerundenſis Epiſcopus.
10 Stephanus Aſtigitanus Epiſcopus.
11 Tagontius Valerienſis Epiſcopus.
12 [i] Donumdei Impuritanus Epiſcopus.
13 Vbinibal Ilicitanus Epiſcopus.
14 Ioannes Caurienſis Epiſcopus.
15 Floridius [k] Segobrienſis Epiſcopus.
16 Marcus [l] Caſtellonenſis Epiſcopus.
17 Georgius [m] Agathenſis Epiſcopus.
18 Vincentius Tuccitanus Epiſcopus.
19 Selua [n] Egitanienſis Epiſcopus.
20 Vbidericus [o] Segontinus Epiſcopus.
21 Candidatus Aſturicenſis Epiſcopus.
22 [p] Dauila Complutenſis Epiſcopus.
23 Egeredus Salmanticenſis Epiſcopus.
24 Athanaſius [q] Setabitanus Epiſcopus.
25 [r] Guericus Auſonenſis Epiſcopus.
26 Mauricius Oretanus Epiſcopus.
27 Abientius Elborenſis Epiſcopus.
28 Filimirus Lamicenſis Epiſcopus.

[a] Et ita. Exc.
[b] Nequaquam. Exc. Aliàs, nuſquam.
[c] Hac ſanƈta. Exc.
[d] Temerarier. C. A.
[e] Qui & ſubſcripſerunt.
[f] Quinquaginta quinque, ſcilicet. Exc.
[g] Exc. Potamius Calagurritanus Epiſcopus. Et in ſequēti ſubſ. Potamius Bracarenſ. Metropolitanus Epiſcopus.
[h] Aliàs, Taio. C. A. Toila. Exc.
[i] Donus Imopyrenæus Epiſcopus. Exc.
[k] Segobricenſ. Exc.
[l] Caſtulonenſ. Exc.
[m] Egitanenſ. C. A.
[n] Egabrenſ. Exc.
[o] Segontienſ. Exc.
[p] Dalila. Exc.
[q] Setabienſ. Exc.
[r] Gubericus. C. A.

29 Seruandus [a] Eliplensis Episcopus.
30 Siluester Carcassonensis Episcopus.
31 [b] Ala Eliberitanus Episcopus.
32 [c] Vnadila Visensis Episcopus.
33 [d] Amanurus Abilensis Episcopus.
34 [f] Afrila Dertosanus Episcopus.
35 Adeodatus Pacensis Episcopus.
36 [g] Bacanda [h] Egabrensis Episcopus.
37 Felix [i] Valentinus Episcopus.
38 [k] Euforus Cordubensis Episcopus.
39 Froila Mentesanus Episcopus.
40 Giberius Bigastrensis Episcopus.
41 Maurellus [l] Vrgilitanus Episcopus.
42 Hermenfredus [m] Lucensis Episcopus.
43 [n] Ascarius Palentinus Episcopus.
44 Celedonius Calabriensis Episcopus.
45 Litorius Aucensis Episcopus.
46 Iulianus [o] Auccitanus Episcopus.
47 [p] Sona Auriensis Episcopus.
48 [q] Seruodeus [r] Bastitanus Episcopus.
49 Sisebertus [s] Coimbrensis Episcopus.
50 [t] Taio Cæsaraugustanus Episcopus.
51 Eusebius Oscensis Episcopus.
52 [v] Balduigius [x] Arcauicensis Episcopus.

a Ilipensis.Exc.
b Aia.Exc.
c Vbadila.C.A.Exc.
d Amanungus.C.A. Exc.
e Elnensis.Exc.
f Aprila.C.A.
g Baucada.C.A. Exc.
h Agabrensis.Exc.
i Valentinensis.Exc.
k Phosphorus.C.A. Exc.
l Vrgelensis.Exc.
m Icensis.C.A.
n Ascaricus.Exc.
o Accitan.Exc.
p Sontanus.Exc.
q Seruusdei.Exc.
r Bastianus.Exc.
s Conimbricensis. Exc.
t Taia.C.A.
v Valduigius. C. A.
x Arcobricensis.Exc.

Item Abbates.

1 Fugitiuus [y] Abbas [z] subscripsi.
Anatolius Abbas subscripsi.
2 Eusicius Abbas subscripsi.
3 Ildefonsus Abbas subscripsi.
4 Simpronius Abbas subscripsi.
5 Eumerius Abbas subscripsi.
6 Quiriacus Abbas subscripsi.
7 Morarius Abbas.
8 Ioannes Abbas.
9 Secundinus Abbas.
10 Marcellinus Archipresbyter Toleta-
11 nus subscripsi.
12 [z] Silicolus Primicerius subscripsi.

y Abba est semper in.C.A.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
Deest Exc.
z Siriculus.C.A.
Deest Exc.

Item

Item[a] Vicarij Episcoporum.

1 [b] OSdulfus, [c] Auianchimari Episcopi Ecclesiæ Dumiensis, subscripsi.
2 Seruandus, Archipresbyter Vincentij Episcopi Ecclesiæ [d] Agarensis, subscripsi.
3 Godescalcus, Presbyter [e] Egilanis Episcopi Ecclesiæ [f] Oxomensis, subscripsi.
4 [g] Matericus, Presbyter [h] Sonani Episcopi Ecclesiæ [i] Britaniensis, subscripsi.
5 Victorinus, Presbyter Beati Episcopi Ecclesiæ Tudensis, subscripsi.
6 [k] Suttericus, Diaconus Gaudiolani Episcopi Ecclesiæ Ilerdensis, subscripsi.
7 [l] Conantius, Diaconus [m] Mareli Episcopi Ecclesiæ Dianensis, subscripsi.
8 Daniel, Diaconus Marcelli Episcopi Ecclesię Vrcitanæ, subscripsi.
9 Sindigis, Diaconus Vincibilis Episcopi Ecclesiæ Iriensis, subscripsi.
10 Sagarellus, Diaconus Saturnini Episcopi Ecclesiæ Osonobensis, subscripsi.

[n] Item ex viris Illustribus officij Palatini.

1 [o] HOdoacrus, Comes Cubiculariorum, & Dux.
2 [p] Ofilo, Comes Cubiculariorum, & Dux.
3 Adulphus, Comes Scantiarum, & Dux.
4 [q] Dabilo, Comes, & Procer.
5 [r] Astalaus, Comes.
6 Atanephus, Comes, & Dux.
7 Ella, Comes, & Dux.
8 Paulus, Comes Notariorum.
9 [s] Tuancius, Comes Scantiarum.
10 Euredus, Comes, & Procer.
11 [t] Ricilla, Comes Patrimoniorum.
12 Afrila, Comes Scantiarum.
13 [v] Vbenedarius, Comes Scantiarũ, & Dux.
14 Fandila, Comes Scantiarum, & Dux.
15 [x] Cunefridus, Comes [y] Spathariorum.
16 Frolla, Comes, & Procer. [z]

a Vicaria. C.A.
b Odulgus, Abbas Riachimarij Episcopi Exc. Absalus Archipresbyter, subscripsi.
c Auiachimare. C.A.
d Egaras. C.A. Gerabricens. Exc. Alias vt nostri.
e Egilæ. Exc.
f Oxobiens. Exc.
g Mattericus. Exc.
h Somnanus. Exc.
i Britolens. Exc.
K Guitericus, Diaconus. Exc.
l Tonantius, Diac. Gauduleni Episcopi Ecclesię Ilerdens. Exc.
m Maurelij Dianen. Ecclesię Episcopi. Exc.
n Viri Illustres officij P. Exc.
o Hodoagrus. C. A. Odoacer. Exc.
p Ofilo. Exc.
q Babilo. C.A.
r Ataculfus. C.A.
s Euantius. Exc.
t Riquira. C.A. Rucchila. Exc.
v Benedarius. Exc.
x Cunefredus. Exc.
y Sacrariorum. Exc.
z In. C. A. est amplius, Procira Comes Patrimoniorum.

DE-

DECRETVM IN DIE SECVNDA vniuersalis Concilij editum in nomine Principis.

Defunt A.C. pro quibus est: iudicij vniuersalis.

SOliditatem reddidisse fracturæ, atque fecisse consurgere, quod extiterat [a] collisum, & incrementum est [b] vsitatæ mercedis & plenitudo consumatæ perfectionis. Ponderi etenim collidentis ruinæ, si æqualium proximorum [c] curam cõuenit obuiare, quanto grandioris culpæ erit Prælatos incuriæ discrimen incurrere, si non quo valent [d] excomunicationis [e] onere commissos procurent populos subleuare. Properandum ergo est inter ruinas collisionum, cateruas eripere collisorum: vt ex hoc iugiter & vltra, nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, & omnis compressus nouerit sanctionis esse [f] sacra sibi collata remedia. Cum decursis ergo têporibus duræ damnationis sese potestas grauis attolleret, & in subiectis populis [g] imperium dominantis non formaret iura regiminis, sed excidia vltionis; aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed deijci ex grauedine potestatis. [h] Contraxerant enim leges elata fastigia in bifronti dissidio motionis: & aut in culpis lex ardua sæuiebat, aut in spolijs fauorem lex [i] voluntariè commodabat. Inde mœstos animos non spes fouebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Inde iam in reparationis occursu, non tantùm nos abire ratio sola cogit, verum & ipsa [k] commotio rerum impellit: vt ex omnium animorum deliberatione concordi illa [l] maneat sententia dicti, quæ & finem ausibus rite ponat illicitis, & consultum saluandis iure ferat populis. Quosdam namq; conspeximus Reges, post quam fuerint regni gloriam assequentes, extenuatis viribus populorum, rei propriæ congerere lucrum: & obliti [m] quòd regere sunt vocati, defensionem in vastationem conuertunt, qui vastationem defensione pellere debuerunt. Illud grauius innectentes, quòd ea, quæ videntur acquirere, non regni deputant honori, nec gloriæ, sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decernant hæc in liberorum posteritatem transmitti. Quam itaq; ob rem in proprietatis illa conantur redigere [n] sinum, quæ pro solo constat illos Imperiali percepisse fastigio, [o] aut pro libito, in iuris proprij collocant

[a] Concidisse. C. A.
[b] Vsuatæ. C. A.
[c] Cura in alio M. C.
[d] Excommunionis. Exc.
[e] Honore. C.A.
[f] Sanctæ. C.A.
[„] Deest C.A.
[g] Impiorum dominatus. Exc.
[h] Contraxerunt enim Reges. Exc.
[i] Voluntaria. Exc.
[k] Cõmonitio. Exc.
[l] Emanet. C.A.
[m] Quod Reges sint vocat. C.A.
[n] Sinu. C.A.
[o] Vt quodlibet C.A.

collocant antro, quod publicæ vtilitatis adquisitum esse constat obtentu. Nam nunquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere census, nisi extitissent gloriæ sublimati culminibus? aut ab æqualibus illi [a] potuerant rerum coaceruatione ditari, nisi [b] subiectis glorioso apice potuissent attolli? Omnia tamen certè totius plebis membra subiecta, dum ad principale caput releuant attentum debitæ [c] visionis [d] obtutum, ab illo negociorum prospectant remedium, cui modò gratum, modò debitum irrogant censum. Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi conuincit, ex quo [e] se regere cuncta cognoscit; & inde conquisita, non alteri, quàm sibi iustè defendit; vnde non personæ, sed potentiæ suæ hæc debere non ambigit. [f] Regem etenim iura faciunt non persona: quia nec constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Quæ ergo honori debentur, honori deseruiant; & quæ reges accumulant, regno relinquant: vt quia eos gloria regni decorat, ipsi quoque gloriam regni non extenuent, sed exornent. Habeant deinceps iure conditi reges in regendo corda solicita, in operando facta modesta, in decernendo iudicia iusta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in conseruando vota sincera: vt tanto gloriam regni cum felicitate retentent, quanto iura regiminis mansuetudine conseruauerint, & æquitate direxerint promissæ præmium [g] dilectionis. Nenon prodisse putetur ex fomite rationis, [h] reuelare conuenit [i] euidentissimam speciem operis: vt ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis, ex quo [k] se per semetipsam reseruauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis nostræ mediocribus, maioribusque personis, multos hactenus corruisse reperimus, & deflemus, vt eorum agnitis ruinis, non aliud possimus, quàm diuinæ iudicia considerare [l] permissionis. Quorum quidem domorum spolia, & potentiarum diuitias simul, & prædia ita conspicimus prorsus exinanita, vt nec fisci vsibus commoda, nec Palatinis officijs reperiantur in remedium salutare collata. Cuius rei ex vtroque concurrente defectu, dum & adiudicatos sententia iudiciorum elisit, & in eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus [m] nemo surrexit penè, non res ista disciplinam in ordine, sed defectum posuisse pensatur in gente: illo maiori salutis dispendio cumulato, quod tàm hæc, quæ [n] de iudicatis vigor iudiciorum abstra-

[a] Potuerint. Exc.
[b] Per subiectos. Exc.
[c] Iussionis. Exc.
[d] Obtutu. Exc.
[e] Se Regem recognoscit. Exc.
[f] Reg. terrenum. Exc.
[g] Dictionis. Exc. Dictionis. C. A.
[h] Releuare C. A
[i] Euidentissima specie. Exc.
[k] Semper semetipsam. C. A.
[l] Promissionis. Alius. M. C.
[m] Nemo penè non tenuisse disciplinam. Exc.
[n] A. Exc.

abſtraxerat, quàm illa, quæ qualiſcunque prouentus ordine profligationis [a] congeſſerat, tota proprietatis Principum amplitudo in ſinum ſuæ receptionis incluſerat: ſicq; ſolo Principali ventre ſuppleto, cuncta totius gentis membra vacuata langueſcerent ex defectu. Vnde [b] eueniet, vt nec ſubſidium mediocres, nec dignitatem valeant obtinere maiores: quia dum ſolius poteſtatis vigor maxima occupauit totius plebis ſtatus, nec minima [c] iure defendit. Adeò cum omni palatino officio, ſimulque cum maiorum, minorumque conuentu, nos omnes tam Pontifices, quàm etiam Sacerdotes, & vniuerſi ſacris ordinibus famulantes, concordi definitione decernimus, & optamus, vt omnis conquiſitionis profligatio, in omnium rerum viuentium, "ac non viuentium"; immobilium quoque, & moueri valentium corpore, vel ſpecie, forma, vel genere, quæ à glorioſæ memoriæ Cindaſuintho Rege, à die, quo in regnum dignoſcitur conſcendiſſe, [d] repertus quolibet modo extiterit "augmentaſſe", omnia in ſereniſsimi, atque clementiſſimi noſtri Recceſuinthi Principis perenni tranſeant poteſtate; & perpetuò deputentur in iure non habenda parentali ſucceſsione, ſed poſsidenda regali congreſsione; ita vt iuſtè ſibi debita quiſque percipiat, & de reliquis ad remedia ſubiectorum, quæcunque elegerit Principis voluntas, exerceat: illis tantummodo exceptis, quæ memoratus diuæ memoriæ Cindaſuinthus Princeps ante regnum, aut ex proprijs, aut ex iuſtiſsimè conquiſitis viſus eſt habuiſſe: in quibus cunctis filijs eius, vnà cum glorioſo [e] domino noſtro Recceſuintho Rege [f] maneat & diuiſio libera, & poſſeſsio pace pleniſsima. Sed & illæ res, quas prædictus Princeps de iuſtis prouentibus filijs ſuis, vel quibuslibet iuſtiſsimè viſus eſt contuliſſe, vel reliquiſſe, omnes in eorum iure maneant inconuulſæ: illa negocij huius veritate ſeruata, vt quia grata voluntas glorioſi [g] domini noſtri Recceſuinthi Regis reddere decernit vnicuiq; iuſtiſsimè debita, nemo inuaſionis calumniam moueat, aut damna requirat, [h] propter quod glorioſæ memoriæ genitorem eius quædam indebitè [i] abſtuliſſe conſtiterat.

[a] Contriuerat. Exc.
[b] Euenit. Exc.
[c] Iura. Exc.
" Deſunt in Exc.
[d] Reperta in Exc.
" Deeſt in Exc.
[e] Domno. C.A.
[f] Promaneat. C.A.
[g] Domni. C.A.
[h] Præter quæ. Exc.
[i] Habuiſſe. Exc.

LEX

LEX EDITA IN EODEM Concilio à Reccesuintho Principe glorioso.

Habetur in Foro iudicũ lib. 1. tit. 1. lege. 6.

IN NOMINE Domini Flauius Reccesuinthus Rex. Eminentiæ celsitudo terrenæ tunc salubriùs sublimia probatur appetere, cum saluti proximorum pia cernitur compaſsione prodesse. Vnde solet contingere, vt plus commodi de aliena salute conquirat, quàm de propria vtilitate quisque percipiat. In multis enim,[a] quia multorum salus attenditur, maioris lucri summa[b] percipitur; in se autem, quia priuati commodi fructus appetitur, non[c] satis est, si vnius beneficij præmia conquirantur. Hinc & illa regendarum tantumdem salus est plebium, quæ non suos fines priuata voluntate concludit, sed quæ vniuersitatis limites communi[d] prosperitatis lege defendit. Quapropter, ne salutis ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri, quam[e] factis, de sublimitatis obtentu declinamus ad vota supplicum tranquillæ[f] iusſionis[g] aspectum: vt inde salutaris compaſsio habeat commodum,[h] vnde turmæ plebium adeptæ fuerint supplicationis effectum. Cum igitur præcedentium serie temporum immoderatior auiditas Principum sese prona diffunderet in spolijs populorum,[i] & augeret eis, rei propriæ censum ærumna flebilis subiectorum; tandem supernæ[k] respectionis afflatu nobis est diuinitus inspiratum; vt quia subiectis leges reuerentiæ dederamus, Principum quoque[l] excessus retinaculum temperantiæ poneremus. Proinde sincera mansuetudinis[m] deliberatione, tam nobis, quàm cunctis nostræ gloriæ successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus, decretumque diualis obseruantiæ promulgamus, vt nullus Regum impulsionis suæ quibuscunque motibus aut factionibus, scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis, ità extorqueat, vel extorquendas instituat, quatenus iniustè ac[n] nolenter, debitarum sibi quisque[o] priuari poſsit dominio rerum. Quod si alicuius gratiſsima voluntate, quidpiam de rebus à quocunque perceperit, vel pro euidenti præstatione, lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis, ac præstiti conditio adnotetur,[p] per quam à nolente fuisse scripturam exactam,

a Cùm. C. A.
b Perficitur. Exc.
c Salutis. C. A.
d Pietatis. Exc.
e Pactis. Exc.
f Viſionis C. A. & Forum iudi.
g Aspectu C. A.
h Vnde plebes adep. Exc.
i Vt aug. For. iud.
k Respirationis afflatu For. iud.
l Exceſsibus. Exc.
m Mansnostra. For. iud.
n Violenter indebitorum. Exc.
o Probare. Exc.
p Per quam, aut impreſsio Principis, aut cõferẽtis fraus euidentiſsimè detegatur. Etsi patuerit à nolente. Exc. & For. iud.

aut resipiscat improbitas Principis, [a] & euacuet, quod malè contraxit; aut certè post eius mortem ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad hæredes eius res ipsæ, sine cunctatione debeant [b] reuocari. Illæ autem res, quæ [c] seclusa omni compressionis [d] argumentatione directo modo transierunt in Principis potestatem, in eius perenniter iure perdurent: & quidquid ex rebus ipsis idem Princeps ordinare voluerit, suæ potestatis arbitrio subiacebit. Verùm vt omne huius negocium actionis roboret sinceritas veritatis: cum quarum cunque rerum scripturæ [e] in Principis nomine extiterint factæ, mox testes, qui in eadem scriptura subscriptores accesserint, ab his, quos elegerit Princeps diligẽtissimè perquirantur, si non aliquod indicium, aut de impressione Principis, aut de fraude scripturam facientis, modo quocunque cognouerint. [f] Ac sic aut ritè facta series scripturæ permaneat, aut irritè confecta [g] vanescat. Similis quoque [h] ordo de terris, vineis, atque [i] familijs obseruetur, si sine scripturæ textu, tantummodò coram testibus quælibet facta fuerit definitio. De rebus autẽ omnibus à tempore [k] Suinthilani Regis hucusque à Principibus adquisitis, aut deinceps (si prouenerit) adquirendis, quæcunque forsitan Princeps inordinata, siue reliquit, seu reliquerit; quoniam pro regni apice probantur adquisita fuisse, ad successorem tantumdem regni decernimus pertinere; ita habita potestate, vt quidquid ex his elegerit facere, liberum habeat velle. In illis autẽ rebus, quæ ipsi, aut de bonis parentum, aut de quorumcunque prouenerint successionibus proximorum, ita eidẽ Principi, eiusq; filijs (aut si filij defuerint) hæredibus quoque legitimis hæreditatis [l] iura patebunt, sicut etiam cæteris lege, vel [m] successione patere noscuntur. Quod si aliquid ex rebus quorumcunque parentum aut proximorum, non solum successione, sed etiam qualibet collatione, aut [n] quocunque contractu ad ius ipsius peruenisse patuerit; si contingat hæc inordinata relinqui, non ad successorem regni, sed ad filios, vel hæredes eius, qui conquisiuit specialiter omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam & de illis rebus, quę idem Princeps ante regnum, aut ex proprio, aut ex iustissimè [o] conquisito dignoscitur habuisse, irreuocabili ordine, aut faciendi quod voluerit [p] potestatem habebit, aut certè filijs eius successio plena patebit. Quòd si filij defuerint, legitimis hæredibus ex his,

[a] Vt. Exc.
[b] Renouari. Exc.
[c] Remota omn. reprehensionis. Exc.
[d] Augmentatione. A.C.
[e] Etiam Princ. Exc.
[f] Vt. Exc.
[g] Euanescat. For. iud.
[h] Sententia de terr. Exc.
[i] Famulis. Exc.
[k] Chintilani For. iud.
[l] Iure. Exc.
[m] Succes. paterna patuisse nosc. Exc.
[n] Quolibet For. iud.
[o] Conquisitu For. iud.
[p] Potestas manebit. Exc.

his, quæ inordinata reliquerit, hæreditatem adire licebit. Huius ſanè legis ſententia in ſolis erit [a] Principum negocijs obſeruanda, atque ita perpetim valitura, vt non ante quiſpiam ſolium regale conſcendat, quam iuramenti fœdere hanc legem ſe in omnibus implere promittat. Quæcunq; verò, aut per tumultuoſas plebes, aut per abſconſa dignitati publicæ machinamenta, adeptum eſſe conſtiterit regni faſtigia, mox idem cum omnibus tam nefariè ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & Chriſtianorum communionem amittat; tam diræ percuſsionis vltione colliſus, vt omnis diuini ordinis cultor, qui illi communicare præſumpſerit, ſimili cum ipſo damnatione diſpereat, & pœna tabeſcat. Nam & ſi quis legis huius ſeriem ex officio Palatino maleuolè detrahendo lacerare voluerit, aut euacuandam quandoque vel ſilenter muſsitans, vel apertè reſultans, proloqui detectus extiterit, cunctis Palatinæ dignitatis & conſortijs, & officijs mox nudatus, omnium rerum ſuarum dimidiam partem amittat, & in deputato ſibi loco redactus, à totius Palatij maneat ſocietate recluſus. Religioſus etiam, qui ſe in eadem culpa deuoluerit, ſimili rerum proprietatis ſuæ diſpendio ſubiacebit.

[a] Regum alius M.S.

De ſubſcriptionibus.

SVbſcribunt Epiſcopi multi, qui in ſeptimo Toletano, ſed plures de nouo promoti. Nam cum ſeptimum congregatum fuiſſet Era 664. Octauum poſt viginti & ſeptem annos, Era 691. in hoc temporis ſpatio multi Epiſcopi (vt eſt labilis humana conditio) ex illis, qui ſeptimo interfuerunt, extremum diem obierant, & alij ſuffecti huic octauo interfuerunt. Qui in ſeptimo & alijs ſubſcribunt, ſunt Antonius Hiſpalenſis, Anſericus Segobienſis, in quinto, ſexto, & ſeptimo. Candidatus Aſturicenſis, Dauila Malacitanus, Donumdei Impuritanus, Eugenius Toletanus, in. 5. 6. & 7. Epartius Italicenſis, in ſexto & ſeptimo. Egeridus Salmanticenſis, Ioannes Caurienſis, Marcus Caſtelonenſis, Orontius Emeritenſis, Stephanus Aſtigitanus; Sonanus, qui & Sona, Britanienſis; Vbinibal Elicitanus, Vbidericus Segontinus, Gabinus Calagurritanus in quarto. Qui verò alijs ſuffecti ſubſcribunt denuo, ſunt Athanaſius Setabitanus, qui ſucceſsit Orontio, in quinto. Abientius Elborenſis, qui ſucceſsit Siſiſclo, in ſeptimo. Aſtila

Dertoſanus, Ioanni, in ſexto. Adeodatus Pacenſis, Theuderedo, in 7. Aſcarius Palentinus, Conantio, in. 6. Ariachimarus Dumienſis, Reſimundo, in. 7. Bacauda Egabrenſis, Deodato, in. 7. Balduigius Arcauicenſis, qui ſucceſsit Carterio, in. 4. Beatus Tudenſis, Anaſtaſio, in. 6. Celedonius Calabrienſis, Seruodei, in ſeptimo. Dauila Complutenſis, Hilario, in. 7. Euforus Cordubenſis, Laufredo, in ſeptimo. Euſebius Oſcenſis, Ordulfo, in ſexto. Floridius Segobienſis, Antonio, in. 5. Filimirus Lamicenſis, Uvitarico, in ſeptimo. Felix Valentinus, Anniano, in. 7. Froila Menteſanus, Giberico, in ſeptimo. Guericus Auſonenſis, Domino, in. 6. Hermenfredus Lucenſis, Baſconio, in ſeptimo. Julianus Auſcitanus, Juſto, in. 6. Litorius Aucēſis, Amanūgo, in 5. Mauricius Oretanus, Suauilæ, in. 6. Maurellus Vrgelitanus, Ranario in. 4. Marelus Dianenſis, Antonio, in. 5. Potamius Bracarenſis, Juliano, in. 6. Selua Egitanēſis, Armenio, in. 7. Silueſter Carcaſſonēſis, Elpidio, in. 5. Seruandus Eliplenſis, Joanni, in. 7. Sona Aurienſis, Gaudeſteni, in. 6. Seſibertus Coimbrenſis, Renato, in. 6. Saturninus Oſonobenſis. Taio Cæſarauguſtanus, Braulioni, in. 6. Tagontius Valerienſis, Maguntio, in Toletano ſub Gundemaro. Vincentius Tucitanus, Budæ, in. 6. Vnadila Viſenſis, Farno, in ſeptimo. Vincibilis Iriēſis, Gotomario, in ſeptimo.

Bacanda] *Lege Bacauda, ex lapide marmoreo Cabræ reperto cum hac inſcriptione. ARA SANCTA DOMINI CONSECRATA EST BASILICA HÆC S. MARIÆ. 11. KALEN. JVNIAS, ERA DC. LXXXVIII. DEDICAVIT HÆC TANDEM D.M.S. BACAVDA EPISCOPVS EGABRENSIS. FVNDAVIT EAM ALTISSIMVS, PER EVLALIAM ET FILIVM EIVS PAVLVM MONACHVM.*

Litorius Auſenſis] *Hinc coniecturam facio ſepulchrum marmoreum Litorij Talabricæ olim repertū, fuiſſe hominis Gothici Catholici: quod ex temporis ratione etiam ſuſpicari licet. Inſcriptio ſic habet:* LITORIVS FAMVLVS DEI VIXIT ANNIS, PLVS MINVS, LXXXV. REQVIEVIT IN PACE DIE VIII. CALEND. IVLIAS, ERA D. XXXXVIII.

✠

Erat

Erat vir procera statura: nam eius ossa, quæ hodie cernuntur, valde communem hominum longitudinem superant.

Subscribunt post Episcopos, & ante eorum Vicarios, Abbates, Archipresbyteri, & Primicerij, posteà verò vltimo loco, viri illustres officij Palatini. Quod etiam in cõfirmationibus priuilegiorum obseruatum esse à Notarijs regijs comperio, in priuilegijs rota Regia, hoc ordine: Reges, Reginæ, & Infantes confirmant primò, deinde Archiepiscopus Toletanus, & cæteri primæ sedis: ilico Episcopi omnes, postea Magistri militiæ, ilico proceres & viri illustres regni, quibus is honos defertur.

Fugitiuus Abbas] *Abbas, vt Isidoro placet. lib. 7. Orig. c. 13. Syrum nomen est, significat Latinè pater: quod Paulus Romanis scribens exposuit dicens: In quo clamamus Abba pater, in vno nomine duobus vsus linguis: dicit enim Abba Syro nomine patrem, & rursus Latinè nominat, id est, patrem.*

Titulus hic & forma appellationis ex anachoretis primum in Christiana religione cœpit frequentari. Sozomenus lib. 5. cap. 10. & Hieronymus in vita Hilarij tradunt, ab Hilarione anachoreta in saltibus Thebaidis Syriæ, vitam Monachi durissimè agente, plures viri formulam viuendi accepisse, & inde eremi cultum in cœtum monasteriorum transtulisse. Similiter D. Antonium in Thebaica regione Ægypti, ex anachoretis monasterium cõdidisse. Duces verò & præpositos horũ cœtuum, nomine patrio, venerationis causa, Abbates dixerunt. Est enim solitudinis potius, quàm honoris appellatio. Idem Græca voce sonat ἀρχιμανδρίτης, à solitudine ordinis (μάνδραι, solitudinem significãt) quasi solitarijs præpositus: & sic caput ordinis S. Basilij vocatur.

De subscriptionibus Abbatum, & aliorum.

OMnes hi *Abbates non erant exempti à potestate Episcopi diœceseos, vt ex Concilio Toletano. 4. constat, & Later. 1. sub Gregorio. I. Hic subscribunt Abbates decem; inter quos Ildefonsus Abbas Agaliensis monasterij, qui postea fuit Toletanus Antistes vita & morte conspicuus, & inter diuos relatus.*

Marcellus Archipresbyter] *Archipresbyteri nunc est vsus: cuius duo sunt species, vna vrbicani seu ciuitatensis, altera ruralis. Ciuitatensis est, qui in vrbe cõstitutus, munus absente Præsule exequitur, & eius loco officium diuinum incipit: benedictiones in*

Ecclesia dat, & alia, vt in titulo de officio Archipresb. continentur, ex constit. Leonis PP. Ruralis praeest solummodo plebi, vt in cap. fi. eod. tit.

Siliculus, Primicerius] *Huius vocis Primicerij diuersas origines, & functiones animaduerto apud doctos huius tẽporis viros. Alciatus in annotat. in tres posteriores lib. C. tit. 7. de Primicerio, & Secũdicerio, & Notarijs. lib. 12. tom. 2. existimat sic appellatũ à cera, cũ in ceratis tabulis esset olim scribendi vsus: vnde Primicerius, quasi primus notariorum, & secũdicerius, secundus notariorũ: quã sentẽtiã sequũtur alij. Brissonius lib. 4. de verb. signific. arbitratur nõ esse vocẽ cõiunctã, sed simplicem; ita vt dicatur quasi primus, & vt interpretatur Suidas,* πριμικήριον, τὸν πρῶτον τῆς τάξεως, *hoc est, primus in ordine. Vnde quicunq; in aliqua functione primũ locum obtinet, Primicerius nominatur. Unde Augustinus Stephanum appellat, Primicerium martyrum, & Primicerium Notariorum, qui erat primus inter Notarios principis, qui & Protoscrinarius. Habes apud Cassiodorũ, variar. lib. 6. diuersa Primiceriorum officia. In officijs Ecclesiasticis Primicerius dicitur, qui est primus in aliqua dignitate, & antesignanus. Sic dicitur Primicerius cantorum, & fabricae, & ex corpore Decanorum: vnde primus in ordine quolibet cera vel scriptura dicebatur Primicerius. Nam mos erat antiquis ante admirabilem papyri, aut membranae inuentionẽ, ad monumenta ad seruãda vti cera, & tabulis ceratis, & pugillaribus, sicut rudis antiquitas palmarum & arborum folijs & plumbeis voluminibus, & priuatis linteis. Unde ille dicebatur Primicerius, qui primus erat in cera scriptus, id est in capite, & exordio primae pagellae: secundicerius qui in secunda, vsque ad imam ceram, vt illud Suetonij in Julio Caesare, cap. 83. Julium Caesarem. Q. Pedium ex quadrante haeredem instituisse, reliquos in ima cera, id est Q. Pedium, ex quarta parte assis, reliquos in vltima parte tabulae testamentariae. Nã testamentum diuidebatur tabulis ipsis ceratis: in prima parte nomen testatoris; in secunda haeredes instituebantur; in extrema & ima reliqui omnes. Hinc illud Horatij sermo lib. 2. satyr. 5.*

Qui testamentum tradet tibi cunq; legendum,
Abnuere & tabulas à te remouere memento:
Sic tamen, vt limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu: solus, multis ne cohares,
Veloci percurre oculo.

De quo Alexand. ab Alexand. lib. 1. dierum Genial. cap. 1: & ibi And. Tiraq.

Existimo

Existimo coniunctam vocem esse non simplicem, dicíque Primicerium, quasi primũ in cera positum. In ecclesia Toletana, albo cera linito, vt facilè possit deleri, stipendia Canonicorum & aliorum ministrorũ obelo notãtur. Vel Primicerius dicitur primus in Clero: is dicitur Sacellanus maior. Nã Succentor, vel Caput scholæ, qui à Græcis χειροδιδάσκαλος *dicitur, aliud est à Primicerio. Adiuuat hanc nostram interpretationem decretum.* 10. *Concilij Emeritensis, vbi* „ *dicitur & legitur: Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primi* „ *clerum. Siliculus erat Primicerius Toletanus, siue Primiclerus: & erat specialis dignitas, vt Archidiaconus, & Archipresbyter. Et erat Primicerius, vel Primiclerus Subdiaconibus & Clericis præpositus, eorumque gerebat curam: vt ex eodem Concilio constat cap.* 14. *vbi agitur de diuidenda pecunia oblata Ecclesiæ, in tres partes: prima Episcopo conceditur: secunda Presbyteris & Diaconibus: de* „ *tertia sic dicitur: Tertia vero Subdiaconibus & Clericis tribuatur:* „ *vt à Primiclero, iuxta quod in officio eos præscit esse intentos, ita singulis dispensetur.*

Vt autem exactè intelligatur Primicerij officium, apponam epistolam Isidori iunioris, Episcopi Hispalensis, ad Leudefredum Episcopum Cordubensem, quam ex Codice M. S. bibliotheca Diui Laurentij (Philippi Regis Catholici admirabile opus) perantiquo, dicto Vigilano excerpsi: vbi de officijs Ecclesiasticis, quid censuerit seculum antiquum, clarè cognosces.

EPISTOLA BEATI ISIDORI IVnioris, Episcopi Hispalensis ecclesiæ, ad Leudefredum Episcopum Cordubensis ecclesiæ directa.

Domino meo Dei seruo, Leudefredo Episcopo, Isidorus.

Perlectis sanctitatis tuæ literis gauisus sum, quòd optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in consequẽtibus insinuare eloquij tui sermo studuit, gratias ago Deo, quòd solicitudinem officij postulatis impendis, & qualiter ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiæ vestræ sint cognita, tamen quia affectu paterno me consulis, ex parte qua valeo, expediam, & de omnibus Ecclesiæ gradibus quid ad quem pertineat, eloquar.

Ad Ostiarium namque pertinent claues Ecclesiæ; vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia quæ sunt intus, extraq; custodiat:

 fideles

fideles recipiat, excommunicatos, & infideles proijciat.

Ad Acolythum pertinet præparatio luminariorum in sacrario: ipse cereum portat, ipse suggesta pro Eucharistia calice præparat.

Ad Exorcistam pertinet, exorcismos memoriter retinere, manum super Energumenos, & Catechumenos exorcizandos imponere.

Ad Psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, psalmum, laudes, sacrificium, responsoria, & quicquid pertinet ad cantandi peritiam.

Ad Lectorem pertinet, lectiones pronunciare, & ea quæ Prophetæ vaticinauerunt, populis prædicare.

Ad Subdiaconum pertinet, calicem & patenam ad altarium Christi deferre, & Leuitis tradere, eisq; administrare: vrceolum quoque, & aquamanilem, & manutergium tenere, & Episcopo, & Presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altarium manibus aquam præbere.

Ad Diaconum pertinet, assistere Sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi; in Baptismo scilicet, in Chrismate; in patena, & calice oblationes inferre, & disponere in altario, componere mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, prædicare Euangelium, & Apostolum. Nam sicut Lectoribus vetus testamentum, ita Diaconibus nouum prædicare præceptum est. Ad ipsum quoq; pertinet officium precum, recitatio nominum, ipse præmonet preces ad Dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annunciat.

Ad Presbyterum pertinet, Sacramentum corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere populum.

Ad Episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnctio altaris, confectio chrismatis: ipse prædicta officia & ordines Ecclesiasticos constituit. Ipse sacras virgines benedicit: & dum præsit vnusquisq; in singulis, hic tamen est præordinator in cunctis. Hi sunt ordines & ministeria Clericorum, quæ tamen auctoritate pontificali in Archidiaconi cura, & Primicerij, ac Thesaurarij solicitudine diuiduntur.

Archidiaconus enim imperat Subdiaconibus, & Leuitis, ad quē ista ministeria pertinent: ordinatio vestiendi altaris à Leuitis, cura incensi, & sacrificij deferendi ad altare, cura Subdiaconorum de subinferendis ad altare in sacrificio necessarijs: solicitudo, quis Leuitarum Apostolum, & Euangelium legat, quis preces dicat, seu respōsorium in Dominicis diebus, aut solennitatum. Solicitudo quoque

quoque parochitanorum, & ordinatio & iurgia ad eius pertinent curam. Pro reparandis diœcesanis basilicis, ipse suggerit Sacerdoti; ipse inquirit parochias cum iussione Episcopi, & ornamenta, vel res basilicarum parochitanarum, gesta libertatum Ecclesiasticarum Episcopo idem defert. Collectam pecuniam de cõmunione ipse accipit, & Episcopo defert, & Clericis partes proprias idem distribuit. Ab Archidiacono nunciatur Episcopo excessus Diaconorum: ipse denunciat Sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies, atque solennitatum, & ab ipso publicè in Ecclesia prædicatur.

Quando autem Archidiaconus absens est, vicem eius Diaconus sequens adimplet.

Ad Primicerium pertinent Acolythi & Exorcistæ, Psalmistæ, atque Lectores: signum quoq; dandi pro officio Clericorum: pro vitæ honestate, & officium meditandi, & peragendi solicitudo, lectiones benedictiones, psalmum, Laudes, offertorium, & responsoria, quis Clericorum dicere debeat. Ordo quoq; & modus psallendi in choro pro solennitate, & tempore; ordinatio pro luminarijs deportandis. Si quid etiam necessarium pro reparatione basilicarum, quæ sunt in vrbe, ipse denunciat Sacerdoti: epistolas Episcopi pro diebus ieiunio rum parochianis per ostiarios iste dirigit. Clericos quos delinquere cognoscit, iste distringit. Quos vero emendare non vult, eorum excessus ad agnitionem Episcopi defert. Basilicarios ipse constituit, & matriculas ipse disponit. Quando autem Primicerius absens est, ea quæ prædicta sunt ille exequitur, qui ei aut loco est proximus, aut eruditione in his expediendis intentus.

Ad Thesaurarium pertinent Basilicarij, & Ostiarij, ordinatio incensi præparandi, cura Chrismæ conficiendæ, cura baptisterij ordinandi. Præparatio luminariorum in sacrario, præparatio sacrifitij de his quæ immolãda sunt. Ad eum venient de parochijs pro chrisma: & cereos, oblationes altaris ipse accipit à populo, ipse colligit per Ecclesias cereos in festiuitatibus. Ad eum pertinent ornamenta, & vestimenta altaris: quicquid in vsu templi est, sub eius ordinatione existit: ornamenta basilicarum, quæ in vrbe sunt, & non habent Presbyteros, ipse custodit. De candelis autem, & cereolis quotidianis quicquid superest in basilicis, Basilicarius per singulos menses huic deportat: ex quibus Thesaurarius dat quartam Basilicario, tres reliquas partes diuidit æqualiter sibi, cum Primicerio, & Presbytero, qui Missam celebrat in eandem basilicam.

Ad Oeconomum pertinet reparatio basilicarum, atq; constructio: actiones Ecclesiæ in iudicijs, vel in proferendo, vel in respondendo,

dendo: tributi quoq; acceptio, & rationes eorum quæ inferuntur, cura agrorum, & cultura vinearum, causæ possessionum & seruitialium, stipēdia Clericorum, viduarum, & deuotarum pauperum, dispensatio vestimenti & victus domesticorum Clericorum, seruitialium quoque, & artificum: quæ omnia cum iussu & arbitrio sui Episcopi ab eo implentur.

Hæc sunt enim, quæ vel à maioribus per officiorum ordines distributa sunt, vel consuetudine Ecclesiarum in vnumquemq; seruata. Nec aliquid ex his nostri iudicij deputes, nisi quod aut ratio docuit, aut vetustatis antiquitas sanxit.

Patrem autem monasterij vnde innotuistis, illum præferri oportet, quem sancta vita & probitas morum commendat: quiq; dum subiectus extitit fraus in illo non fuit, huic iusta gratia cumulātor, dicente Domino: Quia in pauca fuisti fidelis, in multa te constituam. Qui verò adhùc sub regimine positus improbè vixit, & fratribus fraudem facere non pertimuit, hic Prælatus, licenter ac liberè maiora & deteriora cōmittet, dum se in potestate & libertate aspexerit. De talibus enim dicit Apostolus: Sed vos iniuriam facitis & fraudatis; & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Sed nobis ista sufficiant dicere tibi, quod Deo dignum existimas adimplere. Post hæc autem precari tuam sanctitatem non desino, vt pro me intercessor apud Deum existas: Ut quia meo vitio lapsus sum, per te remissionem consequar peccatorum. Amen. Hæc Isidorus de Ecclesiasticis officijs.

1. Cor. 6.

De subscriptionibus virorum illustrium officij Palatini.

HIc subscribunt Comites decem & sex, inter quos, Hodacrus Comes Scanciarum, Ofilo Cubiculariorum, Paulus Notariorum, Ricilla Patrimoniorum, Cunifridus Spathariorum: Duces verò septem: Proceres verò tres.

CVm verò toto hoc opere id potißimum nobis propositum fuerit, vt post Cōcilia ipsa ad Gothicorum codicum fidem, omni, quo ad eius fieri licuit, studio, examinata, primæq; illi suæ integritati restituta, ritus quoque, consuetudinesque antiquas, Gothorum præsertim tempore vsurpatas, quantum in nobis esset, accuratè adnotaremus, & ex tenebris, obliuioneque reuocatas nostris hominibus explicaremus, operæpretium nos facturos existimauimus, si commentarium

mentarium hunc de dignitatibus, ac Palatinis officijs, alijsq́, inferioris ordinis muneribus Gothorum contexeremus. Quod videamus rem cognitione non indignam, & plurimum lucis historijs nostris, & subscriptionibus virorum ex officio Palatino, Concilijsque ipsis & legibus allaturam.

DVX.

INter præcipuas Palatinorum dignitates, Dux apud Gothos semper primum locum obtinuit, vocaturq́ à Iustiniano spectabilis dignitas; cuius, vt vis nominis ostendit, id potissimum munus erat, vt in prouincijs, bello ducendo gerendoq́ præficeretur. Vnde Germani ex nobilitate Duces, & ex virtute sumebant, ad illosque in illa prouincia summa rerum deferebatur. Is enim fuit Gothorum mos, Paulo Aemilio teste, lib. 1. histor. Franc. in Chereberto, cuiq; vrbi Magistratum dare, qui Dux appellaretur. Eum autem quem Romæ præficiebant, vocabant Præsidem. Hinc Dux Tripolitanæ, & Byzantinæ prouinciæ, & Mauritaniæ, ac Numidiæ, lege final. Cod. de offic. Præfec. Præt. Sic etiam Dux Rœthici apud Vopiscũ in Bonoso, & Dux limitis Scythici, Illyriciani, Thracij, & Orietalis apud eundem in Aureliano. Ita & Claudius, sub Vuitterico, Dux Emeritensis; Paulus, sub Vvamba, Dux Narbonensis. Patet id ex Cassiodoro lib. 7. in formula Ducatus Rhætiarum, his verbis. Ideoq́ validum te ingenio, ac viribus audientes, per illam in- ditionem, Ducatum tibi credimus Rhœtiarum; vt milites & in pace regas, & cum eis fines nostros solenni alacritate circumeas. Quia non paruam rem tibi respicis fuisse commissam, quando tranquillitas regni nostri tua creditur solicitudine custodiri. Ita tamen, vt milites tibi commissi viuant cum Prouincialibus iure ciuili: nec insolescat animus, qui se sentit armatum: quia clypeus ille exercitus nostri quietem debet præstare Romanis. Et lib. 1. Cod. de officijs Præfect. Afric. leg. 2. mandat Iustinianus Ducem in Sardinia ordinari, vt gentes barbaricas ab ea, militibus suis arceret, prouinciamq́ ab omni hostium incursu tueretur illæsam. Habebat etiam Dux cũ belli munijs, ciuilem administrationem coniunctam; idque cum ex alijs, tum ex Cassiodoro colligere licet, apud quem lib. 4. variarum, Theodoricus Rex Ibæ Duci in hunc modum scribit. Præsenti tibi auctoritate præcipimus, vt possessiones Narbonensis Ecclesiæ, secundũ præcelsæ recordationis Alarici præcepta, à quibuslibet peruasoribus occupatæ teneantur, æquitatis facias contemplatione restitui. Quoniam versari nolumus in Ecclesiæ dispendio præsumptiones illicitas,

„ *illicitas; dum nostra deceat tempora, sedare confusa. Esto contra ta*
„ *lia omnino solicitus: vt qui es bello clarus, ciuilitate quoque redda-*
„ *ris eximius. Sic & arma tua, Deo iuuante, corroboras, si iustitiã*
„ *mediocribus seruare contendas. Improbis enim potuisse resistere, nõ*
„ *prauales excusare; quando omnes tibi libenter cedunt, quem glo-*
„ *riosum in bellorum certamine cognouerunt. Idem etiam Cassiodorus indicat lib. 1. variarum, vbi Theodoricus Rex Seruato Duci Rhetiarum scribens epist. 11. iubet, vt mancipia, quæ Maniario cuidam, à Breonibus ablata ferebantur, sua auctoritate, sine mora curaret restitui. Et lib. 5. epist. 33. Vvilitancho Duci Theodoricus Rex expressè mandat, vt in adulterum Brandilam, secundùm legum præscripta inquirere ne differret. Constat id ipsum ex legum Vvisegothorum lib. 2. tit. 1. leg. 17. qua cauetur, vt Dux prouinciæ, eos, qui non accepta potestate ausi sunt iudicare, acriter per se, vel per alium coërceat. Et lege sequenti iubetur Episcopus qui honore Sacerdotali fretus, admonitionem iudicis contemnens, pro persona sua assertorem dare distulerit, confestim à iudice negocij, seu à prouinciæ suæ Duce, vel Comite compulsus, quinquaginta solidorum damnum excipere. Atq; hæc de Ducis officio dicta sufficiant. Post quem in dignitatis ordine Comitis proximè honor sequebatur. sic Cicero in Lælio de amicitia, loquens de Scipione ait: Facilè ducem populi R. non comitem diceres.*

Comes. *COMES, vt Spartianus est auctor in Adriano, inde fluxit; cum enim Adrianus Senatum in aulam suam transtulisset, receptis Senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quæ superiorum Imperatorum temporibus constare solebat ex Equestri ordine, non Senatorio, ita domesticum quendam Senatum penes se habere cœpit: qui quoniam is continuatis penè delectaretur peregrinationibus, Comitatus Cæsaris dici cœptus est; & ipsi amici, Comites: eorum consilijs, atque ope in bello & pace vsus. Inde Comites largitionum, rerum priuatarum, & cæteri, dicti sunt. Et non solum ij qui personam Principis sequebantur, & officia in aula exercebant Comites dicti sunt; cæterum & alij ita appellati, qui ad administrandas, vel regendas prouincias & respublicas mittebantur, & ad regni limites custodiendos; qui Comites rei militaris dicuntur; qualis fuit Ristanus domesticorum Comes, qui ad Gallos missus fuit, vt refert Gregor. Tur. lib. 2. hist. cap. 10. Vnde Verus Imperator, vt Iulius Capitolinus est auctor in Vero, confecto bello, Regna Regibus, prouincias vero Comitibus suis dedit regendas. Extat in iure titulus de Comitibus, qui prouincias regũt, lib. 11. C. tit. 14. Illud animaduersione*

uersione dignum, quod antiquitus creabantur Comites annulo tradito cum adamãtis gemma: apud Hispanos vero aliter, offa in aquã iniecta, inuitatus à Rege comedebat, populo ter acclamante Eua del Conde. Non abs re erit ponere quod à Cornelio Frontone grãmatico dicitur de Comite: Comes iter facit; Assecla sequitur potentiorem; Sodalis adolescentiæ nomen est; Cliens implorat opem & fidem. Ita Comes tutus; Assecla officiosus; Sodalis amicus; Cliens submissus. De Comitibus etiam in prima Part. Regis Alfonsi tit. 1. leg. 11. cautum, nomenq; deductum video, & à D. Thoma. 1. de regimine Principum. Et sicut Ducis in bello, sic Comitis potissimũ in pace, ciuiliq; administratione elucebat officium (erat enim maior dignitas Ducatus, quam Comitatus, & ideò ex Comitatu fit erectio in Ducatum, pro magno munere, sicuti ex Duce in Regem) quorum tamen neutri ita adstringebatur, quin vtrumq; simul, cum res ferret, per se vel per alios administraret. Prioris apud Cassiodorum lib. 7. in formula Comitiuæ Gothorum, per singulas prouincias, illustre extat exemplum, adhunc modum. Cum Deo iuuante sciamus Gothos vobiscum habitare permixtos; ne qua inter consortes, vt assolet, indisciplinatio nasceretur, necessarium duximus illum sublimem virum, bonis nobis moribus hactenus cõprobatum, ad vos Comitem destinare. Qui secundum edicta nostra, inter duos Gothos litem debeat amputare. Si quod etiam inter Gothum, & Romanum, natum fuerit fortasse negocium, adhibito sibi prudente Romano, certamen possit æquabili ratione distinguere. Libro etiam legum Vuisegothorum, & tit. 2. l. 12. ita cauetur. Nullus iudex causam audire præsumat, quæ legibus non continetur; sed Comes ciuitatis, vel iudex, aut per se, aut per exequutorem suum, conspectui Principis vtrasq; præsentare partes procuret, quo facilius & res finem accipiat, & potestatis Regiæ discretione tractetur; quatenus exortum negocium legibus inseratur. Lege etiam. 14. lib. & tit. ijsdẽ, ostenditur, Comitem, per commissoriam, alijs iudicibus, quos sub se habebat, iudicandi suas vices posse concedere. Quorum iudicum tanta erat auctoritas, vt querelantis aduersarium (ea sunt legis verba) admonitione vnius epistolæ vel sigilli, ad iudicium venire posset compellere, grauesque mulctas, id facere per negligẽtiam, aut contemptum differentibus, inferre. Liquet id ex leg. 18. lib. & tit. citatis. Si verò iudex in officio suo, per negligentiam, aut quòd munere corruptus esset, cessasse deprehẽderetur, à Comite ciuitatis acerbissimè castigabatur. Habes exempla lib. 3. legum Vuisegothorum tit. 4. l. 17. Quòd si Comitem à ciuitate sua abesse contingebat,

relinquebat suo loco PRÆPOSITVM, qui, si quid grauius, quod ad Comitis relationem, iurisdictionemve pertineret, emersisset, id Comiti statim per literas indicabat; vt liquet ex l.5. tit.2.lib.9. legum Vvisegoth. Atque hic ni fallor est, qui.lib.2. legum Vvisegoth tit.1.l.23. VICARIVS COMITIS appellatur; qui absente eo, vice eius fungebatur; à quo, si fortè quis eum suspectum habuisset, licebat apud Principis audientiam, alium iudicem appellare. Atque inter hanc ciuilem administrationem, bellica etiam munia procurabat. Habebat enim Comes, præsertim, qui ciuitati, aut portui, siue alij loco, cui ab hoste periculum timeri posset, præficeretur, sub se milites, quibus ad subita belli semper paratus occurreret, videretque, ne quid Respubl. detrimenti caperet. Quod ex Caßiodoro lib. 6. formula Comitiuæ disces.

Præpositus Comitis.

Vicarius Comitis.

„ Militum (inquit) numerus tibi nostris seruit expensis. Redderis „ inter arma geniatus: proceßio tua, procinctualis ornatus est: exer- „ citu vteris pacato; nec pericula belli subis, & armorum pompa de- „ coraris. Verùm inter hæc, ciuilem cogita disciplinam: non permit- „ tas milites esse possessoribus insolentes. Et infra: Pro securitate se „ omnium cognoscat electum, qui se gloriatur habere armatum. Et „ formula Comitiuæ Neapolitanæ: Prætoria tria officia replent; mi- „ litum turba custodit. Sed tot testes pateris, quot te agmina circun- „ dare cognoscis. Præterea litora, vsque ad præfinitum locum, data „ iusione custodis. Et apud eundem lib. 1. Theodoricus Rex Aßio „ Comiti iniungit, vt militem necessarijs armis instruat. Illustris „ (inquit) sublimitas tua Solonitanis militibus, vt cuique se expe- „ diendi facultas obtulerit, pro nostra iusione arma necessaria pro- „ curabit. Porrò tantam in rei militaris administratione auctoritatem obtinebat, vt cum in causis ciuilibus ei VICARIVS PRINCIPIS (eum intellige, qui Principis vice fungitur) præferretur; in bellicis negotijs hic eidem anteponeretur. Cod. lib.1. tit.38.l.1. Et hactenus quidem breuiter de Comitis officio in genere egimus. Nam alia multa eidem incubuisse munera, ex nominũ, quæ ei adiunguntur, varietate, facilè cognoscitur. Fuit enim Comitis tam generalis appellatio, vt quicunque à Principe insigni alicui officio præficeretur, ab eo ferè Comes nuncuparetur. Idq; ex Caßiodoro, Amiano Marcellino, Eutropio, alijsque posterioris æui, atq; inclinata iã, prostrataq; Reip. Romanæ scriptoribus, apertè est cognoscere. Quos omnes, ne prolixus sim, missos faciens, eas duntaxat Comitum species recẽsebo, quas à Gothis nostris, hoc est, qui in Hispania rerũ potiti sunt, vsurpatas inuenio: vbi tamen prius illud adiecero,

Vicarius Principis.

quod

quod Carolus Magnus decreuit. l. 2. Regum Franc. c. 6. de Comitum studio, & diligentia pro vtilitate Ecclesiarum cõseruanda; quod vtinam nostris temporibus Galli prospicerent, vt ad meliorem
» *mentem, diabolica fraude decepti redirent. Vobis (inquit) Comitibus*
» *dicimus, vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maximè pertinet, vt reuerentiam & honorem sanctæ Dei Ecclesiæ exhibeatis, & cum Episcopis vestris concorditer viuatis, & eis adiutorium ad suum ministerium peragendum præbeatis, & vt vos ipsi in ministerijs vestris pacem & iustitiam faciatis, & quæ nostra auctoritas publicè fieri decernit, vt in vestris ministerijs studiosè perficiantur, studeatis. Proinde monemus vestram fidelitatem, vt memores sitis fidei nobis promissæ, & in parte ministerij vestri vobis commissi, in pace scilicet & iustitia facienda, vosmetipsos coram Deo, & coram hominibus tales exhibeatis, vt & nostri veri adiutores, & populi conseruatores iuste dici & vocari possitis; & nulla qualibet causa, aut munerum acceptio, aut amicitia cuiuslibet, vel odium, aut timor, vel gratia, ab statu rectitudinis vos deuiare compellat, quin inter proximum, & proximum semper iuste iudicetis. Pupillorum verò & viduarum & cæterorum pauperum adiutores ac defensores, & sanctæ Dei Ecclesiæ, vel seruorum illius honoratores, iuxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate, & violentia in furto & latrocinio, siue rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio & correctione, sicut decet, compescite. Et si aliqua persona, in aliquo vobis impedimento fuerit, quin ea, quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat; vt nostra auctoritate adiuti, ministerium vestrum*
» *dignè adimplere possitis.* Nunc igitur, vt ad institutũ redeamus, *primo loco se offert* COMES SCANCIARVM: *cuius in Concilio Toletano non obscura fit mentio. Subscribunt enim ibi Vvadamirus Comes Scanciarum & Dux: Reccaredus Comes Scãciarum & Dux: Egica Comes Scanciarum & Dux: Sumefredus Comes Scanciarum: Adeliubus Comes Scanciarum: Salamirus Comes Scanciarum. Agnoscitur & Scanciarum Comes in priuilegio quodam Complutensi antiquissimo. Hunc nõnulli poculis, alij vniuersis epulis Regis præfectum fuisse contendunt. Hodie vulgari Hispanorum lingua, Scanciar, est bibere. Apud Adonem Viennensem inuenio solitos institui seu creari Duces per impositionem causiæ, seu pilei aurei Ducalis, vnionibus ornati: Marchiones tradito anulo, in quo est pyropus, seu rubinus, qui quidem est species Carbunculi: Comites ea ratione, qua supra diximus: Vicecomites vir-*

Comes Scanciarum.

gula deaurata: Barones vexillo decurtato, seu labro.

THESAVRORVM COMES is fuit, qui dicta lege vnica, & leg. finali. C. de suscept. lib. 10. Comes ærarij appellatur, Thesauris videlicet Regis præpositus. Concil. 13. Tolet. Isidorus Comes Thesaurorum subscribit.

Thesaurorū Comes.

COMES PATRIMONII, qui Regis Patrimonium, possessiones, mensamq; procurabat. Vnde & Procurator à Lampridio dictus in Commodo. Meminit de hoc Cassiodorus lib. 1. variar. & 4. & 6. ad Iulianum Comitem scribente Theodorico. Habes de eo titulum in Codice cum inscriptione de officio Comitis Sacri Patrimonij, cui à Principe facultas concessa fuit, pro subleuandis, non pro premendis priuatorum fortunis, vt habet Cassiodorus lib. 8. Hic ad munus rectiùs exequendum milites sub se habebat, vt ostendit idem eodem loco. Videtur & Regijs epulis ordinandis curam adhibuisse. Nam & Cassiodorus ibidem sic scribit: „Nam & si epulas nostras solicita ordinatione disponas, non „solùm nostro palatio clarus, sed & gentibus necesse est reddaris exi„mius. Subscribunt in Concil. 13. Tolet. Vitulus Comes Patrimonij, & Tolet. 18. Vitulus vir illustris, Comes Patrimonij, & Dux. Est etiam in Concil. 13. Tolet. Valdericus COMES CIVITATIS TOLETANÆ. Is etiam vocatur Rector rerū publicarū: vt in Concil. Hispal. 2. dicitur de Sisisclo Rectore rerum publicarum. Et apud Cassiodorum lib. 7. Comitiua Romanæ formula, & Comitiua Rauennatis: formula etiam Comitiuæ diuersarum ciuitatum; & lib. 9. Comes Siracusanæ ciuitatis. Horum Comitum, vt supra monstrauimus, vtq; Cass. lib. 7. variarum ostendit, id officium erat, ciues vrbanos æquitate regere, & publicarum ordinationum iussiones constanter adimplere. Rodericus Bibarius, hoc est, Dominus à Mauris honoris causa appellatus, fuit Comes Toletanus. Et in regno Lusitaniæ hodie Comites multi nominantur ex ciuitatibus Regijs, in quibus antiquitus ius exercebant. Quam cõsuetudinem Galli obseruarunt. A Romanis prouinciæ Comitibus distinctæ erant. Vide tit. de Comitibus qui prouincias regunt lib. 11. C. tit. 14. Quis verò fuerit Comes vrbis Romæ, & quod eius officium, altioris indaginis est.

Comes Patrimonij.

Comes Ciuitatis Toletanæ.

COMES NOTARIORVM Is erat, qui Notarijs, idest, à Principis secretis tabulis præficiebatur. Quod intelligi videtur ex Cassiodoro lib. 6. in formula Notariorum, his verbis: „Regis consilium solos decet scire grauissimos; imitari debent ar„maria, quæ continent monumenta chartarum: vt quando ab ipsis

Comes Notariorum.

aliqua

„ *aliqua instructio, quaeritur, tunc loquantur: Totum autem dissi-*
„ *mulare debent quasi nesciant scientes. Probatur etiam ex lib. C.*
12. tit. de Primicerio Notariorum, vbi expreßè hoc verbum pro Secretarijs Principis vsurpatur. Non dißimilis dignitas fuit eius quem posterior aetas etiam Cancellarium appellat; idque in Cassiodoro videre est, qui ex persona Regis lib. 11. ita ad Cancellarium scribit. „ *Consistorij nostri decreta fideli integritate custo-*
„ *dias: per te praesentandus accedat: per te nostris auribus desiderium*
„ *supplicis innotescat: iussa nostra sine studio venalitatis expedias, &*
alia. Quamuis hodie in Regnis Hispaniae & Galliae dissimilis huius muneris est functio: etiamsi pro scriba vsurpetur in constitutionibus Caroli Magni, & Lotharij. Concil. 13. Toletan. subscribitur à Notario: Exila Comes Notariorum. In notitia prouinciarum aliquoties fit mentio Primicerij Notariorum, qui & Notariorum Decanus, & Protoscribarius. Et in Romana Curia is erat, qui diem datus adijciebat diplomatibus pontificalibus.

Comes Spathariorum.

COMES SPATHARIORVM, Custodum corporis Regij praefectus. Hunc & Protospatharium appellatum fuisse existimo. Cuius meminere Constantinus Hermenopolitanus lib. 10. & Zonaras annal. 3. à Spatha, qua voce Apuleius pro gladio maiore ac latiore vtitur: nam minorem breuioremque Semispatam Vegetius in lib. de re militari appellari testis est. Vtitur hac voce etiam Spartianus in Adriano, & Trebellius Pollio in epistola
„ *Claudij ad Brocum, tecta sunt (inquit) flumina scutis, spathis, &*
„ *lanceolis. Et legum Vvisegoth. l. 9. tit. 2. leg. vltim. decernitur, vt*
„ *Dux, Comes, atque Gardingus, alijque quos secum ducunt in bel-*
„ *lum, partim sint Zauis (extat ea vox etiam in Macrocolis Mau-*
„ *ricij cuiusdam, qui de Romana militia Graecè scripsit) & loricis*
„ *muniti; partim scutis, spathis, seramis, lanceis, sagittisque sint*
„ *instructi. De Spatha scribit Isidorus lib. Originum 17. cap. 6. dici à*
„ *passione, nam παθεῖν pati est, eo quod scindat, & dilaceret: vel ex eo*
„ *quòd sit spatiosa, & ampla latiorque. Spathariorum verò dignita-*
„ *tem maximi honoris fuisse ex eo constat, quod multos Duces ac Comites hanc gessisse inueniamus. Sic in Concil. 13. Toletano Guilingus Spatharius, & Comes: Trasericus Spatharius, & Comes: Altericus Spatharius, & Comes: Sisimirus Spatharius Comes, & Dux, subscribunt. Quoniam verò in Spatharij mentionem incidimus, Iulianum Roderici Regis Spatharium, Ducem Tingitaniae, non Spartarium fuisse existimo, hoc est, Carthaginensis ciuitatis*

Comitem, ex eo non fuisse appellatum quòd regio illa, vt ex Plinio atque alijs constat, sparti multitudine abundet. Neque enim dubito quin Spartarius vocis similitudine dicatur, qui Spatharius & Comes dicendus erat. Spatharij definitionem ita Cedrenus extulit σπαθάριος ὁ σωματοφύλαξ ἐστι ijsdem nimirum verbis, quibus eius vocis notionem supra explicauimus. Quanquam alij secus de hoc eiusq; officio sentiant. Scribunt neoterici Spatha, antiqui sine h. efferebant, scribebantq;.

COMES CVBICVLI, seu Comes Cubiculariorum est, eorum qui cubiculi Regij curam gerunt, præpositus: hunc Xiphilinus πρόκοιτον appellat. Cubiculariorum mentio est, leg. 63. de legat. 3. & leg. 203. D. de verbor. signific. Quanquam ibi pro seruis tantum cæteris conditione potioribus accipiuntur: hic verò ingenui sunt, & insignem adiunctam dignitatem habent. Quæ dignitas hodieq; in Regum aulis durat, Camareros vulgo vocamus Concil. 13. Tolet. Argemirus Comes Cubiculi subscribit & Atulfus Comes Cubiculariorum. Cubicularius à Grammaticis, vt ex Sosipatro constat, dicitur Custos cubiculi: Cubicularis verò lectus,
„ cubiculo aptus. Isidorus lib. Origin. 15. cap. 3. Cubiculum quod
„ eo cubemus, ibique dormientes requiescamus: Cubile verò locus
„ cubandi.

Comes Cubiculi.

COMES STABVLI, qui equorum Principis curam gerebat, dicitur etiam Magister equitum. Hic ex Ammonio Monacho lib. 3. capit. 20. videtur esse quem vulgo Conestabi-
„ lem appellamus: eius hæc sunt verba. Leudegesilius Regalium
„ præpositus equorum, quem vulgo Conestabilem vocant. Sic &
„ Rhegino Monachus annal. lib. 3. eodem anno (inquit) Burchar-
„ dum Comitem stabuli sui (quod corruptè Constabulum appella-
„ mus) cum classe misit Corsicam. In eum omnem belli curam Princeps reijciebat. Eruditiores verò, quique harum rerum inquisitioni plus operæ impenderunt, eum verè hoc nomine censeri putant, qui apud nos Caualleriẑo maior appellatur. Vt vt est, dignitatem hanc maximò olim in pretio fuisse, satis vnus Amianus Marcellinus ostendit, de Valentiniano loquens, qui Valentem stabulo cum tribunatus dignitate præfecit. Hunc superioribus temporibus πρωτοστράτορα Græci dixerunt: vt Zonaras clarè lib. annal.
„ 3. asserit his verbis. Theophilitẑes igitur Basilio delectatus (erat
„ enim formosus, procerus, & manu promptus, agilisque, ac promis-
„ sum capillum, eumque crispum alens) suis equisonibus ipsum præ-
„ fecit. Quod muneris, qui administrat, communiter protostratora appel-

Comes Stabuli.

„ *appellamus. Et Cedrenus: Michaelisque, qui ante ipsum fuerat,*
„ *equisonum præfectus primus, quem protostratora nuncupant. In Conc.* 13. *Tolet. Gisclamundus Comes stabuli subscribit. Alij verò dicunt Comitem sacri stabuli dici, qui curã palatij habebat, & scholarum, armorum, & domus Regiæ cum administratione & sine administratione. Prouinciarum, vt constat. lib.* 7. *de Comitibus, & trib. schol. lib.* 12. *titul.* 11. *habereque in vna dignitate curam militiæ & domus. Verùm cum Comites sacri stabuli grauioribus erant intenti negocijs, curam stabuli alij demandatam fuisse, atque ita vnam dignitatem in duas diuisam, atque partitam. Apud Castellæ Reges dignitas est insignis, sine administratione tamen, ac titulo tenus. Primus Comes stabuli fuit Alphonsus Marchio Villenæ filius Infantis Aragoniæ Petri; cui successit Petrus Comes Trastamaræ: tempore Regis Henrici tertij. Tertio tradita Roderico Daualos viro insigni, & claro homini; qui à Ioanne secundo Henrici filio proditionis falsò damnatus, bonisque eius in sectionem datis, sequens Henricanas partes, exul Valentiæ diem extremum clausit. Cui successit Aluarus Luna, infelicior, cuius vitæ tristis exitus, infamauit aulæ opulentiam, & Regum intimam consuetudinem.*

COMES EXERCITVS, qui lib. 1. *C. de officio Vicarij, & leg. Nemo. Cod. de Assessoribus, Comes militum & Comes rei militaris appellatur, vniuersis legionibus, castrisque præficiebatur, habebatque absolutum in milites imperium. Hoc ipsum munus exercebat apud Romanos Tribunus militum; videlicet vt militem dicto audientẽ haberet, ad exercitationes deduceret, & in stationes & hyberna mitteret; clãdestina cum hostibus colloquia vetaret, nouarum rerum auctores supplicio afficeret, pabulationes, frumentationesq; curaret, militi ne arma, stipendia, cibaria, commeatusque deessent, prouideret; breuiter summæ in exercitu rerum præesset. De hoc Consule Caßiodorum lib.* 7. *formula Comitiuæ Principis militum. Hic apud Gothos alio vocabulo Præpositus hostis, ni fallor, appellatur. Idque colligi ex leg.* 6. *titul.* 2. *lib. noni legum Vvisegat. videtur: vbi vtraque appellatio, vni*
„ *eidemque tribuitur. Verba legis hæc sunt: Quod si contigerit vt*
„ *ipse Comes ciuitatis, aut Annonarius, per negligentiam suam*
„ *non habens, aut forsitan nolens, annonas eorum dare dißimu-*
„ *let, Comiti exercitus sui querelam deponant, quòd annonas*
„ *eorum dispensatores tradere noluerint: & tunc ille Præpositus ho-*
„ *stis hominem ad nos mittere non moretur. Atque hæc sunt quæ de*

Comes exercitus.

„ *Comitum varia appellatione, officijsque à Gothis in Hispania regnantibus vsurpari solitis, in tanta Gothicarum rerum obscuritate, ex Concilijs, legibus, priuilegijs, alijsque veteribus monumentis elicere potui. Vir quidam doctißimus Comitem Sacrarum reliquiarum apud Gothos fuisse existimabat, fortè quia legerat apud Caßiodorum, aut alios Comes Sacrarum. Ego vero & apud Caßiodorum & Iustinianum, Comes sacrarum lego, id est largitionum: cuius præcipuum officium erat, vt Princeps per eum suam liberalitatem, & magnificentiam exerceret; indulgentias daret; & militibus stipendia, & donatiua populo Kalendis Ianuarijs, nomine Principis elargiretur. Et hic vtpote Augustalis habebat sub se iudicem Sacrarum largitionum, & Prouinciarum cæterarum largitionum Comites: vt erat Comes sacrarum largitionum per Illyricum, per Orientem, & Comites etiam Commerciorum per Orientem, Ægyptum, Mysiam demum, & alias Prouincias. Hunc donis præsidere Regalibus Caßiodorus ait lib. 6. varia. cap. 7. Huius, inquit, actus, innocens pietatis officium,*
„ *illud semper ingerere, vnde se fama Principis poßit augere. Ni-*
„ *hil per hunc districtum geritur: nihil seuerum, forte censetur; sed*
„ *tunc obsequitur, quando Principi vota funduntur. Per hunc Prin-*
„ *ceps supplicum fortunas erigit, Kalendis Ianuarijs dona largitur:*
„ *monetam hic Regij vultus figura consignat: Iudices Prouinciarum,*
„ *sub sua potestate coërcet. Negociatores subiectos habet: vestis sacræ,*
„ *curam gerit; salis commercium huic deputatur; denique quicquid*
„ *in vestibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gem-*
„ *nis pretiosum est, huius ordinationibus obsecundat. Hactenus Caßiodorus. Hæc verò loquutio aliquot in locis apud posterioris æui scriptores occurrit, vt apud Caßiodorum, lib. 5. Cypriano Comiti sacrarum Theodoricus Rex: apud Amianum lib. 15. & alibi Comes priuatarum.*

Procer *PROCER. In Concil. Tolet. 8. subscribit Dabila Comes & Procer, & Euredus, Comes & Procer, & Frolla Comes & Procer. Vnde constat quòd Procer sit nomen dignitatis. Isidorus*
„ *lib. Etymolog. 9. capit. 4. sic inquit: Proceres sunt Principes ci-*
„ *uium, vel ciuitatis: quasi procedes, quòd ante omnes honore præce-*
„ *dant. Vnde capita trabium, quæ eminent extra parietes proces di-*
„ *cuntur, eo quod primò procedant. Lege Proceres ex Seruio in illud Virgilij Æneidos. 10.*

Tot lecti Proceres terdenis nauibus ibant.

Proceres

Proceres etiam Magnates vocantur Concil. Tolet. 11. cap. 5. & Primates Palatij, & generosæ personæ. Erat autem sola dignitas sine administratione iurisdictionis.

Ducis & Comitis dignitati GARDINGVS *ordine* Gardingus. *subiungitur. Erantque hi tres apud Gothos maioris loci personæ, „ vt patet ex leg. Vuisegoth. lib. 9. tit. 2. leg. vltim. vbi ita habes. Si „ maioris loci persona fuerit, id est, Dux, Comes, siue etiam Gardin- „ gus. Et infra leg. eadem, atque alibi sæpe, hi tres seu eminentiores „ coniunguntur. Et ideò inquit lex: Id de cætero speciali decreto de- „ cernimus, vt quisquis ille est, siue sit Dux, siue Comes, atque Gar- „ dingus. Gardingi in lib. leg. Vuisegoth. nõ semel fit mentio: verùm ita obscurè, vt quod ipsius munus fuerit liquidè scire nequeamus: illud tantum coniectura consequi licet, cum maioris loci persona dicatur, vnum ex præstantioribus Palatinorum habuisse officijs. Quod etiam ex legum Vuisegothorum lib. 2. tit. 1. leg. 1. non malè colligitur, vbi cum Sacerdotibus Dei, senioribusque palatij præsentes in ordinatione legum Gardingi fuisse commemorantur.*

Maioris præstantiorisque loci personis (qui nunc Magnates, nunc Primates palatij appellantur) breuiter, vt res tulit decursis, restat vt ad inferiores deueniamus. Inter quas TIVPHADVS *primum sibi ordinem vendicabat, quique ei suberant Millenarij, Quingentenarij, Centenarij, Decani, exercitus etiam compulsores, Annonarij, Defensores, pacis Assertores, Numerarij, Villici, Saiones. Tiuphadum Germanorum lingua quæ Gothicæ multum vicina est, altum significat; Tieph enim rem altam dici contendunt. Quicquid est, illud constat, vnam ex primis post Ducis, Comitis, atque Gardingi dignitatem fuisse, ciuilemque administrationem habuisse, vt patet ex leg. 23. & 26. tit. 1. lib. 2. legum Vuisegoth, & lib. 4. tit. 5. leg. 6. Huic in omni criminalium negociorum genere iudicandi licentia concessa erat, præter quàm in his criminibus quæ legum sententiæ apertè condemnant, quibus qui obnoxij reperiebantur, eos non iudicare ampliùs, sed vt iam à lege præiudicatos, condemnatosque debitis pœnis subijcere cogebantur. Ita enim accipio legem. 15. titul. 1. lib. 2. legum Vuisegoth. Quæ habet hoc modo. Cum in cæteris negocijs crimina- „ lium causarum Tiuphadis iudicandi licentia concessa fuit, cri- „ minosos à legum sententijs iudicare non audeant, sed debitam „ in eis, vt competit, censuram exerceant. Hic si quando siue ad bellum, siue aliò auocaretur, vices suas alijs committere poterat.* Tiuphadus.

Sequitur

„ *Sequitur enim in dicta lege. Qui Tiuphadi tales eligant, quibus*
„ *vicißitudines suas audiendas iniungant, vt ipsis absentibus, illi*
„ *causas, & temperatè discutiant, & iustè discernant. Huius in bello proxima auctoritas ad Comitis exercitus dignitatem erat, cum quo simul de rebus arduis consultabat: cuius consilio militi in hostem pugnandi facultas dabatur, & adimebatur; deniq; cum hoc de summa rerum exercitus deliberabat. Hic si quē de TIUPHADIA sua (sic copiæ militum quibus præerat vocabantur) donis fortè corruptus, de expeditione domum redire permiserat, aut domo in expeditionem proficisci non coëgerat, acerbis pœnis multabatur. Ut cōstat ex. l. 1. tit. 2. lib. 9. legum Vuisegot. Si Tiuphadus (inquit) ab*
„ *aliquo de Tiuphadia sua fuerit beneficio corruptus, vt eum ad domum suam redire permitteret, quod acceperat, in nouecuplum reddat Comiti ciuitatis, in cuius est territorio constitutus. Et si ab eo nullam mercedem acceperit, sed sic eum, dū sanus est, domū dimiserit, vel de domo in exercitum exire non cōpulerit, reddat solidos XX.*

MILLENARII erant, qui mille sub se milites habebant. Horum meminit lex. 26. tit. 2. lib. 2. leg. Vuisegot. Isidorus lib. 9. Etymolog. cap. 3. Sunt, qui mille præsunt militibus, quos nos Millenarios appellamus. *Millenarij.*

QVINGENTENARII, qui quingentis militibus præerant. Hi si quem etiam de suis, propter munus aliquod, ab hoste domum redire consensissent, aut in hostem domo proficisci non coëgissent, quod acceperant nouecuplum etiam Comiti ciuitatis, cuius territorio suberant, reddere tenebantur. Si verò nullo accepto munere id fecissent, XV. solidos inter milites suos diuidendos reddebant. Id cautum est leg. prima, tit. 2. lib. 9. leg. Vuisegot. Horum etiam meminit lex. 26. tit. 1. lib. 2. *Quingentenarij.*

CENTENARII, teste Vegetio lib. 2. cap. 13. dicti sunt, quos antiqui Centuriones vocabant, centum videlicet militibus præfectos. Ab Isidoro id animaduersum est. lib. 9. Etymolog. cap.
„ *3. Centuriones (inquit) dicti, eo quòd centum præsunt militibus:*
„ *sicut Quinquagenarij, qui sunt in capite quinquaginta militum: &*
„ *Decani ab eo, quod militibus decem præficiuntur. Hi si centenam (sic ijs temporibus loquebantur) suam deserentes, domum ab hostibus refugissent, capitis plectebantur. Si verò vel ad sacra altaria, vel ad Episcopum confugissent, trecentos solidos exsoluebant Comiti ciuitatis, in cuius erant territorio constituti: neque posteà inter Centenarios, sed Decanos tantùm habebantur. Quòd si ipsi ob beneficium fortè acceptum, aliquem de centena sua domum ab* *Centenarij.*

exercitu

exercitu redire, aut domi manere, neque in hostem proficisci passi fuissent, nouecuplum acceptum suo Comiti ciuitatis reddebant. Quod si ob nullum munus acceptum, id permisissent, decem solidos Comiti ciuitatis dabant. Habes hæc omnia fuse in leg. 3. tit. 2. lib. 9. Centenariorum meminit etiam Conc. Arelatense sub Carolo Magno: his verbis: Ne Comites, vel Vicarij, seu Iudices, „ vel Centenarij, sub mala occasione, vel ingenio res pauperum „ emant.

DECANI, quos Varro, Suetonius, alijque probati auctores Decuriones appellant, decem militibus imperabant. Hi si relicta Decania, ab hoste domum recessissent; aut quum sani essent, domo exire in expeditionem detrectassent, X. solidos Comiti ciuitatis dare cogebantur. Quod si aliqua mercede, à superiore suo impetrassent, V. tantùm solidos luebant, vt ostendit lex. 4. eiusdem ti- „ tuli & libri. Vbi amplius additur. Quòd si aliquis, qui in Tiu- „ phadia sua fuerat numeratus sine permissu Tiuphadi sui, vel Quin- „ gentenarij, aut Centenarij, vel Decani sui, de hoste ad domun suam „ refugerit, aut de domo sua in hostem proficisci noluerit, in conuen- „ tu mercantium publicè centena flagella suscipiat; & reddat solidos „ decem.

Et quando quidem in locum de Gothica militia incidimus, erant apud eos, qui dicebantur EXERCITVS COMPVLSORES; nempè qui Gothos in hostem exire compellerēt: vt habetur in leg. 2. tit. 2. lib. 9. Hi multis in locis SERVI DOMINICI appellantur; fortè quod erant serui, qui Regalibus seruitijs mancipabantur. Quorum tanta erat auctoritas, vt Palatinis officijs honorarentur, & testandi sicut cæteri potestatem haberent. Testatur id lex. 4. tit 4. lib. 2. legum Vuisegot. Hi si quid ab ijs, qui in exercitum compellebantur, sine ipsorum voluntate abstulissent, vndecuplum restituere cogebantur, & quinquaginta insuper flagellis multari. leg. 2. tit. 2. lib. 9.

Exercitus Cōpulsores.

Ad exercitus robur conseruandum in primis pertinet ne annonæ labores inopia; ob idque prouida Gothorum cura cautum est, vt per singulas ciuitates, atque castella, crearentur, qui militibus eam sine fraude exhiberent; ij nunc ANNONARII, nunc Dispensatores annonæ, nunc Erogatores annonæ in Gothorum legibus dicuntur. Videtur & Comes ciuitatis huius rei curam gessisse, vt patet ex leg. 7. titul. 2. lib. 9. leg. Vuisegot. Vbi cauetur, si contingat, vt ipse Comes ciuitatis, aut Annonarius, per negligentiam suam non habens, aut forsitan

nolens

nolens, annonas dare militibus dißimularet, apud Comitem exercitus conquerantur: qui eos in quantum temporis subtraxerunt consuetas annonas, in quadruplum de proprijs facultatibus restituere cogeret. Consistit autem propriè annona in frumento, oleo, vino, sale, carne. Solebat autem in militia Romana annona militibus pro stipendio per singulos dies distribui expeditionis tempore; veluti buccellatus panis, quē bis coctum vocamus duobus diebus; ac panis alius tertio; vno die vinum, alio acetum; vno die lardum; caro veruecina biduo, ex commeatu publico. Cui annonæ interdum pecuniæ erogatio accedebat, & vestitus, & alia id genus militibus necessaria. Quando annona loco pecuniæ in solutionem militibus dabatur, dicebatur stellatura, quia per tesseras stellatas species alias, pro annona accipiebant: vt adnotauit Vuolphãg. Lazius lib. 12. commēt. Reipub. Romanæ cap. vlt. Hæc annona quæ per capita singulis diebus militibus dabatur, panes ciuiles, quãdoq; annona ciuilis dicitur, & salarium. Qui annonarias species exhibebant, opinatores dicebantur, vt cōstat ex lege opinatoribus lib. 12. C. tit. 29. Interdū etiā nomine annonæ, vniuersum militare salarium seu præbendum accipitur. Idq; Flauij Vopisci abundè declaratur auctoritate, qui in Aureliano oleum (inquit) sal, lignum nemo exigat; annona sua contētus sit. Patet etiam ex Vegetio libris de re militari. Torquis (inquit) aureus solidæ virtutis præmium fuit; quem qui meruisset, præter laudem, duplas consequebatur annonas.

DEFENSORVM etiam meminit lex. 26. tit. 1. lib. 1. legum Vuisegoth. Horū officium erat in duplici ratione. Alij sunt, qui nomine ciuitatis causas, lites & negocia curant, vt actores syndici. Alij defensores sunt cum potestate & magistratu, qui locorum defensores dicūtur. De quibus leges Vuisegoth. loquūtur; leges etiā Romanæ. l. 1. & l. defensores ciuitatū. C. tit. 53. de def. ciuit. Alij dicūtur prouinciarum defensores quibus latior cura & plures res, & ciuitates defendendæ commissæ sunt, &, vt inquit Iustinianus, paterna voce ita dicti, vt eripiant à malis iniuriam patientes. Erat quinquēnale hoc munus. l. 4. C. de defens. ciu. ex nouellis Iustiniani factum est biennale. §. iusiurandum. & §. fi. eodem tit. in nouellis. Prædictorum singula declarat pulchrè, lex. 4. tit. 54. Codicis lib. 1. bis verbis: In defensoribus vniuersarum prouinciarum (aliàs singularum ciuitatum, vel vt alij, vniuersarum ciuitatum) erit administrationis hæc forma, & tempus quinquennij spatio metiendi ma: scilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos, vrbanosq; non patiaris affligi: officialium insolentiæ, & iudicum

Defensores.

" iudicum procacitati, salua reuerentia pudoris, occuras: ingrediendi
" cùm voles ad iudices, liberam habeas facultatem: superexigendi
" damna, vel spolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri
" debes, excludas; nec patiaris quicquam vltra delegationem solitam
" ab his exigi, quos certum est, remedio non posse reparari. Et Caßiod.
" lib.7. variarũ in formula defensoris cuiuslibet ciuitatis: Nihil ve-
" nale, nihil improbè facere velis, qui tali nomine nuncuparis. Com-
" mercia ciuibus, secundùm temporum qualitatem, æquabili modera-
" tione dispone. Definita serua, quæ iusseris: quia non est labor, ven-
" dendi summas includere, nisi statuta pretia castißimè custodire.
" Imples enim re vera boni defensoris officium; si ciues tuos, nec legi-
" bus patiaris opprimi, nec caritate consumi. Gratianus etiam, Va-
lentinianus, & Theodosius. CCC. Theodoro defensori, formam de-
fensionis præscribunt. l. in defensoribus, & l.4. Cuius verba superius
attulimus.

PACIS ASSERTOR Apud Gothos erat, qui ad faciendam pacem, regali destinabatur auctoritate. Differebat autem Assertor à Iudice, quòd illi omnium negociorum, actionumq; causas terminabant: hi verò non alias, nisi quas illis regia commiserat ordinandi potestas. Hæc ex. l.16. tit.1. lib.2. leg. Vvisegot.

Pacis Assertor.

Duo sequuntur officia, quæ vt vicina frequenter coniunguntur, NVMERARII nempe, & VILLICI. Isidorus de Numerario, lib. orig. 9. c.4. sic ait: Numerarij vocati sunt, qui pu-
" blicum numum ærarijs inferũt, hoc est, qui pecuniam regiam, ex tri-
" butis, & portorijs, & vectigalibus partam, in æraria inferebãt. Extat titulus. 50. in. C. de Numerarijs, & Actuarijs, qui à Iustiniano Tabularij dicti sunt. Hic etiam annonas, quæ ex villis fisco regio debebãtur, procurabat: quod si singulis annis facere neglexisset, duplo de proprijs facultatibus soluere cogebatur. Constat ex Concil. 13. Tolet. in edicto Eruigij Regis ad priuatos, siue fiscales populos, his
" verbis: Certè si quis ille Dux, Comes, Tiuphadus, Numerarius,
" Villicus, aut quicunq; curam publicam agens, tributa exacto sibi
" commisso, annis singulis plenario numero non exegerit, aut exacta
" apud se retinuerit, & ea statim thesauris publicis inferre neglexerit,
" duplata tributa ipsa de proprijs rebus suis modis omnibus in publico
" inferet. Fuerunt hæc duo officia ex humilioribus apud Gothos. Ac de Villico id tantùm conijcere licet, quod eandem ferè cum Numerario functionẽ habeat. De numerario autem res certa est; cùm eius munus, vt sordidum atq; abiectum, etiam Concil. Tolet. 16. in Theudemundo Spathario damnetur. Verba eius, quia clarius id explicant,

Numerarij & Villici.

„ apponere non pigebit, ex edicto Regio ad Patres: Et quia praecessor
„ noster, diuae memoriae dominus Vuamba Rex, in ipsis regnandi
„ primordijs Theudemundum Spatharium nostrum, contra generis,
„ vel ordinis sui vsum, Festi quondam incitatione Emeritensis Epi-
„ scopi, solius tantum regiae potestatis impulsu, in eandem Emeri-
„ tensem vrbem Numerariae officium agere instituit (quod etiam
„ vnius anni excursu contra rationem noscitur peregisse) imò, quia
„ nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto Concilij ab eodem
„ Theudemundo, suaq; omni posteritate talis actionis officium su-
„ spendatis, quo nullo vlterius tempore, tam ipse, quàm omnis eius
„ progenies, vsq; in finem seculi, ob hanc causam videantur aliquà-
„ tenus molestari.

„ DE VILLICO, Sic Isidorus lib. 9. etymol. c. 4. Villicus **Villicus.**
„ (inquit) propriè villae gubernator est; vnde à villa Villicus nomen
„ accepit. Interdum autem Villicus non gubernationem villae, sed di-
„ spensationem vniuersae domus, Tullio interpretante significat, quod
„ est vniuersarum possessionum, & villarum dispensator. Locus Ci-
ceronis ab Isidoro citatus, est Verrina. 5. Villicus à Varrone de re
rustica lib. 1. cap. 2. dicitur, qui praeest pago, & totius rei rusticae
curam habet.

SAIONUM Frequens mentio est apud Cassiodorum, & **Saio.**
in legũ Vuisegot. libb. 6. Hi, vt ex varijs locis colligere licet, ijdẽ erãt,
qui apud Romanos Apparitores; Regij videlicet, ac Magistratus
ministri, qui ad eorum iussa exequenda semper praesto erant. Sole-
bant etiam Cancellarijs Saiones assignari, vt ostendit Cassiodorus
lib. 12. in epist. cuius initium est: Oportet quidem cuncta, &c. Vbi
„ munus eorum scitè describitur, his verbis: Quapropter deuotionem
„ tuam solatijs illius viri clarissimi Cancellarij nostri solenni more de-
„ putamus; vt contra nullum alium erigaris, nisi qui legibus parêre
„ despexerit. Ad forum trahe, qui iusta non recipit: sub continentia
„ irascere: sub maturitate distringe: timeri te ampliùs volumus, quàm
„ probari: quia illud maximè vigori tuo reputabitur, si nullius prae-
„ sumptione peccetur. Cogitetur prae omnibus pecuniae publicae fidelis
„ actio. Sit tuum commodũ contẽptus alienus. Coactus faciat, qui iusta
„ sponte cõplere neglexerit. Causis tantùm delegatis impende. Si prae-
„ cepta sequeris, deuia non requiris. Caret culpa, qui imperata perfe-
„ cerit. In exequutore illud est pessimum, si iudicis relinquat arbi-
„ trium. Non inde iacteris quod tibi non potest obuiari. Nec assumere
„ superbiam velis, quia te multorũ humilitas pertimescit. Plura de
hoc lege apud eundem Cassiodorũ, lib. 2. epist. ad Vlingem Saionem,

lib. 4.

lib. 4. ad Gesilam Saionem, ad Thecutar Saionem, ad Dudam Saionem, ad Veranum Saionem, ad Gudinandum Saionē, ad Auilsum Saionem, ad Gudium Saionem, alijsq. apud eundem locis complurimis. Et legum Vuisegothicarum, lib. 2. tit. 1. leg. 17. cauetur, vt si Saio iudici in aliquem contra legum aequitatem insurgentem obsequens, alium consenserit comprehendere, distringere, vel aliquid rerum auferre. C. publicè ictus flagellorum accipiat, & praesumptionem tali emendatione coërceat. Leg. etiam. 25 tit. & lib. citat. sic „ scribitur: Quòd si ea, quae iudex ordinare decreuit, Saio callidus „ implere neglexerit, res, de qua agitur, si vnciam auri, vel infra va„ lere constiterit, illi, cui res debita est, idem Saio de suo auri solidum „ reddat. Si certè plus valuerit, per singulas vncias, singulos solidos „ pro sua tarditate persoluat. Idem verò, si super duas vncias, vsque „ ad libram auri, eadem res valere probatur, decem flagella suscipiat; „ ac sic crescente auri numero, crescat & poena flagelli. Iidem verò „ Saiones, cùm pro causis alicuius vadunt, si minor causa, est & per„ sona, duos caballos tantùm ab eo, cuius causa est, accipiāt fatigan„ dos. Si verò maior persona fuerit, & causa, non amplius quàm sex „ caballos, & pro itinere, & pro dignitate debebūt accipere. Alia de eodem multis capitulis eiusdem libri inuenies.

SERVVS FISCALIS, vel Fiscalinus dicitur, eò quod Seruus fiscares, & corpus eius fisco regio cedat. Hi in officijs mancipati Regi inseruiebant. De quibus etiam Concil. Tolet. 3. c. 15. Fiscales serui Ecclesias construxere ex sua paupertate, & in alijs Concil. De his fit frequens mentio lib. 2. leg. Vuisegot. tit. 4. c. 4. Nam illic legisla„ tor agens de ijs, quorū testimonium admittendum est: Seruo (inquit) „ penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit, aut etiam „ si dominum suum in crimine impetierit. Nam etsi etiam in tor„ mentis positus exponat quod obiecit, credi tamē illi nullo modo opor„ tebit. Exceptis seruis nostris, qui ad hoc regalibus seruitijs manci„ pantur, vt non immeritò Palatinis officijs liberaliter honorentur; id „ est, Stabulariorum, Gillonariorum, Argentariorum, Coquorum „ quoq. Praepositi, vel si qui praeter hos superiori ordine, vel gradu prae„ cedunt. Quos tamen omnes & regia potestas iugiter non habet in„ cognitos, & nullis eos constat prauitatibus, aut criminibus impli„ catos. Quibus vtiq. vera dicendi, vel testificandi licentia, sicut cae„ teris ingenuis hac lege conceditur. Itaq. inter officia seruorum fiscalium recensentur Stabularij, Gillonarij, Argentarij, Coqui. Quos omnes antiqua legum Hispaniae translatio ita explicat: Assi cuemo los que mandan las bestias, los que mandan los rapaces, los que son

ſobre los que faz en la moneda, è los que ſon ſobre los cozineros. Gillonarij vox Gothica, puerorum præfecti. Nam, Gielem, illis laſciuire eſt, quod proprium eſt eius ætatis: vnde, Giel, laſciuus. Gielei Comatulus. Poſterior ætas præfectum iſtorum, Alcayde de los donzeles vocitauit. Et lib. 10. tit. 2. l. 4. legum noſtrarum cauetur, vt ſi quis per tricennij tempus quodcunq; de fiſci, aut cuiuſpiam rebus tenuiſſet, aut quocunq; iure poſſediſſet, perenni ſibimet iure vindicaret, & retentaret, exceptis mancipijs fiſcalibus, in quibus hoc tricennale tempus nullo modo valebat, neq; vllum præiudicium quo minus in poteſtate fiſci perpetuò maneret, adferebat. Hactenus de officijs Gothorum, ea breuitate, qua potuimus, & integritate. Lector boni conſulat.

Notæ in Concilium octauum Toletanum.

ERa DC. XCI] *Vaſæus anno vno antè celebratum ait. Quod & breuiarij cuiuſdam perantiqui, quod manuſcriptum apud ſe is habet, auctoritate confirmat: vbi dicitur Receceſuinthus Era DC.LXXXV. regnare cœpiſſe, quinto verò poſt anno coactum hoc fuiſſe Concilium. Apud Rodericum Toletanum lib. 2. cap. 22. numerus Era corruptus eſt. Nomen Regis ſcribitur Reccesuintus, in numo antiquo, vbi legitur, RECCESVINTVS REX, CORDOBA PATRICIA. Fuit Princeps, religione, & pietate inſignis, in omniq; virtutis officio Illuſtris. Legebat auidè diuinos libros: quidquid in illis obſcurum erat, à doctis viris perhumaniter ſciſcitabatur. Templa piè tapetis ornabat, ob religioſum ſanctorum cultum, & venerationem.*

Cap. 1 In ſacris Miſſarum] *Sic eſt in Miſſali Mozarabum ad verbum, à D. Iſidoro edito: item in. 12. Concil. Tolet. cuius officium quotidie in ſancta Eccleſia Toletana celebratur ſolenniter in ſacello huic muneri Eccleſiaſtico Gothico dicato. Symbolum Patrum publicè in Miſſis in Eccleſia cantatur: nam vt auctor eſt D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 9. ad ſextum, fuit editum fide iam propagata, & manifeſtata, & reddita pace Eccleſiæ. Symbolum verò Apoſtolorum, quia perſequutione feruente conditum fuit, nondum publicata fide, in Prima, & Completorio occultè dicitur.*

Cap. 2 Noſtri] *Iuramentum illud, quod obſeruatum in peiorem vergit exitum, ſalubri conſilio mutandum eſſe, eleganter docet Sother P P.*

vt

vt est apud Gratian.22.q.4.cap. Si aliquid.& in Concil.Trib.sub Arnulpho Imperatore.cap.21.vbi institutum,quòd Sacerdos, loco iuramenti, interrogetur per sanctam consecrationem. D. Thom. 2.2.quæst.89.art.7.

*Cap.*3 Contra priora monita Patrum] *Gratis ordines conferendos; ne Spiritui sancto contumelia irrogetur, dum eius donum pretio æstimatur, docuerunt antiqui Patres; Hormisda PP. in epistola ad Episcopos Hispaniæ, & Concil.2. Aurel.cap.3.&.2.Turon. cap.28.&.4.Tolet.cap.18.&. 2.Bracarens.cap.3. Et nouissimè „ Concil.Trident. sess.21. cap.1. Nihil pro collatione quorumcunq; „ ordinum, etiam Clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut „ testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunq; de causa, etiam „ sponte oblatum, Episcopi & ordinum collatores accipiant.*

*Cap.*5. Maiorum veteribus constitutis] *Teneri Christi Sacerdotes, ad seruandam castitatem, vitaq; puritatem, constat ex perantiquis Patrum decretis. Non enim coniugium appetere debent, vt veteris legis ministri, Christi Sacerdotes: illis enim tunc concedebatur, ne tribus Leui, ex qua sola Sacerdotes creabantur, ex eorum cœlibatu paulatim rueret, & periret: quibus hostias hircorum, atq; arietum offerentibus dictum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum; quamobrem, & tempore vicis suæ ab vxoribus seiuncti officio vacabant. Quid de Christi in noua lege Sacerdotibus dicemus? qua mentis & animi puritate offerre debent hostiam puram, sanctam, & immaculatam, panem vitæ, & calicem salutis perpetuæ? qui non ex vna, sed ex quauis tribu, & gente, & familia eligi possunt, vt immortale, & viuificum, tremendumq; sacrificium quotidie conficiant, ab omni solicitudine vxoria immunes. Nam „ vt Paulus ait.1.ad Cor.7. Volo autem vos sine solicitudine esse. „ Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat „ Deo: qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quo- „ modo placeat vxori, & diuisus est. Vnde ex Apostolis fluxit, vt coniugati non ordinentur: vt constat ex epistolis Syricij PP.cap.7. & Innocentij PP.I. epist.2.c.9.& Hormisdæ PP. ad Episcopos Hispaniæ.c.1. Hinc qui coniugati ordinabantur, à Subdiaconatu deinceps non sinebantur vxoribus misceri.1.Tolet.c.1. 5.Carthag. c.3. Agathen.c.9. 3.Aurel.c.2.& alijs multis. Post Sacerdotium adeptum nullus matrimonio iungebatur. Itaq; licebat ex coniugato Sacerdotem fieri: ex Sacerdote verò coniugatum minimè. De hac re vide apud Socratē histor.Eccles.lib.2.c.8. quæ de Paphnutio referuntur. Et multi ex viris doctis huius seculi doctissimè de hac re*

aduersus hæreticos scripserunt. Quòd si prisci Sacerdotes, qui per Ephemeridas, & vices ministrabãt, dum offerebant, se abstinebant; qui semper & quotidie debet offerre, vt Christi Sacerdos, semper debet abstinere. Quod adnotauit Origines hom. 23*. super librũ Numerorum: Ille offerre potest (inquit) qui indesinenter custodit continentiam, & conseruat semetipsum à peccato: qua die interruperit, & peccauerit, certum est, quòd in illa die non offert sacrificium indesinens Deo. Vereor dicere aliquid, quod ex sermonibus Apostolicis intelligi datur, ne fortè videar aliquos cõtristare. Nã si oratio iusti, sicut incensum in cõspectu Dei, & eleuatio manuum eius sacrificium vespertinum: dicit autem Apostolis his, qui in coniugijs sunt: Nolite fraudare inuicem, nisi forsan ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum; certũ est impediri sacrificium indesinens his, qui coniugalibus necessitatibus inseruiunt. Vnde mihi videtur, quòd illius solius est sacrificium offerre indesinens, qui indesinenti, & perpetuæ se deuouerit castitati. Hæc Orig.*

Cap. 6 Sextæ discussionis] *Subdiaconos non debere contrahere matrimonium, decretum est à Siluestro PP. in Concilio Action.* 1*. cap* 8. *Et.* 1*. Tolet. cap.* 4*. Et.* 2*. Tolet. cap.* 1.

Cap. 6 Quibusdã Ecclesijs] *Conc. Carthaginen.* 4*. c.* 5*. Cũ ordinatur Subdiaconus, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu vacuam accipiat, & calicem vacuum. De manu verò Archidiaconi vrceolũ cũ aqua, & mãtile, & manutergium.*

Cap. 7. Nolẽtibus] *Baptismũ conferri amẽtibus testatur August. lib.* 4*. confess. c.* 4*. Ægrotis, qui respõdere non possunt, Aurisi. Conc.* 1*. c.* 13*. Paruulis nesciẽtibus, Carthaginen.* 3*. c.* 34*. Gerunden. c.* 5*. Et Tol.* 12*. c.* 2*. Multaq; alia de hac re decreta extãt. August. in epist.* 106*. ad Paulinum sic habet: Quod quidẽ tantũ beneficium (de baptismo loquitur) non solùm nolentibus, verumetiam reluctantibus datur.*

Cap. 8 Supplementum] *Quod hic supplementum, Concil. Tolet.* 4*. c.* 26*. libellus officialis appellatur.*

Cap. 9. Quadragesimæ dies] *Principium Quadragesimæ nunciabat Episcopus, ante Epiphaniam. De quo sic habes in Conc. Antisiodorensi. c.* 2*. Vt omnes Presbyteri, ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio Quadrgesimæ nuncient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent.*

C. 10. Decimæ conloquut.] *Rex Hispaniæ tẽpore Gothorũ, ditione sua totam Hispaniam, & Galliam Narbonens. regebat. Fiebat autẽ Rex electione, nõ sanguinis successione; vt constat ex Conc. Tolet.* 5*. c.* 3*. vbi dicitur: Rex Hispaniarũ nemo fiat, nisi omni electione, &*

Gothicæ

„ *Gothicæ gẽtis nobilitate, ad eũ apicem perductus. Consueuerant etiã Gothorũ reges Romanorũ Imperatorũ exemplo, dum viuerẽt regni socium adsumere, omni electorum cõsensu: vt Chindasuinthus Rex filium Reccesuindum in regni partẽ viuens vocauit. Et Vvãba rex diuino iudicio Eruigium, dũ viueret successorẽ sibi elegit. Creabantur autem reges Gothorum à proceribus regni, siue essent ex Sacerdotali ordine, vt Episcopi; siue ex ordine seculari, qui Palatini nobiles vocabantur: vt constat ex Concil. Tolet. 12. capit. 1. de probatione*
„ *Eruigij. Et hoc sanè est quod dicitur: Cum Pontificum maiorumq;*
„ *Palatij omnimodo eligantur assensu. Sic. 4. Tol. c. 74. Nullus apud*
„ *nos sub præsumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas sedi-*
„ *tiones ciuium; nemo meditetur interitus Regum: sed defuncto in*
„ *pace principe, Primates totius gentis, cum Sacerdotibus successorem*
„ *regni Concilio communi constituat. Ungebantur etiam reges, vt patet ex Concil. Tolet. 12. cap. 1. vbi dicitur Eruigius regnandi potẽstatem suscepisse per sacrosanctam vnctionem. Quæ quidem vnctio ab Episcopis conferebatur: vt patet ex eodẽ Canone. Qui vero non poterant assumi ad regnum, exponit Concilium Toles. 16. cap. 17.*
„ *his verbis: Rege defuncto, nullus tyrannica præsumptione regnũ as-*
„ *sumat. Nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decalua-*
„ *tus, aut seruilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo; nisi*
„ *genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. Iurabat, etiam rex antequam ad regnum assumeretur, strenuum se Catholicæ fidei assertorem, ac propugnatorem præbiturum, nullosq; violatores in suo regno permissurũ. Habes id, cũ alibi tum. 6. Conc. Tol. c. 3.*

C. 12. Duodecime, quę est] *Est in foro iudicũ lib. 12. tit. 2. lib. 16. Iudæorum placitũ Reccesuindo regi exhibitũ ann. 6. regni ipsius. 12. Cal. mart. Vnde liquet ipsum, post hoc Synod. decretũ procurasse, vt sincerã Iudæi fidẽ retinerent. Placitũ sic habet ex fide M. s. C. antiqui.*

PLACITVM IVDAEORVM IN nomine Principum factum.

CLemẽtissimo ac serenissimo domino nostro Reccesuindo regi, omnes nos Hebræi Tolet. ciuitatis, atq; Hispaniæ, gloriæ vestræ, qui infra subscripturi, vel signa facturi sumus. Benè quidem, ac iustè nos meminimus cõpulsos fuisse, vt placitũ in nomine diuæ memoriæ Cinthilani regis, pro cõseruãda fide Catholica cõscribere deberemus, sicut & fecimus. Sed quia perfidia nostræ obstinationis, & vetustas parẽtalis erroris nos ita detinuit, vt nec veraciter in Iesum Christũ dñm crederem⁹, nec catholicæ fidei sinceriter hæreremus, idcirco

nunc libenter, ac placidè spopondimus gloriæ vestræ, tam pro nobis, quàm pro vxoribus, & filijs nostris, per hoc placitum nostrum, vt deinceps in nullis obseruationibus innullis incestuis vsibus misceamur. Iudæis autem non baptizatis nullo penitus execrando consortio sociemur: non more nostro propinquitatem sanguinis, vsq; ad sextum gradum incestiua commistione, vel fornicatione iungamus: nõ coniugia ex genere nostro, aut nos, aut filij nostri, vel nostra posteritas vllatenus sortiamur: sed in vtroq; sexu deinceps Christianis iugali copulatione nectamur. Non circumcisionem carnis operemur: non Pascha, & Sabbata, ceterosq; dies festos, iuxta ritum Iudaicæ obseruantiæ celebremus: non escarum discretionem, vel consuetudinem teneamus: non ex omnibus, quæ Iudæorum vsus & abominanda consuetudo, vel conuersatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, plena deuotione in Christum filium Dei viui, secundùm quod Euangelica, & Apostolica traditio habet, credamus, atque hunc confiteamur, ac veneremur. Omnes etiam vsus sanctæ Christianæ religionis, tàm in festis diebus, vel in coniugijs, & escis, quàm in obseruationibus vniuersis veraciter teneamus, & sinceriter amplectamur: nullo reseruato apud nos, aut oppositionis obiectu, aut fallaciæ argumento, per quod aut illa quæ facere denegamus, iterum faciamus; aut hæc quæ facere promittimus, minimè, vel non sinceriter compleamus. De suillis verò carnibus, id obseruare promittimus, vt si eas pro consuetudine minimè percipere poterimus, ea tamen, quæ cum ipsis decocta sunt, absque fastidio & horrore sumamus. Quòd si in his omnibus, quæ supra taxata sunt, in quocunque vel minimo transgressores inuenti fuerimus, aut contra Christianam fidem agere præsumpserimus, aut quæ congrua Catholicæ religionis promisimus, verbis aut factis implere distulerimus, iuramus per eundem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, qui est vnus in Trinitate, & verus Deus, quia si ex nobis omnibus, vel vnus transgressor inuentus fuerit, aut à nobis ignibus, aut lapidibus perimatur: aut si hunc ad vitam gloriæ vestræ seruauerit pietas, mox, amissa libertate, tàm eum, quàm omnem ipsius facultatem, cui elegeritis perenniter seruiendam donetis: vel quidquid ex eo, vel ex rebus eius facere iusseritis, non solùm ex regni vestri potentia, sed etiam ex huius placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis. Factum placitum sub die XII. Kalen. Martias, anno felicer sexto gloriæ vestræ. In Dei nomine Toleto.

[a] SYNODVS TOLETANA IX. XVI. Episcoporum, anno septimo domini Reccesuinthi Principis acta, Era [b] DC.XCIII.

[a] Incipit Concilium nonum quod actú est die. 8. Calend. Decembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi, atque clementissimi Dñi nostri Reccesuinthi Regis, Era DC. XCIII. in vrbe Toletana. C. A.

[b] Vasæus anno Dñi DC.LIIII Morales anno Dñi DC. LVII. vt nostri M. ſſ.

[a] Deest C. A.

[c] Parochianam alias M. ſ.

[d] Quartam. Exc.

[e] Resula. Exc.

Quòd

xvj *Quòd libertis Ecclesiæ nihil de rebus suis in alienũ liceat transferre dominium.*

xvij *Vt baptizati Iudæi cum Episcopis celebrent dies festos.*

DVm Canonicæ definitionis edicto in Toletana vrbe pro [a] agendo Concilio post diem Calendarum Nouembrium, anno septimo Reccesuinthi Principis [b] gloriosi in basilica sanctæ Mariæ Virginis in vnum fuissemus, Domino fauente, collecti, id communi definitione decreuimus, vt capitula, quæ in priscis Canonibus minimè [c] habeantur inserta, pari promulgarentur sententia, & antiquis iungerentur regulis perenni iugitate mansura, & omni reuerentia conseruanda. Sed quia nequaquam rectè subditos iudicat, qui non seipsum prius iustitiæ censura castigat, aptum nobis, & expedibile visum est ante nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius iudiciorum exordia [d] diriguntur, cum vita iudicum ante disponitur: eò quod potius iudicij forma completur, [e] quo negociorum principiis æquitas iudicãtium antefertur, [f] Adeò exordium æquitatis inchoari à iudicibus debet, vt [g] perfectio iuris causarum limitem aptius formet.

[a] Peragendo. C. A.
[b] Gloriosissimi C. A.
[c] Habebantur. Exc.
[d] Dicuntur Exc. F. ducuntur.
[e] Cum C. A.
[f] Ideo. Exc.
[g] Perfecta iuris causa. ∫. tio. Exc.

I. Vt de rebus Ecclesiæ nihil Episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris Ecclesiarum solicitudinem gerant.

Burch. lib 3. c. 182. Ivo. p. 3. c. 243.

Omnis itaque rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum ritè præparat fraudatori. Et ideo nullius Sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunq; locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo aut cathedræ propriæ [h] vnitati connectat. Deuotio enim vniuscuiusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definiuit, [i] quo plenitudo votorum conseruaretur in loco; in quo velut si collata tenẽtur, [k] manet gratia offerentis, ita si frustrantur imminet pernicies defraudantis. Verùm vt rei huius potior soliditas [l] habeatur condignis filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis eius, qui construxit, vel ditauit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, vt si Sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut cõmonitionis

Dist. 16. c. 7. Filii, vel nepotes.

[h] Ciuitatis. Exc.
[i] Quod. Exc.
[k] Manent. C. A.
[l] Hab. propinquis eius, qui construxerunt, vel ditauerunt. Burch.

nitionis [a] honestæ conuentione compescant, aut Episcopo, vel iudici corrigenda denuncient. Quòd si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auditibus [b] intimare non differant. Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi [c] iuris proprij potestatem præferre, non rapinam, & fraudem ingerere, non violentiam quamcunque præsumere: sed hoc solum in salutarem solicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam, vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare voluerit, & malè rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

a Honesta.C.A.
b Insinuare. Alius M.s.
c In iuris.C.A.

II. Ut fundatores Ecclesiarum, quousque aduixerint, earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant seruituros.

Cum sæpe sit solitum, etiam illa, quæ non debentur prece supplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris, quanto [d] magis sine obstaculo concedi debent exquisita simul, & ordine iuris, & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, vt Ecclesiæ parochiales, vel sacra monasteria ita quorundam Episcoporum, vel insolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quàm in construendo gaudij [e] extiterat labor, ideo pia compassione decernimus, vt quandiu earundem fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam [f] permittantur habere solicitam, " & solicitudinem ferre præcipuam", atque rectores idoneos in ijsdem basilicis, ijdem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quòd si tales forsan non inueniantur ab eis, tunc, quos Episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniuentia seruituros. Quod si [g] spretis eisdem fundatoribus, rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam [h] sui, alios in eorum loco, quos ijdem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

1697. Decernimus, vt.

Idem Concilio Tridentino nouissime decretum est sess. 14. cap. 12. & 13.

d Iam.C.A.
e Struendo.Exe.
f Habeant.Exe.
" Desunt in Gratiano: addidit C. Gregor. ex C. regio Lucensi, & alijs M.ss.
g Superstitibus.Exe. C.Greg. sequutus est nostrorum Codicum veritatem, spretis.
h Suam.Exe.

III. Si de rebus Ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.

Si Sacerdos, vel minister de rebus Ecclesiæ suæ, quippiam alicui, sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti euidenter exponat: vt ex hoc, aut iustè confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter verò pro huius negocij causa deinceps scriptura "confecta", non valeat.

" Deest Exc.

IIII. De conquisitis rebus inter Ecclesiam, & Sacerdotis "intestati" hæredes, quæ diuisio fiat.

" Deest Exc.

11. q. 4. Sacerdotes. Ivo p. 3. c. 169.

Sacerdotes, vel [a] quiq; illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcunq; administrationis suæ tempore emerint, si de rebus proprijs, vel vile, vel carum habuerint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent. Non enim conuenit, vt Ecclesia [b] quæ suscepit externum, efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem. Hi verò, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt [c] conquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta, [d] compensata, tam iuris sui, quàm Ecclesiasticarum rerum [e] ambitione; si se vtriusq; rei quantitas exæquauerit, inter Ecclesiam, & decedentis hæredes æquo iure conquisitio pertinebit. Si autem quælibet pars maiori cumulo sui iuris excreuerit, [f] etiam portionem in diuisione percipiet. Quicunq; verò de prædictis Sacerdotibus, vel ministris pro sui vtilitate, atque amicitia, " vel præstatione, " aut quocunq; modo, aut per scripturæ [g] seriem, meruerint à quolibet " collata " percipere, in rebus Ecclesiasticis non [h] poterunt numerare: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister [i] extitit, in perpetuo vindicabit.

11. q. 4. Quicunque. de Sacerdotibus.

a Quicunq; Exc.
b Quem. C. A.
c Acquisisse. Exc.
d Compensatione:
e Habitudine Exc. habitione. C. A. habita. Grat.
f Maiorem etiam port Exc.
" Desunt. Grat.
g Ser. aliquid mer. Exc.
" Deest Grat. & Exc.
h Poterit. Grat.
i Extiterit in perpetuum. Exc.

V. Si Episcopus monasterium faciat, vel parochianam Ecclesiam ditet, quantam partem de rebus Ecclesiæ conferat.

11.quæst.1. Bona rei. Iuo.par. 3. c.170.

Bonæ rei dare [a] consultum, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectari cernitur præmiũ. Quisquis itaq; Episcoporum in parochia sua monasterium construere fortè voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, [b] ditare decreuerit, non ampliùs ibidem, quàm [c] quinquagesimam partem dare debebit: vt hac temperamenti æquitate seruata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. [d] Ecclesia verò, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam [e] pro suis munificare voluerit sepulturis, non amplius, quàm centesimam partem census Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata [f] vt tantummodò, quæ placuerit ex his duabus [g] remunerandam assumat.

a Consilium, Aliâs in Grat.
b Ditauerit. Iuo.
c Quadragesimam Iuo. & Exc. Grat. quinquag.
d Ad Ecclesiam verò. Exc. Iuo.
e Suis magnificare vol. scripturis. Iuo. sic & Grat nisi quòd sepulturis, vt hic.
f Vt vnam tantummodò. Iuo. & Grat.
g Remunerationẽ. Iuo & Grat.

VI. Vt Episcopus tertiam Ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit conferat.

1. quæst. 3. Episcopus si partem. Iuo. p.3.c.171.

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium Ecclesiarum pars Episcopo conferatur, opportunè duximus decernendum, vt si Episcopus [h] tertiam, quam de rebus eisdem sanctione Paterna sibi debitam nouit, aut ipsi Ecclesiæ, cuius res esse patescit, aut alteri Ecclesiæ, cui elegerit, conferre decreuerit, & [i] licitum maneat, & inreuocabile robur eius sententia ferat.

h De hac re suprà fusè diximus.
i Licita maneant. Exc.

VII. Ne extra constitutum ordinem, morientis Sacerdotis hæredes rem eius adire præsumant.

Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus eius, absque Metropolitani cognitione vsurpare præsumant. Quòd si is, qui recesserit, Metropolitanus fuerit, [k] hæredes eius, aut successorem illius, aut Concilium [l] sustinebunt: ne passim hæreditatis adeundæ data licentia, de rebus Ecclesiæ aut non [m] reddatur ratio plena, aut fraus [n] non [n] inueniatur illata. Quòd si Presbyter, aut Diaconus fuerit, quos obijsse constiterit, non sine cognitione sui Episcopi, rem eius hæredibus

k Hæres. C.A.
l Sustinebit. C.A.
m Retineatur. Exc.
n Deest C.A.

adire licebit. Quiſquis ſanè poſt hæc tranſgreſſor inuentus extiterit, pro his, quæ non expectato "hoc" ordine adierit, inuaſionis damno legis ſententiæ ſubiacebit.

"Deeſt Exc.

VIII. *Ut ſcripturæ, quas Sacerdotes, vel miniſtri iniuſtè fecerint, poſt mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

16.q.3. Si Sacerdotes.

SI Sacerdotes, vel miniſtri, dum gubernacula Eccleſiarum adminiſtrare videantur contra patrum ſanctiſsimas ſanctiones de rebus Eccleſiæ definiſſe aliqua [a] dignoſcantur, non ex die, quo talia ſcribendo [b] decreuit; ſed ex quo talia moriendo definita [c] reliquit, ſupputationis ordo ſubſtabit. [d] Nuſquàm etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita irritè iudicantis: quia ſtatus cõtractuum initia non [e] aſſumpſit ab origine æquitatis.

De tricennali poſſeſſione in rebus Eccleſiæ vide Cõcilium Chalced. Can. 17. & Tolet. 4. Can. 34. & epiſtolã Gelaſij Papæ ad Epiſcopos Siciliæ.

a dignoſcũtur. Exc.
b Decreuerũt. Grat.
c Reliquerũt. Grat.
d Nuſq. enim ad triennum temporis pertinebit irritè hoc iudicantis. Exc.
e Sumpſit. Grat. vide Not. Cod. Gregoriani.

IX. *Quantum commodum ſibi Epiſcopus tollat de Eccleſia, cuius tumulauerit Sacerdotem.*

Extat & hæc ipſa re decretum Concilij Vaſenſis c.1. & habetur apud Gratianum 12. quæſt. 2. Præcipiendum.

Pleriq; dum rapinis inhiant, vt non debent, aut miſerationis opus condignè non implent, aut indebita ipſi miſerationi damna permiſcent. Ideoq; ne ampliùs miſericordiæ opus execrabile dilabatur in ſcelus, id cõmuni decreto ſancimus; vt cùm Pontificem mori contigerit, Epiſcopus, qui ad humanandum corpus eius aduenerit, deſcriptis theſauris, [f] atque domorum internis, ſi locuples decedentis Eccleſia fuerit, non ampliùs, quàm ★ libram auri in rebus, exceptis ornamentis Eccleſiæ, cum gratia offerentum auferre pertentet. Si verò minor "rebus" extiterit, dimidiam libram ſibi licenter vſurpet: nam & hæc ipſa vſurpare, ratio nulla permitteret; niſi eius, qui conuenit, Sacerdotis iniuriæ contemplatione, antiquitas hoc [g] vſitata ſeruaſſet. Porro [h] breuẽ deſcriptarum rerum ſub fideli relatione, idẽ qui deſcripſit, dirigere Metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis Eccleſia nihil prorſus auferre præſumat; ſed [i] ſolùm, quæ ad eum [k] pertinet, ſaluationis curam impendat.

★ Centũ drachmas auri valet, quæ faciunt decem aureos coronatos, ex Budeo.

f Atq; ornamenti omnibus. Exc.
"Deeſt Exc.
g Vſurpata. Exc.
h Breue. Exc.
i Solum. Exc.
k Pert. curam ſalutarem impen. Exc.

X. De

X. De damnatione filiorum, qui ex Sacerdotibus, & ministris geniti comprobantur.

15.q.8. Cum multæ. Ivo p. 6.c. 415.

Cùm multæ ſuper incontinentiam ordinis Clericorum vſq; hactenus emanauerint ſententiæ Patrum,& nullatenus ipſorum [a] formari quiuerit correctio morum,vſq; adeò ſententiam iudicantium protraxere commiſſa culparum, vt non tantùm [b] ferretur vltio in [c] auctoribus ſcelerum, verùm & in [d] progenie damnatorum. Ideoq; quilibet ab Epiſcopo, vſq; ad Subdiaconum deinceps,vel ex ancillæ,vel ex ingenuæ deteſtando connubio in honore conſtituti filios procreauerint; illi quidem ex quibus geniti probabũtur,Canonica cenſura damnentur;proles autem [e] tali nata pollutione,non ſolùm parentum hæreditatem nuſquam [f] accipiat, ſed etiam in ſeruitutem eius Eccleſiæ, de cuius Sacerdotis, vel miniſtri [g] ignominia nati ſunt,iure perenni manebunt.

a Reformari.Exc. Firmari. Grat. & Iuo.
b Ferirentur. Iuo. inferretur.Grat.
c Auctores.Exc.
d Progeniem. Exc.
e Aliena pollutione nata.Grat hac pollutione.Iuo.
f Accipiet.C.A.
g Ignominio.C.A.

XI. Quòd ſeruilibus Clericis dare debeant Epiſcopi libertatem.

Diſt. 54.c. qui ex familijs.

Qui ex familijs Eccleſiæ ſeruituri deuocantur,in Clerum ab Epiſcopis ſuis libertatis neceſſe eſt percipiant donum : & ſi honeſtæ vitæ claruerint meritis, tunc demũ maioribus fungantur officijs: quos verò flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa,perpetua ſeruitus conditionis releget in catenam.

XII. Quod poſt mortem Sacerdotis in libertate ſeruis collata annorum tempus debeat computari.

Si Sacerdos libertatem ſeruis Eccleſiæ conferre voluerit,non à die confectionis ſuæ ſcripturæ tempus annorum computatum tenebit, ſed ex quo eum, qui ſcripturam [h] conficit, verius obijſſe conſtiterit.

h Confecit.C.A.

XIII. Vt ex libertis Eccleſiæ,& ex perſonis ingenuis geniti ab obſequijs Eccleſiæ non recedant.

Exceſsibus libertorum Eccleſiæ plerunque [i] patrocinandi videmus Eccleſiam conuexari,& bicipiti coacti ſumus tædio

i Patronam.C.A.

condolere: vno, dum per ſuperbiam reluctantis, auctor contemnitur: altero, dum libertas ſuperbientis in conditionē relabi cogitur ſeruitutis patrū. [a] Adeò cùm iam, præteritis regulis multæ ſuper hoc diuerſæ conſtitutionis emanauerint ſanctiones; tamē quoddam ad plenitudinē rei aptum cōſpeximus, adhûc innectere complementum. Igitur, ſicut legum reuerenda ſanctio cenſuit, ita ſeruare totius generis nobilitas debet; vt in nullo aliena cōmixtio maculet, quod "per totum" generoſitas propria decorauit. Vnde cunctis Eccleſiarum libertis tam viris, quàm fœminis, eorumq; propagini interdicitur iudicio generali, ne deinceps cauſa [b] coniunctionis quibuslibet copulentur perſonis ingenuis. Quod ſi hoc factum quandoq; patuerit, permixtione tali genita proles nunquàm merebitur ius [c] indebitæ dignitatis; nec Eccleſiæ vnquàm carebit obſequijs, cuius beneficio donum meruiſſe noſcitur libertatis.

Sic in foro Iud. lib. 3. tit. 2. de nuptijs illicitis.

a Ideo. Exc.

" Deeſt Exc.

b Connubij, aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quod & Exc.

c Debitæ. Exc.

XIIII. Quòd ſi liberti Eccleſiæ ad eam reuerti non velint, omnis eorum reſcula iuri applicetur Eccleſiæ.

Si contingat quęcunq; de libertis Eccleſiæ, eorumq; proſapiæ contra primæuas, modernaſq; Patrum regulas quibuslibet [d] perſonis ingenuis copulari, tam illis, quàm eorū ſtirpi, non licebit ab Eccleſiæ patrocinio euagari; ſed aut ad debita obſequia reuerti cogendi ſunt, aut ſi redire noluerint, quæcunq;, vel parentes eorum, vel ipſi ab Eccleſia ſunt adepti, vel in eius patrocinio viſi ſunt conquiſiſſe, inſiſtente Pontifice, in ditionem propriæ reducantur Eccleſiæ.

d Perſon. aut Gothis, aut Romanis. Exc.

XV. De obſequio, & diſciplina libertorum Eccleſiæ.

Eccleſiæ liberti, eorumq; progenies, eidem baſilicæ, de qua libertatis gratiam meruerūt, obſequia prompta, ſinceraq, parabunt. Qui ſicut hoc in [e] obſequium pro poſsibilitate ſui, quod vtiles ingenui [f] dabant, ita quoq; in emendatione culparum, quod inutiles ingenui ſuſtinebunt.

e Obſequio. Exc.

f Dabunt. Exc.

XVI. Quòd libertis Eccleſiæ nihil de rebus ſuis in alienum liceat transferre dominium.

Libertis Eccleſiæ, eorumq; [g] progeniei ex omnibus rebus, quæ de iure Eccleſiæ noſcuntur habere, nihil licebit in extraneum

Ino. p. 16. c. 67.

g Progeniei. C. A.

traneum

extraneum dominium transactione [a] quaruncunq; deducere: sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, Sacerdoti eiusdem Ecclesiæ offerant conuenienter emenda, earumq; pretia, vt eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam in dominium partis alterius rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis autem filijs, vel propinquis eidem Ecclesiæ, vel seruitio, vel patrocinio subiugatis quæcunq; vendere, vel donare voluerint, aditus omninò patebit.

[a] Quæcunq; sua.

XVII. Ut baptizati Iudæi cum Episcopis celebrent dies festos.

In foro Iudic. lib. 12. tit. 3. leg. 28 idem præcipitur.

Baptizati Iudæi quocunq; loco cætero tempore conuersentur, festis tamen præcipuis noui testamenti serie consecratis, ac diebus illis, qui olim sanctione veteris legis sibimet censebantur esse solennes, in ciuitatibus, publicisque conuentibus cum summis Dei Sacerdotibus celebrare præcipimus; vt eorum conuersationem, ac fidem, & Pontifex approbet, & veritas seruet. Huius verò temerator edicti, prout ætas permiserit, aut flagris, aut abstinétiæ subiacebit.

Expletis omnibus, quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternã, grates exoluimus immortali Dño soli, cuius dispositione mirabili ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari; vt & communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & par definitio concordiam assignaret: obsecrantes eius misericordiam largam, vt serenissimo domino, & amabili Christo Reccesuintho Principi glorioso ita præsentis vitæ felicitatem impendat, vt Angelicæ beatitudinis gloriam post tempora longæua concedat: atq; ita nos eiusdem felicitate lætos semper efficiat, vt in terra viuentium [b] remuneraturus attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrimè retinentes, postquam rationem festi Paschalis fraternitas vestra cognouit, nouerit se anno venturo, die Calendarum Nouembrium, causa peragendi Concilij in hac vrbe, fauente Domino, congregari; vt simili disceptatu, aut quæ prospexerimus congrua decernamus, aut solius pacis conuentu lætemur. Consummatumq; est hoc sanctũ Concilium die [c] quarto Calendarum Decembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi, atq; clementissimi domini nostri Reccesuinthi Regis, Era DC. XCIII.

[b] Remunerandos hac.

[c] Octauo. C. A.

Interfuerunt huic ſancto Concilio Pontifices numero ſexdecim.

1 EVgenius, regiæ vrbis Metropolitanus Epiſcopus.
2 [a] Taio, Cæſarauguſtanus Epiſcopus.
3 Marcus, Caſtellonenſis Epiſcopus.
4 Vbinibal, Elicitanus Epiſcopus.
5 Videricus, Seguntinus Epiſcopus.
6 Mauricius, Oretanus Epiſcopus.
7 Dauila, Complutenſis Epiſcopus.
8 Felix, Valentinus Epiſcopus.
9 Balduigius, Arcauicenſis Epiſcopus.
10 Maurellus, Vrgelitanus Epiſcopus.
11 Euſicius, Segobrienſis Epiſcopus.
12 Athanaſius, Setabitanus Epiſcopus.
13 Giberius, Bigaſtrenſis Epiſcopus.
14 Vbaldefredus, Menteſanus Epiſcopus.
15 Magnarius, Accitanus Epiſcopus.
16 Stephanus, Valerienſis Epiſcopus.

[a] Tago, Taio ſupra.

Item Abbates.

1 EVgitiuus, Abbas.
2 Ildefonſus, Abbas.
3 Eumerius, Abbas.
4 Morarius, Abbas.
5 Ioannes, Abbas.
6 Item Ioannes, Abbas.
7 Marcellinus, Archipresbyter Toletanus.
8 Silicolus, Primicerius.

Item Vicarij Epiſcoporum.

1 DAniel, Diaconus Marcelli Epiſcopi Eccleſiæ Vrcitanæ.

Item ex viris Illuſtribus officij Palatini.

1 PAulus, Comes Notariorum.
2 Emeterius, Comes Cubiculariorum.
3 Ella, Comes, & Dux.
4 Recilla, Comes Patrimoniorum.

De ſubſcriptionibus.

SVbſcribunt in nono Concilio Toletano eodẽ ordine, ſicut in octauo, Epiſcopi, Abbates, Vicarij Epiſcoporum, & viri illuſtres ex officio Palatino. Ferè omnes Epiſcopi qui in nono ſubſcribunt, ſubſcripſerant in octauo; vt Athanaſius, Sebaſtianus, Dauila Cõplutenſis, Felix Valentinus, Gibericus Bigaſtrenſis, Marcus Caſtellonenſis: in ſeptimo, & octauo Mauricius Oretanus, Maurellus Vrgelitanus, Marcellus Vrcitanus per procuratorẽ: ſicut in octauo, Taio Cæſaraugustanus, Vbinibal Elicitanus: in ſeptimo, & octauo. Vvidericus Seguntinus, Balduigius Arcauicenſis. Subſcribit etiam Euſebius Segobienſis, qui ſucceßit Floridio, in octauo. Magnarius Accitanus, qui ſucceßit Iuliano in octauo. Stephanus Valerienſis, qui ſucceßit Tagontio, in octauo. Vvaldefredus Menteſanus, qui ſucceßit Froila, in octauo.

Omnes hi Abbates ſubſcribunt in octauo, præterquam Ioannes. Similiter omnes viri illuſtres ex officio Palatino. De Archipresbytero, & Primicerio ſupra fuſè diximus.

Notæ in Concilium IX. Toletanum.

Cap. 8 ERa DC. XCIII.] *Vaſæus anno Dñi. 654. Morales. 657.* Ad tricennium] *Detricennali poſſeßione in rebus Eccleſiæ, vide Concil. Chalcedonenſ. cap. 17. & Tolet. 4. cap. 34. & epiſtolam Gelaſij PP. ad Epiſcopos Siciliæ, cap. 2.*

C. 10. Proles autem] *Concilium Lateranenſe. 2. cap. 31. ita de hac re ſancit.* „ *Firmiter prohibemus ne Canonicorum filij, maximè ſpurij,* „ *Canonici fiant in ſecularibus Eccleſijs, in quibus inſtituti ſunt pa-* „ *tres: & ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere. Qui ve-* „ *ro (vt dictum eſt) Canonicare præſumpſerit, à ſuis beneficijs ſu-* „ *ſpendatur. Idem Alexander. III. par. 19. cap. 1. 3. & 4. & ſequentibus: & Concil. Tridentin. ſeß. 25. can. 15. Quinimo ad ordines non debent admitti; etiam ſi probatæ vitæ fuerint, niſi in monaſterio vel regulari vita degentes: Alexand. PP. III. p. 19. cap. 2. Concubinæ verò clericorum, ſeu mulieres illæ quæ contra Eccleſiæ leges clericis cohabitabãt, vnde infamiæ nota illis inureretur, ab Epiſcopis olim venundabantur in ſeruas, pretium vero pauperibus erogabatur;*

vt constat ex Concilio. 3. Toletano. Can. 5. & Concil. Toletano. 4. cap. 42. Concil. Tolet. 8. c. 5. & alijs multis locis. A Reccaredo verò Rege lib. 3 tit. 4. leg. 18. fori Iudicum sancitur, vt huiusmodi mulieres centenis flagellis verberentur. De illegitimis multa decreuit hoc tempore Sixtus. V. sanctißimus Pontifex, ad optimum regimen Ecclesiæ stabiliendum. Apud Gratianũ tota quinquagesima sexta distinct. de hac re agitur. Verùm de Sacerdotibus quid
» *tradat Philo Iudæus in decalogo, perpendendum duxi: In Sacer-*
» *dote (inquit) & hominum genus examinatur, vt sit inculpabile, &*
» *competens, partibus sui corporis vsquequaq; integrum. Quod licet loquatur de Sacerdote veteris legis, qui ex decreto Domini debebat esse iustis natalibus ortus, & integer corpore, verùm id etiam seruatur in noua, vbi ad altius & præstantius sumus vocati sacrificium, & cultum.*

INCI-

INCIPIVNT CApitula Concilij Tolet. decimi XX. Episcoporum.

a Annunciationis Dominicæ.

IN NOMINE DOMINI habita Synodus X. in Toletana vrbe, die Calendarũ Decembrium, anno octauo gloriosissimi domini, & religiosissimi Reccesuinthi Principis, Era DC. XCIIII.

GRatulationem nobis spiritualem diuina contulit gratia, quando tribuit vti [b] nobis & salutaris disciplinæ [c] frequẽtia, & conuenire ad pacificorum votorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in cõuentu loci, referentes gratias inuisibili Deo, & glorioso rerum domino Reccesuintho Regi, cuius sacratissimo voto, retenta paternitatis sanctæ traditione, ad sacrum quiuimus adunari

b Inter nos Exc.
c Frequentiam. Exc.

adunari conuentum, has ſubter annexas regulas concordi definitione prolatas æterna ſtatuimus manere lege præfixas.

I. *De celebritate feſtiuitatis Dominicæ matris.*

CVm nihil fidei ſinceritas per diuerſitatem aduerſum incurrat, & vnitatem Catholicæ regulæ varietas nulla diſcerpat, eſt tamen, quod niſi temporum vnitate ſeruetur, & diſcidium indiſciſſæ vnitati parturiat, & ſacramentorum vnitate conſtare non valeat. Hinc [a] eſt, quòd Paſchale feſtum, "niſi" vno die [b] celebremus & [c] tempore, in Iudaicum decidamus errorem. Hinc aduentum ſancti Spiritus poſt Reſurrectionē Dei niſi expectemus tempore definito dierum, "ſimul, & [d] numero, non poſſumus impleri eiuſdem Spiritus dono. Quoniam ſi caret plenitudinis numero, carere poteſt & myſterij Sacramento. Hinc natiuitatis Dominicæ ſacrum, quo euidenter de vtero virginali Verbum prodijt caro factum, abſq; dubio ſeruat temporis curſum, & repręſentat [f] ſpecialis diei momentum. Si ergo Natiuitatis, & mortis incarnati huius Verbi dies abſque immutatione ita certus habetur, vt abſque diuerſitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer Eccleſia celebretur, cur non feſtiuitas glorioſæ matris eius eadem obſeruantia, vno ſimul vbique die, ſimilique habeatur honore? Inuenitur etenim in multis Hiſpaniæ partibus huius ſanctæ Virginis feſtum non vno die per omnes annorum circulos agi. [g] Quoniam transducti homines diuerſitate temporum, dum varietatem ſequuntur, vnitatem celebritatis nō habere probantur. Qua de re, quoniam die, qua inuenitur angelus virgini Verbi conceptum & nunciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem feſtiuitas non poteſt celebrari condignè; cum interdum Quadrageſimæ dies, vel Paſchale feſtum videtur incumbere, in quibus nihil de ſanctorum ſolennitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, conuenit celebrari; cum etiam & ipſam incarnationem Verbi non conueniat tunc celebritatibus prædicari, quando conſtat id ipſum Verbum poſt mortem carnis gloria Reſurrectionis attolli, ideò ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauum diem, quo natus eſt Dominus, genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore conſtat, vt ſicut Natiuitatem Filij ſequentium dierum inſequitur

[a] Eſt enim. Exc.
" Deeſt Exc.
[b] Celebramus. Exc.
[c] Temp. ne in. Exc.
" Deeſt Exc.
[d] Numerum. C. A.
[e] Seru. & temp. Exc.
[f] Speciale diei monimentum. C. A.
[g] Quo enim transducet homines diuerſitas tēporum, dū varietatem celebritatis habere probātur? Qua de. Exc.

quitur dignitas, ita feſtiuitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolennitas. Nam [a] quod feſtum eſt matris niſi incarnatio Verbi? cuius vtiq; ita debet eſſe ſolẽne, ſicut eſt & eiuſdẽ [b] natiuitas Verbi. Quod tamen nec ſine exemplo decedentis moris, qui per diuerſas mundi partes dignoſcitur obſeruari, videtur inſtitui. In multis namque Eccleſijs à nobis, & ſpatio remotis, & terris, hic mos agnoſcitur retineri. Proinde, vt de cætero quidquid eſt dubium ſit remotum, ſolennitas Dominicæ matris die decimoquinto Kalendarum Ianuariarum omnimodò celebretur, & Natiuitas Filij eius Saluatoris noſtri die octauo Kalendarum earundem, ſicut mos eſt, ſolennis in omnibus habeatur.

[a] Quod. Exc. & C. A.
[b] Natiuitatis. Exc.

II. De non violandis religioſorum iuramentis, in ſalutem Regiam datis.

Tol. Conc. 4. c. 73.

Frequentium moleſtiarum nocens impulſus contemni quidem magnitudine decentis poterat grauitatis: ſed quia leuitas labens, facilè ad præcipitia vana corda reclinat, benè honeſta ſolicitudo cohibere properat, quod frequentata vſitatio vitare non curat. Ideò cum & quorundam Paternorum ſanctionibus decretorum, & inſtitutionibus ſit legalibus cautum, ne contra ſalutem Principum, gentiſq;, aut patriæ, quiſquam meditari conetur aduerſum, hoc vnum ſpecialiter nunc depromitur obſeruandum, vt ſiquis religioſorum ab Epiſcopo, vſque ad [c] extremi ordinis Clericum, ſiue [d] monachum generalia iuramenta in ſalutem Regiam, gentiſque, aut patriæ data, reperiatur violaſſe voluntate profana, mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeatur excluſus, & miſerationis obtentu tantummodo reſeruato, vt an locum, an honorem, an vtraque poſsideat, concedendi ius licentiamque principalis poteſtas obtineat.

Decre. Iuon. p. 11. c. 88. Ita habetur: Igitur ſi Clerici, aut Monachi inuenti fuerint cõiurati, aut per coniurationem calũniam machinantes Epiſcopis, vel Clericis, propriũ amittant gradum: ſicque 11. quaſt. 1. Si Clerici.

[c] Extremum ord. Clericorum.
[d] Monachorum.

III. De non permittendo laicis imperare religioſis.

[e] Reuerentiæ totius auditum quia res adijt dura, non fruſtra [f] cogimur hanc duriori [g] extirpare cenſura. Agnouimus enim quoſdam Pontifices præcepti principis Apoſtolorum, qui ait, Paſcite, qui in vobis eſt, [h] gregem; non coactè, ſed ſpontaneè; [i] nec dominãtes in clero, ſed forma facti [k] gregis, ita eſſe

1. Petri. 5.

[e] Reuerentiæ totius auditu percipiatur, quia res adeò dura Exc.
[f] Cogitur. Exc.
[g] Extirpari. Exc.
[h] Gregem Dei C. A.
[i] Neq; vi dominant. C. A.
[k] Gregi C. A.

ita esse immemores, vt quibusdam monasterijs, parochialibusque Ecclesijs, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui fauoris participes, iniquum sæpe statuant in Prælatum; ita illis prouidentes cōmoda inhonesta, vt eisdem deferātur, aut quæ proprio Episcopo dare iustus ordo popofcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Nam quisquis Pontificū deinceps, aut sanguine propinquis, aut fauore sibi personis quibuscunque [a] deuinctis talia commodare lucra tentauerit [b] au su nefandæ præsumptionis, & quod visum fuerit deuocetur in irritum, & qui ordinarit annuæ [c] excommunicationis ferat excidium.

Distinct. 89 C. decernit.

[a] Coniunctis. Grat.
[b] Ad suum nefand. præs. excidium, & quod. Exc.
[c] Excomunication. subiaceat: quæ vero ablata fortasse fuerint ab eo qui tulit, reddātur in duplum. Exc. Grat. C. A.

IIII. *De professione & veste religiosarum viduarum.*

1. Corin. c. 2. De viduis supra diximus Conc. Tol. 4. c. 55.

Benè per spiritum Dei possumus cum sancto Apostolo dicere, non ignorare nos astutias Sathanæ; quia impellimur Zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudium studia cōualescentem excreuisse perniciem, vt primæua Patrum constitutio à quibusdam æstimetur illudi, & noua iudicum putetur intentio [d] falli. Nam inueniuntur nonnullæ viduæ diuersis excusationibus se adeò contegentes, vt blandiantur sibi, non se Patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Vnde antiquis inconcusè permanentibus regulis hoc adijcitur nouæ oraculo sanctionis, vt vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, Sacerdoti, vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem "suam" faciat, à se, aut signo aut subscriptione [e] notatam, continentem, se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolatè seruare Ac tunc accepta à Sacerdote, vel ministro apta religionis [f] vsui veste seu lectulo, quiescens, siue quocunque loco consistens incunctanter vtatur: nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis; [g] nisi religiosa, & non suspecta; quæ careat & varietatibus colorum, & diuersitatibus [h] partium: adeò vt absque vlla suspicione transgresionis, maneat vsui tantum apta sanctæ religionis, & [i] vsui sexus competēs, ad testimonium probitatis. Vt autem deinceps nihil deuocetur in dubiū, pallio purpurei, vel nigri coloris caput cōtegat, ab

10. q. 1. vidua.

[d] Pelli. Exc.
[e] Deest C. A.
[e] Notam C. A.
[f] Huius. Exc.
[g] Sed. Exc.
[h] Specierum. Exc.
[i] Sui sexus. C. A.

ab initio susceptæ religionis: vt dum illic intulerit signũ probabilis sanctitatis, vbi nullius falli poterit visio intuẽtis,[a] nusquam attentetur ausus detestandæ præsumptionis.

[a] Nusq ausus attentet. Exc.

V. De remotis excusationibus viduarum, transgressionem "religionis" sequentium.

" Deest A.C.

27. q. 1. Omnes fœminæ nò ad verbum.

[b] Omnes fœminæ, quæ iam in præteritum religionis veste fuisse probantur indutæ,[c] nihil ad excusationem valeat oppositionum quælibet obiectio, quamuis diuersis aut callidis adumbrare se velint fallaciæ argumentis: sed ad sacratissimas sanctiones disciplina sanctior teneat eas religatas, atque [d] subnexas.[e] Commoueantur sanè Sacerdotis auctoritate, vt sponte [f] ardeant: quæ si redire noluerint, impulsu Sacerdotis ad religionis [g] habitum reducantur, & in monasterijs [h] reductæ excommunicationis condignæ sententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet à Sacerdote, "vel ministro" sanctimoniæ vestem non accepissent, ipsæ tamen, aut indutæ sunt, aut illo indui habitu consenserunt, qui religiònis esse cultus ab intuentibus crederetur; sicque coram Ecclesia, vel Sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ [i] visæ certis indicijs, aut testimonijs approbantur. Omnes hæ [k] tamen, seu post [l] transgressum resumentes [m] iteratam conuersionem, sicut præmissum est, & pallio capita contegant, & conscriptam, roboratamque professionis faciant scripturam, per quam [n] alterius non sinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Quæ verò ex omnibus his fuerint repertæ animum, aut vestem in transgressionem dedisse, & excommunicationis sententiam ferant, & rursum mutato habitu, in monasterijs, donec diem vltimum claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

[b] Omnibus fœminis Exc.
[c] Nihil excusationis valeat in opposit. Exc.
[d] Subnixas. C.A.
[e] Commoueantur. Exc.
[f] Redeant C. A. & Exc.
[g] Cultum. Exc.
[h] Redactio. Exc.
" Deest Exc.
[i] Veste. C. A.
[k] Tamen seu venientes ad primam religionem, seu. Exc.
[l] Transgressa C. A.
[m] Iterata conuersione. Exc.
[n] Vlterius Exc. C.A.

VI. De his, qui in parua ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint.

Ivo. p. 7. c. 17. Burch. lib. 8. c. 1.

Cum hucusque dissolutæ operationis effectus interdum nutare fecit [o] honestæ constitutionis [p] edictum; dum [q] inconditè resolui putatur, quod [r] indissolubile sanctionis auctoritate

[o] Honestum. Exc.
[p] Edict. proponimus ne resolui putetur Ivo.
[q] Incogaitè Burch.
[r] Indissolubili. Ivo. Burch.

ritate tenetur. Ideò quidquid obuium ex incerto [a] incurrit, euidenter abijci debet: vt de cætero nihil superſit, quod in dubium nutetur. Ideoque ſi in qualibet [b] minori ætate, vel religionis tonſuram, vel religione debitam veſtem, in vtroque ſexu filijs, aut vnus, aut ambo parentes dederint; [c] certè aut nolentibus vel neſcientibus ſe, ſuſceptam non mox viſam in filijs abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia, palamque in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſecularem reuerti habitum ipſis filijs quandoque penitus non licebit: ſed conuicti, quod tonſuram, aut religioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque reuocentur, & ſub [d] æterna diſtrictione huiuſcemodi obſeruantiæ [e] inſeruire cogantur. Parentibus ſanè filios ſuos religioni contradere, non amplius quam vſque ad [f] decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe. Poſtea verò, an cum voluntate parentum, an ſuæ deuotionis ſit ſolitarium votum, erit filijs licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſecularis veſtis aſſumptione, detectus fuerit attigiſſe tranſgreſsionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat.

104. 1. *si in qualibet.*

[a] Occurrit. Exc. Ioo.

[b] Iooiori. Iuo.

[c] Forté Grat.

[d] Strenua. Exc. Iuo. Burch Grat.

[e] Obſeruire. C.A.

[f] Doodecim. Iuo. quartumdecim. Grat. & Panorm. & C. Gregorianus

VII. Vt nullus ex Sacerdotibus, Leuitis, vel ex Catholicorum cœtu, audeat mancipia Chriſtiana Iudæis, vel Gentilibus venundare.

Septimæ collationis obiectu immane ſatis, & infandum operationis ſtudium nunc ſanctum noſtrum adijt Concilium; quod pleriq; ex Sacerdotibus, & Leuitis, qui pro ſacris miniſterijs & pietatis ſtudio, gubernationiſque augmento ſanctæ Eccleſiæ deputati ſunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quàm ſanctorum Patrum inſiſtere mandatorum: vt ipſi etiam qui redimere debuerunt, venditiones facere intendant, quos Chriſti ſanguine præſciunt eſſe redemptos; ita duntaxat, vt eorum dominio, quo ſunt empti, in ritu Iudaiſmo: conuertantur oppreſsi & fit execrabile commercium vbi nitente Deo, iuſſum eſt ſanctum adeſſe conuẽtum; quia maiorum Canones vetuerunt, vt nullus Iudæorum cõiugia,

iugia, vel seruitia habere præsumat de Christianorum cœtu; sed sacræ fidei sibi cohærentia tam coniugia quàm seruitia, *Psal. 67.* fauente Deo vnicè adhæreant; dicēte Propheta: Qui habitare facit vnanimes in domo. Nam verè nec aduertunt primum, *Exod. 21.* quid Dominus præceperit per Moysem dicens: Si quis furatus fuerit hominem, & vendiderit, conuictus, quòd morte *Deuter. 15. secundum Septuaginta.* moriatur. Et iterum: Si fratrem tuum Hebræum redemeris, seruiet tibi septem annis, & liberum abire permittes. Quod sine dubio ab eis præscimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceps, dum ipsi, quos nouimus Dei insectatores, ita malunt sibi concessa implere præcepta, vt nulla prorsus ratione maneant euitata, quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus pretio sanguinis sacri, conuenit custodire omnia præcepta? Quid igitur Sacerdos ille, vel Leuita, siue etiam omnis athleta Christi sibi vendicare velit, dum Dominum, & redemptorem nostrum Iesum Christum non vult imitari; secūdum quod ipse vaticinantibus Prophetis ait: Vos Sacerdotes, & Leuitæ afferte arcam Domini Dei Israël ad *2. Paral. 19 1. Paral. 16* locum, qui paratus est: sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: Leuate sacrificium, & venite in con- *Deuter. 33* spectum eius, & adorate Dominum in decore sancto. Et alibi: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, Domine, vt ponat thymiama in furore, & holocausta super altare tuū. *Malac. 2.* Et illud: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de *Ibidem.* ore eius exquirunt: quia Angelus Domini exercituum est, lex veritatis in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs *In vulgata est: In pace & æquitate ambulauit mecū, & multos, &c.* eius: In pace dirigens ambulauit, & multos conuertit ab iniquitate. Necnon & Dauid: Sacerdotes tui Domine in- *Psal. 131.* duantur iustitia, & sancti tui lætentur. Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus: Sa- *Ibid.* cerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Quod & ipse Dominus & Saluator Aposto- *Matth. 10.* lis suis præcepit, dicens: Euntes per vniuersum mundum, prædicate Euangelium regni: appropinquauit enim regnum cœlorum: dæmonia eijcite, claudos curate, leprosos *Matth. 24.* mundate, mortuos suscitate. Et iterum, Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituet dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore (opportuno.) Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem: Amen dico vobis, quoniam

super omnia bona sua constituet eum. Nam & Petro dixit: Simō Petre si diligis me, pasce oues meas. Vnde & Apostoli in vnum commorantes, possessiones proprias & substantias vendebant: & non quidem credentium animas euertebant; sed magis vnicuique, prout opus erat, fidelium diuidebant. Quod & beatus admonet Petrus dicens: Pascite, qui est in vobis gregem Dei, custodientes; non coactè, sed spontaneè secundùm Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: vt cū Princeps pastorum apparuerit, percipiatis immarcessibilē gloriæ coronā. Nam & Paulus ita ad Timotheum ait: Exemplū esto fidelium in verbo, in cōuersatione, in fide, in charitate, in castitate: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, vnum spiritum in Christo potati sumus; & semetipsum pro nobis tradidit, factus pro nobis maledictus, vt in nobis benedictio Abrahæ fieret. Iacobus igitur ita loquitur: religio munda, & immaculata apud Dominum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Dicat nūc quisquis ille est sectator interminabilis vertigo testatione, quis ex Apostolis sanctis, vel ex omni turba credentium, quos aduocauit Dominus, quemquam vendidisset aliquatenus hominum; dum ipse Dominus in Euāgelio dicit: Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Audi namque Zachæum Domino dicentem: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Quorum exempla Apostoli, & omnis toga sanctorum Martyrum, & Confessorum impleuerunt, & nobis implenda insinuauerunt, dicente Apostolo Paulo: Imitatores mei estote sicut & ego per omnia Christi. Nam qua fronte, qua etiam conscientia, [a] quisquis ille est prioris illius imitator proditoris, vt post huius nefanda commissa Domino Deo præsumat offerre libamina, aut perceptionis suscipiat sacra mysteria, quæ nobis est concessum in oblatione peccatorum nostrorum, dum [b] dicit: Non licet mittere eos in corbonam, quoniam pretium sanguinis est. Corbona enim nostrorum est arcana [c] peccatorum, in quo sanctum suscipimus corpus: & maximè nobis est custodiendum de talibus commerciis ne inquinemur mentibus nostris, & proruamus cùm Iuda negociatore, cordibus cæci: secundùm quod Dominus dicit:

Marginalia: Ioann. 21. — Act. 4. — 1. Pet. 5. — 1. ad Tim. 4. — Iacob. 1. — Luc. 19. — Luc. 19. — Philipp. 3. — Matth. 27.

[a] Fort. desideratur vox est.
[b] F. dicitur.
[c] F. pectorum.

Marc. 14. dicit: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur in manibus peccatorum: bonum erat illi si natus non fuisset homo ille. Quod non tantùm pro Iuda, sed pro omnibus scilicet, [a] cuius mercimonijs deseruiunt, & ipsi illi in diem iudicij erunt condemnati, per quem venundati in hæresem ceciderunt Iudaicè, aut etiam præsenti seculo mala suscipient, secundum propheticum sermonem: Ecce furor Domini egrediens; procella ruens in capite impiorum conquiescet. *Ierem. 30. quanquam paulo aliter.* Et iterum: Propheta namq; & Sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum; ait Dominus. Idcircò via eorum erit quasi lubricum in tenebris. Impellentur enim, & corruent in ea, auferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. *Ierem. 23.* Et per Esaiam: Dedi populum meum in manu tua, non posuisti eis misericordiam, [b] aggrauasti iugum tuum valde, [c] descende in puluere, sede tacens, & intra in tenebras, veniet super te malum, & nescies, & irruet repente calamitas quam non poteris expiare. *Esai. 47.* Et iterum in Euangelio Dominus dicit: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *Matth. 7.* Et illud: Cauete ab his qui deuorant domos viduarum simulantes longam orationem; hi accipient [d] damnationem maiorem. *Marc. 12.* Et iterum: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. *Luc. 3.* Quia si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt ligetur collo eius mola asinaria, & proijciatur in mare: *Marc. 9.* Vnde & in Actibus Apostolorum ita Dominum legimus dixisse: Saule, Saule, quid me persequeris? *Act. 9.* nunquid in cœlum ascenderat Saulus? vt ibidem persecutionem eius sustineret Dominus? sed in seruis suis habitans hanc [e] prolatus est sententiam, sicut ipse dicit: Qui vos spernit, me spernit; & qui me spernit, eum spernit, qui misit me. *Luc. 10.* Et illud: Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. *Matth. 12.* Quod etiam dudum per Prophetam dixit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lógè est à me: sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. *Isai. 29. & Matth. 15. & Marc. 7.* Et in Euangelio? Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. *Matth. 16.* Ecce pater familias plantauit vineam, id est, Ecclesiam, & locauit eam agricolis, id est, Sacerdotibus. *Matth. 21.* Cum ergo venerit Dominus

[a] F. qui eiusmodi.

[b] Super senem aggrauasti. est in Esaia.

[c] Sed in puluere. Esai.

[d] Damnat. prolixius iudicium vulg. Græcè tamen περισσότερον κρίμα.

[e] F. proloquutus.

vineæ, quid faciet agricolis illis? malos malè perdet, & vineam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis. Nam dicit ipse: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit concutere conseruos suos, " & ancillas;" manducet autem & bibat cum ebrijs, veniet Dominus serui illius, in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & inutilem seruum mittet in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentauerit, nouerit se extra Ecclesiam fieri, & presenti, & futuro iudicio cum Iuda simili pœna percelli; dum modò Dominum denuo proditionis pretio malũt ad iracundiam prouocare.

Marc. 14. Matth. 24.

" Deest in Matth.

Opitulante miseratione diuina & gloriosissimi Reccesuinthi Principis inhærente voluntate religiosa, his gestis decentissimè alligatis & in pace connexis, ex totis præcordiorum [a] abditis, damus gloriam & honorem soli, æterno, & immortali Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cuius donum collatum nobis agnoscimus, pro eius Ecclesiæ statu, & promptè gerere curam & [b] posse sacri regiminis competentia disponere iura: à quo petimus & optamus, vt porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi Principis vita, [c] & omni gloriarum decore perpetim [d] pollente salute, nobis quoq; tribuat susceptum Ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere, in solicitudine gubernare, & in pace tenere: vt post mũdi huius [e] suscepta pericula, peruenire possimus ad cœlestia regna. Amen.

[a] Visceribus. Exc.
[b] Possessa. C. A.
[c] Eam. Exc.
[d] Pallere. Exc.
[e] Suspecta. Exc.

ITEM DECRETVM PRO Potamio Episcopo.

ASsumere poteramus canoram in tãtum fraternæ lætitiæ tibiam, quia diuina pietas conuentum nostrum ad concordiæ conuocauerat studia, & conuenerat [f] mœstitiam vitare, quoniam visitatione disciplinæ videbamur Paternas regulas innouasse. [g] Sed grauius sistrũ pro cymbalo sumimus, & funus pro carmine decantamus, gementesq; cum Hieremiæ questibus dicimus: Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Vnde & væ coram nobis [h] conspicimus, quoniam cecidisse coronã capitis nostri videmus,

Threnor. 5.

[f] Abnuere mœstitiã vitæ. C. A.
[g] Sed grauius collisi Threnum. C. A.
[h] Esse consp. A. C.

videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod in tam ſublime ſanctitatis optimum ſtetit. Ecce etenim tractãtibus nobis in pace Dei, de Eccleſiaſticis regulis, delatum eſt conuentui noſtro epiſtolium confuſæ confeſsionis, & abolendæ ſubſcriptionis, quod Potamius Bracarẽſis eccleſiæ Epiſcopus de factis proprijs, ſuiſque verbis annotârat, & articulis: quo reſerato, quid obliterenda pagina, & abolenda literarum pandèrent elemẽta, fletibus potius quàm ſermonibus lacrymoſa [a] concio recenſuit. Tunc ſolitariè tantùm, ſecretimq; adunatis Pontificibus Dei, prædictum Epiſcopum adeſſe corã nobis fecimus. Quem ſingultibus aggredientes ampliùs quàm loquelis, reſeratam illi ſuæ deformitatis, & noſtræ confuſionis ſcripturam protulimus: quam accipiens, ac recurrens, ſciſcitantibus nobis, vtrùm ſui operis, & ſuæ annotationis intimatio eſſet; [b] ille ſuum actum, ſuiq; oris eloquium, ſuorum quoque digitorum eſſe robur aſſeruit, quod illic relegendo [c] peruidit. Rurſum [d] diuini nominis conteſtatione hunc adiurantes, obteſtati ſumus [e] vt, an de ſe ſponte mendacium diceret, aut alicuius [f] violentia premeretur, & perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibuſque ploratu madentibus & fragore ſingultuum, cũ vnius Dei nominis iuramento clamauit, ſe & verè eadem mala de ſe confiteri, & ad hæc confitenda nulla ſe violentia prægrauari. Vnde etiam fermè per nouem mẽſes ſpontè deſeruiſſe regimen Eccleſiæ ſuæ, & ergaſtulo quodam, [g] pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam, ſe concluſiſſe edixit. Tunc per fidelem confeſsionem eius, agnito, [h] quòd tactu fœmineo ſorduiſſet, & declarato; licet hunc Paterna antiquitas ſacris regulis deijcere ab honore decernat, nos tamen miſerationis iura ſeruantes, non abſtulimus nomen honoris, quod ipſe ſibi ſui criminis confeſsione iam tulerat; ſed valida auctoritate decreuimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inſeruire officijs, & ærumnis: prouidentes, meliùs illum per aſperam, & [i] dumoſam ire pœnitentiæ ſolitudinem, vt quãdoque perueniret ad refrigerij manſionem, quàm relictum in voluntatis ſuæ latitudine, ad præcipitium deijci æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuoſum eccleſiæ Dumienſis Epiſcopum, cõmuni omnium noſtrûm electione cõſtituimus eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere: ita vt omnem Metropolim prouinciæ Gallœciæ, cunctoſq; Epiſcopos, populoſq; con-

Potamius, Bracarenſis Epiſc. ſucceſsit Iuliano: ſubſcribit in. 8. Toletano.

[a] Cognitio recenſuit. A.C.
[b] Ilico. C.A.
[c] Prouidit. C.A.
[d] Sub diuini. A.C.
[e] Vt ſi non aut de ſe. C.A.
[f] Violentiæ prouentu. C.A.
[g] Ob admiſſum flagitium. C.A.
[h] Quod tanto fœmineo ſorduiſſet ſtupro, & licet. C.A.
[i] Dumoſam pœnitẽtiæ ſolitud. quandoque peruenire. C.A.

uentûs ipsius,[a] omniumq; curam animarum Bracarensis Ecclesiæ gubernandam suscipiens, ita componat, atq; conseruet, vt & Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet, & nobis de incolumitate Ecclesiæ eius gaudium præstet. Quia verò [b] ad futura prospicere conuenit, ne exoriri posit in statu pacis quædam commotio litis, Patrum sententiam, quæ iam dictum Potamium Episcopum rectitudine dānat, huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

EX CONCILIO VALENTINO Galliæ, titulo quarto.

NEc illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ vtilitate censuimus, vt sciretis, quicunq; sub ordinatione, vel Diaconatus, vel Presbyterij, vel Episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationibus submouendos; reos scilicet, vel veri cōfessione, vel mendacio falsitatis. Neq; enim absolui[c] potest is, qui in se ipsum dixerit, quod dictū in alios puniretur: quoniam omnis, qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida fit. Multæ quidem, & aliæ sentētiæ huic poterāt innecti decreto, quæ prædictū Potamium Episcopum [d] seuerissima auctoritate abijcere iubent. Sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus: ne si [e] totius damnationis edicta replicâssemus, grauissimæ vltionis auctores existere videremur. Factum est decretū sub die Calendarum Decēbris, anno feliciter octauo regni gloriosissimi domini nostri Reccesuinthi regis. [f] Eugenius, indignus Toletanæ sedis Metropolitanus Episcopus, hoc iudicij nostri decretum subscripsi. Similiter & alij Episcopi subscripserunt, numero. XX.

ALIVD DECRETVM.

[g] DIutinis tractationibus inueniri, quod iustū est, [h] vt experientia est iudicantium cōprobatum, ita & iuxta summi iudicij statuta plenior inuenitur auctoritas. Ideo mentis intentione, orisque simul, studia deducentes in cognitionem audiendi negocij, delatum est ad nos in conuentu sancti Cōcilij, ex directo gloriosi domini nostri Reccesuinthi Regis, per illustrem Vvambanem, testamentum, gloriosæ memoriæ S. Martini Ecclesiæ Bracarensis Episcopi, qui & Dumiense monasterium visus est construxisse; vt reserato eo, quid [i] hic memo-

[a] Omnemque A.C.

[b] Ad futurum. C. A.

[c] Potest in his, si in seipsos edixerint. C.A.

[d] Sanctissima A.C.

[e] Tota. C.A.

[f] Omnes Sacerdotes prædicti Concilij, hoc stabiliter sancimus. C.A.

[g] Viuidis. C.A.

[h] Et experientia esse iudicantium comprobatur, & iusti summa iudicij plenior inuenitur. Ideo mentis intētionem, orisque simul studia deducentes agnitione audiend. negocij. A.C.

[i] Illic. C. A.

memoratus beatissimus vir decreuisset, nostræ cognitioni [a] patesceret. Quo testamento in omnium conuentu relecto, comperimus ex ordine, à memorato Principe ad nos esse directum: quoniam idem gloriosæ memoriæ sanctissimus vir decreuerat, vt succedentibus per ordinem regibus, ad complementum eius ipsius testamenti constitutio commendata maneret. Tunc deinde illatum est nobis testamentũ Recimiri memoratæ Ecclesiæ Dumiensis Episcopi, quod de rebus suis in eadem Ecclesia decreuerat examinatione veridica dirimendum. Quo [b] relecto cognouimus eundem auctorem suum illic diuersæ constitutionis edidisse conditiones: inter quas vnam validam conatus est religatione constringere; deputans & illationes, & pretia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus [c] erogari, nihilque esse absque deliberatione relictum, [d] quo vsibus Ecclesiæ possit quadam liberalitate seruire. Tunc ex voce partis Dumiensis ecclesiæ [e] adstrictum est, quod [f] vniuersas species generis, & corporis rerum, quæ in eiusdem Ecclesiæ [g] domo intrinsecus ad vsus domesticos [h] ex tempore suæ ordinationis idem Episcopus Recimirus inuenit, & quæ ipse aut de opere vtriusque sexus artificum familiarum Ecclesiæ potuit habere confecta, atque illata, aut quæ sua [i] professione habuisse visus est conquisita, omnia moriens iussisset pauperibus [k] erogari. Quædam verò ita [l] vili pretio vendi ordinasse, vt negociatio earum rerũ perditio potius quàm mercatio cẽseretur. [m] Addidisse quoq; quosdam liberos ex eiusdem Ecclesiæ familijs, quibus etiam cum alijs ad se pertinentibus [n] omnibus, amplius quã quinquaginta reperitur vtriusque sexus dedisse mancipia. Quibus damnis ita cognitis; quia & cuncta remedia intrinsecus domus tàm indiscretè largita fuerant, ne quid [o] ad integritatem Ecclesiæ reliquum [p] superesset, cum nulla imminens causa pauperum necessitatis existeret, [q] quæ hoc tàm integrè, & perfectè examussim erogari deposceret, atque pro libertis illis nihil secundũ Canonicam sanctionem datum in cõmutationem patesceret: sed nec pro mancipijs, & reliquis rebus eisdem libertis collatis, aliquid in repræsentationem Ecclesiæ relictum notesceret: verùm, & suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedij ex hoc Ecclesiasticus vsus attingeret, ducti sumus, tàm rationis intuitu, quàm Paternarum sanctionum edicto, ipsius testamenti [r] seriem, & si non

Subscribitur 17. Toletano num. 7.

[a] Pateret. C.A.
[b] Relato. C.A.
[c] Erogare. C.A.
[d] Quod. C.A.
[e] Adstructum. C.A.
[f] Vniuersæ speciei, generis, & corporum rerum, quæ. C.A.
[g] Dono. C.A.
[h] Et. C.A.
[i] Proqisione. C.A.
[k] Erogare. C.A.
[l] Viliori pretio vendere. C.A.
[m] Edidisse aliâs, quo modo, & C.A.
[n] Omnibus deest in C.A.
[o] Ad dignitatẽ. C.A.
[p] Esset. C.A.
[q] Quæ in hoc sancta lex examussim erogare deprehensa est. C.A.
[r] Seriem (& si non vsquequaque) in irritum rationabili temperamento deducere. C.A.

ſi non vſquequaque in irritum deuocare, in quoddam tamẽ, rationabili auctoritate, temperamentum deducere: ſcilicet, quia tãtorum diſpendiorum damnis, à memorato Recimiro Epiſcopo factis, res Eccleſiaſtica dignoſcitur ſubiacere, omnis res eius, quam [a] inde legatam reliquit pauperũ nomini, tã diu Dumienſi eccleſiæ plena deſeruiat facultate, donec omne hoc damnum, quod in vtenſilibus domus ſuſtinuit, valeat euidentiùs reparari: ac tunc completa reſtitutione damni, obſeruetur, ſicut decreta eſt, ſeries teſtamenti. Liberti verò, qui ex familijs Eccleſiæ facti ſunt, & ſeu res vniuerſa, quæ in mancipijs, alijſque corporibus, [b] vel illis ſuis hominibus collata eſſe dignoſcitur, cũcta in diſcretione venerabilis fratris noſtri Fructuoſi Epiſcopi diſponenda relinquimus: vt quia hæc euidens ordo Patrum in irritum deuocat, illius tẽperamentum hæc ad miſerationem adducat; qualiter nec regulam Paternam modus excedat, & miſerationem ſeueritas non extinguat: vt ſecundùm [c] merita ſeruientium, & libertatis præmia, & rerum donaria, vel ſubtrahat, vel concedat. [d] Editum ſub die Calendarum Decembris, anno feliciter octauo regni [e] glorioſiſsimi dñi noſtri Receſuinthi Regis.

Eugenius, indignus Metropolitanus Toletanæ ſedis [f] Epiſcopus, hoc iudicij noſtri decretum ſubſcripſi.

Similiter & alij Epiſcopi ſubſcripſerunt numero viginti.

[a] Alligatam. C.A.

[b] Vel illis, vel ſuis hom. C.A.

[c] Meritum. C.A.

[d] Editum decretum C.A.

[e] Glorioſi. C.A.

[f] Epiſcopus, & cæteri Sacerdotes memorati, hoc iudicij noſtri decretum ſcribimus. C.A.

Interfuerunt huic ſancto Concilio Pontifices, numero. XX.

1 EVgenius Regiæ vrbis Metropolitanus Epiſcopus.
2 Fugitiuus Spalenſis [g] Metropolitanus Epiſcopus.
3 [h] Fructuoſus Bracarenſis Metropolitanus Epiſcopus.
4 Marcus Caſtellonenſis Epiſcopus.
5 Vvidericus Segontienſis Epiſcopus.
6 Mauricius [i] Oretanus Epiſcopus.
7 [k] Ibitaricus Elnenſis Epiſcopus.
8 Dauila Complutenſis Epiſcopus.
9 Egeredus Salmanticenſis Epiſcopus.
10 Quiricus Barcinonenſis Epiſcopus.
11 Cæſarius Olyſipponenſis Epiſcopus.
12 Athanaſius Setabitanus Epiſcopus.
13 Balduigius Arcauicenſis Epiſcopus.

[g] Sedis Metrop. C.A.

[h] Fruct. indignus ſedis Brac. C.A.

[i] Eccleſiæ Oretanæ C.A.

[k] Vbitericus Elenſis in alijs M.ſſ.

Euſicius

14 Eusicius Segobriensis Episcopus.
15 Hermenfredus Lucensis Episcopus.
16 Magnarius Accitanus Episcopus.
17 Ilpidius Asturicensis Episcopus.
18 Sozimus Elborensis Episcopus.
19 Stephanus Valeriensis Episcopus.
20 Flauius Portucalensis Episcopus.

Item Vicarij Episcoporum.

ARgefredus, [a] Abbas Egilani Episcopi Ecclesiæ Oxomensis.
Martinus, Abbas Valdefredi Episcopi Ecclesiæ Mentesanæ.
Egila, Presbyter [b] Giberij Episcopi Ecclesiæ Bigastrensis.
Agricius, Diaconus Vbinibalis Episcopi Ecclesiæ Illicitanæ.
Daniel, Diaconus Marcelli Episcopi Ecclesiæ Vritanæ.

[a] Abba agens vicem Egilani A.C.& sic in cæteris.

[b] Giberici.

De subscriptionibus decimi Concilij Toletani.

SVbscribunt in decimo Concilio Toletano, ferè ijdem Episcopi qui in nono, hoc ordine: Athanasius Setabitanus, qui in.8. & 9. Balduigius Arcauicensis, in.8. & 9. Dauila Complutensis in 8. & 9. Eugenius Regiæ vrbis in.7. & 8. Vnde deducitur duodecim annos tenuisse Toletanam sedem, vt testatur Ildefonsus de viris Illustribus: nam in. 5. & 6. alter Eugenius subscribit, cui hic successit. Egeredus Salmanticēsis, qui in.7. & 8. Eusicius Segobriensis, qui in.9. Egilanus Oxomēsis, qui & Egila, in.4. & 5. Gibericus Bigastrensis per procuratorē, qui in.8. & 9. Hermenfredus Lucensis, qui in.8. Marcus Castelonēsis, qui in.7.8. & 9. Mauricius Oretanus, qui in.8. & 9. Magnarius Accitan. qui in.9. Marcellus Vrcitanæ per procuratorē, qui in.8. & 9. Stephanus Valeriēsis, qui in.9. Uvidericus Segōtiensis, qui in. 8. & 9. Vvinibal, Illicitanæ per procuratorē, qui in.7. & 8. & 9. Valfredus Mētesanæ per procuratorē qui in.9. Præterea subscribūt Cæsarius Olysipponēsis, qui sucessit Neufridio, in.7. Fugitiuus Hispalensis, qui successit Antonio, in.8. Fructuosus Bracarēsis, qui successit Potamio deposito, in.8. Flauius Portucalensis, qui successit Usibeso, in.6. Ilitaricus Elnensis, qui successit Acutulo, in.6. Ilpidius Asturicensis, qui successit Candidato, in octauo. Quiricus Barcinonēsis, qui successit Olæ, in octauo.

Sozimus

Sozimus Elborensis, qui successit Abientio, in octauo.

In hoc Concilio, quamuis est nationale, non subscribunt Abbates, neque viri Illustres officij Palatini: fortè ea subscriptiones desunt in M. ss. Codicibus.

Eugenius] *Interfuit. 8. & 9. Concilijs Toletanis, vir sanctus: sunt qui affirmant, inter diuos relatum fuisse.*

Fructuosus] *Fructuosus ex regio Gothorum sanguine ortus, Ducis filius, Episcopi Palentini Tonantij discipulus, multorum monasteriorũ conditor, & Pater, ex Complutensi Abbate, quum monasterium exædificauerat ad Virgidiensem tractum Iusti, & Pastoris martyrum nomine, Dumiensis Episcopus creatus; in Potamij deiecti locum subrogatus, Bracarensis Ecclesiæ curam suscepit. Actis huius Concilij post Eugenium Toletanum, & Fugitiuum Hispalensem subscribit. Eius memoria, cum sanctitatis opinione, à populis Bracarensibus, & Compostellanis colitur; festo die dicato, ad sextum decimum Kalen. Maij. Corpus eius in monasterio ab ipso exædificato inter Dumium, & Bracaram sepulturæ mandatũ, posteà Iacobo Gelmiride primò Compostellæ Archiepiscopo, Compostellam traslatum. Vbi magna populi veneratione colitur.*

Notæ in Concilium decimum Toletanum.

ERa DC.XCIIII.] *Ambrosius Morales congregatum ait anno Dñi. 658. Vasæus anno Domini. 655. Verùm cõstat apertè congregatum fuisse, Era DC. XCIIII. Nam vndecimum Toletanum, vt dicitur Can. 1. eiusdem, congregatum fuit post decem & octo labentium annorum excursum a decimo, quod est Era. 713. & benè: nam is est annus quintus Vvambæ regis.*

Cap. 1. Paschale festum] *Quo die Pascha foret celebrandum olim dubitabatur, & Ecclesijs minoribus maior Ecclesia diem præscribebat: vt statutum inuenio Conc. Carthag. 3. c. 1. vbi præcipitur, vt omnes Africanæ prouinciæ Episcopi obseruationẽ Paschalem, ab Ecclesia Carthaginens. curent accipere. Metropolitanus vero siue Primas ad omnes Episcopos literas dirigebat, de die, quo festum hoc celebrandum esset. Idque cauetur eodem Concilio cap. 41. 1. Arelat. „ cap. 1 Bracarens. 2. cap. 9. & Carth. 5. c. 7. vbi clarius dicitur: Pla„ cuit, vt dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur.*

intimetur. Toletano autem Concil.4. ſtatuitur, vt Metropolitani Sacerdotes, ante tres menſes Epiphaniarum, literis ſe inuicem inquirant; vt communi ſcientia edocti, diem Reſurrectionis Chriſti Comprouincialibus ſuis inſinuent. Die verò Dominica feſtum hoc celebrandum decernit Pius PP.I.epiſtola prima ad vniuerſos: & Victor PP.I.epiſt.1.nō autem cum Iudæis, qui luna decimaquarta illud celebrant: vnde illud Eccleſiaſt.43. A luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in conſummatione. Vt conſtituitur Concil. Antioch.cap.1. in quo etiam citatur Nicænum primum. Vnde hic dicitur, ne in Iudaicum incidamus errorē. Vndecimo Cal. Aprilium mandat illud celebrari Innocentius PP.I. epiſt.11. & Vigil. PP.epiſt.1.cap.5. Huius celebritatem ſex diebus terminari ſancit Concil. Matiſcont.2.c.2. De hac re etiam vide Iſidorum lib.1. de officijs Eccleſiaſt. Hoc ann.1582. reformatus eſt error anni, & Paſchatis dies certus ſtatutus eſt, ſecundùm Canones Concilij Nicæni, per Calendarium Gregorianum, conſumptis decem diebus, à quinto vſque ad decimumquintum menſis Octobris, alijſque adhibitis regulis & canonibus, ad certam ſemper paſchatis rationem habendam.

Cap.1. Aduentum ſancti Spiritus] *Pentecoſtes feſtum olim non in tota Hiſpania ſolitum fuiſſe celebrari, conſtat ex Concil. Eliberitano; vbi vt huiuſmodi error corrigatur, ita cauetur. c.43. Prauam inſtitutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem ſcripturarum vt cuncti diem Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur. Præcipua verò anni feſta Concil. Agathenſe, Can.22. ponit Paſcha, Natalem Domini, Epiphaniam Domini, Aſcenſionem Domini, Pentecoſten, & natalem S.Ioannis Baptiſtæ. Quibus diebus illis qui in agro oratorium habebant, non licebat in eo, ſed in ciuitate ſacro Miſſarum intereſſe; vt patet ex eodem loco, & D.Iſidoro lib. de officijs Eccleſiaſt.*

Cap.1 Natiuitatis Dominicæ ſacrum] *De feſto Natiuitatis eſt apud Teleſphorum, qui fuit ſeptimus à Petro Pontifex, in epiſtola ad vniuerſos, quo pacto celebrandum, & in nocte illa Miſſa eſt ſolenniter decantanda, cum Angelorum hymno: aliaq; quæ ibi de Natali etiam Domini, & ab Iſidoro lib.1. de offic. Eccleſiaſt. adnotantur.*

Cap.1. Sicut ex antiquitate regulari] *Concilium Laodicen: In Quadrageſima non celebrentur Martyrum natalitia. c.53. & habetur 33. quæſt.4. Non oportet. Hæc ſolēnitas Annunciationis, eſt hodie celebris decimoquinto die Calendarum Ianuariarū, in ſancta eccleſia Toletana, omnique cultu & ſplendore veneratur; vocaturq;*

Expectatio partus, & festum Dominæ nostræ de la O. & in tota Hispania colitur vt festiuus dies; præcipuè tamen in Toletana basilica; eo quòd eo ipso die sanctiß. Virgo Ildefonso Archiepiscopo orāti ad nocturnas preces, vestē, qua in sacris solennioribus vteretur, astante sanctarum virginum choro, tradidit. Extat nunc lapis veneratione & pietate celeberrimus, in eodem augusto templo, vt memoria maiorum acceptum, traditumque est, quo stetit Virgo sanctiß. pedesque fixit. Hæc fusius traduntur in officijs Ecclesiasticis ecclesiæ Toletanæ à S.D.N. Gregorio XIII. approbatis.

Cap. 7 Septimæ collationis obiectu] *Totum hoc caput in excusis desideratur.*

Cap. 7 Maiorum Canones] 3. *Concil. Aurel. c.* 3. *Eliberit. cap.* 16. 3. *Tolet. c.* 14. *Aut si iuncti, separentur.* 2. *Aurel. cap.* 18. & 3. *Aurel. cap.* 13.

Cap. 7 Vel seruitia] *Sic multis Concilijs cautum, vt mancipia non habeant Christiana.* 3. *Tolet. c.* 14. & 4. *Tolet. Can.* 65. & *legibus Vvisegothorum lib.* 12. *tit.* 3. *leg.* 12. *quæ est Eruigij: Ne Judæis mācipia seruiant, vel adhæreant Christiana: & leg.* 16. *ibidem.*

Cap. 7. Vnanimes in domo] *Psal.* 67. *vbi vulgata editio habet: Deus,* ,, *qui habitare facit vnius moris in domo. Septuaginta vnius moris* ,, *μονοτρόπους transferunt. Hieronymus ita: Deus inhabitare facit solitarios, quod μονότροπος vox etiam significat. Sic Basilius, & alij μονότροπον βίον solitariam vitam appellant. Addit Hieronymus super* ,, *hunc psalmum: In Hebræo habetur: Dominus inhabitare facit Mo* ,, *nachos in domo. Augustinus ibidē legit: Qui habitare facit vniusmodi; explicatque vnanimos; vnum sentientes, & vnius moris.*

De Potamio Episcopo] *Potamius Bracarensis Episcopus, eo quod tactu fœmineo sorduisset, deponitur à sede. Sic enim cautum erat* ,, *Canone Apostolorum.* 25. *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus,* ,, *qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur:* ,, *non tamen communione priuetur: dicit enim Scriptura: Non vin* ,, *dicabit Dominus bis in idipsum. Habetur dist.* 81. *c. Presbyter.*

Meminit huius Concilij Innocentius III. in epistola ad Petrũ Compostellanum: quam vide ad calcem huius Concilij.

IN NOMINE PATRIS, & Filij, & Spiritus sancti. Synodus, quæ gesta est in prouincia Lusitaniæ, apud vrbẽ Emeritensem, quæ caput eius dignoscitur esse. XII. Episcopis in vnum collectis, die viij. Iduum Nouembris, anno xviij. serenissimi & pijssimi Reccesuinthi Regis, Era DCC. IIII.

- xij *Ut Episcopus, qui illi placiti fuerint de parochia sua, Presbyteros, atque Diacones cathedrales sibi faciat.*
- xiij *Ut Episcopus, quẽ viderit de Clericis suis ad bonũ profectũ tẽdere, honorandi, & magnificandi de rebus Ecclesiæ licentiã habeat.*
- xiiij *De pecunia, quæ in Ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, & fideliter diuidenda.*
- xv *Ut Episcopi, atq; Presbyteri pro grauibus causis (quod legũ damnant sententiæ) sine iudicis examine familiam Ecclesiæ non debeant extirpare.*
- xvj *Ut Episcopo non liceat tertiam de parochitanis ecclesijs tollere; sed quæ instituta sunt debeat obseruare.*
- xvij *Ut post mortem Episcopi, nulli subiectorum liceat de eo quicquam detrahere.*
- xviij *Ut parochitani Presbyteri, iuxta vt posse habuerint, de familia Ecclesiæ suæ Clericos sibi faciant & habeant.*
- xix *Ut Presbyter, qui plures Ecclesias habuerit commißas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis sacrificium Deo offerre intendat.*
- xx *Qualiter libertos Episcopi faciant, vel qualiter liberti à patrocinio Ecclesiæ nunquam discedant.*
- xxj *Qualiter stabilitum maneat, quod Episcopus in amicis suis, seruis, aut libertis de re Ecclesiæ suæ donare voluerit.*
- xxij *Qualiter excõmunicari oporteat, qui Canonis non custodierit sententiam.*
- xxiij *Confirmatio huius Concilij.*

CONgregatis nobis omnibus prouinciæ Lusitaniæ Episcopis, in nomine Dñi, residentibus in Hierusalem ecclesia, quæ in Emeritẽsi vrbe (quæ caput huius prouinciæ noscitur esse, & sub principali nomine manet dedicata) iuxta ordinem priorum Canonum nostrorum, cum Dei iuuamine cœptũ est initium. Primùm (vt mos est) debitas laudes persoluimus omnipotenti Deo, cuius munere adunati sumus, & dono: deinde serenissimo, atq; clementissimo Principi nostro, & dño gratiarum actiones impendimus Regi Reccesuintho; optantes diuinam misericordiam, vt qui ei tribuit regni potestatẽ, concedat & vitæ felicitatem, cum pacis quiete; sicq; eum de suis hostibus reddat victorem, vt suorum inimicorũ colla ditioni eius subdat, gratia fauente: quatenus & præsentẽ vitã quietus possideat per tempora longa, & post multa annorũ curricula, beatitudinis gaudia obtineat, per secula nũquam finienda. Et quo-

Et quoniam de fecularibus fancta illi manet cura, & Ecclefiaftica per diuinam gratiam rectè difponit mente intenta, fit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ fe quærentibus manet propinqua.

I. *De fidei institutione, eiusque ordine.*

Iuxta priorum Patrum regulam, quæ fanctè nobis eft tradita, cuius inftitutione profectum fidei habet fancta Dei Ecclefia Catholica; quamlibet permultis Cõcilijs maneat memorata, oportet tamen à nobis non eam effe prætermittendam: hæc enim eft prima Cõcilij via; & nifi dignè fuerit adftructa, perueniendi ad aliud ratio eft incongrua. Nos ergo quia certos fatemur in fide, & perpetim hãc profitemur ore, dignum eft in hoc fancto Concilio credulitatem noftram exponere.

Est symbolũ Constãtinopolit. iñ. 3. Tole et alijs Concilijs positum.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, vifibilium omnium, & inuifibilium conditorem: & in vnum Dominũ noftrum Iefum Chriftum, filiũ Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia fecula: Deum ex Deo: lumẽ ex lumine: Deum verum ex Deo vero: natum, nõ factum: homoufion Patri, hoc eft eiufdem cum Patre fubftantiæ: per quem omnia facta funt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter noftram falutem defcendit, & incarnatus eft de Spiritu fancto, & Maria Virgine: homo factus: paffus fub Pontio Pilato: fepultus: tertia die refurrexit: afcendit in cœlos: fedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nõ erit finis. Et in Spiritum fanctũ, Dominum, & viuificatorem, ex Patre & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorãdum, & glorificandum: qui locutus eft per Prophetas. In vnam Catholicam, atq; Apoftolicam Ecclefiam. Confitemur vnum baptifma in remifsionem peccatorum. Expectamus refurrectionẽ mortuorum, & vitam futuri feculi. Amen. Hæc eft fides noftra, & hæc credulitas fancta; hanc quifquis dignè tenet, iudicij tempore remunerationem condignam accipiet: qui ab ea difcefferit, & in hac fide effe noluerit, cum diabolo pœnas æternas luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, vt hæc credulitas fyncera, diuina nobis conferat beneficia, eiufque pietas fancta, præfenti in feculo cuncta nobis dimittat peccata: & cum venerit iudicare viuos & mortuos, ad dexteram fuam nos iuftificandos ftatuat. Si quis non crediderit, aut

confessus fuerit, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnum esse in Trinitate, anathema sit.

II. De Vespertini officij seruando ordine.

Sicut in fide sancta nostra est vnanimitas, ita pro sancto Dei officio debet esse intentio summa. Oportet igitur, vt sicut in alijs ecclesijs vespertino tempore, post lumen oblatum, priùs dicitur vespertinum, quàm * sonũ in diebus festis, ita & à nobis custodiatur in ecclesijs nostris. Si quis hunc ordinem minimè custodierit in sua ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit, vt bonum huius operis agant; dum tale ad Metropolitani peruenerit aures, & fuerit res conuicta, excommunicationis se nouerit feriri sententia.

III. Quid sit obseruandum tempore, quo Rex in exercitu progreditur, pro Regis, gentis, aut patriæ statu, atq; salute.

Quantum cum Dei iuuamine ratio competit, vt rectitudinis regula ponatur in Ecclesiastico ordine, tantum necessarium est ea excogitare & ordinare, quæ clementissimo domino nostro Reccesuintho Regi, fideliumq; suorum genti, aut patriæ debeãt prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit hoc sanctum Concilium, vt quandocunque eum causa ingredi fecerit contra suos hostes, vnusquisque nostrûm in Ecclesia sua hunc teneat ordinem; ita vt omnibus diebus, per bonam dispositionem, sacrificium omnipotenti Deo, pro eius suorumque fidelium, atque exercitus sui salute offeratur, & diuinæ virtutis auxilium impetretur: vt salus cunctis à Domino tribuatur; vt victoria illi ab omnipotenti Deo concedatur. Tàm diu hic ordo tenendus est, quàm diu cum diuino iuuamine ad suam redeat sedem. Quisquis huius institutionis modum implere distulerit, sciat se à suo Metropolitano esse excommunicatum.

IIII. Qualiter Metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi Metropolitano suo placitum faciant.

Postquàm fidei nostræ credulitas est manifesta, illa inserenda curauimus, quæ rectitudinem faciant in Ecclesia sancta. Cœtus ergo nostræ vnanimitatis hoc inserendum esse curauit, vt tempore quo Metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus

tus Episcopus,placitum in nomine suorum comprouincialium Episcoporum faciat;vt castè,sobriè,rectéq; viuat.Similiter,& quando confinitimi Episcopi in Ecclesijs,quibus pręesse poterint,fuerint ordinati,placitũ faciant in nomine Episcopi sui Metropolitani,vt castè,rectè,& sobriè viuãt.Quod si iuxta Canonicã sentẽtiam, per voluntatẽ Metropolitani, atq; informationis eius epistolã,per Regiam iussionẽ,ab alio Metropolitano aliqui fuerint ordinati; tempore quo ad Metropolitanum suum,post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere.Quod si distulerint, tam diu quisquis ille,excommunicatum esse se nouerit,quàm diu impleat ordinem bonæ institutionis.

V. Vt Episcopus ad suam personam,ad Concilium non Diaconem, sed aut Archipresbyterum,aut Presbyterum dirigat.

Iuxta Canonicum ordinem tempore,quo Concilium per Metropolitani voluntatem,& Regiam iussionem electum fuerit agere,omnes cõfinitimos Episcopos in vnum oportet adesse; nec pro tali re quælibet causa opponi debet ad excusationẽ. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate,qualiter nõ possit venire,aut per Regiam iussionem iniunctũ acceperit aliquid agere,vt sit,per quod non possit Cõcilio interesse;quidquid tale acciderit,Metropolitano suo fideliter intimet cuncta,per suam epistolam manu sua subscriptam: vt postmodùm quæratur,an ne excusationẽ faciat aliquã.Ad suam tamẽ personam non aliter,nisi aut Archipresbyterum suum diriget, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit,Presbyterum vtilem,cuius dignitas cum prudentia pateat, à tergo Episcoporũ inter Presbyteros sedere, & quæq; in eo Cõcilio fuerint acta scire,& subscribere.Iniustum enim hoc accipit cœtus noster, vt quisquam Episcoporum Diaconum ad suam personã dirigat. Hic enim quia Presbyteris iunior esse videtur,sedere cum Episcopis in Concilio nulla ratione permittitur. Quemcunq; ergo ex Presbyteris dirigere elegerit,instructum per informationem dirigat,vt ratio poscit;atq; cum eo mandatarium suum,iuxta legis ordinem munitum:vt si à quolibet contra eundem Episcopum in Concilio fuerit suggestum,ab eo, quẽ dixerit, qui petit,accipiat responsum;& iustitia,quæ fuerit ordinata, nullam postmodùm dilationem habeat.

 VI. Qua-

VI. Qualiter Episcopus admonitione accepta ad Metropolitanum suum veniat.

Deo credimus esse placitum, quando pro bono opere dignā in Ecclesia sancta imponimus regulam. Ideoq; placuit fraternitati nostræ, vt sicut Primatus reuerentiæ à Metropolitano Episcopo iubetur impendi per synodicā regulam; ita & à cōprouincialibus suis seruētur hæc monita. Communi deliberatione censemus, & sententiæ huius ordinē seruandum instituimus; vt dum quisquam comprouincialis Episcopus Metropolitani sui admonitionē acceperit, pro diebus festis Natiuitatis Domini, & Paschę cū eo peragēdis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quòd si contigerit eum ab ęgritudine esse detentum, vel per nimiam intēperantiam aërum, non habere qualiter ad præsentiam eius possit venire, epistolam manu sua subscriptā dirigere debebit, in qua huius rei verissimè causam notescat. Quòd si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire distulerit, absq; excommunicatione dimittendus non erit.

Sic tantum est c. Tol. 13. c. 8.

VII. Qualiter secundùm priorum Canonum instituta Concilium fiat.

Decretum est de priscis Canonibus, semel in anno fieri Concilium, vbi elegerit Metropolitanus Episcopus: atq; in ea sancta regula manet ordinatum, vt comprouinciales Episcopi, dum à suo Metropolitano fuerint admoniti, præsentes esse debeant ad locum temporis debiti: quæ res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli, qui pro hoc, admonitionē sui Metropolitani, & regiam iussionem accipiunt, & minimè implent, quæ iubentur: hos priscorum Canonum sententię excōmunicatos esse iubent, vsq; ad tēpus superuenturi Cōcilij: & quāuis excōmunicationis dāno feriantur, nihil tale in his impēditur, quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ Synodo, vt quisquis ille Episcopus ad Concilium venire distulerit admonitus, illic excōmunicationis agat tempus, vbi cum his, qui præsentes fuerint, elegerit Metropolitanus. Cella vero & res ad eum pertinentes, quousq; ille sub pœnitentia fuerit, instātia & solicitudine regantur Metropolitani. Quia ideò est hoc electum, vt discat sub pœnitētia, quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inueniat, quæ Ecclesiæ suæ est debita.

Vide epistolam, Innocētij Tertij, de pœna huius Can. nu.

VIII. Quid

VIII. Quid ordinatum maneat de Episcopis, qui inter se de parochijs intentionem habent.

Omnibus [a] penè cognitum manet quomodo diuina gratia, quæ cor serenissimi, atque clementissimi domini nostri, & Principis Reccesuinthi Regis in manu tenet; & vbi vult illud vertet, suggerente sanctæ memoriæ sanctissimo viro Orontio Episcopo, animum eius ad pietatem mouerit, vt terminos huius prouinciæ Lusitaniæ cum suis Episcopis, eorumq; parochijs, iuxta priorum Canonum sententias, ad nomen prouinciæ, & Metropolitanam hanc sedem reduceret & restauraret. His ergo, iuxta eãdem regulam, decreto Synodico, iudicij formula, & suæ clementiæ confirmatione ad hanc Metropolim reductis; dum miserãte Domino, Principis iussu in vnum ad sanctum conuenissemus Concilium, vnus de his Selua nomine, sanctæ Igeditanæ ecclesiæ Episcopus, interpellauit sanctam Synodum; eo quòd Iustus, Salmanticensis ecclesiæ Episcopus, debitam illi teneret diœcesem: hoc enim etiam adijciens, vt de eo, id vnde ad Gallœciæ Metropolim diœcesis suæ fuerat possessum, ille reciperet, quamuis longa post tempora, quæ parochiæ suæ fuerant debita. Sed quia antiquorum Canonum sunt instituta, vt si vna prouincia quisquis Episcopus, de alterius diœcesi partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat, iustum perspeximus; vt quia nec ille triginta annos adhuc habet, quo ad huius prouinciæ Metropolim reductus est; & ille quod perlongo tempore non possedit, & triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni; sicut ille ad debitam diœcesem redijt, ita & hic, qui pulsat diœcesim sibi debitam, ordinante Metropolitano cum suis fratribus, per suum Saionem recipiat: ita tamen vt de præsentia Metropolitani inspectores dirigantur, qui per euidentia signa diœceses ipsas conspiciant; & vnusquisque, quod illi debitum est, accipiat, & habeat. Pacta verò, quę iuxta Canonicam regulam, inter Episcopos per pacificam deliberationem iustissimè fuerint facta, in omnibus placet esse seruãda. Omnibus verò Episcopis id instituitur esse seruandum, vt parochiam suam benè custodiant, nec à quolibet fratre eam vsurpari permittãt. Quibus, si tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit.

[a] Alias benè.

Prou. 21.

De tricennali possessione dictũ est supra Concil. Hispal. 1. c. 2.

Inspectionis viri Concil. Hisp. 1. c. 2.

Quid

IX. *Quid Presbyter obseruare debeat, qui Presbyteris iubetur dare sanctum chrisma.*

Conueniens in omnibus nobis hæc manet sententia, quæ dignè custodiatur in nostra prouincia. Placuit vt quisquis ab Episcopo sanctum in potestate, Presbyteris ad distribuendum tempore opportuno, acceperit chrisma, nihil ab eis beneficij causa tollere, aut petere præsumat. Similiter & Presbyteri, qui sanctum Dei baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia à parentibus eorum auferre præsumãt. Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipiat gratè: nihil tamen (vt diximus) auferatur quacumque occasione. Si quis sententiæ huius ordinem non custodierit, cumq́; transgredi præsumpserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit.

Concil. Brac. 2. c. 4. vbi idipsum ex Patrum decretis ostẽdimus.

Concil. Tol. 11. c. 8.

X. *Vt omnes Episcopi infra hanc prouinciam constituti, Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primiclerum in sua Ecclesia habeant.*

Communi deliberatione sancimus, vt omnes nos Episcopi, infra nostram prouinciam constituti, in cathedralibus nostris ecclesijs, singuli nostrum Archipresbyterum, Archidiaconũ, & Primiclerum habere debeamus. Sanctus quippè est ordo, & à nobis per omnia obseruandus; ideoq́; placuit huic magnæ Synodo, vt quicunque ad hoc officium peruenerit, humilitatem Pontifici suo, & reuerentiam præbeat: ne quolibet modo superbiæ fastum quilibet ex his incurrat; sed in ordine, quo quisque fuerit constitutus, benignè persistat, & sui dignitatem officij per omnia teneat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit, & quæ illi pro tali officio à suo Episcopo imperata fuerint, adimplere distulerit, prout causa patuerit, excommunicationis damno multãdum se nouerit.

XI. *Vt omnis Presbyter Abbas, vel Diaconus Episcopo suo humilitatem teneat, & reuerentiam summam.*

Peruenit ad cœtum huius sancti Concilij, Presbyteros, Abbates, & Diaconos Episcopo suo inobediẽtes esse; atq; id intromissum est, vt dum quilibet ex Presbyteris, aut Abbatibus, ecclesiarum suarum à decedentibus Episcopis habeant absolutionem, Episcopo suo dignam obedientiam iustamq; reuerentiam non exhibeant; & quibus cõcessa est per Canonicam senten-

Ius visitandi Episcopis competit: de qua re diximus supra Concilio Tolet. 4. c. 36.

sententiam* visitādi sua parochia, his potiùs infertur iniuria, & mouetur calumnia. Proinde placuit huic sancto Concilio, vt tàm à Presbyteris, quàm ab Abbatibus, siue etiam à Diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur: vt à nullo contumeliam pati videatur, & quandocunq; contigerit, eum, iuxta Canonicam sententiam, visitare suam parochiam; & dignè eum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent, quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia seruandum instituimus, vt nulli Presbytero, vel Diacono, sine voluntate Episcopi sui, licentia sit seculares peragere causas, aut iniunctiones expedire publicas. Si quis huius ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se nouerit.

XII. Vt Episcopus, qui illi placiti fuerint de parochia sua, Presbyteros, atque Diaconos cathedrales sibi faciat.

Si priorum Canonum sententia hunc rectè tenet ordinem, vt Episcopus ab alio Episcopo, si indigentiam habuerit, Clericum ad ordinandum petat, & accipiat; cur qui in diœcesi sua habet eos, quos pro Dei officio, & suo iuuamine dignos reperit, ad suam principalem Ecclesiam nō perducat & habeat? Pro huius rei causa hoc elegit vnanimitas nostra, vt omnes Episcopos prouinciæ nostræ, si voluerint, de parochianis Presbyteris, atq; Diaconibus, cathedralem sibi in principali Ecclesia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen, qui fuerint traducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant; & eo honore & reuerentia habeantur, & venerentur in cathedrali Ecclesia, sicut hi, quos constat fuisse ordinatos in ea. Et quamuis ab Episcopo suo, stipendij causa, per bonam obediētiam aliquid accipiant, ab Ecclesijs tamen, in quibus priùs cōsecrati sunt, vel à rebus earum extranei non maneant; sed Pontificali electione, Presbyteri ipsius ordinatione, Presbyter alius instituatur, qui sanctum officium peragat, & discretione prioris Presbyteri victum, & vestitum rationabiliter illi ministretur, vt non egeat: aut si quæsierit, qui ordinatur, stipēdium à suo Presbytero accipiat, quantum dignitas officij eum habere expetat. Clericis vero, vel quos ad seruiendum ei dederit, per discretionis modū, quæ necessaria sunt, ministret. Si quis sententiæ huius ordinem implere distulerit, prout ratio permiserit, excommunicandum se esse nouerit.

Erectio Cathedralium.

XIII. Vt Episcopus quem viderit de Clericis suis ad bonum profectum tendere, honorandi, & magnificandi de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.

In Ecclesia Dei sancta congregatio Clericorum sit non modica: & sunt aliqui, quorum intentio non pauca est in sancto Dei officio, atque multi quos segnitudinis fastus minimè perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo sancto huic placuit Concilio, vt quemcunque Episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus Ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem: hæc enim causa & maioribus maiorem præstat gratiam, & minores excitat, vt ad melius tẽdant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in ius habeant, vt & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quòd si id, quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minimè perduxerint, aut detrimentum patuerit; Episcopus habeat licentiam, sine vllo præiudicio, in iure Ecclesiæ reuocare rẽ propriam.

XIIII. De pecunia, quæ in Ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, & fideliter diuidenda.

In sancta Dei Ecclesia diebus festis pro consuetudine & mercede, communicationis tempore à fidelibus pecuniam noui mus poni: pro hoc placuit sancto Concilio hanc rectitudinis ponere regulam, vt quia omni clero cõmunis labor manet in officio sancto, omnibus iuxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo. Statuimus in nostris Ecclesijs, vel ciuitatibus hoc esse seruandum, vt quidquid pecuniæ à fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum, & fideliter Episcopo præsentetur; qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat: & alteram Presbyteri, & Diacones inibi deseruientes consequantur, & inter se, vt dignitas & ordo poposcerit, diuidant: tertia verò Subdiaconibus & Clericis tribuatur: vt à Primiclero, iuxta quod in officio eos præscit esse intentos, ita singulis dispensetur. Similis forma & de parochitanis Presbyteris in Ecclesijs illis à Deo creditis erit seruanda.

XV. Vt Episcopi, atq; Presbyteri pro grauioribus causis (quod legum damnant sententia) sine iudicis examine familiam Ecclesia non debeant extirpare.

Si regalis pietas, pro salute ominum suarũ legum dignata est ponere decreta, cur religio sancta, per sancti Concilij ordinem non habeat instituta, quæ omninò debent esse cauenda? Ideoq; placuit huic sancto Concilio, vt omnis potestas Episcopalis modum suę ponat iræ; nec pro quolibet excessu, cuilibet ex familia Ecclesiæ, aliquod corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare, aut auferre. Quod si talis emerserit culpa, aduocato iudice ciuitatis, ad examen eius deducatur quod factũ fuisse asseritur. Et quia omninò iustum est, vt Pontifex sæuissimam non impendat vindictam; quidquid coram iudice verius patuerit, per disciplinæ seueritatem, absq; turpi decaluatione, maneat emendatum; & ab Episcopo suo, aut donatus fidelibus suis maneat, qui malum aliquid, quod leges grauiter damnant, admisit; aut [a] abiendi eum Episcopus, si voluerit, licentiam habebit. Similiter & quia comperimus aliquos Presbyteros ægritudine accedẽte, familiæ Ecclesiæ suæ crimen imponere; dicentes ex ea homines aliquos maleficium sibi fecisse, eosq; sua potestate torquere, & per multam impietatẽ detrimentare, & hoc emendari placuit per rectitudinem huius sententiæ. Instituentes igitur decernimus, vt si Presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducat Episcopi; ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo, iudicem hoc iubeat quærere; & si sceleris huius causa fuerit inuenta, ad cognitionem Episcopi hoc reducant; & processa ex ore eius sententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alius facere præsumat. Si quis sententiæ huius ordinem non obseruauerit, excommunicationis sententia feriendus erit, & à Clero abijciendus.

[a] F. Abigendi.

XVI. Vt Episcopo non liceat tertiam de parochitanis Ecclesijs tollere; sed quæ instituta sunt debeat obseruare.

Benè disposuit diuina gratia, quidquid vnaquæq; Ecclesia à fidelibus collatum est, habeat. Priscis quippè Canonibus erat decretum, vt Episcopus de parochitanis Ecclesijs tertiam sequeretur, cui sua plenissimè sufficere possunt. Placuit huic

ſancto Concilio, vt nullus prouinciæ Luſitaniæ Epiſcopus ſententiæ huius terminum excedat, nec à qualibet parochitana Eccleſia tertiam auferre præſumat: [a] ſed quidquid exinde conſequi potuerat totum in reparationem ipſarum baſilicarum proficiat. Omnes verò ſupradicti Presbyteri, qui virtutem habuerint, Epiſcopo ſuo placitum faciant, vt reparare Eccleſias ſibi commiſſas intendant. Quod ſi facere diſtulerint, ab Epiſcopo ſuo diſtricti, Eccleſias ſibi creditas (vt ratio permittit) dignè reparent. Eccleſiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, ſolicitudine, intentione, & diſpoſitione Epiſcopali (vt ratio permiſerit) habeāt reparationem.

[a] Queq. exinde.

XVII. Vt poſt mortem Epiſcopi, nulli ſubiectorum liceat de eo quicquam detrahere.

Quia per diuinam gratiam in ſancta Dei Eccleſia Epiſcopalis ordinatur poteſtas, dignum eſt, vt ſicut honore, & bonitate ſummus habetur in vita, ita poſt mortem detractio de eo ſit nulla. Huius rei cauſa hanc ſententiam protulit, & per omnia iubet eſſe firmam congregatio noſtra. Inſtituentes igitur decernimus, vt nullus ſubiectus decedentem detrahat Epiſcopum; nullus de eo deroget, nec malum quicquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præſumpſerit; ſi Preſbyter fuerit, tribus menſibus ab Epiſcopo ſuo ſub pœnitentia religatus maneat; ſi Diaconus, quinque; ſi Subdiaconus, aut Clericus, vel quilibet religioſus de maiori gradu (quia conſtat ex his iam aliquos per bonam actionem eſſe venerandos) nouem; ſi minimi fuerint, qui leui corde ſint, minimæq; adhûc perſonæ, quinquagenis flagellis iuſsione feriantur Epiſcopi. quòd ſi laicus, quamuis ingenuus, in domo Eccleſiæ tamen nutritus, & ab Eccleſiæ rebus, dignitatis gratia præditus, iuxta quod dignitas eius exegerit, pro tali exceſſu excommunicationis ſententia feriendus erit: ſi verò de familia Eccleſiæ fuerit quiſq; (quia & in his diſcretionis eſt gradus) ſi maior fuerit, qui dignitate polleat, ſex menſibus ab Epiſcopo ſuo excommunicatus maneat: inferior tamen, aut minima perſona diſciplinam mercatur, iuxta quod Epiſcopi ſui proceſſerit ſententia. Dignum eſt etenim, vt cui in vita honor fuit impenſus, poſt mortem detractionis ſubtrahatur ſtimulus.

XVIII. Vt

XVIII. Vt parochitani Presbyteri, iuxta vt posse habuerint, de familia Ecclesiæ suæ Clericos sibi faciant, & habeant.

Quidquid vnanimiter dignè disponitur in sancta Dei Ecclesia, necessarium est, vt à parochitanis Presbyteris custoditũ maneat. Sunt enim nonnulli, qui Ecclesiarum suarum res ad plenitudinem habent, & solicitudo illis nulla est habendi Clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita persoluant officia. Proinde instituit hæc sancta Synodus, vt omnes parochitani Presbyteri, iuxta vt in rebus sibi à Deo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesiæ suæ familia Clericos sibi faciant: quos per bonam voluntatem ita nutriant, vt & officium sanctum dignè peragant, & ad seruitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum, & vestitum dispensatione Presbyteri merebuntur, & domino & Presbytero suo, atq; vtilitati Ecclesiæ fideles esse debent. Quòd si inutiles apparuerint; vt culpa patuerit, correptione disciplinæ feriantur. Si quis Presbyterorum hanc sententiam minimè custodierit, & non adimpleuerit, ab Episcopo suo corrigatur: vt plenissimè custodiat, quod dignè iubetur.

Sic decretũ Conc. Tol. 9. c. 11.

XIX. Vt Presbyter, qui plures Ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis sacrificium Deo offerre intendat.

Vide Conc. Tol. 16. c. 5.

In parochijs multæ sunt Ecclesiæ constitutæ, quæ à fidelibus factæ, aut paucum, aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergo decreto Presbytero vni plures extant commissæ; vnde cauendum est, ne occurrente paupertate, ordo ibidem nõ impleatur Missæ. Proinde salubri deliberatione cẽsemus, vt pro singulis quibusq; Ecclesijs, in quibus Presbyter iussus fuerit, per sui Episcopi ordinationem, præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre; & eorum nomina, à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesijs vidẽtur, aut visi sunt contulisse; si viuentes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ; quòd si ab hac decesserunt, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine. Si quis hanc institutionẽ Presbyter implere neglexerit; dum talis causa per quẽlibet ad aures sui Episcopi peruenerit, Presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit.

XX. Qualiter libertos Episcopi faciant, vel qualiter liberti à patrocinio Ecclesiæ nunquam discedant.

Vide notas. In priorum Canonum ordine institutum manet, qualiter Episcopi de familia Ecclesiæ libertos debeant facere. Multi etenim Sacerdotes, prout illis concessit diuina gratia, habent vnde Canonicum ordinem impleant, & sic libertos faciant: & sunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, & sic libertos facere præsumunt. Tales enim libertos regula Canonica esse non iubet stabilitos. Contingere etenim solet, vt postquam manumissor eorum ab hac discesserit luce, talis occurrat successor, qui aut Ecclesiæ familiam minimè quærat, aut per bonam voluntatem, vel negligentiam, hi, à quo nihil Ecclesiæ offerente liberi facti sunt, longo pro tempore libertos se esse defendant: atq; eas libertates ita abscondunt, vt pro hoc quærenti Episcopo laborem faciant. Talium si sit voluntas, licentia conceditur nulla: quia non potuerunt; neq; à seruitio Ecclesiæ vnquam discedunt; & pro his rebus in libertate permanere non potuerunt. Sanctorũ Canonum non abijcienda sunt instituta; atq; his, quæ implenda esse oportet, addimus noua. Placuit huic sanctæ Synodo, vt quisquis dignè iuxta Canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, & à patrocinio Ecclesiæ ipse, aut posteritas eius nunquam discedat. Quisquis verò non vt ordo Canonicus poscit, libertus fuerit factus; quamuis prolixitas temporis in scripturæ suæ textu inueniatur, quia à seruitio Ecclesiæ nunquam visus est abscessisse, & Canonica sententia rescindi iubet talem libertatem, vt ille & posteritas eius omnis in seruitio maneant sanctæ Ecclesiæ, cui debiti manent per veram originem. Illos verò per omnia stabilitos in libertate esse instituimus, qui ab his Episcopis liberi sunt, vel fuerint facti, qui de suo bona plurima sanctę Ecclesiæ, in qua præsidẽt, per suæ scripturæ textum cognoscũtur contulisse. Et hi quamlibet iubeantur esse stabiles, nullo modo rescindendi sunt à patrocinio sanctæ Ecclesię. Quod si contigerit eos, eorumq; filios personis ingenuis esse coniunctos, & quandoq; eorũ posteritas patrociniũ Ecclesię voluerit despicere, ex cuius familia per verã originem cõstat eos genitos esse; si ex his libertis trahunt originẽ, qui iuxta Canonicã sententiã iubentur esse stabiles, & dignitatis suę nomẽ teneãt, & Ecclesię patrociniũ nunquam

nunquam amittant. Certè si ex his inuenti fuerint originem trahere, quos Canonicæ regulæ non iubent libertos esse, quamlibet post longa tempora, dummodò origine firmata, reducendi tamen sunt ad sanctæ Ecclesiæ, cui pertinēt, iura. Liberti tamen ex familia Ecclesiæ facti, & posteritas, quæ ex his est procreata; si libertatem suam, vel parētum suorum inuenti fuerint celasse, aut abscōdere, & tempore, quo ab Episcopo fuerint admoniti, eam præsentare distulerint; dum eorū origo (vt iam diximus) fuerit manifestata per legalem testem ad seruitium Ecclesiæ reducantur: & vt Episcopo fuerit placitum, ita eos habeat. Hæc forma & in Presbyteris seruanda erit, qui cum voluntate Episcopi sui, iuxta Canonicam regulam de familia suæ Ecclesiæ liberos facere voluerint.

XXI. Qualiter stabilitum maneat, quod Episcopus in amicis suis, seruis, aut libertis de re Ecclesia sua donare voluerit.

Non putandum est contra regulam iri Canonicàm, quando ea instituimus, quæ seruari oportet de re Ecclesiastica. Quamuis etenim Canonicæ sentētiæ ordinem habeant quid Episcopus pro re Ecclesiæ obseruare debeat, opportunū tamen est, vt vbi ab Episcopo bonus impēditur profectus, à succedente institutus teneatur modus. Placuit huic sancto Concilio, vt si Episcopus, Ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inuentus fuerit plurima cōtulisse, quidquid amicis suis, seruis, aut libertis, vel quibuslibet personis de Ecclesiæ suę rebus cōpertus fuerit aliquid donasse; si triplū, aut multo plus patuerit esse, quod cōscripsit in nomine Ecclesię suę, firmum maneat, quod distribuit in personis, quæ prænotatæ sunt superiori ordine. Nec licebit succedēti Episcopo prioris sui irrumpere voluntatē. His etiam si causę Ecclesiasticę fuerint cōmissæ, & fideliter prosequētes in rebus Ecclesiæ profectum visi fuerint facere, laboris suis cōsequantur mercedē; ita vt de eo, quidquid adquisierint (quia constat eos non sine vtilitate Ecclesiæ negocia cōmissa peregisse) de eo, quidquid cum fide & bona intentione, ad effectū perduxerint, & ad ius Ecclesiæ per eos redactū patuerit; de mobili re decimū suum sequātur; pro immobili ab Episcopo repēsationē dignā accipiant. Et tamē, quæ meruerint ipsi, aut posteritas eorum, vel

quibus largiri voluerint, perenniter possideant. Si quis Episcoporum contra huius sententiæ ordinem agens, irrumpere voluerit, quod prior eius fecit, & vocẽ amittat, & scripturæ, quæ facta est, pœnam adimpleat: insuper & à cœtu fraterno excommunicatus maneat, vt excessus sui emendet causam.

XXII. Qualiter excommunicari oportet, qui Canonis huius non custodierit sententiam.

Quia iuuante nos diuina gratia, ea in hoc sancto Concilio peregimus, quæ ad rectitudinem Ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententijs cauendi modum imposuimus: aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta, per huius sententiæ decretũ instituimus, quod quisque Episcoporum, vel Presbyterorum, atq; in inferiori gradu constituti, debeãt metuere. Quisquis huius Canonicæ regulæ instituta seruare distulerit, quamlibet maior esse videatur, mediocris verò, aut inferiori gradu constitutũ se esse perspexerit, vt causa permiserit, à Metropolitano Episcopo, cum suis confinitimis, qui supra notatum sententiarum ordinem custodierint, is, qui seruare distulerit, excommunicatum se euidentissimè nouerit.

XXIII. Confirmatio huius Concilij.

Postquam fidei nostræ exposuimus credulitatẽ, & quæ necessaria extiterunt (vt potuimus) digessimus per ordinem, Creatori nostro, & Domino, quẽ credimus Trinum in vnitate, & veneramur vnum in Trinitate, Patri & Filio & Spiritui sancto debitas persoluimus laudes: tantæ maiestatis glorificantes nomen, qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere. Ac deinde serenissimo, ac piissimo, & orthodoxo viro, clementissimo domino Reccesuintho Regi gratiæ impendimus opem; cuius vigilantia, & secularia regit cum pietate summa, & Ecclesiastica pleniùs diuinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim Dominus, cuius Trinitatem veneramur, & confitemur, & Ecclesiæ suæ fidei conferat lucra, & Sacerdotibus, ministris, atq; omni Clero, vt dignè illi seruiant, conferat remedia, quæ ipsi sunt placita. Clementissimo Principi Reccesuintho Regi felicem vitam, felicioraq;, præsenti in

seculo,

ſeculo, & futuro poſt in regno ſempiterna concedat gaudia poſsidenda. Atq; id omnibus in ſe credentibus præſtare dignetur; vt dum ſui iudicij manifeſtare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipſe Dominus, & Redẽptor noſter, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in Trinitate Deus permanet vnus, cui eſt honor, gloria, virtus, & imperium nunc, & in omnia ſecula ſeculorum.

Interfuerunt huic ſancto Concilio Pontifices numero. XII.

1 PRoficius, Dei miſeratione Luſitanæ prouinciæ ſanctæ Emeritenſis Eccleſiæ, Metropolitanæ ſedis Epiſcopus, hæc geſta Synodalia, cum confinitimis meis Epiſcopis, inſtituta, manu mea ſubſcripſi.

2 Ego Selua, Egiditanæ ciuitatis Eccleſię Epiſcopus, pertinens ad Metropolim Emeritenſem, hæc inſtituta, cum Archiepiſcopo meo Proficio, à nobis definita ſubſcripſi.

3 Adeodatus, in Chriſti nomine ſanctæ Pacenſis eccleſiæ Epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

4 Aſphalius, in Chriſti nomine ſanctæ Abelẽſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

5 Theodericus, in Chriſti nomine ſanctæ Olyſipponenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

6 Theodiſclus, Dei miſericordia Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Lamecenſis, ſimiliter ſubſcripſi.

7 Iuſtus, Dei miſeratione ſanctæ Salmãticenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

8 Cantaber, Dei gratia Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Coimbrienſis, ſimiliter ſubſcripſi.

9 Donatus, in Chriſti nomine Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Caurienſis, ſimiliter ſubſcripſi.

10 Exarnus, Dei miſericordia Epiſcopus ſanctę Eccleſiæ Oxonobenſis, ſimiliter ſubſcripſi.

11 Petrus, Dei miſericordia Elborenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

12 Aluarius, indignus ſanctæ Calabrienſis Eccleſię Epiſcopus, ſubſcripſi.

De ſubſcriptionibus.

Subſcribunt in hoc Concilio aliqui Epiſcopi, qui in ſuperioribus interfuerunt: vt Adeodatus Pacenſis, qui in. 8. *Toletan. & Selua Egiditanæ, qui in eodem.* 8. *Reliqui alijs ſucceſſerunt Epiſcopis: vt Aſphalius Abelenſis, qui ſucceßit Amanungo, in.* 8. *Tolet. Aluarius Caliabrienſis Celedonio, in.* 8. *Toletano, Cantaber Conimbrenſis ſucceßit Siſiberto, in.* 8. *Donatus Caurienſis Ioanni in.* 8. *Exarnus Oxonobenſis Saturnino, in.* 8. *Iuſtus Salmanticenſis Egeredo, in.* 10. *Toletan. Proficius Emeritenſis Orontio, in.* 8. *Toletan. Petrus Elborenſis Abientio, in.* 8. *Theodoricus Olyſipponenſis Caſario in.* 10. *Toletan. Theodiſclus Lamecenſis Filmiro, in octauo.*

Aduertendum etiam Era. 704. *in Prouincia Luſitaniæ vnà cum Metropolita eſſe duodecim ſedes Epiſcopales, nimirum:*

1 *Emeritam.*	7 *Salmanticam.*
2 *Egeditam.*	8 *Conimbriam.*
3 *Pacem.*	9 *Cauriam.*
4 *Abelam.*	10 *Oxonobam.*
5 *Olyſipponem.*	11 *Elboram.*
6 *Lamecum.*	12 *Caliabriam.*

Notæ in Concilium Emeritenſe.

Vrbem Emeritenſem] *Emerita, Luſitaniæ prouinciæ vrbs nobilis, à Romanis dicta Auguſta Emerita, colonia Romanorum. In numo Auguſti ſic eſt:* CÆSAR AVGVSTVS PONT. MAX. IMP. *Ex altera parte:* AVGVSTA EMERITA COL. *Similiter ex inſcriptione Lapidis, qui eſt Tarracone* IMP. CESAR VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IIII.

P. P.

VIAM A CAPARA AD EMERITAM AVG. VSQ. IMPENSA SVA RESTITVIT.

Eſt etiam Regis Recceſuinthi numus cum hac inſcriptione. RECCESVINTVS REX, *Ex altera parte:* EMERITA PIVS. *Sunt qui dicant, Apellatum Pium, ob hoc* Conci-

Concilium Emeritæ coactum. De ea Plinius, Strabo, Mela, & cæteri recentiores. Hodie ruinæ docent fuisse nobilissimã coloniam: nulli Episcopo subditur, sed ordini militiæ Diui Iacobi, sub Priore Legionensi.

Anno. 18.] *Conuenit cum nostra chronologia. Nam anno. 687. Reccesuinthus regnum suscepit: deinde. 18. Concilium hoc est coactum: qui efficiunt. 705. annos. Quoniam multum huius Concilij robur, & auctoritatem confirmat epistola Innocent. III. ad Petrũ Compostellanũ Archiepiscopum; quæ inuenitur in registro Romæ excuso, lib. 2. eam hic ad verbum exscribendam curauimus. Braccarensis Episcopus dicebat, Concilium Emeritense, neq; constructionem, neq; sensum, neq; Latinitatem habere.*

Petro Compostellano Archiepiscopo.

Licet vnũ sit corpus Ecclesiæ, in quo Christus est caput, & vniuersi fideles sunt mẽbra, ille tamen, qui à Christo petra dictus est Petrus, & à Christo capite vocatus est caput; ipso testante, qui ait: Ioan. 1. *Tu vocaberis Cephas: quod secundùm vnam interpretationem exponitur caput: quia sicut plenitudo sensuum abundat in capite; ad cætera verò membra pars aliqua plenitudinis deriuatur; ita cæteri vocati sunt in partem solicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis: ad quem velut ad caput maiores Ecclesiæ causæ non tam constitutione Canonica, quàm institutione diuina meritò referuntur. Inter quas illa non minima reputatur, quæ inter Compostellanam, & Braccarensem Ecclesias, super quatuor Episcopatibus, videlicet Conimbriensi, Lamecẽsi, Visensi, & Egitaniensi, ex delegatione sedis Apostolicæ longo fuit tempore sub diuersis iudicibus ventilata: quã nos auctore Domino, te, frater, Archiepiscopo Compostellan. & venerabili fratre nostro Martino Braccaren. Archiep. pro definitione huius causæ, præsentibus exacta diligentia curauimus terminare. Petebas siquidem à dicto Braccarensi Archiepiscopo quatuor præfatos Episcopatus; asserens eos ad Compostellanam Ecclesiam iure Metropolitico pertinere. Tuam autem intentionem fundare multipliciter nitebaris, per priuilegia, per concilia, per historias, per diuisiones, per famam, & per sententiam. Volens enim Apostolica sedes Compostellanam Ecclesiam, pro reuerentia Beati Iacobi Apostoli, cuius venerandum corpus in ea conditum requiescit, speciali priuilegio decorare, dignitatẽ Emeritensis Metropolis, quæ peccatis exigentibus à longis*

à longis retro temporibus, vsque nunc barbarica tenetur feritate captiua, eidem Ecclesiæ cum integritate Lusitaniæ prouinciæ liberali concessione donauit: sicut priuilegia felicis memoriæ Calixti Papæ prædecessoris nostri, liquidò protestantur; tres de suffraganeis Episcopatibus exprimens nominatim: videlicet Conimbriensem, Salamantinensem, & Abulensem, qui soli tunc in confessione Christiani nominis permanebant; cæteros autem generali donatione concludens. Hos autem Episcopatus de quibus quæstio vertebatur, ad Emeritensem pertinuisse Metropolim, per Emeritense nitebaris Concilium demonstrare, in quo XII. Episcopi, qui conuenerant, se omnes esse de Lusitaniæ prouincia profitentur, dicẽtes in primo capitulo: Conuenientibus nobis omnibus Lusitaniæ prouinciæ Episcopis, &c. qui post vniuersa statuta Concilij, omnes cum suo Metropolitano subscribunt, tàm ex nomine sedium, quàm etiam ex nomine personarum. Inter quos Conimbriensis, Egitaniensis, Lamecensis expreßè subscribunt. In octauo quoque capitulo eiusdem Concilij continetur, quòd supplicante sanctæ memoriæ Orontio Episcopo, Rex Reccesuinthus inductus est, vt reduceret, atque restauraret Episcopos huius prouinciæ Lusitaniæ, ad suæ prouinciæ nomen, atque Concilium: & sic demum secundùm Canonicas regulas, decreto Synodico, iudicij formula, & suæ Clementiæ confirmatione, ad nomen prouinciæ, suamque Metropolim sunt reducti. Quibus verbis indubitanter exprimi asserebas, quod hi quatuor Episcopatus, qui vsque tunc fuerant sub nomine prouinciæ Gallæciæ, per sententiam sunt reducti Synodicam. Quorum vnus, videlicet ex reductis, exprimitur fuisse Selua Egitaniensis Episcopus, qui est vnus de quatuor quos omnes eadem quæstio apprehendit. Et ad maiorem expreßionem, in subscriptionibus, post Metropolitanũ Selua primus, cum tali adiectione subscribit: Ego Selua Egitanens. Episcopus pertinens ad Metropolim Emeriten. vnà cum Archiepiscopo meo Proficio subscribo. Et quisque sequentium dicit ita: Similiter subscribo; intelligens totum cum verbo; idest pertinens ad Emeritensem Metropolim. Isidorus autem in Chronicis de Gothis, titulo de Sueuis testatur, quòd Remismundus ad Lusitaniam transijt; Conimbriam pace deceptam diripit; Vlyxibona quoque ab eo occupatur. Per quod videtur ostendi, quòd tam Conimbria, quàm Vlyxibona consistit in Lusitania. Plinius quoque narrat in libro secundo naturalis historiæ, circa finem, quòd Durius è maximis Hispaniæ fluminibus iuxta Numantiam lapsus, dein Lusitanos à Gallæcis disterminat. Per quod apertè monstratur, quòd cum quatuor Episco-

Calixtus secundus Burgundus, electus, anno Dni. 1119.

Isidorus in chronico Gothorum.

Plinius.

Episcopatus prædicti sint vltra Durium, non in Gallæcia, sed in Lusitania sunt prouinciæ constituti. Diuisiones etiam multas produxisti de locis (vt asseris) non suspectis assumptas, & exhibitas sub testimonijs, & sigillis authenticis: quæ connumerant hos quatuor Episcopatus inter Emeritensis Ecclesiæ suffraganeos, & eosdem ipsi Metropoli euidenter assignant. Per testes etiam ab aduersa parte productos ostendere voluisti, quod publica fama testatur hos Episcopatus ad Emeritam spectauisse. Felicis quoque memoriæ Cœlestinus Papa prædecessor noster, cum in minori ordine constitutus legationis officio in Hispania fungeretur, de hac causa cognoscens, pro Compostellana Ecclesia cõtra Bracarensẽ sententiam promulgauit, sicut per multos testes tu ipse nixus es comprobare. Verum ex aduerso dictus Bracarensis Archiepiscopus, rationes huiusmodi friuolas asseuerans, nixus est eas multipliciter infirmare; proponens, quod priuilegia donationis per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem, à Calixto Papa fuere surrepta. Suppressum est enim verum in illis de duobus præcedentibus priuilegijs, quæ felicis recordationis Paschalis Papa, super redintegratione ipsorum Episcopatuum concesserat in perpetuum Ecclesiæ Bracarensi. De possessione quoq;, quam eo tempore in præfatis Episcopatibus Ecclesia Bracarensis habebat: quorum alterum per priuilegia, reliquum verò per testes, & instrumenta sufficienter ostendere satagebat. Expressum autem erat in illis falsum, in eo, quod Conimbriensis Episcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere; cum idem Bracarensis multis rationibus astruere niteretur, tam Conimbricã, quã tres alios Episcopatus ad Metropolim respicere Bracarensem. In tantum enim Paschali Papæ, qui priuilegia super redintegratione prædictorum Episcopatuum Ecclesiæ Bracarensi concessit, constitisse videtur, hos Episcopatus ad eandem Bracarensem Ecclesiam pertinere, quod ipse in literis, quas direxit Gunsaluo Conimbriensi Episcopo, manifestè testatur, quòd constat Conimbriensem Ecclesiam in Bracarensis prouinciæ catalogo contineri. Vnde quia Toletanus Archiepiscopus ad mandatum ipsius, Conimbriensem Episcopum non restituerat Ecclesiæ Bracarensi, priuauit ipsum legationis officio: vt Bracarensis Archiepiscopus liberiùs in prouincia sua iustitiam exerceret. Emeritense verò Concilium non esse authenticum multipliciter asserebat: tum quia non inuenitur in aliquo authẽtico libro, inter alia Concilia contineri: tum quia nec constructionem, nec sensum, nec latinitatem, in plerisque locis continere probatur: tum etiam, quia contra Canonicas sanctiones, & Apostolicæ sedis primatum,

[Margin notes: Diuisiones sedium. — Fuit Cælestinus. III. Romanus, anno Domini. 1191. — Paschalis secundus, Tuscus, anno Domini 1100. tenuit sedẽ. — Cõciliũ Emeritense. — Canon. 7. Concilij.]

tum, aliquid videtur in eo esse statutum contra Episcopum, qui non venerit ad Concilium; ut videlicet à Metropolitano debeat in cella retrudi. Per undecimum quoque Toletanum Concilium, quod constat authenticum, nitebatur illud Emeritense Concilium improbare ratione temporis, quod in utroque reperitur expressum, cum simul utrumque stare non posit; obijciens contra illud nonnullas alias rationes. Historias autem inductas sanè, ac veraciter intellectas nihil ad propositum valere dicebat; sicut & per quasdam alias historias ostendere nitebatur: cum & iudex Ecclesiasticus ad gentilium præsertim historias non debeat se conuertere, quando per constitutiones Canonicas, vel scripta Romanorum Pontificum, aut sacras auctoritates doctorum Ecclesiasticum potest negocium terminare. Diuisiones etiam, quas pro se pars tua induxit, inualidas asserebat: tum quia longè plures, & euidentiores diuisiones pro sua sunt parte producta: tum etiam quòd in eodē quaterno quē contra sæpe dictum Bracarensem Archiepiscopum produxisti, Lucense Concilium est inuentum: in quo Episcopatuum Gallæciæ fuit facta diuisio, per quam Episcopatus de quibus agitur, ad Gallæciā prouinciam pertinere monstrantur. Famam verò dicebat contra se nullatenus esse probatam: sed nec sententiam præfati legati alicuius fuisse momenti; cum in scriptis non inueniatur fuisse redacta; quāuis super tanto dicatur negocio fuisse prolata: unde nec nomen habere meretur. Nec obstat si fortè dicatur, quòd fuerit amissa: quia qui casum allegat, debet casum probare. Testes autem, qui de ipsa loquuntur sententia, inter se omninò discordant, & in dicto, & in tempore, & in loco. Præterea cum talis sententia non intelligatur super proprietate fuisse prolata: quia præsumi non debet, ut Apostolicæ sedis legatus tàm arduum negocium, & difficile, velut indiscussum subitò diffinierit: cum etiam pars tua posteà literas Apostolicas impetrarit, quibus districtè præcipiebatur Archiepiscopo Bracarēsi, ut hos Episcopatus Cōpostellano Archiepiscopo restitueret; & facta restitutione, si super hoc agere vellet, ordine posset iudiciario experiri, patet quod illa sententia super possessione, duntaxat causa contumaciæ fuit lata; quod ipsi testes magis dicere comprobantur. Unde cum Bracarensis Ecclesia se posteà iudicio præsentauerit, & causa postmodùm fuerit ab Apostolica sede commissa, mora purgata, talis sententia expirauit. His alijsque rationibus intentionem tuæ partis multipliciter elidere nitebatur. Unde licet auctore non probante, is qui cōuenitur, etsi nihil præstiterit, absoluatur, ad ostendendam tamen euidentiùs suæ partis iustitiam, hos Episcopatus

Concilium Toletanū. 11. conditum est Era 713. vbi est M. s. constat. Emeritense Era. 704.

Lucense Concilium in quo facta est diuisio sedium Galleciæ.

patus ad Bracarensem Metropolim pertinere satagebat ostendere; per priuilegia videlicet, & Concilia, confeßiones, & diuisiones, praescriptiones, & instrumenta. Si enim priuilegia priuilegijs conferãtur sua dicebat priuilegia debere praeferri; cũ & plura sint numero .x. videlicet Ro. Pontificũ: inter quae post tria priuilegia Paschalis secundi, est & priuilegium Calixti Papae, qui nominatim hos Episcopatus redintegrauit, & confirmauit Ecclesiae Bracarensi. Quorum videlicet priuilegiorũ septẽ sunt redintegrationes, & cõfirmationes, tria verò sequentia, videlicet Eugenij, Adriani, & Alexãdri sunt etiam cõceßiones perpetuae, per quas totũ videtur negociũ definiri. In secundo verò Bracar. Concilio, de quo nõ dubitatur, quin sit authenticum, continetur expressum, quòd Episcopi Gallaeciae cum suis Metropolitanis ad illud Concilium conuenerũt, & in eorum numeratione isti quatuor continentur, qui post statuta Concilij cum alijs Coëpiscopis, tam ex nomine personarũ, quàm ex nomine sediũ expreßè subscribunt. Vnde liquidò patere dicebat, quòd & Gallaeciae sunt prouinciae, & ad Metropolim pertinent Bracarensem. Confessus es etiam tu ipse frequenter in iure, quod omnes Episcopi, qui 1. Bracar. Concilio adfuerunt, indubitãter pertinẽt ad Metropolim Bracar. sed per quoddam capitulũ secundi Concilij Bracar. apertè probatur, quòd hi quatuor interfuerũt primo Concilio Bracarensi; cũ ad. 2. Concilium Bracarense conuenisse dicantur Episcopi, tã ex Lucensi Synodo, quã etiam Bracarẽsi: & inter eos, qui ex Bracarensi Synodo cõuenisse dicuntur, isti quatuor nominantur. Porrò 2. Bracar. Concilium nõ praeceßit Bracarẽsis Synodus, nisi prima. Constat ergo, quòd isti quatuor fuerunt in prima Synodo Bracar. Unde videtur colligi manifestè, quòd isti quatuor, iuxta praemißã confeßionẽ tuam indubitãter pertinent ad Ecclesiam Bracar. Scriptura quoq; Lucens. Concilij quae continetur in libro à tua parte producto, indicat hos quatuor Episcopatus, secundũ diuisionẽ quam facis, ad Bracar. Metropolim pertinere: quam etiam diuisionẽ tres Romani Pontifices dicũtur in priuilegijs Bracar. Ecclesiae confirmasse. Pluralitatis quoq; ratio, secundum quam dicitur, quia praeualet sententia plurimorũ, diuisiones suas, quae longè plures sunt numero, praefert diuisionibus partis tuae. Sed & ratione tẽporũ ei perpetuũ silentiũ imponere nitebatur: cùm à 1. Bracar. Cõcilio vsq; ad Emeritẽ. Conciliũ, per spatium .107. ann. hos quatuor Episcopatus Bracar. Ecclesia deberet poßedisse. A tẽpore quoq; Paschalis secũdi, qui hos Episcopatus redintegrauit Ecclesiae Bracar. vsq; ad tẽpora triũ iudicũ, quibus haec causa fuit primo cõmissa, praescriptionis tẽpus cõstat fuisse cõpletũ, per quod Ecclesia Brac. hos episcopat⁹

[Marginal notes: Eugenius Tertius, Pisanus anno Dñi 1145. Adrianus quartus, Anglus, anno Domini 1154. Alexander tertius Senensis, anno Dñi 1156. Concilium Brac. 2. habitum Era 610. anno 2. Mironis Regis Suaeuorum. Conci. Brac. 1. habitum Era 599.]

[Marginal note: Brac. 1 concilium est Era 599. Emeritense, Era 704. Vnde recte connumerat, excludendo vltimos annos.]

iuxta suam assertionẽ inconcussè possedit. Rescripta quoq; Paschalis transmissa Toletano Archiepiscopo, & Episcopo Conimbriensi, de quibus est superius prælibatum, idipsum (vt asserit) euidenter ostendunt. Porrò tu respondebas, quòd post latam pro te ab Apostolicæ sedis Legato sententiam, tam nõ tenebaris ad has, aut alias rationes, quæ contra rei iudicatæ auctoritatem inducebantur, aliquid respondere: nisi quòd sine præiudicio tuo, licet ex abundanti satisfacere sustinebas; asserens possessionẽ Bracar. Ecclesiæ per testes non esse probatã, cùm quidam testium ad probationẽ inueniãtur inutiles: alij verò probẽtur mendaces. Literæ quoq; Paschalis, quibus eandem possessionem astruere satagebat, contrarium potius astruere videbantur. Sed & priuilegia Paschalis eiusdẽ, quæ suæ concessionis priuilegium præcesserunt, in multis reprehensibilia denotabas: primò, secundũ formam, & in bulla, & in scriptura: secundò, iuxta continentiã, & in enumeratione sedium, & in falsitate suggestionũ. Persona quoq;, quæ illa priuilegia, videlicet secundũ, & tertiũ impetrauit, merito suæ prauitatis reddidit illa suspecta. Mauricius scilicet, qui posteà fuit hæresiarcha in Ap. sedem intrusus; qui qualis extiterit, literæ Gelasij PP. missæ ad Viennensem Archiepiscopũ apertè depingunt. Prætereà contra rei iudicatæ auctoritatẽ impetrata sunt illa rescripta, sicut probatur per Emeriten. Concilium: in quo per decretũ Synodicum, & iudicij formulã, secundùm Canonicas regulas, illi Episcopi videntur fuisse reducti. Postremò dicti Legati sententia lata est contra ipsa: quibus, si tunc fuerunt exhibita, derogatum est per sententiam: si autem exhibita non fuerunt, occasione instrumentorũ nouiter repertorũ, auctoritas rei iudicatæ non potest vlterius attẽtari. Tua verò priuilegia multipliciter asserebas omni suspicione carere: quorum veritas constat ex Apostolicæ sedis archiuijs: in cuius regestis fideliter continentur, quæ aduersæ partis priuilegijs cõparata, certa debent ratione præferri: quia tua sunt priuilegia donationis certa & absoluta: sua verò sunt priuilegia confirmationis, seu redintegrationis conditionalia tantũ, & respectiua. Nec oportebat in tuis priuilegijs fieri mentionem suorum præcedentium: quibus nihil iuris acquirebatur, quod istis posset obsistere; cùm & alias nullius debeant reputari momenti. Nam inter scripturas, quæ parilitatis aliquid habere vidẽtur; scilicet in literis cõmissorijs inuenitur hoc obseruari. Secundũ verò Bracar. Concilium, quod in superficie tantũ dicebas tibi posse aliquatenus obuiare, fideliter intellectũ asserebas, tibi nequaquã obsistere: cum illa verba, quibus Episcopi Gallæciæ dicebãtur ad aliud Concilium conuenisse,

Mauricius Gallus Bracarensis Episcopus.

niſſe: notarij tantũ, ſeu compilatores extiterint: quæ non habent auctoritatem Concilij; cùm in toto Concilio nihil inueniatur ſtatutũ, vel factum omninò, quod ad recognitionẽ pertineat, vt iſti ſint de Gallæcia, vel ad Metropolitanũ Gallæciæ quoquo modo pertineãt. Reſpondebas etiam aliter, quòd quia Rex Gallæciæ, vt ex veteribus conſtare dicebas hiſtorijs, occupauerat de prouincia Luſitaniæ has quatuor ciuitates, ad eas ſui regni nomen extenderat: vt per quandam æquiuocationem totũ etiam regnũ Gallæciæ diceretur: & ita non ſecundùm limitationẽ prouinciæ, ſed ſecundùm occupationem regni, dicti ſunt illi Epiſcopi de Gallæcia. Quod inde maximè cõprobari dicebas: quia poſtquam illa regnorum ſciſſura, quæ huic nominationi cauſam præſtiterat, eſt ſublata, reductæ ſunt hæ ciuitates ad ſuæ nomen prouinciæ; vt iam nõ Gallæciæ, ſed Luſitaniæ nominentur: ſicut apertè probari dicebas ex ſequenti poſtea Emeritenſi Concilio, in quo dicuntur ad prouinciæ ſuæ nomẽ reducti. Nec ex eo probantur ad Bracarenſem Metropolim pertinere, quia interfuerunt Concilio Bracar. vel etiam ſubſcripſerũt: cùm conſtet Narbonenſem, per multa tẽpora veniſſe ad Concilia Toletana: nec tamen Toletana Metropolis aliquid iuris habuit in Eccleſia Narbonẽſi, ſed mandato Regũ illa fiebant: quod magis violentũ, quàm iuſtum præſumitur extitiſſe. Prædictã verò confeſſionem, qua recognouiſti in iure omnes Epiſcopos, qui interfuerunt primo Concilio Bracarenſi, indubitanter ad Bracarenſem Metropolim pertinere, in nullo tibi poſſe præiudicare dicebas: quia ſiue Concilium intelligantur perſonæ, ſiue ſtatuta, ſtare non poteſt, quod ad ſecundum Bracarenſe Concilium, Epiſcopi tam de Lucenſi, quàm de Bracarẽſi Concilio conueniſſent: ſed per illã enormitatẽ, quæ ſtatuta fuit in ſuo Lucẽſi Concilio mãdauerat Rex, propter dilationẽ prouinciæ, vt ſex Epiſcopatuũ ſui regni Pontifices facerẽt Concilium apud Lucũ, & ſex alij apud Bracar. & ideo dicebantur ſex ad vnũ Conciliũ, & ſex ad aliud pertinere; & de vtroq; Concilio apud Bracaram, quaſi de vtraq; Concilij aſsignatione veniſſe. Cuiuſmodi ſignificationẽ nominis approbari dicebas, ex epiſtola, quã Martinus Bracar. Archiepiſcopus ex certa ſcientia dirigit ad Epiſcopos Lucenſis Concilij; non quòd tũc celebraretur ibi id Concilium, cùm idẽ Martinus legatur illi Concilio adfuiſſe: ſed ad Epiſcopos, qui tenebãtur ex prædicto Regis mandato, tẽporibus ſuis illuc ad Concilium conuenire. Emeritẽſe verò Conciliũ authenticũ eſſe multis rationibus aſtruebas: tum quia cum alijs Concilijs continetur in libro, qui corpus Canonum appellatur, quẽ Alexander PP. per interlocutionẽ authenticũ

Narbonenſ. Eccleſia non ſubiecta Toletanæ Metropoli.

approbauit: tum, quia de ipso Concilio sumptū est illud capitulum: Priscis quidem Canonibus, quod cōtinetur in corpore Decretorum. Vnde respōdens ad rationes præmissas, quæ cōtra hoc Conciliū sunt obiecta, omnes quasi friuolas ostendere nitebaris. Diuisiones autem, quæ pro Bracarensi Ecclesia sunt productæ, omnes de locis sibi subiectis, & ideo suspectis proponebas assumptas: in quorum armaria, propter hanc causam facilè potuerunt corruptæ submitti. Tuæ verò diuisiones omnes sunt secundùm statum antiquum, vel de locis non tibi, sed sibi subiectis assumptæ. Vnde amplius illis contra se credi debet, vel de remotis prouincijs, apud quas non extitit causa corruptionis, vel suspicionis prædicta: quas etiã protulisti sub testimonijs, & sigillis authenticis, quibus & Canones, & veteres scripturas concordare dicebas. Præscriptiones autem, ex quibus etiam aduersùs verum dominum competit actio; ne dum, quòd exceptio competat præsidentibus, multis rationibus annullabas; asserēs, quòd Bracarensis Ecclesia in prædictis Episcopatibus nullam possessionem obtinuit, & ideo nihil in eis omninò præscripsit. Deinde si possessionem aliquam habuisset, sententia quæ super his lata probatur, ex Emeritensi Concilio vim præcedentis præscriptionis penitus vacuasset. Sequentis verò præscriptionis effectum præfati Legati sententia penitus interrupit. Ipse verò Archiepiscopus Bracarensis contra reductionem Episcoporū, quæ dicitur in Emeriten. Concilio decreto Synodico, & iudicij formula facta fuisse, multipliciter allegabat. Primò, quia Synodus illa, cuius auctoritate dicitur facta fuisse reductio, nequaquam apparet, nec scitur à quibus, vel vbi, vel quando, vel quare fuerit celebrata; vtrū generalis, an prouincialis extiterit: & vtrū auctoritate Romani Pontificis, an alicuius tantum Archiepiscopi fuerit ordinata. Deinde si mentio fiat in aliquo documento de alio, nihil ex secundo probabitur documento, nisi & primum, de quo mentio facta fuerat, proferatur. Præterea cùm secundū Concilium Bracarense præcesserit Emeritense Concilium, & celebrius habeatur; vt de quo plura sunt assumpta capitula in corpore decretorum, patet profectò, quòd illud debet isti præferri: nec illi per istud potest in aliquo derogari, sicut cautum habetur in Canone: quia quoties in gestis Conciliorum discors sententia inuenitur, illud est præferendum, cuius antiquior, & potior extat auctoritas. Rursus non probantur vllatenus isti quatuor Episcopi fuisse reducti, sed de solo Selua Egitaniensi Episcopo dicitur, quod vnus fuerit de reductis: & ipse solus in subscriptione profitetur expressè, se ad Emeritensem Metropolim pertinere: quãuis & ipse

Selua

Marginal notes: 10. q. 3. — 33. q. 2. c. Hoc ipsum, ex Isidoro ad Massonē Episcopum.

Selua Egitanienſis Epiſcopus non intelligatur vnius de reductis ad Emeritanã Metropolim,ſed potiùs ad diœceſim propriam,ſicut ex eodem capitulo Emeriten. Concil.comprobari dicebat;in quo de illo dicitur, quòd ad debitã diœceſim rediјt. Cùm igitur Synodus illa minimè proferatur,cuius iudicio & decreto in Emeritenſi Concilio dicuntur reducti,patet quòd illa reductio per Emeriten.Concilium nõ probatur. Adhæc reſpondebas, quòd maior eſt auctoritas approbati Conciliј,quàm vnius ſolũmodo documẽti: & ideo dubitari non debet, quin verũ ſit quod aſſeritur ab Epiſcopis in Concilio cõgregatis: à quibus aſſeritur illa reductio facta fuiſſe decreto Synodico, iudiciј formula,ſecundũ Canonicas regulas: ſicut & dicitur in primo Concilio Bracar. quòd Theoribius Notarius à Papa Leone ad Synodũ Gallæciæ miſſus fuit:nec tamẽ illa Synodus inuenitur: Et in.1.Conc.Tolet. mentio fit de ſtatutis Luſitanorũ Epiſcoporũ:& tamen non inuenitur Synodus,in qua illa fuerint cõſtituta. Moyſes quoq; in libro Numeri mentionẽ facit de libro bellorũ Dñi,qui tamẽ nuſquã apparet, & tamẽ creditur ita fuiſſe,ſicut Moyſes narrat in illo volumine cõtineri. Auctoritas autẽ alicuius Conciliј nõ ex eo ſolo maior exiſtit,quòd extat antiquior,ſed quod potior. Alioquin Bracarenſe Concil. Lateranenſi Concilio præferretur: ſed illorum duorum Conciliorũ par extat auctoritas:cum Prouinciale fuerit vtrunq;, & ambo dicantur pariter ab Apoſtolica ſede recepta. Cùm autẽ inter Epiſcopos Emeritenſis Conciliј tantũ hi quatuor inueniantur inter Epiſcopos Gallæciæ nominati,ſicut dicitur in.2. Concilio Bracarenſi, patet quod de his quatuor debet intelligi, quòd ad nomen prouinciæ ſunt reducti:quia non poſſunt intelligi fuiſſe reducti,niſi qui fuerũt abducti. Vnde facta reductione in.3. Concilio Bracaren. quod ſequutũ eſt Emeriten. Concilium, nullum iſtorũ quatuor legitur extitiſſe. Poſtquã igitur hæc, & alia fuerunt vtrinq; prudenter, ac ſubtiliter allegata,quorum multa propter prolixitatẽ ſuperfluã, in hac pagina prætermiſimus annotarẽ, partes ad amicabilem compoſitionem induximus diligenter:quæ tandẽ per Dei gratiam,noſtra ſolicitudine mediante,ad hanc cõpoſitionis formã libera voluntate venerunt:vt de quatuor prædictis Epiſcopatibus duo aſsignarentur Compoſtellanæ Metropoli,& duo relinquerẽtur Metropoli Bracarenſi. Nos autẽ habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligenti tractatu,compoſitionẽ ipſam duximus approbandam,intelligentes eam æquitati Canonicæ concordare. Cùm enim Viſenſis Epiſcopus cum Epiſcopis Gallæciæ interfuerit ſecundo Concilio Bracarenſi, & Emeriten. Concilio non adfuerit, in quo plenus ſuffraganeorum

3. Concilium Bracarenſe, Era.713.

 numerus

numerus Emeritensis Metropolis legitur affuisse: vnde nec potest vnus de reductis intelligi: cùm etiam inter alios suffraganeos Bracarensis Ecclesiæ in suis priuilegijs numeretur, in priuilegijs autem Compostellanæ Ecclesiæ Visensis Episcopus nullatenus habeatur, sæpe dictum Archiepiscopum Bracarensem, nomine Bracarensis Ecclesiæ, ab impetitione tua nomine Compostellanæ Ecclesiæ super eodem Episcopatu duximus absoluendum; tibi super hoc perpetuum silentium imponentes. Lamecensis autem, & Egitaniensis Episcopatus, quos ad Emeritensem pertinuisse Metropolim certis didicimus rationibus, & validis argumentis, de consilio fratrum nostrorum adiudicauimus Compostellanæ Metropoli; ipsum Bracarensem Archiepiscopum super illis nomine Bracarensis Ecclesiæ condemnantes: Episcopatum autem Conimbriensem licet eisdem rationibus cognouerimus ad Emeritensem spectauisse: quia tamen Iriensis Episcopatus auctoritate sedis Apostolicæ subtractus est Ecclesiæ Bracarensi, & sede mutata, pro Beati Iacobi reuerentia, totus concessus est Compostellæ, in recompensationem ipsi Archiepiscopo, & Ecclesiæ Bracarensi concessimus perpetuò retinendum. In tantum autem illa forma compositionis tibi complacuit, quod pro bono pacis liti cessisti, & petitioni renunciauisti omninò, super duabus Ecclesijs, videlicet sancti Fructuosi, & sancti Victoris, & medietate Bracaræ cum pertinentijs suis omnibus, de quibus cum alijs fuit facta commissio; refutans quicquid iuris in illis habuisti, vel potuisti habere: renuncians quoq; sententiæ, quæ super eis, pro Compostellana Ecclesia contra Bracarensem fuerat promulgata: super qua coram nobis aliquandiu fuerat litigatum. Nulli ergo, &c. definitionis, absolutionis, & concessionis, &c. Datum Lateran.

Cap. 2 Vespertino tempore] *De vespertinis officijs, & lucernario (hoc est enim lumen oblatum) vide notam à nobis positam Concil. Tolet. 1. c. 19. Offerebatur verò lumen his verbis, vt à Basilio tra-*
» *ditur lib. de Spiritu sancto. c. 29. Laudemus Patrem, & filium, &*
» *sanctum Spiritum. De Sono & vespertino officio in Breuiario Isidoriano Mixtarabum agitur. Fiebat vespertinum officium post lumen oblatum, vt hic dicitur: vnde constat antiquitus vesperas post solis occasum ad finem diei decantari solitas. Id innuit Chrysostomus hom. 19. ad populum Antioch. & hom. 14. in. 1. ad Tim.*
» *Tertiam (inquit) Sextam, Nonam, & vespertinas orationes cele-*
» *brant (loquitur de Monachis) & in quatuor partes diem dispar-*
» *titi, dum singulæ partes implentur, & psalmodijs, & hymnis Deum*
vene-

,, *venerantur. Hæc Chrysost. quibus verbis vespertina oratio vltima diei parti tribuitur. Idem Augustinus in psal.* 29. *ad ea verba:*
,, *Ad vesperum demorabitur fletus: affertq́ illud Marc.* 1. *Vesperè*
,, *autem facto, cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes male ha-*
,, *bentes. Idem Chrysologus serm.* 74. & 75.

Cap. 2 Quàm Sonum] *Isidorus in regula Monachorum, quam apud*
,, *me habeo M.s. cap.* 6. *de officio sic habet: In vespertinis officijs,*
,, *primò lucernarium, deinde psalmi duo, responsorius vnus, & lau-*
,, *des, hymnus, atq́ oratio dicenda est. Post vespertinum autem, con-*
,, *gregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus*
,, *diuinæ lectionis quæstionibus disputare, conferendo piè & salubri-*
,, *ter, tantumq́ meditando, disputandoq́ immorari, quoadusq́ Com-*
pletorij tempus possit occurrere. Illud quod ab Isidoro vocatur laudes, est Sonus. Id clarè constat ex Breuiario Isidoriano, quod Mozarabum dicitur: vbi in regula de vespertino officio sic dicitur:
,, *Dies siue sit festiualis, siue priuata, semper horæ incipiunt à vesper-*
,, *tinis ante diem: & principium fit per inuocationem Iesu Christi,*
,, *oratione Dominica præcedente, submissa voce dicendo: Kyrie elei-*
,, *son, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster. Et alta voce: In no-*
,, *mine Domini nostri Iesu Christi, lumen cum pace, hoc est lumen*
,, *oblatum. Respondetur à circunstantibus: Deo gratias. Et Presbyter*
,, *dicit, Dominus sit semper vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Et*
,, *ordo vesperorum siue sit festum, siue non, sequitur per hunc modum.*
,, *Primò dicitur psalmus, siue vespertinum, quod idem est: quo finito,*
,, *Presbyter dicit, Dominus sit semper vobiscum. Resp. Et cum spiri-*
,, *tu tuo. Statim dicitur Sonus, si sit festum, eò quod dies ferialis caret*
,, *Sono; nisi in tempore Resurrectionis, propter solennitatem dicitur.*
,, *Hæc regula. Sonus est, venite exultemus Domino, iubilemus Deo*
,, *salutari nostro. Vers. Præoccupemus faciem Dei in confessione, & in*
,, *psalmis iubilemus Deo. Fortè dictus, quia sonora voce decantabatur.*

Cap. 3 Per bonam dispositionem] *Sic statutum est Conc. Tolet.* 16. *c.* 8. *vt Missæ per totam Hispaniam, pro Rege, eiusq́ filijs quotidie celebrentur, nisi in die Passionis Domini. Orare pro Regibus anti-*
,, *quissimum Ecclesiæ institutũ est, ex illo Paul.* 1. *ad Tim. c.* 2. *Obse-*
,, *cro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postula-*
,, *tiones, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, &*
,, *omnibus, qui in sublimitate sunt: vt quietam & trãquillam vitam*
,, *agamus in omni pietate, & castitate. Inde Ecclesiæ mos est, ab Apostolis acceptus, in sacrificio corporis, & sanguinis Christi, pro Re-*

gibus indesinenter orare. Id tradit Clemens, lib. 8. cōstit. c. 12. Hunc morē probat Chrysost. in superiorē locum Pauli, & in Liturgia Basily dicitur: Memento Domine piyssimi & fidelissimi Imperatoris. Idē Ambrosius, lib. 4. de Sacram. c. 4. & Arnobius, lib 4. aduersus gentes. Bonifacius PP. epist. ad Honorium: in Concilio Rhemensi, c 4. idē.

Cap. 4 Placitum] *De placito superiùs diximus Concilio Tolet. 11. cap. 10. vbi dicitur, quod vnusquisque qui ad Ecclesiasticos ordines est „ accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quàm placiti „ sui innodatione promittat, se in fide Catholica sincera cordis „ deuotione custodienda, iustè semper & piè victurum, & in nullis ope „ ribus suis, Canonicis regulis contradicturum, debitumq́; per omnia „ honorem, atq; obsequij reuerentiam praeminenti sibi impensurum. Vide etiam Concil. Toletan. 4. c. 26. & Concil. Trident. sess. 24. cap. 12 & sess. 25. cap. 2.*

Cap. 5 Per Metropolitani voluntatem] *Metropolitani munus est, ad Concilium Episcopos vocare, per epistolas: de quibus dicitur Cō „ cil. Tarraconen. cap. 6. Et. 13. Epistolae tales per fratres à Me- „ tropolitano sunt dirigendae, vt non solum à cathedralibus Ecclesiis „ Presbyteris, verum etiam, de diaecesanis ad Concilium trahant, & „ aliquos de filijs Ecclesiae saecularibus secum adducere debeant. Concil. Mileuit. cap. 9. & infra cap. 7. & in septima Synodo cap. quoniam. Habetur d. 18. & Concilio Agath. 2. c. 35. Si Episcopus Metropolitanus. &c. & in Martini Excerptis, cap. 18.*

Cap. 5 Teneri ab infirmitate] *Infirmitas, aut regia iussio excusat Episcopum, vt Concilio prouinciali non adsit. Tridentina Synodus etiam eos excepit, quibus cum periculo imminenti transfretandum esset. Infirmitate Episcopus excusatur Concil. Laod. c. 40. & habetur dist. 18. c. Non oportet, & Concil. Chal. cap. 19. actionis decimaquinta. Concilio etiam Tarraconensi cap. 6. excusatur Episcopus graui necessitate implicatus Propter aetatem etiam ex- „ cusatur, ex Concil. Carthaginens. 5. cap. 10. Placuit, vt quoties- „ cumque congregandum est Concilium, Episcopi, qui neque aetate, „ neque aegritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, cō- „ petenter occurrant.*

Cap. 5 Diaconum ad suam personam dirigat] *Eo quod Concilio Nicano cap. 20. apud Rufinum lib. 10. hist. Eccles. cap. 6. scriptū „ est: Ne Diaconi Presbyteris praeferātur, nec sedeant in consessu Pres- „ byterorum, aut illis praesentibus Eucharistiam diuidant. Apud Gra- „ tianum Can. Peruenit dist. 93. Concil. Arelat. 2. Can. 15. In se- „ cretario Diaconis inter Presbyteros sedere non liceat, vel Corpus*

Christi,

Christi, præsente Presbytero tradere non præsumant. De hac re Thom. 3.p.q.82.art.3. Vnde hic cauetur ne Vicarij Episcoporum esse debeant: quia non possunt in Concilio inter Presbyteros à tergo Episcoporum sedere. In Concilijs tamen Toletanis Diaconi vicem Episcoporum gerentes, pro ijs subscribunt: vt quinto Petrus, agens vicem Episcopi sui Antonij: in sexto Uvamba Diaconus, & Seuerinus Diaconus: in septimo Clemens, Ambrosius, & Aquila Diaconi. Sicq; in alijs alij.

Cap. 6 Pro diebus festis] *Sic constitutum est Concil. Tolet. 13. cap. 8. vt admonente Metropolitano, pro festiuitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, & Natiuitate Domini celebrandis, siue pro causarum negocijs, seu pro Pontificibus consecrādis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis venire non contemnant: excepta ineuitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari.*

Cap. 7 Semel in anno fieri Concilium] *Concil. Nican. c. 5. ex historia Rufini Presbyteri, vt per singulos annos in quibuscunque prouincijs bis Concilia celebrentur: vnum ante Quadragesimam Pascha: secundum circa tempus autumni. Postea idem Can. 38. Apost. Semel quarta septimana Pentecostes: secundo verò. 12. die mensis Hyperberetai, id est, iuxta Romanos, quarto Idus Octobris. Postea id temperatum est, vt semel in anno: demū, vt vnoquoq; triennio Concilia prouincialia celebrentur, ex constitutione œcumenica Tridentini Concilij.*

Cap. 8 Viro Orontio Episcopo] *Orontius fuit Emeritensis Episcopus: interfuit. 6. 7. & 8. Concilijs Toletanis, ab Era. 676. vsque ad octauum Toletanum, actum sub Reccesuintho, Era. 691. Ab Innocentio Papa, sanctæ memoriæ Orontius dicitur.*

C. 10. Archipresbyterum] *De horum officio agitur lib. 1. Decretal. Archipresbyter, & Primicerius Archidiacono subduntur, vt constat de officio Archip. cap. 1. Vt Archipresbyteri. Et de offic. Primicerij. c. 1. Vt Primicerius. Diximus de Archidiacono, & Primicerio suprà. Nam licet Archipresbyter ordine sit maior, quàm Archidiaconus, quia tamen inferior est dignitate, Archidiaconus ei præfertur. Gloss. in cap. Deliberatione, de officio Leg. lib. 6. Dominicus, & Alexander in cap. fin. 17. dist.*

C. 11. Seculares peragere causas] *Ne Presbyteri causas seculares inter laicos peragant, cauetur toto titulo decretaliū: Ne Clerici, vel Monachi secularibus negocijs se immisceant. Sic etiam in Canone Apostolorum. 80. Dicimus non oportere Episcopum, aut „ Presbyterum seipsum publicis administrationibus immittere; sed*

vacare

„ *vacare & commodum se exhibere vsibus Ecclesiasticis. Animum*
„ *igitur induito hoc nō facere, aut deponitor: nemo enim potest duobus*
„ *dominis seruire, iuxta præceptū Domini. Et c. 82. infra dicitur. Qui retinere voluerit officium Romanū, & functionem Sacerdotalē, deponitor. Idem decreto. 22. Magūtiaci Cōcilij, sub Carolo Magno. vbi describitur qualis Clericorum vita, forma, actus, & studium esse debeat. Et Concil. Chalced. c. 3. & 7. interdicitur Clericis suscipere causas secularium negociorum.*

C. 14. Diebus festis] *Solebant fideles in martyrum, vel defunctorum Missis offerre & comunicare. Concil. Bracar. 1. c. 9. & Tol. 4. c. 32. De diuisione autem bonorum Ecclesiasticorum diximus fuse supra. Sed aduerte consuetudinem Offertorij antiquam, quæ etiam nunc durat in Ecclesia, & inde obtinuit vsus offerendi in Missis, post dictum Offertorium, quod ante consecrationem fiebat. Conc. Bracar. 2. cap. 2. de oblationibus diuidendis. Archidiaconus collectam pecuniam de comunione accipiebat, & Episcopo deferebat, & Clericis partes, proprias eisdem distribuebat. Isidorus epistola ad Leudefredum Episcopum Cordubensem. Et Canone Apost. 3. Fabianus PP. epist. 3. ad Hilar. constituit, omnibus diebus Dominicis, ab omnibus viris, & mulieribus oblationem tàm panis, quàm vini fieri. Idem in Concil. Matisc. Can. 4. Synod. Gangr. c. 7. & 8. Carpophoriam vocat oblationem Ecclesiasticam. Glossarium vocat* προσφορὰν
„ *Meminit etiam oblationū Tertullianus in Apologet. c. 39. Modicā*
„ *(inquit) vnusquisq; stipem menstrua die, vel cum velit, etiam si*
„ *modò velit, & si modò possit, apponit. Ex quo loco constat, oblationem populi esse ex sua natura voluntariam, ex D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. Tempore Cypriani etiam oblatio erat in vsu, vt constat ex lib. de opere, & eleemosyna. Idem Hieronym. epist. ad Helio. & August. epist. 187. apud Gratianum. dist. 90. cap. oblationes, & 10. q. 1. Can. Antiquos. In offerendo seruabatur ordo, vt primum mares, deinde fœminæ offerrent, vt constat ex ordine Romano de officio Missæ. Fiebat autem oblatio, post dictum, vel cātatum Offertorium; vnde Offerenda vocabatur.*

C. 16. Sufficere possunt] *Gratianus. 10. q. 3. sufficere non possunt, legit: quam lectionem probaui ante excusum Decretum Gregorianū,*
„ *ductus testimonio Concil. Tol. 16. c. 5. & habetur. 10. q. 3. Tertiæ*
„ *quas antiqui Canones de parochijs suis habendas Episcopis censue*
„ *runt; si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis diruta Ecclesia*
„ *reparentur: si verò eas maluerint cedere, ab earundem Ecclesiarū*
„ *cultoribus, sub cura & solicitudine sui Pontificis, reparatio eisdem*

basilicis

„ *basilicis adhibenda est. Quòd si omnes Ecclesiæ, aut incolumes fue-*
„ *rint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorũ*
„ *Canonũ instituta, Tertias sibi debitas vnusquisq; Episcopus asse-*
qui, si voluerit, facultas sibi omnimodò erit. Et Concil. Bracar. 2.
„ *c. 16. Placuit vt de rebus Ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones;*
„ *idest, Episcopi vna, alia Clericorum, tertia in recuperatione, vel lu-*
„ *minarijs Ecclesiæ. Et Concil. Tolet. 4. cap. 33. & 9. c. 6. Vnde tertia*
semper Ecclesiarum reparationi cessit: Episcopus vero, cui sua non
sufficiebant, eam ad sui sustentationem, & honorem Episcopalis
dignitatis exigebat.

C. 19. Eorum nomina] *Quod nomina viuorum & mortuorum cita-rentur in sacrificio corporis & sanguinis Christi, multis decretis patet. De qua re diximus. Tolet. Concil. 11. c. 12. Id constat præsertim ex Innocen. 1. epist. 1. ad Decentium Episcopum, & August. epist. 137. & Gelasio. PP. epist. ad Anastasium Augustum, & Chrysostomo, hom. 6. in. c. 2. epist. 1. ad Timotheum, & alijs. Fundatoribus Ecclesiarum multa conceduntur Concil. Tolet. 15. c. secundo.*

C. 20. Libertos debeant facere] *De libertorum seruitute; manumissione, & alijs, multa traduntur Concil. Tolet. 15. c. 11. & sequentibus, & Concil. Hispal. 2. c. 8. de Elisæo ex familia Egabrensis Ecclesiæ, & Concil. Hispalens. 1. c. 2.*

INCI-

INCIPIVNT Capitula Concilij Toletani vndecimi.

Innocentius Papa in epistola ad Petrum Compostel. vocat vndecimum Tolet. Conc. authenticũ.

- I *NE tumultu Concilium agitetur.*
- ij *Non debere Metropolitanum à confinitimorum instructione cessare.*
- iij *Vt in vna prouincia diuersitas officiorum non teneatur.*
- iiij *De discordia Sacerdotum.*
- v *De compescendis excessibus Sacerdotum.*
- vj *Non debere Sacerdotes quaslibet in Ecclesiæ familijs truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est, iudicare.*
- vij *Quæ debeat discretio Ecclesiarum Rectoribus esse; ne per inconditam disciplinam subeant homicidij notam.*
- viij *Ne quidquam præmij pro diuinis sacramentis accipiatur.*
- ix *Quid custodiri debeat, ne per præmium [a] Episcopus fiat: vel qua sententia feriatur is, qui post honorem acceptum, per [b] præmium ordinatus fuisse detegitur.*
- x *Vt omnes Pontifices, rectoresq; Ecclesiarum, tempore, quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quàm iustißimè viuere debeant.*
- xj *De elucidatione antiqui Canonis, quo præcipitur: Vt si quis acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.*
- xij *Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutinè suspendatur: & vt oblatio eius, qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab Ecclesia receptetur.*
- xiij *De Sacerdotibus, qui vexati cadere videntur.*
- xiiij *Vt hi, qui Domino canunt, atq; sacrificant, post se semper habeant adiutoria constituta.*
- xv *De institutione certi temporis, quo Concilium agitetur.*
- xvj *De relatione gratiarum pro consummatione Concilij.*

a Quis Episcopus. C. A.
b Pecuniam Exig

IN

IN NOMINE DOMINI.

Incipiunt gesta Synodalia concilij Toletani. XI. acta in vrbe Regia Toleto, in B. matris Dñi Mariæ virginis sede, a. xvij. Episcopis, anno quarto regni gloriosi Principis Vvãbani, sub die vij. Idus Nouembris. Era DCC. XIII.

Era DCC. XVII. habet chronicon generale. Vasæus, & Morales, anno Dñi. 675.

IN Nomine sanctæ Trinitatis. Collectis in vnũ Carthaginis prouinciæ Sacerdotibus in Toletana vrbe, in beatæ matris Dñi Mariæ Virginis sede, anno quarto excellentissimi, & religiosi Vvambani Principis, sub die septimo Idus Nouẽb. res votiua gaudij, & dies nimiũ optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est cõspicere pariter, & deflere, quid lacrymarum de pręteritis Dño deberemus. Eramus enim hucusq; prolabẽtis seculi colluuione instabiles, quia annosa series temporum, subtracta luce Conciliorum, nõ tam vitia auxerat, quã matrem omnium errorum ignorantiam ociosis mentibus ingerebat.[a] Cernebamus enim, quomodo Babylonicæ confusionis olla subcensa, nunc tempora Conciliorũ auerteret, nũc Sacerdotes Dñi [b] de resolutis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretricis sequebantur [c] inuitamenta, quia Ecclesiastici cõuentus non aderat disciplina: nec erat, qui errantium corrigeret partes, cum sermo diuinus haberetur [d] extorris. Et quia non erat adunandorum Pontificum vlla præceptio, crescebat in maius vita deterior. Quũ tandem diuina nos clementia ex alto respiciens, & tempori ætatis nostræ se occursuram præbuit, & saluti; præparans nostris seculis religiosi Principis mẽtem, deuotam pariter, & instructã: cuius feruidæ solicitudinis voto, & lux Cõciliorum [e] reuocata resplẽduit, & alterna charitas

Hierem. 1. Apocal. 17. Vide notas.

[a] Cernimus. Exc.
[b] F. Dissolutis.
[c] Incitamenta. Exc.
[d] Exosus. Exc.
[e] Renouata. Exc.

ritas se mutuò in corrigēdis, vel instruēdis moribus [a] excitauit; dū & aggregādi nobis, hortatu Principis religiosi facultas est data, & opportuna corrigendis præparata est disciplina: vt qui decursis lōgè ante tēporibus, post decem & octo scilicet labentium annorum excursum, in vnū meruimus aggregari cōuētū, [b] mederi possemus spirituali gratia sanitatū. Nec enim numerus iste alienus est à salute: sic quippè mulier illa in Euangelio ter senis annorum excursibus curua, quæ figuram totius generis humani gestabat, sub sacramēto huius numeri saluti pristinæ à Saluatore donatur. Nos igitur per tot annos curui nostri ordinis persistente statu, in eo quod nulla nos Cōciliorum definitio iungeret, nullus etiam cōuentus Ecclesiastici ordinis adunaret, tandē diuinæ voluntatis imperio, & religiosi Principis iussu euocati, in Toletanam vrbem conuenimus. Qui cum in Ecclesia B. Virginis Mariæ debitis in sedibus locaremur, inter cætera, quæ subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpimus habere sermonem, quā de sancta [c] fidei puritate: vt quia initiandis ad beatam vitā hominibus, hæc prima est via salutis, præuia quoq; nostris fieret & institutis pariter, & præceptis. Vnde sacro huius instructionis arcano sanctorū Patrum, Nicæni scilicet, Constantinopolitani, Ephesini, atq; Chalcedonēsis Conciliorum monita amplectētes, per quæ & radicitus hæreticorū falsa [d] concinnabula destruuntur, & fidei Catholicæ [e] limpor euidēs declaratur, hoc cōmuni, alternoq; animorum iudicio definimus, vt hanc ipsam nostræ fidei regulam verbis simplicib⁹ niteremur alternatim nobis singulariterq; referre: ita vt quidquid per triduum de huiusmodi quæstionibus vnicuiq; nostrorū lectionis memoria ministrasset; prout animis, vel memoriæ occurrisset, [f] omnis sub breuitatis cōpēdio simplici notaretur stylo: relatio tamē ipsius sacramenti pura, & euidēs à capite primum inciperet, & sic ad membra reliqua perueniret; nullas obscuritatis lineas in se habēs, nullas etiam inusitatæ loquutionis regulas continens; sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset [g] euidentem exprimere sensum: quo exercitatiores nos ad intelligendum redderet verborum simplex collatio, quàm relata condensæ lectionis instructio. Quia & revera tantæ [h] fidei mysterium ita Sacerdotes Dei conuenit nosse, vt non superficie verborum efferantur incogniti, sed sensibus sanæ intelligentiæ reperiantur instructi: vt in

Vndecimum Toletanum coactum est Era 694. cui summa adde. 18. efficies 712. & vnum annum vltra, (nam inquit post decē & octo) efficies 713.

Luc. 13.

[a] Excrauit, alij M. G.

[b] Mereri possimus spiritali gratia sanitatem C. A. & Exc.

[c] Fid. nostræ. C. A.

[d] Conciliabula Exc.

[e] Norma. Exc.

[f] Omnis sobrietatis comp. C. A.

[g] Euidentiam exprimere suam. Exc.

[h] Rei. Exc. & C. A.

vt in [a] differendo præcipuæ huius ſanctæ Trinitatis arcano plus euidentia, quàm eloquentia eos efficiat ſaporatos: ſic enim & diuini muneris dono eſt actum, vt iuxta votum definitionis alternę, promiſsio mõſtraretur in opere. Vnde quod primo die præſidentis Metropolitani lingua profudit, die tertia omnium noſtrorum vox ſingulatim collatiuè repetijt. Iſte ergo eſt tenor fidei noſtræ, qui & à capite copioſè profluxit, & à membris [b] prolatus glorioſe emicuit.

Confitemur, & credimus [c] ſanctam ineffabilem Trinitatẽ, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum Deum [d] naturaliter eſſe vnius ſubſtantiæ, vnius naturæ, vnius quoq; maieſtatis, atq; virtutis. Et Patrem quidem, non genitum, non creatum, ſed ingenitum profitemur: ipſe enim à nullo originem ducit, ex quo & Filius natiuitatem, & Spiritus ſanctus proceſſionem accepit: fons ergo ipſe, & origo eſt totius diuinitatis. Ipſe quoq; [e] pater eſt eſſentiæ ſuæ, qui de ineffabili ſubſtantia Filium ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem: ab ipſo eſt ergo omnis paternitas in cœlo, & in terra. Filium quoque de ſubſtantia Patris ſine initio ante ſecula natum, nec tamen factum eſſe fatemur: quia nec Pater ſine Filio, nec Filius aliquando extitit ſine Patre: & tamen non ſicut Filius de Patre, ita Pater de Filio; quia non Pater à Filio, ſed Filius à Patre generationem accepit: Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, ſed non de Filio: "Pater quidem Filij, non Deus de Filio:" ille autem Filius Patris, & Deus de Patre; [f] æqualis tamẽ per omnia Filius Deo Patri: quia nec naſci cœpit aliquando, nec deſijt. Hic etiam vnius cum Patre ſubſtãtiæ creditur; propter quod & [g] homouſion Patri dicitur, hoc eſt, eiuſdem cũ Patre ſubſtantiæ creditur: ὁμὸς enim Græcè vnum, οὐσία verò ſubſtantia dicitur, quod vtrumq; coniunctum ſonat, vna ſubſtantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia ſubſtantia, ſed de Patris vtero, id eſt, de ſubſtantia eius, idem Filius genitus, vel natus eſſe credendus eſt. [h] Sempiternus ergo Pater, ſempiternus & Filius. Quòd ſi ſemper Pater fuit, ſemper habuit Filium, cui Pater eſſet: & ob hoc Filium de Patre natum ſine initio confitemur. Nec enim eundem Filium Dei, pro eo quòd de Patre ſit genitus, defectæ naturæ portiunculam nominamus; ſed perfectum Patrem, perfectum Filium, ſine diminutione, ſine defectione genuiſſe aſſerimus: quia ſolius diuinitatis eſt inæqualem Filium non habere. Hic etiam

[a] Exc. differendo.
[b] Probatus. Exc.
[c] Sanct. atq; ineffab. C.A.
[d] Natur. eſſe. C.A.
[e] Pat. eſſentia quidẽ ineffabilis ſubſtantiæ ſuæ Filiũ. Exc.
Ephes. 3.
[α] Deſunt Exc.
[f] Aequal. Deus per omnia Deo Patr. Exc.
[g] Homouſios. Exc.
[h] Sẽpiternus quoque eſt & Filius: quoniam ſi Pater ſemper fuit, &c. Exc.

Quod definitum est aduersus Elipandum in Concil. Frãcofordiens.

Filius Dei nátura eſt Filius nõ adoptione, quem Deus Pater nec voluntate, nec neceſsitate genuiſſe credendus eſt: quia nec vlla in Deo neceſsitas cadit, nec voluntas ſapientiã præuenit. Spiritum quoq; ſanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona, vnum, atque æqualem cũ Deo Patre, & Filio credimus eſſe Deum, vnius ſubſtantiæ, vnius quoque eſſe naturæ: non tamen genitum vel creatum, ſed ab vtriſque procedentẽ, amborum eſſe ſpiritum. Hic etiam Spiritus ſanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur; ne aut ſi ingenitum dixerimus, duos patres dicamus; aut ſi genitum, duos filios prædicare monſtremur: qui tamen nec Patris tantùm, nec Filij tantùm, ſed ſimul Patris, & Filij Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul ab vtriſque proceſsiſſe monſtratur:[a] quia charitas, ſiue ſanctitas amborum agnoſcitur. Hic igitur Spiritus ſanctus miſſus ab vtriſque [b] creditur; ſed minor à Patre, & Filio non habetur: ſicut Filius propter aſſumptam carnem minorem ſe Patre, & Spiritu ſancto eſſe teſtatur. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narratio: quæ non triplex, ſed Trinitas, & dici, & credi debet. Nec rectè dici poteſt, vt in vno Deo ſit Trinitas, ſed vnus Deus Trinitas. In relatiuis verò perſonarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus ſanctus ad vtroſque refertur: quæ cum relatiuè tres perſonæ dicantur, vna tamen natura per ſubſtantiam creditur. Nec ſicut tres perſonas, ita tres ſubſtantias prædicamus, ſed vnam ſubſtantiam, tres autem perſonas. Quod enim Pater eſt, non ad ſe, ſed ad Filium eſt: & quod Filius eſt, non ad ſe, ſed ad Patrem eſt: ſimiliter & Spiritus ſanctus, non ad ſe, ſed ad Patrem, & Filium relatiuè refertur; in eo quod Spiritus Patris, & Filij prædicatur. Item cum dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, ſicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus ſanctus ad Patrẽ, & Filium, ſed ad ſe ſpecialiter, dicitur Deus. Nam & ſi de ſingulis perſonis interrogemur, Deum neceſſe eſt fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus ſingulariter dicitur: nec tamen tres dij, ſed vnus eſt Deus. Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus ſanctus omnipotens ſingulariter dicitur; nec tamen tres omnipotentes, ſed vnus omnipotẽs; ſicut & vnum lumen, vnumq; principium prædicatur. Singulariter ergo, [c] vt vnaquæq; perſona "plenus Deus, & totæ tres perſonæ,"

Ioann. 14.

Locus videtur ex Auguſtino ſup. pſalm. 68. ſerm. 1.

[a] Qui. C.A.

[b] Vtriſq; ſicut filius creditur. C.A.

[c] Et. C.A.

" " Deſunt Exc.

ſonæ," vnus Deus confitetur, & creditur: vna illis, vel indiuiſa, atque æqualis Deitas, maieſtas, ſiue poteſtas nec minoratur in ſingulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cum vnaquæque perſona Deus ſingulariter dicitur, nec amplius, cum totæ tres perſonæ vnus Deus [a] enũciatur. Hæc ergo ſancta Trinitas, quæ vnus, & verus eſt Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim perſonarũ numerus cernitur; in diuinitatis verò ſubſtantia, quid numeratum ſit, non comprehenditur. Ergo hoc ſolùm numerum inſinuant, quod ad inuicem ſunt; & in hoc numero carent, quod ad ſe ſunt. Nam ita huic ſanctæ Trinitati vnũ naturale conuenit nomen, vt in tribus perſonis non poſſit eſſe plurale. Ob hoc ergò credimus illud in ſacris literis dictum: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Nec quia tres has perſonas eſſe diximus vnum Deum, eundem eſſe Patrem, quem Filium; vel eum eſſe Filium, qui eſt Pater; aut eum, qui Spiritus ſanctus eſt, vel Patrem, vel Filium dicere poterimus. Non enim ipſe eſt Pater, qui Filius; nec ipſe [b] Filius, qui Pater; nec Spiritus ſanctus ipſe, qui eſt vel Pater, vel Filius: cũ tamen ipſum ſit Pater, quod Filius; ipſum Filius, quod Pater; ipſum Pater, & Filius, quod Spiritus ſanctus: id eſt, natura vnus Deus. Cũ enim dicimus non ipſum eſſe Patrem, quod Filium; ipſum Filium, quod Patrem; ipſum Spiritum ſanctum, quod Patrem & Filium, ad naturam, qua Deus eſt, vel ſubſtantiam pertinere monſtratur; quia ſubſtantia vnum ſunt: perſonas enim diſtinguimus, non Deitatem ſeparamus. Trinitatem igitur in perſonarum diſtinctione agnoſcimus; vnitatem propter naturam, vel ſubſtantiam profitemur. Tria ergo iſta vnum ſunt; natura ſcilicet, non perſona: nec tamen tres iſtæ perſonæ ſeparabiles æſtimandæ ſunt; cum nulla ante aliam, nulla poſt aliam, nulla ſine alia, vel extitiſſe, vel quippiam operaſſe aliquando credatur: inſeparabiles enim inueniuntur, & in eo quod ſunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, vel procedentem Spiritum ſanctum, nullum fuiſſe credimus temporis interuallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet, aut genitus genitori deeſſet, aut procedens Spiritus Patre, vel Filio poſterior appareret. Ob hoc ergo inſeparabilis, & inconfuſa hæc Trinitas à nobis prædicatur, & creditur.

Pſal. 146.

[a] Enunciantur. Exc.

[b] Fil. qui Spiritus ſanctus. nec Spiritus ſanctus, qui Pater. Exc.

Zz 3 Tres

Tres igitur personæ istæ dicuntur, iuxta quod maiores definierunt, vt agnoscantur "non vt separentur." Nam si attendamus illud, quod scriptura sancta dicit: De sapientia splendor est lucis æternæ: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Filium à Patre separari non posse. Tres ergo illas vnius, ac inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus. Ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas euidenter ostendere, vt etiam [a] in his nominibus quibus voluit sigillatim personas agnosci, vnam sine altera non permittat intelligi: nec enim Pater absque filio cognoscitur, nec sine Patre Filius inuenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis, personas separari vetat: [b] quas etiam dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo [c] autem audire potest vnumquodq; istorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum igitur hæc tria sint vnum, & vnum tria, est tamen vnicuique personæ manens sua proprietas. Pater enim æternitatem habet sine natiuitate, Filius æternitatem cum natiuitate, Spiritus verò sanctus processionem sine natiuitate. De his tribus personis solam Filij personam, pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato de sancta, & immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse: de qua nouo ordine, nouaq; natiuitate est genitus: nouo ordine, quia inuisibilis diuinitate, visibilis monstratur in carne: noua autem natiuitate est genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum nesciuit, & fœcundata per Spiritum sanctum carnis materiam ministrauit. Qui partus Virginis, nec ratione colligitur, nec exẽplo mõstratur: quòd si ratione colligitur, [d] non potest esse mirabile; si exemplo, non erit singulare. Nec tamẽ Spiritus sanctus pater esse credendus est filij; pro eo quod Maria eodem sancto Spiritu obumbrante concepit: ne duos patres filij videamur asserere, quod vtique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nec tamen Verbum ipsum ita in carne conuersum, atque mutatum est, vt desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset; sed ita Verbum caro factum est, vt non tantum ibi sit Verbum Dei, & hominis caro, sed etiã [e] rationalis hominis anima; atque hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas; vnam diuinitatis, alteram humanitatis;

Marginalia (left): Ex August. lib. de cognitione veræ vitæ. c. 10. & 9. — Sap. 7. — De hac plura supra diximus. — Ioann. 1.

Marginalia (right): " " Desunt Exc. — [a] In omnibus. Exc. — [b] Quæ etiam non simul nominat, simul insinuat. Exc. — [c] Enim. Exc. — [d] Non est mirabile C.A. — [e] Rationabilis. C.A.

manitatis: quas ita in se vna Christi persona vniuit, vt nec diuinitas ab humanitate, nec humanitas à diuinitate possit aliquando seiungi. Vnde perfectus Deus, perfectus & homo in vnitate personæ "vnius, est Christus." Nec tamẽ quia duas dximus in filio esse naturas, duas [a] causabimus in eo esse personas: ne Trinitati (quod absit) [b] accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam, [c] & in æternam personam diuinitatis, temporalem accepit substantiam carnis. Ita cum vnius substantiæ credamus esse [d] Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; non tamẽ dicimus, vt huius Trinitatis vnitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodò Filium, qui solus naturam nostram in vnitate personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque huius Filij Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitate personæ, non in vnitate diuinæ naturæ in id, quod est proprium filij, nõ quod cõmune Trinitati: quæ forma illi ad vnitatem personæ coaptata est (id est) vt filius Dei, & filius hominis vnus sit Christus. Itẽ idem Christus in duabus naturis, tribus extat substantijs; Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendũ est; corporis, & animæ, quod ad verum hominẽ pertinet. Habet igitur in se geminam substantiam, diuinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen [e] pro eo, quod de Deo Patre sine initio prodijt, natus tantùm (nam neque factus. neque prædestinatus accipitur) per hoc tamen, quod de Maria Virgine natus est, & natus, & factus, & prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles: quia & de Patre sine matre ante secula est genitus, & in fine seculorum de matre sine patre est generatus: qui tamen secundùm, quod Deus est, creauit Mariam, secundùm quod homo, creatus est à Maria: ipse & pater Matris, & filius. Item & per hoc quod Deus, est æqualis Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item & maior, & minor se ipso esse credendus est: in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso maior est, propter humanitatem assumptam, [f] qua diuinitas maior est: in forma autem serui se ipso minor est, id est, humanitate, quæ minor diuinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantùm "à" Patre, sed "à" se ipso minor accipitur; ita secundùm [g] diuinitatem coæqualis est Patri: & ipse & Pater maior est homine, quem sola Filij

" Desunt Exc.
a Causabimur. Exc.
b Accidere. C.A.
c Et in æternum persona diuin. Exc.
d Deum Patr. Exc.
e Per hoc quod C.A
f Quia. Exc.
" " Desunt Exc.
g Diuin. qua est æqual. Exc.

personã assumpsit. Item in eo quod quæritur, vtrũ posset filius sic æqualis, & minor esse Spiritu sancto, sicut Patri nunc æqualis, nunc minor Patre creditur esse, respondemus: Secũdùm formam Dei, æqualis est Patri, & Spiritui sancto, secundùm formã serui, minor est, & Patre, & Spiritu sancto: quia nec Spiritus sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filij persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius à Deo Patre, & Spiritu sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona; ab homine autem [a] assumpta natura. Item cum homine vnus extat persona; cũ Patre verò, & Spiritu sancto, natura Diuinitatis siue substantia. Missus tamẽ Filius non solum à Patre, sed ab Spiritu sancto missus credendus est; in eo quod ipse per Prophetam dicit: Et nunc Dominus misit mè, & Spiritus [b] sanctus. A se ipso quoque missus accipitur; pro eo, quod inseparabilis non solùm volũtas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim, qui ante secula vnigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est: Vnigenitus propter Deitatis substantiam; primogenitus propter [c] assumptæ carnis naturam: in qua [d] suscepti hominis forma, iuxta Euangelicam veritatem, sine pecato [e] conceptus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum est factus, id est, sacrificium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam salua diuinitate sua, pro delictis nostris sustinuit, mortiq; adiudicatus & cruci, veram carnis mortem [f] excepit: tertio quoque die virtute propria sua suscitatus, è sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur, [g] veram fieri resurrectionẽ carnis omnium mortuorum. Nec in aërea, vel qualibet alia carne (vt quidam delirant) [h] surrecturos nos credimus, sed in ista qua viuimus, consistimus, & mouemur. Peracto huius sanctæ Resurrectionis exemplo idem Dominus noster, atq; Saluator Paternam ascendendo sedem repetijt, de qua numquã per Diuinitatem discessit. Illic ad dexteram Patris sedens, expectatur in finem seculorum iudex omnium viuorũ, & mortuorum. Inde cum sanctis omnibus veniet ad faciendum iudicium, reddere vnicuiq; mercedis propriæ debitum; prout quisque gesserit in corpore positus, siue bonum, siue malum. Ecclesiam sanè Catholicam pretio sui sanguinis comparatã cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cuius gremium constituti vnum baptisma credimus & confitemur, in remissio-

Marginal notes (left): Esai. 48 & 61. — 1. Corint. 5. — Hæresis fuit Eutychis Constantinopolitani Episcopi: vid. B. Gregor. mag. in c. 19. Iob. — 1. Corin. 15

Marginal notes (right): a Assumpto. Exc. — b Eius. C. A. — c Assumptam. Exc. — d Susceptæ. Exc. — e Natus. Exc. — f Accepit. Exc. — g Vera fide resf. Exc. — h Resurrecturos. Exc.

remiſsionem omnium peccatorum. Sub qua fide, & reſurrectionem mortuorum, veraciter & credimus, & futuri ſeculi gaudia expectamus. Hoc tantùm orandum nobis eſt & petẽdum, vt cum peracto finitoq; iudicio, tradiderit filius regnũ Deo Patri, participes nos efficiat regni ſui; vt per hanc fidem, qua illi inhæſimus, cum illo ſine fine regnemus. Hæc eſt confeſsionis noſtræ fides expoſita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, fidelium corda mundantur; per quam etiam ad Deum glorioſè acceditur, cuius [a] ſacroſanctum ſaporem, ſub triduano dierum ieiunio, continua relationum collatione [b] ructantes, ad ea quæ ſubnexa ſunt, ſequenti die diſcernenda [c] tranſiuimus.

[a] Sancto ſapore. Ex.
[b] Rorantes. Exc.
[c] Tranſilijmus. C. A.

I. *Ne tumultu Concilium agitetur.*

q. q. 4. In loco. Iuo p. 4. c. 145. Anſel. in principio.

In loco benedictionis conſidentes Domini Sacerdotes [d] nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus [e] perturbari; [f] nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & (quod eſt deterius) obſtinatis [g] concertationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (vt Apoſtolus ait) *Iacob. 1.* putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam; ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: *Iſai. 32.* Erit cultus iuſtitiæ ſilentium: Debet ergo quidquid [h] aut cõtendentiũ [i] collationibus agitur, aut accuſantium parte proponitur, ſic mitiſsima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus [k] audientiam turbent, nec [l] iudicantium vigorem de tumultu eneruent. Quicunq; ergo in conuentu Cõcilij hæc, quæ promiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumelijs, vel riſibus Concilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur: *Prouer. 22.* Eijce deriſorem & exibit cum eo iurgium, & cum omni [m] confuſionis dedecore abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam [n] perferat.

[d] Nullus debet. Gra.
[e] Perturbare. Grat. proturbari. C. A.
[f] Nullus. Grat.
[g] Diſceptationibus Iuo.
[h] Confidentiũ. Gra.
[i] Conſultationib. Exc. Iuo.
[k] Senſus audiẽtium turb. Grat.
[l] Iudicum. Exc. Iudicij. Grat.
[m] Dedecore de confeſsione. Gra. Iuo.
[n] Ferat Grat.

II. *Non debere Metropolitanum à confinitimorum inſtructione ceſſare.*

Quantum quis præcelſi culminis obtinet locum, tanto neceſſe eſt præcedat cæteros gratia meritorum; vt in eo quod præ-

ſidet

ſidet ſingulis,ſingulariter ornetur eminentia ſanctitátis; habens ſemper in ore gladium veritatis & in opere efficiẽtiam luminis: vt iuxta Paulum potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. Nos proinde noſtri ordinis gradum, vel ſuſcepti regiminis modum magnopere cogitare debemus: vt qui officium prædicationis ſuſcepimus, nullis cu ris à diuina lectione priuemur. Nam quorundã mentes Pon tificum ita [a] corporis ocio à lectionis gratia ſecluduntur, vt quid doctrinæ ſubditis exhibeat gregibus, non inueniat præco mutus. Inſiſtendum ergo ſemper erit maioribus, vt quos ſub regiminis ſui cura tuentur, fame verbi Dei perire non ſinant. Sic Metropolitanis in confinitimos, cæteroſq; Eccleſiaſticis ordinibus deditos; ſic confinitimis in commiſſo ſibi religioſorum numero vigilãdum eſt, qualiter neſcientia talium diuinæ legis traditionibus imbuatur: ita vt indeſinenti ſolicitudine prælatus quiſq; ſubditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoſcat, aut neſcientiam ſine arrogantia inſtruat. Placuit ergo de talibus, iuxta inſtituta Toletani Concilij hoc ſpecialiter definire, vt aut ſponte ſumant intentionẽ neceſſariam perdiſcendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.

Ad Tit. 1.

a Torporis. Exe.

Oſtaui. c. 8.

III. Vt in vna prouincia diuerſitas officiorum non teneatur.

De his, qui contra Apoſtoli voluntatem, circunferũtur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto Concilio, vt Metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouinciæ [b] Pontifices, rectoreſq; Eccleſiarum, vnum, eundemq́; in pſallendo teneant modum, quem in Metropolitana ſede cognouerint inſtitutum; nec aliqua diuerſitate cuiuſq; ordinis, vel officij à Metropolitana ſe patiantur ſede diſiũgi. Sic enim iuſtum eſt, vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationem accepit: vt iuxta maiorum decreta, ſedes, quæ vnicuiq; Sacerdotalis mater eſt dignitatis, ſit & Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Abbatibus ſanè indultis officijs, quæ iuxta voluntatem ſui Epiſcopi regulariter illis implenda ſunt, cætera officia publica, id eſt, [c] Veſperam, Matutinum, ſiue Miſſam, aliter quàm in principali Eccleſia, celebrare non liceat. Quiſquis autem horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione priuatus, apud Metropolitanum ſub pœnitentiæ

Diſtin. 12. De his qui. Ephes 4. De hac etiã te eſt in Coc. Tolet. 4. c. 3. diſtum.

b Eius Grat. Exe.

c Veſperum. C. A.

pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus: qualiter apud illum, & præteritæ tranſgreſsionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſè addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolum Metropolitanus totius ſuæ prouinciæ Pontifices, vel Sacerdotes adſtringat; ſed etiam cæteri Epiſcopi ſubiectos ſibi Eccleſiarum rectores his obtemperare inſtitutionibus cogant.

IIII. *De diſcordia Sacerdotum.*

Sicut omnis, qui diligit fratrem ſuum, ex [a] Deo; ita omnis, qui odit proximum, ex diabolo eſt: dilectione enim ſola diſcernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifeſti ſunt Filij Dei, & filij diaboli: omnis, qui non facit, iuſtitiam non eſt de Deo, & qui non diligit fratrem [b] ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, vt diligamus alterutrum. Et poſt paulum: Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. Ecce homicida eſſe probabiliter declaratur, qui à fraterna ſocietate diuiditur: nā etſi manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia [c] immitis eſt ad ignoſcendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iſte iam interfector eſſe conuincitur. Cum igitur his præceptis beatus Apoſtolus conſona prædicatione concordet dicēs: Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram, & nolite locum dare diabolo; relatæ ſunt nobis quorumdam Sacerdotum perſonæ in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, vt non ſolum illos ab ira occaſus ſolis non reuocet, ſed nec annoſa quidem tranſactio temporum ad bonum charitatis reclinet: quippe in quorum cordibus ita ſol iuſtitiæ Chriſtus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix poſsint. Horum igitur, & ſimilium diſcordantium fratrum oblationes iuxta antiqui Canonis definitionem nullo modo recipiendas eſſe cenſemus. De perſonis tamen [d] diſcordantium id ſpecialiter definitione præcipimus, [e] vt antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat: ſed geminato tempore per pœnitentiam compenſabunt, quod diſcordiæ ſeruierunt. Quòd ſi vnus eorum, alio cōtemnente, ad ſatisfactionem charitatis cucurrerit; ex eo tempore, vt pacificus intra Eccleſiā receptetur, ex quo ad cōcordiam feſtinaſſe conuin-

1. Ioann. 3. — 1. Ioann. 3. — Epheſ. 4. — Concil. Carthag. 4. cap. 93.

[a] Deo natus eſt, ita & c. Exc.
[b] Su. non eſt ex Deo quon. Exc.
[c] In alio M.S. quia nititur ad nocendū.
[d] Diſcordātibus. Exc.
[e] Vt eos ante recōc. mera inneſt. quam vllus. Exc.

conuincitur; sententia tamen superiori seruata, vt tempus, quod quisque in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

V. De compescendis excessibus Sacerdotum.

Nullis vita Præsulum perturbari debet excessibus motionũ: quia valde indignum est, vt qui throni Dei vocãtur, leui motione turbentur: & qui debent esse arca iustitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis, atq; rapinæ. [a] Quando ergo huiusmodi iuxta Apostolum irreprehensibiles erunt, qui non solùm irreprehensibilia faciunt, sed mortifera potius, & execrãda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex Sacerdotibus, quòd omni grauitate Sacerdotalis ordinis prętermissa, audientiam iudicij furore præueniãt, & excessu solius inhonestæ motionis [b] audire, pro quibus eos oportuerat æquitatis iudicia sustinere. Dum enim de honoris [c] sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt: & qui inconcussè debuerãt veritatis conseruare statum, subitò religionis mutant propositum, & præcipiti furore iudicium antecedunt: sicq; in quo decuerat eos iudicij sustinere cõuentum, [d] præuasione agunt, vnde de præsumptionibus confundãtur. Qui tamẽ aut damno pariter, & excõmunicatione plectendi sunt, aut omissis compositionibus rerum, sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim, qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam iam antea in nomine Ecclesiæ, cui præsunt, [e] transtulisse noscuntur, [f] aut per se, aut per subditos, seu per quẽlibet, aliena diripiunt, vel præsumptionis, seu cædis quippiam agunt, tàm in rebus fiscalibus, quàm etiam in quorumlibet dominio constitutis, & [g] præuasa, vel præsumpta de rebus proprijs, iuxta leges excellentissimi Principis, sarciant, & pro excessu religioni contrario, [h] quo inhonesti ante iudicium [i] paruerunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. " Illi autem qui huiusmodi excessibus seruiunt, " [k] & nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt; quo nec ausus illicitos Ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres à pœna persistant. Neq; enim iustum est, vt pro prauis actibus Sacerdotum, Ecclesię quibus præeminẽt, sustineant damnum: [l] vt pro excessibus talium satisfactio ab Ecclesijs exigatur: cum Ecclesia [m] rectores suos non ad litem, sed ad honestatem informet.

1. Thim. 3.

a Quomodò. Exc.
b Mot. iudicia audire refugiant loue rius adire. C. A.
c Sibi. C. A.
d Peruasione. Exc.
e Transfudisse. Exc.
f Si aut. Grat.
g Peruasa. Exc.
h Quod inhonestè. Exc.
i Perpetrarunt. Exc.
" Desunt Exc.
k Et qui inih. Exc.
l Et Exc.
m Cultores Exc.

De

De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus proprijs, aut in quocunq; præuasores extiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quodcunq; præsumptionis intulerint, nulla eos incuruatione status sui, seruituti hominum debere addici: sed iuxta quod præsumptuosus, quisquis ille, extiterit, ita & pœnitentiæ legibus subiacebit: id est, vt si in decem solidorum summam præsumptor esse conuincitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione purgetur: ita vt siue maioris, siue minoris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenset. Seruos tamen Ecclesiarum, qui huiusmodi excessus operasse noscuntur, ad leges seculares audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiat. Cæterum specialitatis ordinem [a] persequentes, si quis Episcoporum magnati cuiusque vxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero pertinẽtem, quacunq; fraude, vel subtilitate adulterina pollutione fœdauerit, & honoris proprij gradum amittat, & sub exilij relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat: qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adiuuandus est. Hanc sanè & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatij, generosisq; personis, seu nobilioribus quibusque mulieribus, vel puellis aliquid, aut per [b] cædem, aut per quamcunq; irrogatam iniuriam, visi fuerint intulisse, vnde eos iuxta legum secularium instituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proscriptionem oporteat.

a Persequ. decernimus. Exe.

b Necem. Exe.

VI. *Non debere Sacerdotibus quaslibet in Ecclesiæ familijs truncationes membrorum facere, aut aliquid, quod morte plectendum est, iudicare.*

Raban. pœnitent. c. 30. 23. q. 8. His à quibus. Iuo. p. 5. c. 319. Burch. lib. 1. c. 30.

His, à quibus Domini sacramenta [c] tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare nõ licet: & ideò magnopere talium [d] excessibus prohibẽdum est; ne indiscretè præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut truncationes quaslibet membrorum quibuslibet personis, aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut Ecclesiæ suæ [e] familijs, aut in quibuslibet personis tale aliquid [f] fecerit, & cõcessi ordinis honore priuatus, & loco suo, perpetuo

c Tractentur. Iuo.

d Excessus prohibendus. Iuo. & Grat.

e Famulis. Grat.

f Perpetrauerit. Iuo.

perpetuo damnationis teneatur religatus ergaſtulo: cui tamẽ communio exeunti ex hac vita non neganda eſt; propter Dñi miſericordiam, qui non vult peccatoris mortem, ſed vt conuertatur, & viuat.

Ezech. 18. & 33.

VII. Quòd debeat diſcretio Eccleſiarum rectoribus eſſe, ne per inconditam diſciplinam ſubeant homicidij notam.

Leo Pon. M. epiſt. 84.

Quum iuxta antiquæ inſtitutionis edictum, plus erga corrigendos agere debeat beneuolentia, quàm ſeueritas; plus cohortatio, quàm commotio; plus charitas, quàm poteſtas, relatum eſt nobis, quòd quidam ex fratribus, plus liuore odij, quã correctionis ſtudio ſubditos inſequentes; dum ſe ſimulãt ſpiritualem eis adhibere correctionem, indiſcretam ſubitò afferunt mortem, cum inauditos à ſe proijciunt, & [a] occultis eos iudicijs ſub pœnitentia puniunt. Non ergo de cætero peruerſis voluntatibus ſit liberum ſimulare quod fingunt; ſed quotieſcunq; quilibet ex ſubditis corrigendus eſt, aut publica debet à Sacerdote diſciplina curari: aut, ſi aliter rectoribus placet, duorum, vel trium fratrum ſpiritualium teſtimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoſcatur, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamen vt ſi exilio, vel retruſione dignũ eum eſſe [b] qui deliquit, iudicium peculiare decreuerit, modus pœnitentiæ, [c] quam coram tribus fratribus Sacerdos tranſgreſſori indixerit, ſpeciali debeat eius, qui ſentẽtiam protulit, manus propriẹ ſubſcriptione notari: ſicq; fiet, vt nec trãſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrãt, nec rectores, accuſatos ſe de quorumlibet interemptionibus erubeſcant.

a Illicitis. Exc.

b Aut quid aliud deliq. Exc.

c Quem. Exc.

VIII. Ne quidquam præmij pro diuinis Sacramentis accipiatur.

1. q. 1. Quidquid inuiſibilis. Iuo p. 4. c. 116. et p. 1. c. 73. Matth. 10. Gratianus, et gloſ. legũt pro collatione, conſolatione. Verũ in notis Gregorianis, poſterior lectio probatur.

Quidquid inuiſibilis gratiæ collatione tribuitur, [d] numorum quæſtu, vel quibuſlibet præmijs venundari penitus non debet, dicente Domino: Quod gratis accepiſtis, gratis date. Et ideò quicunq; deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſq; fidelibus, aut pro collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel [e] præmia, volũtariè oblata pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit; equidem, ſi ſciente loci Epiſcopo tale quidquam à ſubditis perpetratur, idem Epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat; [f] pro eo, & quia & ſciens mala contexit,

d Nunquam quæſtibus. Exc.

e Præm. niſi volunt. Grat. & Exc.

f Pro eo quod & ſciens malè. Iuo. pro eo quod in cõſciẽtia mala contex. Grat.

contexit, & correctionem necessariam non [a] adhibuit. Sin autem suorum quispiam eodem nesciente, [b] quodcunq; pro supradictis capitulis, accipiendum esse sibi crediderit; si Presbyter est, [c] trium mensium excommunicatione plectatur; si Diaconus, [d] quatuor; Subdiaconus verò, vel Clericus his cupiditatibus seruiens, [e] & competenti verbere, & debita excommunicatione plectendus est.

a Acquisiuit Grat.
b Quicquam. Grat.
c Quatuor. Grat.
d Trium Grat. & Iuo.
e Pro competenti pœna, & deb. Grat.

IX. Quid custodiri debeat, ne per præmium Episcopus fiat: vel qua sententia feriatur is, qui post honorem acceptum, per præmium ordinatus fuisse detegitur.

Iuo. p. 5. c. 117.

Multæ super hoc capitulo Patrum sententiæ manauerunt; scilicet, ne inappretiabilem sancti Spiritus gratiam donis, vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod nō sine graui dolore dicendum est) quanto hæc res frequenti decretorum est præceptione prohibita, tanto nobis fraudibus cognoscitur iterata; dum hi qui tali pretio mercari nituntur gratiam Spiritus sancti aut ordinationis, seu tempora præueniunt munere, aut post acceptum honorem [f] promissam suis conferūt [g] apparitoribus turpis lucri mercedem. Et ideò vt horum & similium argumentorum deinceps amputetur occasio, hoc sancta Synodus definiuit: vt cum quisq; Pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti [h] se taxatione astringat, quòd pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet præmij collationem, vel [i] iam dedisse, vel aliquando ad futurum dare procuret; sicq; aut mundus ab hoc contagio, prælationis consecrationem accipiat, [k] aut implicitus huic sceleri, manifestè denotatus coram Ecclesia, ad honorem, quem mercari voluit, non accedat. Illos [l] autem quos deinceps post [m] relationē per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, vt verè simoniacos ab Ecclesia separandos esse censemus: id est, vt duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactionis, vel excommunicationis sententia coërciti, honoris gradum, quem præmijs emerant, lacrymis conquirere & reparare intendant. Vnde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantùm communioni, sed & loco, & totius ordinis officijs, à quibus separati fuerunt, restaurandi sunt.

f Promissis. Exc. & Iuo.
g Apparentib. Exc.
h Exactione astringantur. Exc.
i Aliquādo dedisset. Exc.
K Aut publicato hoc scelere, manifestè denudatus coram Ecclesia, & ad. Exc. & Iuo. Aliás: Aut per illicitum vsum implicatus, &c.
l Tamen. C.A.
m Prælationem. Exc.

X. *Vt omnes Pontifices, rectoresq; Ecclesiarum, tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quàm iustissimè viuere debeant.*

Dist. 23. c. Quamquam omnes. Anselm. lib. 7. c. 88.

Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica [a] prouehit disciplina: solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali [b] innexione concluditur. Et ideò placuit huic sancto Concilio, vt vnusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est [c] accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quàm [d] placiti sui innodatione promittat, vt fidem catholicam sincera cordis [e] deuotione custodiens, iustè, & piè viuere debeat; & vt in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat: iuxta illud B. Papæ Leonis edictum: Qui scit se quibusdam esse præpositum, nō molestè ferat aliquem sibi esse prælatum; sed obedientiā quā exigit, etiam ipse dependat. Pœna tamen iuxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium [f] inserēda, & ab his, qui transgressores fuerint, persoluenda est.

Epist. 84.

[a] Probat. Exc. Grat.
[b] Sponsione. Exc.
[c] Ascensurus. Grat.
[d] Placita sibi annotatione. Exc. placiti sui annotat. Gratian.
[e] Contritione ac deuot. Grat.
[f] Inferenda. Grat.

XI. *De elucidatione antiqui Canonis, quo præcipitur, vt si quis acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.*

Cum nihil in diuino Canone debeat esse cōfusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretū, in collatione nostri cœtus [g] relatus est Canon Toletani Concilij primi, in quo præceptum est, vt si quis acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus [h] propellatur: nec adiecta est ibi discretio voluntatum; cum & infidelis hæc & talia infideliter agat; & fidelis [i] fidenter accipiat, quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægrauata, tanto siccitatis pondere deprimi, vt nullis ciborum illationibus refici; sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiā in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expetentes viaticum, collatam sibi à Sacerdote Eucharistiam reiecerunt; non quòd infidelitate hoc agerent, sed quòd præter Dominici calicis haustum, traditam sibi non possent

Primi cap. 14.

[g] Relectus. Exc.
[h] Repellatur, est in Concil. Tolet.
[i] Fideliter. Exc.

poſſent Euchariſtiam deglutire. Non ergo huiuſmodi à corpore Eccleſiæ ſeparandi ſunt, qui talia non infidelitate, ſed neceſsitate fecerunt: præſertim hi, de quibus nihil fidei ſiniſtræ ſentitur. Placuit ergo definire, quod nec fideli officiat, nec infideli inultum exiſtat. Quicunq; ergo fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus, Euchariſtiam perceptam reiecerit, in nullo Eccleſiaſticæ damnationi ſubiaceat. Similiter nec illos cuiuſquã punitionis cenſura redarguet, qui talia tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mẽtis alienatione poſiti, quid fecerint ignorare vidẽtur. Iam verò quicunq; aut de fideliũ, aut infidelium numero corpus Domini abſq; ineuitabili (vt dictum eſt) infirmitate proiecerit; & fidelis eſt, perpetua cõmunione priuetur; ſi infidelis, & verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod ſi horum quilibet huiuſmodi exceſſus digna pœnitentiæ ſatisfactione defleuerit, poſt quinquennium licitum erit, illum cõmunioni priſtinæ reformari.

XII. Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutinè ſuſpendatur: & vt oblatio eius qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab Eccleſia receptetur.

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconciliationis gratia referendus eſt, ſed ſi [a] præceptum mortis vrget periculum, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt: ne priùs ab humanis rebus æger abſcedat, quàm donum reconciliationis percipiat; ſicq; ſuperſtitibus quodammodò doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum, qui vtique reconciliari non meruit, raptim à præſenti vita mors maturata ſubduxerit: iuxta Papæ Leonis edictum: His, qui in tempore neceſsitatis, & in periculi vrgẽtis inſtantia præſidiũ pœnitentiæ, [b] & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec mẽſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint; quamquã diuerſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nos ſententias placuit ſequi, qui multiplices numero de huiuſmodi humaniùs decreuerũt; vt & memoria talium in Eccleſijs cõmẽdetur, & oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur.

a Præcincto mort. vrgeatur periculo. Exc.

b Ex more. Exc.

16. q. 6. His qui. Leo. epiſt. 91.

Concil. Carthag. 4. cap. 79. & 16. q. 6. per totam.

XIII. De Sacerdotibus, qui vexati cadere videntur.

Concil. Eliber. 2. c. 29. & Pius PP. 1. dist. 33. communiter.

Benè quidem maiorum regulis definitum eſt, vt dæmonijs, alijſque ſimilibus paſsionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat: cui præcepto conſenſu rationis adhibito, id communiter definiuimus, vt nulli de his, qui aut in terram arrepti à dæmonibus illiduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel [a] indiſcuſſos ſe diuinis ingerant Sacramentis: exceptis illis, qui varijs corporum incommoditatibus dediti, [b] ſine huiuſmodi paſsionibus in terram approbantur eliſi. Qui tamen & ipſi tamdiu erunt officij ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonum alieni.

a Indiſcuſsi. Exc.
b In. Exc.

XIIII. Vt qui Domino canunt, atque ſacrificant, poſt ſe ſemper habeant adiutoria conſtituta.

7. quæſt. 1. Illud diuini oraculi. Iuo. part. 2. cap. 126. Burc. lib. 3. c. 73. & de conſ. d. 1. vt illud.

[c] Et illud diuini oraculi [d] monentis ſinguli præcauētes, quo ſcribitur: Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet [e] ſubleuātem: ſummopere curandum nobis eſt, & [f] cauēdum, ne horis illis, atq; tēporibus, quibus Domino pſallitur, vel ſacrificatur, vnicuiq; diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti pernicioſa paſsio, vel corporis quælibet [g] valetudo occurrat, quæ aut corpus ſubitò ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. "Pro" huiuſmodi ergo caſibus [h] præcauendis, neceſſarium duximus inſtituere, vt vbi temporis, vel loci, ſiue Cleri copia ſuffragatur, habeat ſemper quiſquis ille canens Deo, atq; ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem: vt ſi aliquo caſu, ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vicē exequatur intrepidus.*

c Væ illud. Alij M. ſſ. quam variā lectionem notauit Cod. Gregorianus.
d Mente. Grat.
e Sub. ſe. Grat.
f Verendum. Grat. Exc.
g Inualitudo. Grat.
a Deeſt Grat.
h Præcauentes. Exc. Grat.

* Intrepidus] In decreto Gratiani alijs characteribus additur: Sed ſi hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur. quam additionem nota Gregoriana non probat.

XV. De inſtitutione certi temporis, quo Concilium agitetur.

De hac re diximus Concil. Tol. 4. c. 3.

Peractis omnibus, quæ ad correctionem noſtri ordinis in hoc Concilio promulgata ſunt, placuit definire, vt paternis inſtitutionibus obſequentes, omni anno ad peragendam celebritatem Concilij in Metropolitana ſede, tempore quo

Principis,

Principis, vel Metropolitani electio definierit, deuotis semper animorum studijs [a] confluamus: nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur; sed in [b] præfato die, quo indictum fuerit, adunatis in Metropolitana sede [c] omnibus Pontificibus, Concilium Deo præsule celebretur. Quisquis autem Episcoporum, excepta ineuitabili causa, vel necessitate de peragendo se Concilio absentauerit, vnius anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione Concilij anni vnius meta transierit, omnes in commune Pontifices Carthaginensis prouinciæ, superioris censuræ sententia obnoxios retinebit: idest, si nulla sibi impediente Principis [d] potestate, solius propriæ voluntatis libito, se ad celebrandum Concilium non collegerint.

[a] Conferamur. Exc.
[b] Præparato. Exc.
[c] Omnib. prouinciæ Pont. Exc.
[d] Potest. vel infirmitate, aut ineuitabili causa. Exc.

XVI. De relatione gratiarum pro consummatione Concilij.

His igitur constitutionibus nostris, quæ necessariò decernenda credimus, finalem manus nostræ subscriptionem adiecimus; immortali Deo nostro & Domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conuentu alternæ visionis lætos effecit; qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit; qui etiam decreta huius nostri Concilij honesto fine compleuit. Post hæc religioso domino, & amabili Principi nostro [e] Vvambano Regi gratiarum actiones persoluimus; "cuius ordinatione collecti," cuius etiam studio aggregati sumus; qui Ecclesiasticæ disciplinæ his nostris seculis nouus reparator occurrens, omissos Conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit; vt ad alternam morum correctionem anno tempore alacriter concurrentes, iuxta Prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum est alligetur, & quod abiectũ est reducatur. Det ergo eidem Principi Dominus pro huius sacræ solicitudinis voto, & cursum præsentis vitę in pace [f] trãsigere, & post [g] diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus peruenire; qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perueniat: vt quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronã futuri regni capiat; ex hoc in regione viuorum regnans, cũ Christo in secula seculorum. Amen.

Ezech. 34.

[e] Vvambani alias M. s.
" Desunt Exc.
[f] Transire. Excus.
[g] Diuturna. Exc.

Interfuerunt huic sancto Concilio Pōtifices numero decem & septem.

1 EGo Quiricus, vrbis Regiæ Metropolitanus Episcopus, hæc gesta Synodalia à nobis definita subscripsi.
2 Athanasius, Setabitanæ ecclesiæ Episcopus, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi.
3 Ego Argemundus, Oretanæ ecclesiæ Episcopus, similiter subscripsi.
4 Ego Ioānes, Bigastrensis ecclesiæ Episcopus, similiter subsc.
5 Ego Godiscalcus, Oxomensis ecclesiæ Episc. similiter subsc.
6 Ego Leander, ecclesiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, Episcopus similiter subscripsi.
7 Ego Felix, ecclesiæ Dianiensis Episcopus, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi.
8 Suinterius, ecclesiæ Valentinæ Episcopus, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi.
9 Palmatius, ecclesiæ Vrcitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
10 Ricilla, ecclesiæ Accitanæ Episcopus, similiter subscripsi.
11 Rogatus, ecclesiæ [a] Beatiensis Episcopus, subscripsi.
12 Etherius, ecclesiæ Bastitanæ Episcopus, subscripsi.
13 Concordius, ecclesiæ Palentinæ Episcopus, subscripsi.
14 Aciscl us, ecclesiæ Complutensis Episcopus, subscripsi.
15 Memorius, ecclesiæ [b] Segobriensis Episcopus, subscripsi.
16 Egica, ecclesiæ Seguntiensis Episcopus, subscripsi.
17 Gaudentius, ecclesiæ Valeriensis Episcopus, subscripsi.

[a] Viatiens. C. A.
[b] Segobricens. C. A.

Vicarij Episcoporum.

18 LIbertus Diaconus, agens vicem dñi mei Sinduiti, ecclesiæ Segobiensis Episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.
19 Egila Diaconus, agens vicem domini mei Mumuli, ecclesiæ Arcauicensis Episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Item Abbates.

1 IVlianus, ecclesiæ monasterij sancti Michaëlis Abbas, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi.
2 Valderedus, ecclesiæ monasterij sanctæ Leocadiæ Abbas, hęc gesta Synodica à nobis edita consentiens subscripsi.
3 Gratindus, ecclesiæ monasterij sanctorū Cosmæ, & Damiani Abbas, hæc gesta Synodica à nobis edita cōsentiens subscr.

Absalio,

4 Absalio, Ecclesiæ monasterij sanctæ crucis Abbas, hæc gesta Synodica à nobis definita consentiens subscripsi.
5 Florentinus, Ecclesiæ monasterij sanctæ Eulaliæ Abbas, hæc gesta Synodica à nobis definita consentiens subscripsi.
6 Auila, Ecclesiæ monasterij S. Iuliani Agaliensis Abbas, hæc gesta Synodica à nobis definita consentiens subscripsi.
7 Gudila Ecclesiæ S. Mariæ Regiæ sedis Archidiaconus, hæc gesta Synodica à nobis definita subscripsi.

De subscriptionibus vndecimi Concilij Toletani.

IN his omnibus subscriptionibus solus Athanasius, Setabitanæ Ecclesiæ Episcopus, subscribit, qui alijs interfuit Concilijs: is enim, in. 8. Era. 691. & . 9. & . 10. subscribit: vnde hic vt antiquior omnibus, post Metropolitam Quiricum secundo loco confirmat. Cæteri omnes Episcopis alijs suffecti huic Synodo interfuerũt; vt Argemũdus Ecclesiæ Oretanæ, qui successit Mauricio, in. 10. Ascisclus Cõplutensis Dauilæ, in. 10. Concordius Palentinæ, Ascario, in. 8. Etherius Bastitanæ, Seruodei, in. 8. Egica Seguntiensis, Vviderico in. x. Felix Dianiensis, Marcello, in. 8. Gaudentius Valeriensis, Stephano, in. 10. Godiscalcus Oxomensis, Egilano, in. 10. Ioannes Bigastrensis, Giberio, in. 10. Leander Illicitanæ, Vvinibal, in. 10. Memorius Segobriensis, Eusicio, in. 10. Mumulus Arcauicensis per procuratorem, Balduigio, in. 10. Palmatius Vrcitanæ, Marcello, in. 10. Quiricus vrbis Regiæ, Eugenio, in. 10. Ricilla Accitanæ, Magnario, in. 10. Suinterius Valentinæ, qui Felici, in. 8. Sinduitus per procuratorem Segobiensis, Anserico. Subscribit etiam Rogatus Beatiensis. Huius Episcopatus mentio in alijs subscriptionibus non habetur. Omnes ferè Episcopi sunt ex Metropoli Toletana: nam in 10. Concilio Toletano omnes subscribunt, præterquam, Palentinæ, Bastitanæ, Valentinæ, Segobriensis, qui etiam ad Carthaginensem prouinciam pertinent.

Notæ in Concilium XI. Toletanũ.

IN Nomine Domini] *Toletanum Concilium vndecimum, habitum anno quarto Vvambani Regis, septimo idus Nouemb. est prouinciale; coactum sub Agatho P. M. in quo factam esse legitimã sedium Episcopalium diuisionem omnes Hispani historici tradunt.*

dunt, Rodericus, Chron. generale, Tudensis, Vasaus & alij.

Cum tandem nos] *Iouerius in collectione Conciliorum amplius habet: Cum tandem diuina clementia operis manuum suarū perditioni condolens, praua in directa reducens, suum sanctum Sabaoth nouis propaginibus, ac plantis nouellis fœcundare volens; negligentia subrogans diligentiam; pro ignorantia, disciplinā immittens; pro socordia, solertiam; pro schismate, vnitatem inducēs; pro Zizania, vera pacis vinculum largiens; pro caducis, cœlestium desideria infundens; pro turpibus, honesta sectari stimulans; à terrenis & infimis, ad sublimia erigēs nos; in hac lacrymarum valle potius morientes, quàm viuētes; in hoc vasto periculorum mari vagantes, sine remige, sine clauo, huc illucq́; tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie, vbi nos circunstant mille discrimina; vbi versutißimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus, exalto cœli domicilio respiciens, &c.* In præfatione Concilij.

Confitemur] *Fidei confeßio in Concilijs præponitur, statimque initio fieri solenne fuit, veluti totius Christianæ structuræ basis & fundamentum, à quo omnis ædificatio crescit in templum Dei.*

Et prædestinatus esse credendus est] *In eo sensu, quo dicitur à D. Paulo, qui prædestinatus est filius Dei, in virtute secundùm Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.*

Cap. 1 In loco benedictionis] *De forma seruanda in Concilijs celebrandis, statuunt Concil. Tol. 4. c. 3. & Agathens. cap 40. Chalcedonense etiam, vt habetur distinct. 18. c. peruenit ad nostras. Ordinemq́; celebrandi Concilia, principio huius collectionis posui.*

Cap. 2 Quantum quis] *De scientia, quam debet habere Episcopus, vide Innocen. in. c. cum in cunctis, in princip. de electione, & Ioannē Andream, & Host. & Abbat. Verùm Cardinalis Turrecrem Hispanus, & Præpositus, & Alexander, parciùs loquuntur de scientia, & peritia Episcopi, in. c. omnes psallentes. 38. dist. Episcopi munus esse primum, ac præcipuum, prædicare sanctum Iesu Christi Euangelium; habere in ore gladium veritatis, & diuinæ scripturæ intelligentia eminere, multis exemplis pariter, ac doctrinis ostendit Dominus noster Iesu Christus, supremum Ecclesiæ caput, summusq́; Sacerdos, cuius sacrata membra Episcopi sunt, qui typum supremi in veteri legē Episcopi Aaronis referūt. Nam sicut ille os fuit Moysi, ita Episcopus per verbi ministerium, os est Christi. Atq́; hoc est, quod Apostolis promisit: Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Et ipse primū docuit facere, & posteà*

postea docere. Imò duodecimum nondum annum cõpleuerat, & in medio Doctorũ in tẽplo disputare inuentus, solicitæ mœstæq; matri respõdit: Nõne in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et alibi: oportet me operari opera eius, qui misit me. Et illud: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, vt faciam volũtatem eius, qui misit me Patris. Quæ nam esset Patris voluntas docuit, cum Samaritanam prædicatione ad fidem traxit; cum parabolis & cœlestibus doctrinis populũ instruxit. Circuibat enim Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Et cum in synagogam Nazareth, vbi erat nutritus, intrasset, traditus est illi liber Esaiæ prophetæ: &, vt reuoluit, incidit in locum, vbi scriptum erat: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me; euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Misit etiam discipulos binos prædicare, & dixit illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Et, dicite: Pax huic domui, & appropinquauit in vos regnum Dei. Et post mortem corporis, gloria immortalitatis coopertus, dixit Apostolis: Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et rursus: Posui vos, vt eatis, & fructum adferatis. Et alibi: Eritis mihi testes in Hierusalem, & vniuersa Iudæa, & Samaria, vsq; ad vltimum terræ. Idem etiam Apostolorum comprobatur doctrina; qui alijs ita de seipsis dixerunt: Non est æquum ministrare mensis, & relinquere verbum Dei. Et Paulus, Væ mihi, inquit, si nõ euangelizauero. De quo dictum est: Vas electionis est mihi; vt portet nomen meum. Vnde ipse de se dicebat: Misit me Dominus non baptizare, sed euangelizare. Et Episcopo Timotheo regulam Episcopalis muneris ita præscribit: Oportet, inquit, Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; non superbum, non iracundum, non vinolentum, nec turpis lucri cupidum; sed hospitalẽ, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; vt potens sit exhortari in doctrina sana; & eos, qui contradicunt, arguere. Et alio loco: Oportet Episcopum irreprehẽsibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem. Et paulò post. Attẽde lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Hæc igitur norma est, veraq; imago Episcopalis curæ, quam Paulus designat, & certis coloribus depingit: quam etiam omnes sancti Patres sunt sequuti.
„ *Sozimi Pontif. Max. fragmentum apponam. Qui Ecclesiasticis*
„ *inquit, disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum appro-*

batione

„ *batione diuinis stipendijs non est eruditus, nequaquam ad summum*
„ *Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat: & non solùm in eo ambi-*
„ *tio inefficax habeatur, verùm etiam ordinatores eius careant eo*
„ *ordine, quem contra præcepta Patrum crediderunt præsumendum.* *Inde est quod sacrarum literarum necessariò oportet Episcopum habere peritiam. Et in sua ordinatione cum formatur, interrogatus, an vtrumque sciat Testamentum, publicè fatetur se scire. Idque in veteri testamento præfiguratum erat. Nam inter cætera ornamenta Pontifex Rationale iudicij ferebat in pectore, in quo incisum erat: Doctrina, & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta & cognita omnibus debet esse sapientia veritatis. Hinc etiam vectes, quibus arca à Leuitis in via portabatur, iugiter annulis erant inserti: vt cum illa esset portanda, nulla fieret mora in intromittendis vectibus. Quia Episcopi, per quos verbum Dei in Ecclesia publicè in orbem circunfertur, sacrarum literarum lectioni perpetuò debent sedulam nauare operam; ne tunc quærant discere, cum ex officio alios teneantur docere. Dauid Rex, cui munus regendi populos datum est, priùs ex gratia Spiritus sancti donum scientiæ percepit, quàm administrationem regni assequeretur. Salomon quoq; cum primùm regnum inchoasset, non diuitias, non longum vitæ tempus, sed diuinam sapientiam à Deo postulat, & impetrat, sine qua nihil esse præstans ad regimen aptũ regni intelligebat. Et prius Dominus posuit verba in ore Prophetæ, quàm constitueret eum super gentes & regna; dicens ad Hieremiam: Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te super gentes & regna. Hinc etiam Malachias: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius: quia angelus Dñi exercituum est. Quia sancti, & optimi viri est, priùs discere, posteà verò prædicationis officio fungi. Salomon ante tacendi tẽpus expreßit, loquendi posteà: quia veritas taciturnitate & silentio, meditationeque animi discitur, & comparatur; iam verò concepta partaque, verbo populis datur, & annunciatur, vt Domini sermo ait: qui audit, dicat veni: id enim in Apostolis formandis, obseruauit; erudiens eos doctrina cœlestis intelligentia, parabolarũ apertione, miraculorum operatione, vitæ consuetudine & familiaritate; vt ita edocti prædicationis officio fungi possent: posteà misit in vniuersum orbem. Vnde post corporis sui admirabilem resurrectionem, illis diuinæ scripturæ abditum reconditumq; sensum aperuit: posteà verò dixit: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Petrus verò Apostolorum Princeps, Christique Vicarius, cui ouilis Dominici cura demandata*

Exo. 18.

est,

est, cum rectoribus, & præpositis Ecclesiæ scriberet, ait: Parati esse debetis, reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem, de ea fide, & spe, quæ in vobis est. Quibus testimonijs apertè monstratur, non satis esse Presbytero bona morum puritas, & vitæ honestas, vt muneri Episcopali præficiatur, nisi scientia doctrinæ cœlestis polleat. Expendamus post Sozimum, Origenis verba homil. 6. ad cap. 8.
,, Leuitici: Si quis vult Pontifex nõ tam vocabulo esse, quàm merito,
,, imitetur Moysen, imitetur Aaron: quid enim dicitur de eis? quia
,, non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesi-
,, nenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt aut
,, à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt
,, Pontificis opera; vt aut à Deo discat legendo scripturas diuinas,
,, & sæpius meditando, aut populum doceat: sed illa doceat, quæ ipse
,, à Deo didicerit; non ex proprio corde, vel ex humano sensu; sed
,, quæ Spiritus sanctus docet. Hæc Origenes. Concilio etiam Tolet. 16. in decreto. 12. iudicij, & electione Felicis Episcopi in Toletanã sedem, & Faustini in Hispalensem, & alterius Felicis in Bracaren-
,, sem, sic Episcopale officium designatur: Quatenus vterq; easdem,
,, quas suscepit Ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis
,, exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent. At dicet quis Concilio Tridentino statutum esse, posse Episcopos per alios, si legitimè impediti fuerint, verbum Dei annunciare. Id autem quis negabit? quis inficiabitur? verùm ignorantiæ, & inscientiæ, & imperitiæ impedimentum, nullus sanus, neq; in sacris literis versatus, vt per alios populum erudiat, dicet esse legitimum, atque sufficiens. Quod nec Paulus admittit, cùm ait: Vt potens sit exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt arguere. Potens sit (inquit) in doctrina, id est, in sacrorum librorum intelligentia, in diuinorum mysteriorum peritia, in quæstionum sacrarum enodatione, in Conciliorum, & Decretorum Ecclesiæ doctrina, & sapientia, in hæreticorum calliditatibus, & versutijs arguendis, ac subuertendis. Et. 2. ad Tim. eum in Episcopali cura instruens, sic ait: Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi; sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia; vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Neq; prætermittendum est, Timotheum ab infantia sacras literas didicisse, vt in curam Episcopalem incumberet. Sacra Tridentina Synodus sess. 6. cap. 1. in Episcopis requirit, vt eorum prior

vita, ac omnis ætas, à puerilibus exordijs, vsq; ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia laudabiliter acta, testimonium præbeat. Hæc de Episcoporum munere, & doctrina diximus, fusius fortè quàm oportuit.

Cap.4 Sicut omnis] *Totum hoc caput à Surio, Iouerio, atq; alijs collectoribus, Bonifacio tribuitur: quam benè, lector viderit: in M. ff. CC. nulli ascribitur.*

Cap.4 Iuxta antiqui Canonis] 4. *Concil. Carthag. cap. 9. Oblationes „ (inquit) dissidentium fratrum, neq; in sacrario, neq; in gazophyla- „ tio recipiantur.*

Cap.8 Voluntariè oblata] *Sic in Concil. Tridentino. sess. 21. cap. 1. „ de reformatione: Nihil pro collatione quorumcunq; ordinum, etiam „ clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec „ pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, „ Episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri, quouis „ prætextu accipiant. Habes idipsum Concilio Tolet. 8. c. 3. Concilio tamen Bracarens. 2. permittitur, vt siquid ab ijs, qui infantes ad baptismum offerunt, sponte oblatum sit, accipi possit: sic enim habe- „ tur: Placuit, vt vnusquisq; Episcopus per Ecclesias suas hoc præ- „ cipiat, vt hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt; si quid vo- „ luntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. In excusis, & Gratiano legitur: Non nisi voluntariè oblata. Concilio Emeritensi. „ cap. 9. Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipia- „ tur gratè.*

Cap.8 Consignandis] *Consignatio est confirmatio; munus solius Episcopi. Act. 8. Miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, &c. Apostoli initiatis baptismo manus imponebant, nō Presbyteri. Episcopi verò Apostolis successerunt, non Presbyteri; vt ait August. ad psal. 44. „ Sanctus Clemens lib. 3. const. Apost. cap. 16. Postea Episcopus „ (ait) vngat baptizatos chrismate. Idem Clemens epistola. 4. Et Vrbanus PP. 1. epistola ad omnes Christianos, Can. Omnes fideles, de Consecr. dist. 5. Melchiades PP. epistola ad Episcopos Hispaniæ quærit, vtrum maius esset sacramentum, manus impositionis Episcoporum, aut baptismus. Idem Damasus PP. epistola. 4. ad Chorepiscopos. Leo Magnus epistola. 88. ad Episcopos Germaniæ, & Gall. Eusebius Martyr epistola. 3. ad Episcopos Tusciæ. Innocen- „ tius. I. epistola ad Decentium, cap. 3. De consignandis verò infan- „ tibus manifestum est (inquit) non ab alio quàm Episcopo fieri licere. Tolet. 1. cap. 20. Idem in Concil. Hispal. Can. 7. Sanctus Thom. 3. part. quæst. 72. artic. 11.*

Patrum

Cap.9 Patrum sententiæ] *Neminem pretio ordinandum decreuit Gelasius PP. epistola ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, cap. 26. & Concilium Chalcedonense, cap. 2. habeturque 1. quæst. 1. Si quis Episcopus. Idem Hormisda PP. epistola ad Episcopos, per Hispan. cap. 2. Symmachus epistola ad Cæsarium. cap. 2. & 5.*

Cap.9 Apparitoribus] *Erant Apparitores magistratuum ministri, qui & viatores dicebantur: homines, qui reos in ius sistebant; vnde & statorum nomen illis inditum. Hic accipi videntur pro ijs, qui ordinibus initiandos Episcopo sistebant, & ex ea re lucrum captabant.*

C. 10. Placiti sui innodatione] *Placitum, professio, conuentio, & pactum. Sic in legibus Vuisegoth. lib. & tit. 4. leg. 10. & lib. 12. de Iudæorum placito. Et apud Cassianum collation. 9. cap. 1. Et apud Iurisconsultos, ibi sæpè, tum præsertim lib. 40. Dig. de pactis.*

C. 11. Tempore infantiæ faciunt] *Infantibus post baptismum Eucharistiæ sacramentum dari solitum testatur Ambrosius lib. de his, qui mysterijs initiantur, cap. 7. & 8. & lib. 3. de Sacrament. c. 1. Et Concil. Laodicens. c. 28. ita habetur: "Oportet baptizatos, post baptismum, sacratissimum Chrisma percipere, & cœlestis regni participes fieri." Idem Tertullianus lib. 4. aduersùs Marcionem: & Hieronymus aduersùs Luciferianos: Augustinus epistola. 23. & lib. 5. Hypognost. In paruulis etiam eadem seruabatur institutio; vt constat ex ordine Romano, & Alcuino lib. de diuin. offic. cap. de Sabbatho sancto. Verùm hæc consuetudo in Ecclesia Latina antiquata est: quamuis in Græca, sint qui dicant, adhuc permanere.*

C. 12. Reconciliatio adhibenda est; ne priùs ab humanis rebus æger abscedat, quàm donum reconciliationis percipiat] *Tria sunt hoc loco consideranda; pœnitentia, manus impositio, & reconciliatio. Accipere pœnitentiam nihil aliud erat, quàm pœnitentium subdi legibus, per animi contritionem, & oris confessionem. Manus impositio, erat absolutio Sacerdotis, post peractam peccatorum confessionem. Reconciliatio verò, erat Eucharistiæ sumptio: ad quam perceptionem in mortis extremo periculo maximè festinandum est. Id constat ex Concilio Carthagin. 4. c. 76. quod de infirmis in phrenesim versis, sic decernit: "Accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia." Idipsum explicatur Concil. Arausic. 1. c. 3. "Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare:" quod morientis*

sufficit reconciliationi, secundùm definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. In fine vitæ, pabulo corporis & sanguinis Christi Domini nostri dignè refici, æternæ vitæ argumentum est, donumq; cœleste profecturis ad regnum æternū concessum: unde viaticum à Latinis, à Græcis verò ἐφόδιον nominatū. Nicæna Synod. Can. 13. habetur. 26. q. 6. c. De his verò. Merito in hoc uno sacramento positum est viaticum: est enim cibus itinerarius animæ, & corporis, sicuti mannà fuit corporis, in deserto iter agētibus. Eius usu & sumptione virtutes, officiaq; pietatis Christianæ augentur, appetitionesq; humanæ, & terrestres debilitantur, & dissipantur; præsertim cum & vinculis corporis, tanquam è carcere animus eductus, viam pertimescendam alterius seculi calcat. Quo tempore præcipuè iste cibus studiosè & piè adhibendus est: idq; viri sancti maximo studio curarunt. Chrysostomus lib. 6. de Sacramentis, commemorat se audiuisse à sancto viro, qui diuino beneficio ipse viderat, quod, qui ex hac vita migraturi sunt, si purè & sanctè huius sacramenti participes fuerint, ab Angelis eorum animas satellitum more stipantibus, propter huiusmodi sacramentum sumptum, hinc rectà in cœlum abducuntur: quam sententiam libentißimè posui, propter consolationē fidelium, in hac lacrymarum valle degentium. Paulinus etiam in vita Ambrosij narrat, Honoratum Sacerdotem Vercellensis Ecclesiæ retro fuisse diuina voce vocatum, sic: Surge, & festina, quia modò est recessurus: qui veniens obtulit Ambrosio Dominicum corpus: quo accepto, emisit spiritum. Nicephorus etiam lib. 13. cap. 37. de morte Chrysostomi tradit, fuisse à Petro, & Ioanne Apostolis cœlesti esca refectū. Vide quid dicat Gregorius hom. 40. & lib. 4. dialog. c. 15. de S. Romula, & Eusebius lib. 6. hist. Eccles. cap. 36. de Serapione. Et hoc est apud Cyprianum lapsis pacem dari, hoc est, ad communionem sanguinis & corporis Domini admitti.

C. 12. De his autem, qui] *Vide de hac re Magistrum sententiarum lib. 4. dist. 20. de his qui in fine pœnitent.*

C. 12. Nos sententias placuit sequi] *Sic in Concil. Epaun. & ex eo „ apud Gratian. 26. q. 6. cap. Si aliquis. Si quis fuerit mortuus, qui „ iam sit confessus, & testimonium habet bonū, & non poterat venire „ ad Sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, vel in via, fa- „ ciant parentes eius pro eo oblationem ad altare; & dent redemptio- „ nem pro captiuis. Idem per totam quæstionem huius causæ.*

C. 12. Memoria talium in Ecclesijs commendetur] *Veteris Ecclesiæ mos fuit, pro quibus offerebatur, nomina in Missæ sacrificio recitari,*

recitari, tam viuorũ, quàm defunctorũ. Id constat ex Concil. Eme-
» ritensi. c. 19. Proinde salubri deliberatione censemus, vt pro singulis
» quibusq. Ecclesijs, in quibus Presbyter iussus fuerit per sui Epis-
» copi ordinationem praeesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium
» Deo procuret offerre: & eorum nomina, à quibus eas Ecclesias con-
» stat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesijs videntur,
» aut visi sunt contulisse; si viuentes in corpore sunt, ante altare re-
» citentur tempore Missæ; quòd si ab hac discesserunt, aut discesse-
» rint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in
» ordine. Erant enim tabulæ duæ, quarum vni viuorum, alteri de-
functorum nomina inscribebantur: vt patet ex Innocentio, in episto-
la. 1. ad Decentium, & ex Dionys. Areopag. c. 3. Eccles. Hierarch.
Concil. Eliberit cap. 29. de energumenis dicitur: vt nomen eorum
non recitetur ad altare. Defunctorum in Missa memoria ab Apo-
stolis est instituta, vt tradit Isidorus lib. 1. de officijs. c. 18. Sacrifi-
„ cium (inquit) pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro
„ eis; quia per totum hunc orbem custoditur, credimus, quod ab ipsis
„ Apostolis traditum sit. Hoc enim vbiq. catholica tenet Ecclesia:
„ quæ nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum
„ spiritibus, vel eleemosynam faceret; vel sacrificium Deo offerret.
Hæc Isidorus. Cyprianus pro mortuis semper offerebat sacrificium:
vt in epistola ad Clerum dicit de Celerino Confessore. Et Gregorius
lib. 7. regist. epistola, quæ incipit: Vtilis semper. Vltimò apponam
fragmentum August. lib. 9. Confess. cap. 13. Sic enim ait de morte
„ Monicæ matris suæ: Namq; illa, imminente die resolutionis suæ,
„ non cogitauit corpus suum sumptuosè contegi, aut condiri aromati-
„ bus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrum
„ patrum: non illa mandauit nobis; sed tantùm memoriam sui ad
„ altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermißione seruie-
„ rat. Vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chi-
„ rographum, quod erat contrarium nobis; qua triumphatus est hostis,
„ computans delicta nostra. Et infrà: Inspira, Domine Deus meus,
„ inspira seruis tuis fratribus meis, filijs tuis, dominis meis, quibus voce,
„ & corde, & literis seruio; vt quotquot hæc legerint, meminerint ad
„ altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam eius
„ coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quem-
„ admodum nescio. Meminerint cum affectu primùm parentũ meo-
„ rum, in hac luce transitoria, & fratrum meorum sub te patre, in ma-
„ tre catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalem, cui suspirat
„ peregrinatio populi tui, ab exitu, vsq; ad reditum: vt quod à me

„ *illa popoſcit extremum, vberius ei præſtetur in multorum orationi-*
„ *bus, tam per confeßiones, quàm per orationes meas. Hæc Auguſtinus*
de matre ſua.

C. 13. Maiorum regulis] *Concilio Eliberit. c. 29. & primo Arauſic. cap. 16. & Pius PP. I. diſt. 33. cap. Communiter*

C. 13. Arrepti à dæmonibus] *Hi Græco nomine dicũtur energumeni, ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν, id eſt, ab operationibus dæmonum, quas in ipſis præci-*
„ *puè videmus. Concil. Ancyr. cap. 16. Energumenus eſt, qui tempe-*
„ *ſtate iactatur, ſeu ſpiritu immundo diuexatur: ἐνέργημα enim pro vi,*
„ *ſeu efficacia, & vexatione dæmonum accipitur, apud Tertulianum lib. de præſcrip. aduersùs hæreticos. S. Ambroſius ſerm. 25. dicit, à diabolo energumenum non niſi ieiunijs poſſe purgari. Arreptorum nomen etiam apud Caßianum eſt collat. 7. c. 12. dicti ita videntur ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν, id eſt, ab operationibus dæmonũ, quas in eos exercent.*

C. 14. Qui eius vicem] *Idem eſt in Concilio. 7. Tolet. Can. 2. Quòd nullus ſolus Miſſam dicat, decretum eſt à Sothere PP. habeturq; de Conſecr. diſt. 1. c. Hoc quoq; , & Concilio Mogunt. c. 43.*

C. 15. Metropolitani electio] *Sic cauetur Concil. Chalcedonen. c. 29. vt celebretur Synodus bis in anno, eo in loco, quem Epiſcopus Metropolitanus deſignauerit. Suprà de hac re diximus.*

IN NOMINE DOmini. Incipit Concilium Bracarense tertium, quod factum est sub anno quarto gloriosi domini nostri Vvambani Regis, Era DCC.XIII.

Quartū erat in vno M. S. Vt patet ex alijs, & Iuo- ne p. 4. c 85 & Exc.

INCIPIVNT CAPITVLA CONcilij Bracarensis tertij.

[a] De honestate honoratorum & disciplina. Exc.

[b] Actores. Exc.

I. De fide.

Decenter satis per diuinum Spiritum in Bracarensi vrbe collecti, de his quæ intra Dei Ecclesiam peruersa actione geruntur, tractaturi conuenimus; vt adiuuāte nos illo, qui dicit: Vbicunq; fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in

medio eorum, pari animo, parique deuotionis ſtudio exurgentes malè habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in vnum Synodalis actio aggregaſſet, debitis in ſedibus collocati, primùm de ſanctæ fidei Sacramento cœpimus habere ſermonem: ſcilicet, ne aut vanitate diſputantium, aut neſcientia ſimplicium, erroris quipiam in hoc ſacro "ſancto" Sacramento fidei teneretur. Vnde cum omnes nos in vera fide, vt ſpeculum perluſtraremus illæſos; in eo, quia nullum noſtrorum ſchiſmatici erroris [a] fœdauerat turbo; ſed vera nos & ſimplex in hoc Sacramento Apoſtolica oſtendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregimus Deo. Quam tamen noſtræ fidei regulam ipſis verbis, atq; ſententiſs commemorando reteximus, quibus eam declaratam eſſe ſcimus in cõuentu Nicæni Conciliſ. Etideò: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium conditorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum; ex Patre natum ante omnia ſecula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, nõ factum; homouſion Patri (hoc eſt) eiuſdem cũ Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, [b] & Maria Virgine homo factus; paſſus ſub Pontio Pilato; ſepultus, tertia die reſurrexit; aſcendit in cœlos; ſedet ad dexteram [c] Patris: inde [d] venturus iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificatorem, ex Patre & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus eſt per Prophetas: [e] in vnam Catholicam, atque Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma, in remiſsione [f] peccatorum: carnis reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen.

Poſt huius ſanctæ fidei ſacramentum, relatus eſt in [g] concione noſtrorum omnium, error manifeſtus pariter & diuerſus, qui tanta debet diſciplinæ arte retundi, quantã & peruerſitate comprobatur [h] admitti. Quidam enim in ſacrificiſs Domini relati ſunt lac pro vino; pro vino botrum offerre: Euchariſtiam quoque vino madidam, pro complemento cõmunionis credunt populis porrigendã: &, quod peius his omnibus eſt, quidam Sacerdotum in vaſis Domini epulas ſibi apponunt,

Idem Concilio Tolet. 8.

" Deeſt Exc.

a Fatigauerat. Exc. Aliàs fuſcauerat.

b Natus ex Maria Virgi. Exc.

c Dei Patris. Iterum vent. Exc.

d Vent. in gloria iud. C. A.

e Et Vnã ſanctam Catholi Exc.

f Pecc. expectamus reſurrectionẽ mortuor. Exc.

g Cognitione. Exc.

h Infund. Exc.

nunt, & manducare in eis præsumunt. Quidam etiam ex Sacerdotibus relati sunt, quod Ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermisso, Missam sine orarijs audeant dicere, & quod in solennitatibus Martyrum reliquias suo collo imponant, & in sellulis non ab alijs se portandos, nisi ab albatis Diaconibus credant. Illud quoq; quod pleriq; Sacerdotum absq; testimonio cum fœminis commorentur, & quod quidam illorũ honoratos fratres suos verberibus indiscretis subijciant: nec non & illud, quòd quidam [a] simoniæ cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cautione dimittant; qualiter postquam ordinati fuerint, pecuniam ab ipsis promissam accipiãt. Illud quoque quod familiam Ecclesiæ in proprijs laboribus quassant, damnum rebus Dominicis facientes. Quæ omnia ne cõfusè viderentur esse prolata, discretis titulorum ordinibus credimus subnectenda.

[a] Simõnis. C. A.

II. Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantùm & vinum aqua [b] permixtum, in sacrificio [c] offeratur.

[b] Permixta. C. A.

[c] Offerantur. Exc.

De cõsecrat dist. 7. Cum omne crimẽ.

Cum omne crimen, atque peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur, quid de cętero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa oblatione sacrificij erratur? Audiuimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones, lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare: alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere: quosdam etiam [d] non expressum vinum in Sacramento Dominici calicis offerre, sed oblatis vuis populos communicare. Quod quàm sit Euangelicæ, atque Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa Sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantùm, & calicem sub hoc Sacramento benedixisse [e] cognoscimus. Ait enim Euangelica veritas: Accepit Iesus panẽ & calicem, & benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in [f] sacrificando offerri, quia manifestum & euidens exemplum Euangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem, & vinum aliud

Id prohibitũ est Canone Apostol. 3. ne mel, aut lac offeratur præter ordinationẽ Domini.

Matth. 26.

[d] Expressum vinum in. Excus. & tit. de consec. dist. 2. non rectè.

[e] Cognosc. commendata. Exc. tit. de consecrat. cognoscimus dedisse.

[f] Sacrificio. Exc.

alliud offerri non finit. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium recipit, vbi Apostolis corpus suum & sanguinem commendauit: seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Christum præbuisse non legimus, excepto illi tantum discipulo, quem intincta buccella Magistri proditorem ostenderet; non quæ Sacramenti huius institutionem [a] signaret. Nam quod de inexpresso botro, id est, de vuæ granis, populus communicatur, valde est omnino confusum. Calix enim Dominicus, iuxta quod quidam doctor edisserit, vino, & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi; in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur; credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & iungitur: quæ copulatio & iunctio aquæ & vini sic misceтur in calice Domini, vt commixtio illa non possit separari: nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si verò aqua sit sola plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrum solum offertur, in quo vini tantum efficientia demonstratur, salutis nostræ Sacramentum negligitur, quod per aquam significatur: non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur. Et ideò, quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum emanauit sententia, quorum pietas in Deum religiosa, horum Sacramētorum & efficientias copiosè differuit, & institutiones verissimè declarauit, omnis talis error, atque præsumptio cessare iam de cætero debet: ne peruersorum ordinata compago, [b] Senatum veritatis eneruet. Et ideò nulli deinceps licitum erit, aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententias conciliorum, panem tantùm & calicem vino, & aqua permixtum: de cætero aliter quam præceptum est faciens, tam diu à sacrificando cessabit, quàm diu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat, [c] quem amisit.

Ioann. 13.

Iulius Papa ad Episcopos per Aegyptum sit. de consec. d. 2. c. non debes.

Omnia hæc ex epistola Iulij Papæ ad Episcopos Aegypti.

a Demonstraret. Exc.

Vidcnotam.

b Statum. Exc.

c Quod. Exc.

III. Ne vasa Deo sacrata humanis vsibus seruiant.

Omni cura, omniq; studio prouidendum est, ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, contumeliam videantur inferre

cœlestibus

cœlestibus sacramentis. Etenim, quod & auditui [a] horribile, & visui execrabile iudicatur, relatum est nobis, quod quidam Sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa Domini in proprios vsus adsumant, epulasq; sibi in eis [b] comesuras apponunt. Quod malum & obstupentes deflemus, & deflentes obstupescimus; vt illic humana temeritas sibi epulum præparet, vbi sanctum Spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi esum carnium crapulatus adsumat, vbi diuina visus est celebrasse mysteria: & in quibus [c] tantæ rei sacramentum pro expiatione delictorum [d] percepit, in his expleat voluntatē ludibrij sui. Et ideo huius de cætero præsumptionis persona, quæ sciendo diuina vasa, vel ministeria, aut in vsus suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumēdum elegerit, gradus sui, vel officij periculum sustinebit: ita tamen vt si de secularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur; si verò religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoq; damnationis sententia & illi obnoxij tenebuntur, qui Ecclesiastica ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta, atque etiam vtensilia sciendo in vsus suos transtulerint, vel alijs vendenda, vel donanda crediderint.

[a] Terribile. Exc.
[b] Comedēdas. Exc.
[c] Tantā sibi offerri sacramenta pro Exc.
[d] Præcepit. Exc.

IIII. *Ne Sacerdos sine orario Missam audeat celebrare.*

23. dist. c. Ecclesiast. instit. De orario nobis suprà dictum est Conc. Tolet. 4. c. 18.

Cum antiqua Ecclesiastica nouerimus institutione præfixū, vt omnis Sacerdos, cū ordinatur, orario vtroq; humero ambiatur; scilicet, vt qui imperturbatus præcipitur consistere, inter prospera & aduersa, virtutū semper ornamento [e] vtrobiq; circumseptus [f] appareat: qua ratione tempore sacrificij non assumat, quod se in sacramento accepisse [g] non dubitatur? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisq; percepit in [h] consecratione, hoc & retentet in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cùm Sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut [i] pro se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentū corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus: ita vt de vno, eodemq; orario ceruicem pariter & vtrunq; humerū premens, signum in suo pectore [k] præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ [l] subiacebit.

[e] Vtreque. Exc. vtrimq; Grat.
[f] App. humero. quæ Grat.
[g] Non dubitat? C. A. & Grat.
[h] Consf. honoris hoc retineat, & in ob. Exc. & Grat.
[i] per se. Exc.
[k] Præparet. Exc.
[l] Subiaceat. Exc.

V. Ne

V. Ne Sacerdotes, siue quicumq; ex clero, sine testimonio, cum quibuslibet fœminis habitent.

Quamquam antiqua Canonũ institutio de huiusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas, atq; institutiones ediderit, nos tamen breuitatis causa, omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, vt nullus Sacerdotum, siue quisquis ille de clero, absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cũ quibuslibet fœminis secretè se præsumat adiungere; non solùm cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisquis ille solutus, familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius ergo præceptionis transgressor, sex mensibus se nouerit pœnitentiæ legibus subiacere.

VI. De damnata præsumptione quorundam Episcoporum, qui in festiuitatibus martyrum ad Ecclesiam procedentes, appensis collo reliquijs, ab albatis Diaconibus in sellulis vectantur.

Bona quidem res est, diuina Sacerdotibus contractare mysteria: sed cauendum valde est, ne hoc quisque ad vsum prauitatis suæ intorqueat, vnde soli Deo de bono conscientiæ placere debuerat. Scriptum est enim: Vę his, qui faciunt opus Domini fraudulenter & desidiosè. Vt enim quorũdam Episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnouimus quosdam de Episcopis, quod in solennitatibus martyrum ad Ecclesiã progressuri, reliquias collo suo imponant; & vt maioris fastus apud homines gloria intumescat (quasi ipsi sint reliquiarum arca) Leuitæ albis induti, in sellulis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet; ne sub sanctitatis specie, simulata vanitas sola præualeat, si modum suum vniuscuiusque ordinis reuerentia non agnoscat. Et ideò antiqua in hac parte & solennis consuetudo seruabitur, vt in festis quibusque arcam Dei cum reliquijs, non Episcopi, sed Leuitæ gestent in humeris, quibus & in veteri lege onus id & impositum nouimus, & præceptũ. Quòd si etiam Episcopus reliquias per se deportare

Hierem. 48.

tare

tare elegerit, non ipſe à Diaconibus in ſellulis vectabitur, ſed potiùs pediſequa eo, vnà cum populis progreſsione procedente, ad conuenticula ſanctarum Eccleſiarum ſanctæ Dei reliquiæ per eundem Epiſcopum portabũtur. Iam verò, qui hæc inſtituta ſciendo adimplere diſtulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, à ſacrificando ceſſabit.

VII. De honeſta honoratorum [a] diſciplina.

[a] Doctrina. C.A.

Diſt. 45. cũ B. Apoſtol. 2. Tim. 4.

Cùm Beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia [b] præcipiat & doctrina, nouimus quoſdam à fratribus tãtis cædibus in honoratos "ſubditos" efferueſcere, quantas poterant latrocinãtium promereri perſonæ. Et ideò qui gradus iam Eccleſiaſticos meruerunt; id eſt, Presbyteri, Abbates, ſiue Leuitæ, excepto grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debeat verberibus ſubiacere. Non eſt dignum, vt paſsim vnuſquiſq; prælatus honorabilia mẽbra ſua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus ſubijciat, & dolori; ne dum incautè ſubdita percutit membra, ipſe quoq; debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat: iuxta illud, quod quidam ſapiens dicit: Leuiter caſtigatus, reuerentiam exhibet caſtiganti: [c] aſperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec ſalutem. Et ideò ſi quis aliter, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos, licentia perceptæ poteſtatis elatus, malitia tantùm crediderit verberandos, iuxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationis pariter, & exilij ſententiam ſuſtinebit.

D. ad leg. Aquiliam Praeceptoris.

[b] Præc. extra hanc doctrinam nouimus. Grat.

" Deeſt Exc. & Grat.

[c] Aſperitas autem nimiæ increpationis. C.A.

VIII. Ne [d] repromiſsione munerum honoris [e] gratia venundentur.

[d] Promiſsione. C.A.

[e] Gratia venũdetur. C.A.

Vide. 1. Bracar. c. 3. vbi de hac re ſcripſimus.

Quia non expedit, vt donum ſancti Spiritus pecunijs comparetur; quamquam ex hoc antiquorum Canonum diſciplinæ, & multiplices maneant, & diuerſæ, tamen, quia neceſſe eſt, vt frequentiùs retundatur, quod ſine intermiſsione præſumitur, ideò nouellæ huius inſtitutionis formam inſtituẽtes decernimus, vt quicunq; pro conferendo cuiquam Sacerdotij gradu, aut munus quodcumq;, aut promiſsionem muneris, antequam ordinetur, acceperit; vel etiam, poſtquam ordinatus fuerit, in aliquo ſe pro hoc ipſo præſumpſerit munerari; ſiue ille, qui dederit, ſiue qui acceperit, iuxta ſententiam Chalcedonenſis Concilij, gradus ſui periculum ſuſtinebit.

Ino p. 5. c. 85.

Canon. 2.

IX. Ne Rectores Ecclesiæ plùs propria, quàm Ecclesiastica iura laborare intendant.

Non decet Rectores Ecclesiæ in suis strenuos, & in Ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam Sacerdotum familias Ecclesiæ in suis proprijs laboribus quassent, rei propriæ profectum augentes; Dominicis verò dispendium nutrientes. Vnde quicunque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, speciali placito distringendus est: qualiter, si de rebus, seu augmentis Ecclesiæ quæstû, [a] vel labores rei propriæ auxit, vt ex hoc Ecclesiasticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus Ecclesiæ [b] minorationis exhibuit, tantùm de rebus proprijs Ecclesiæ illi restituat, ex cuius rebus, atq; suffragijs suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quòd si aliquid pro vtilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendij, vel perditionis quippiam pertulerit; si hoc comprobare potuerit, totû illi à rebus eiusdem Ecclesiæ reformabitur, pro cuius vtilitatibus id expendisse comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc, sit pax, salus, & diuturnitas pijssimo, & amatori Christi, domino nostro Vvambano Regi, cuius deuotio nos ad hoc decretû salutiferum conuocauit: diuinam postulantes clementiam, vt gloria Christi regnum eius corroboret, vsque ad vltimam senectutem: præstante ipso, qui cum Patre, & Spiritu sancto vnus viuit, & gloriatur in Trinitate Deus, in secula seculorum. Amen.

11.q.4. Quicunque sub hoc.

[a] Laboribus suis propriè auxit, & ex hoc. Exc. Grat.

[b] Minuit, illi restituat, ex cuius reb. Grat.

Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices, numero. VIII.

1 LEodecisius, in Christi nomine Episcopus, cognomento Iulianus, has constitutiones, secundùm quod nobis cum sanctis Coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante, complacuit, & relegi, & subscripsi.

2 Genetiuus, in Christi nomine Ecclesiæ Tudensis Episcopus, similiter.

3 Froaricus, Deo iubente, Portucalensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.

Bela,

4 Bela, in Christi nomine Britaniensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
5 Isidorus, Asturicensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
6 [a] Alarius, Deo iubente, Aurisinæ Ecclesiæ Episcopus, similiter.
7 Rectogenis, in Christi nomine, Lucensis Ecclesiæ Episcopus, similiter.
8 Ildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis Ecclesię Episcopus, similiter.

[a] Hilarius. C. A.

De subscriptionibus. 3. Concilij Bracarensis.

Bracarense. 2. actum fuit Era. 610. anno. 2. Mironis Regis. Tertium verò post elapsos centũ, & tres annos, Era. 713. Verùm ex eadẽ prouincia in alijs Concilijs interfuerunt Episcopi: vt Alarius, siue Hilarius, Auresina Ecclesia, qui successit Sona, qui in 8. Tolet. subscribit. Bela Britaniensis, vel Britoniensis, vt est in Brac. 2. qui successit Seruodei, in. 8. Froaricus Portucalensis, qui Flauio, in. 10. Tol. Genetiuus Tudẽsis, qui Beato, in. 8. Isidorus Asturicẽsis, qui Elpidio, in. 10. Tolet. Ildulfus Felix Irienſ. qui Vincibili in. 8. Tolet. Leodecisius Iulianus Bracarensis, qui Fructuoso, in 10. Tolet. Rectogenis Lucensis, qui Hermenfredo, in. 10. Tol.

Episcopatus Metropolis Bracarensis

In 3.	&. 2. Concilio Bracar.	
1. *Bracara.*	1. *Bracara.*	Ex Luco.
2. *Auresina.*	2. *Egitania.*	1. *Luco.*
3. *Tude.*	3. *Conimbrica.*	2. *Astorica.*
4. *Astorica.*	4. *Viseo.*	3. *Auria.*
5. *Iria.*	5. *Lameco.*	4. *Britonia.*
6. *Portucale.*	6. *Magneto.*	5. *Tude*
7. *Britania.*		6. *Iria.*
8. *Luco.*		

In Codicibus M. ss. sunt subscriptiones, vt posuimus: vnde corruptè in alijs ponitur Iulianus Hispalensis. Bela Britaniensis est in M. ss. Est Bela nomen Gothicum, nunc generosæ familiæ Ayala gentile.

Notæ in Concilium Bracarense tertium.

Cap. 1 Concilium Bracarense] *Bracara, hodie Braga; in prouincia Lusitaniæ, caput totius Regni in spiritualibus. Dicitur Augusta Bracarum Plinio, βράκαρα Ptolemæo. In veteri numo sic scriptũ est:*

RECCESVINTVS REX.

BRACARA PIVS.

Vocatur Bracaraugusta: inde Bracaraugustani, vt docet vetus inscriptio, marmori insculpta, quã exscripsit Lipsius in libro inscriptionum antiquarum.

ISIDI. AVG. SACRVM.

LVCRETIA FIDA. SACERDOS PERP.

ROM. ET AVG.

CONVENTVS BRACARAVG. V.D.

Cap. 2 Vino, & aqua] *De Consecrat. dist. 2. Cum omne, & Cyprianus epist. 3. lib. 2. exponens illud: Bibite vinum quod miscui vobis, in tota hac epistola id intendit, vt probet: nec calicem cum aqua, sine vino rectè offerri, neq; vinum absq; aqua, iuxta Christi traditionem consecrari. Huius epistolæ meminit Diuus Augustinus lib. 4. de doct. Christiana. c. 21. & Concil. Carthag. 3. cap. 24. cui D. Augustinus „ interfuit: sic enim habet: Vt in sacramentis corporis, & sanguinis „ nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis, „ & vinum aqua mixtum. Et habetur de Consec. dist. 2. cap. In Sa- „ cramento. Et Innocentius. III. errorem eorum correxit, qui dicebant aquam conuerti in phlegma: habeturq; lib. 3. Decretal. tit. de celebrat. Miss. cap. In quadam nostra. Idem Alexander PP. & „ Martyr. V. à B. Petro in epistola ad omnes orthodoxos: Non debet „ (inquit) in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, „ sed vtrumq; permixtum, quia vtrumq; ex latere eius in passione „ sua profluxisse legitur. Qua de causa S. Irenæus calicem vocat temperamentum, lib. 4. cap. 47 & calicem mixtum. Et Iulius PP. in epist. ad Episcopos Ægypti. Ambrosius lib. 5. de Sacramen. cap. 1. S. Hieronym. in Marcũ. c. 14 Damascen. lib. 4. de orthodoxa fide. c. 14. Duas hæreses euertit Conciliũ Trullan. Can. 32. alteram Hydroparastatarũ, qui aqua sola in sancti calicis sacrificio vtebãtur (Epiphanius hæresi. 30. & 42. de Aquarijs, & August. hæresi. 44. Ad Quoduultdeũ & de Ecclesiasticis dogmatibus. c. 75. Non debet (inquit)*

» (inquit) pura aqua inferri, vt quidam sobrietatis falluntur imagine; sed vinum
» cum aqua mixtum) alteram Armeniorum, qui non nisi vinum purum offerunt.
Cuius erroris meminit Theophylact. ad c. 19. Ioannis. Nicephorus lib. 18. cap. 53.
» Demum Synodus magna Tridentina sess. 22. Can. 9. Si quis dixerit aquam non
» miscendam esse vino in calice offerendo, eo quòd sit contra Christi institutionem,
» anathema sit. Trullana Synodus, quæ sub nomine. 6. Synodi circunfertur, Can. 57.
vetat ad altare mel, & lac offerre. Et Can. Apost. 3. Si quis Episcopus.

Cap. 5. Antiqua Canonum) Vt patet lib. 3. Decret. tit. de cohabitatione Clericorũ & mulierum. Concil. Constantinop. 6. c. 5. & 27. q. 1. Si quis. Benè ait Augustinus psalm. 50. & lib. 50. homil. homil. 21. Mulier longè, libido propè.

Etiam sororibus) Concilio. 1. Nicæno. c. 3. contrarium cauetur, videlicet, vt liceat Episcopo, & Presbytero matrem, sororem, amitam, & eas etiam personas habere, quæ suspicionem omnem effugiant. Concilium Carthaginen. 3. c. 17. hanc
» vlterius indulgentiam extendit; videlicet, vt cum Clericis solæ matres, auiæ
» materteræ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcunq; ex familia,
» domestica necessitate, etiam antequam ordinarētur, iam cum eis habitabant: vel
» si filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt: aut seruis non ha-
» bentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit. Atq; huic Concilio. D. August. ipse subscripsit; sed quod alijs concessit, sibiipsi interdixit. Nam fœminarum, & in eis sororis, & fratris filiæ contubernium, & familiaritatem vitauit: quippè qui dicere solebat: Etsi propinquæ mulieres suspectæ nõ essent, tamen quæ ad eas venirent, posse suspicionē efficere. De pœna, quam incurrunt eæ mulieres, quæ contra interdictum, Clericis cohabitant, habes Concil. Hispalen. 1. c. 3. Concilio Matisconens. Can. 2. cauetur, vt nulla mulier in cubiculo Episcopi, absq; duobus Presbyteris, aut certè Diaconis, ingredi permittatur. Et Conc. Carthag. 1. c. 3. ex sententia Grati Episcopi decernitur, vt in vna domo nullus Clericus cũ extranea fœmina cõmoretur: & c. 4. neq; cũ viduis, nisi fuerint germanitate coniuncti. Idem Concil. Carthag. 4. Can. 102. Idem Lucius PP. XXI. à Petro, in epist. ad
„ Episcopos Galliæ, & Hispaniæ: Clericus solus (inquit) ad fœminæ tabernaculum
„ non accedat, neq; frequenter properet, sine maioris natu Sacerdotis iussione: & ne
„ solus Presbyter cum sola fœmina fabulas misceat: &, si quid agnitum fuerit; &
„ ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur. Et vt nullus Clericus cum extranea habitet fœmina, nisi soror, aut proxima fuerit, habetur. d. 81. c. Clericus solus. Gregorius Magnus Ianuario Episcopo Caralitano, epist. 26. & per totam dist. 81. idem multis sanctorum Patrum testimonijs decernitur.

Cap. 6. Reliquias collo suo) Reliquias Sanctorum debito honore esse venerandas
» decretum est Concil. Nicæno. 2. Act. 1. in confess. Catholica actio. 3. Seruator (in-
» quit) noster Christus fontes salutares, sanctorum reliquias nobis reliquit, multis
» modis beneficia in debiles fundētes, vnguentũ redolentis suauitatis scaturientes;
» &, vt inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen est: Martyrum ossa
» morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impartiunt, lepras mundant,
» tentationes & mœrores soluunt; atq; id per Christum, qui in ipsis habitat. Hæc
» Nicæna Synodus aduersus Iconoclastas. Concil. Trident. sess. 25. sic dicitur: San-
» ctorum quoq; martyrum, & aliorum cum Christo viuentium sancta corpora, quæ
» viua membra fuerunt Christi, & templum Spiritus Sancti, ab ipso ad æternam
» vitam suscitanda, & glorificanda, à fidelibus veneranda esse, per quæ multa

Intelligit Athanasiũ, θάνατος, mors ἀθάνατος immortalis.

 beneficia

» *beneficia à Deo hominibus præstatur. Et alia multa de hac re scripta sunt à viris pijs & doctis, aduersùs impiam hæreticorum audaciam, sanctorum corpora, quæ fuerunt Spiritus sancti organa, & viua mẽbra, odio & armis oppugnantiũ. Præsertim probat reliquiarum antiquissimum cultum S. Clemens lib. 6. Const. Apost. c. 29. ex contactu cadaueris Elisæi Prophetæ, mortuum suscitantis. 4. Reg. 13. Idem Cyrillus Hierosolym. catech. 18. Et Iosephi ossa iam vita functi prophe-*
» *tantia Eccles. c. 49. August. serm. 19. de sanctis sic inquit: Si opem ferre poterat*
» *vmbra corporis Petri, quanto magis nunc plenitudo virtutis: si tunc supplicanti-*
» *bus proderat aura quædã pertranseuntis, quanto magis nunc gratia permanẽtis.*
» *Meritò per omnes Christi Ecclesias, auro pretiosius habetur ferrũ illud pœna-*
» *lium vinculorum. Si tam medicabilis fuit obumbratio visitantis, quanto magis*
» *catena vincentis. Hæc Augustinus. Idem probat Basilius homil. 40. ad Martyres. Rufinus lib. 1. c. 35. Sozomen. lib. 3. c. 18. Theod. lib. 3. c. 10. Verùm D. Am-*
» *brosius de cultu reliquiarum, sic inquit serm. 92. Honoremus beatos Martyres,*
» *principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quòd si dicas*
» *mihi: Quid honoras in carne iam resoluta, atq; consummata, de qua iam Deo nulla*
» *cura est? & vbi est illud, charissimi, quod ipsa Veritas loquitur per Prophetam:*
» *Pretiosa (inquit) est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et paulo pòst:*
» *Honoro ergo in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices; honoro*
» *viuentis memoriam, perennitatem virtutis; honoro per confessionem Domini sa-*
» *cros cineres. Rursus: Cur autem non honorẽt corpus illud fideles, quod reuerentur*
» *dæmones, quod afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? Honoro itaq;*
» *corpus, quod Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.*
» *Vltimò apponã S. Hieronymi fragmentũ, ex libello aduersùs Vigilantium Barcinonensem Presbyterũ, vel potiùs aduersùs dormientes huius temporis hæreticos*
» *scriptum. Ergo sacrilegi sumus (inuehitur in Vigilantium) quando Apostolorũ*
» *basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reli-*
» *quias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmo-*
» *nes rugiunt, & inhabitatores Vigilantij se sentire præsentiam confitentur? Sa-*
» *crilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa B. Samuelis, longo post*
» *tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solùm sacrilegi,*
» *sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos, in serico, & vase*
» *aureo portauerunt? Stulti omnes Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis re-*
» *liquijs, & tanta lætitia, quasi præsentem, viuentemq; Prophetam cernerent, susce-*
» *perũt, vt de Palæstina vsq; Chalcedonem iungerentur populorum examina, &*
» *in Christi laudem vna voce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non*
» *Christum, cuius Samuel, & Leuita, & Prophetes fuit. Hæc Hieronymus. Possumus nos, quod ille de Arcadio sui tẽporis Imperatore dixit, de Philippo Hispaniæ Rege Catholico & pijssimo dicere, aduersùs hæreticos huius seculi. Sacrilegus & & nunc dicendus est Philippus, qui reliquias B. Eugenij, & Leocadiæ humeris impositas, piè & religiosè in Ecclesiam Toletanã, Philippo filio, & alijs Principibus sociatus, immisit? & in cœnobio D. Laurentij, ab ipso mira structura exædificato, conquisitis ex omni Christiano orbe, magno studio, sanctorum beatas reliquias vasis auro & gemmis clarissimis, & fulgentibus, & cælatis, distinctis, magno cultu, & religione colit, & veneratur? ita vt Philippus Princeps natu maximus, adolescens summæ spei, soleat, detecto capite, genibus flexis, eisq; innixus, puluerẽ vasorum abstergere.*

CAPI-

CAPITVLA CONcilij Toletani duodecimi.

[a] De agnita & cõfirm. sanctæ Trinitatis, & prælectione fastigij principalis. C. A.

IN NOMINE Domini. Acta Synodalia Concilij Toletani duodecimi, apud vrbem Regiam celebrata, ſub die quinto Iduum Ianuariarum, Era DCC.XIX.

ANno primo Orthodoxi, atque ſereniſsimi domini noſtri [a] Eruigij Regis, cum ex glorioſo prædicti Principis iuſſu in vnum fuiſſemus aggregati conuentum, & in baſilica ſanctorum Apoſtolorum debitis in ſedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clementiſsimus Princeps, humilitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu conſpicuus, qui noſtro ſe cœtui reclinem exhibens ac deuotum, in primis omnium Sacerdotum ſe commiſit precibus adiuuandum: deinde grates multiplices omnipotenti Domino egit, de conuentu totius Concilij; [b] quia & glorioſæ iuſsionis ſuæ, vt in vnum adeſſent impleuerit votum, & alternæ viſionis innouatione ſe refecerint gaudiorum. Deinde adijciens, ſic eſt omne Cõcilium adlocutus: Non dubiũ eſt ſanctiſsimi patres, quòd optima Conciliorum adiutoria ruenti mundo ſubueniunt, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt, ſtudijs peragantur. Et ideò quibus malis terra prematur quibuſq; plagis, prouentu dierum ſuccedentium [c] feriatur, paternitati veſtræ non reor eſſe incognitum. [d] Ob id, quia certum apud nos gerimus, quòd pro contemptu diuinorum præceptorum, terra perniciem ſuſtineat preſſurarum, dicente Domino per Prophetã: Proter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea; ideò oportet, vt quia [e] ore Saluatoris noſtri Domini, ſal terræ eſſe probamini, per vos ſaluationis obtineat lucrũ, per quos regenerationis percipit Sacramentũ: vt diligentia [f] definitionis veſtræ ab omni emendata contagio, & ab infirmitatis peſte ſit liberata, & bono-

Oſea. 4.
Matth. 5.

[a] Heruigij ſcribunt MSS.
[b] Et ſuæ glorioſæ iuſſionis. Iouenus.
[c] Pereamus. Exc.
[d] Obinde. Exc.
[e] Os Saluatoris noſtri & Domini oracula eſſe prob. Exc.
[f] Dignationis. Exc.

& bonorum omnium ſit prouentibus [a] gratioſa iam nũc: quia quidquid me ad hæc dicere opportuna ratio ſinit; quidquid etiam narrandum veſtris auribus conuenit, aut memoriæ curarum intercapedo ſubducit, aut faſtidium prolixæ orationis intercipit, ecce in breui complexa, vel exarata deuotionis meæ negocia in huius tomi complicatione agnoſcenda perlegite; perlecta diſcutite; diſcuſſa elimatis, ac decretis titulorũ ſententijs definite: vt pura, & placens Deo veſtrarum definitionum valitura diſcretio regni noſtri primordia decoret, exundatione iuſtitiæ, & errores plebium digna cohibeat ſeueritate cenſurę: ſcriptum eſt enim: Iuſtitia eleuat gentem; miſeros facit populos peccatum. Tunc ſuſcepto à glorioſiſsimo Principe tomo, pro tan ſalubri inuitamento copioſas gratias retulimus Domino Ieſu Chriſto, & etiam benediximus Principi glorioſo. Poſt egreſſum igitur eiuſdem ſereniſsimi Principis, hæc iam dicto tomo ſcripta cõperimus probitatis.

[a] glorioſa.

Iſidorus, liber etymolo. 6. cap. 8. Tomi quos nos libros, vel volumina nuncupamus.

Prouer. 14.

IN NOMINE DOMINI ERVIgius ſanctiſsimis patribus in Synodo reſidentibus.

EN Reuerendiſsimi Patres, & honorabiles miniſteriorum cœleſtium Sacerdotes, ſoliditatem ſanctæ Fidei veraciter tenens & ſyncera cordis deuotione amplectẽs, teſtimonium paternitatis veſtræ, fortiſsimum in ſalutis noſtræ aduoco adiumentum: vt quia regnum, fautore Deo ad ſaluationem terræ, & ſubleuationem plebium ſuſcepiſſe nos credimus; ſanctitudinis veſtræ conſilijs adiuemur. Vnde licet ſublimationis noſtræ primordia Paternitati veſtræ opinabili relatione non lateant, quibus clara diuinorum iudiciorum diſpoſitione præuentus, & regnandi conſcẽderim ſedem, & ſacroſanctam regni perceperim vnctionem; nunc tamen melius id poteritis, & ſcriptorum relatione cognoſcere, & promulgationis veſtræ ſententijs publicare. Vt ſicut eadem regni noſtri primordia conuentus veſtræ ſanctitudinis compererit diuinitus ordinata, ita his & orationum ſolamen impendat, & ſalubrium conſiliorum nutrimenta impertiat: quo ſuſceptum regnum, ſicut iam veſtris adſenſionibus teneo gratum, ita veſtrarum benedictionum perfruatur definitionibus conſecrandum: vt innouatio quodammodo noſtri

nostri videatur imperij, hæc numerositas vestri ordinis adgregati. Et ideò, quia Dominus in Euangelio præcepit, dicens: Amen dico vobis: si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quācunq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est: ob hoc venerabilem paternitatis vestræ cœtum, cum lacrymarum effusione conuenio, vt zelo vestri regiminis purgetur terra à contagio prauitatis. Exurgite, quæso, exurgite; culpatorum soluite nodos; transgressorum mores corrigite inhonestos, & exerite zeli disciplinam; ponderibus subuenite;. &, quod plus his omnibus est, Iudæorum pestem, quæ in nouam semper recrudescit insaniam, radicitus extirpate: [a] lesq;, quæ in quorundam Iudæorum perfidiam, à nostra gloria nouiter promulgatæ sunt, omni examinationis probitate percurrite: & tam eisdem tenorem inconuulsum adijcite, quàm pro eorundem perfidorū excessibus complexas in vnum sententias promulgate. Etenim valdè nobis cauendum, ne tot antiquorum Canonum regulæ, quæ pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatæ, nos illorum [b] culpæ obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorundem Canonum constrictio dissoluta pertranseat: præsertim si legis illius, quod absit, serenitatis nostræ in [c] tempore illa claræ fidei institutio cesset, vbi diuæ memoriæ domnus, atq; præcessor noster Sisebutus Rex, omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicunq; Regum mancipium Christianum Iudæo seruire, vel famulari permiserit. Post hæc [d] illud vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri præceptio, promulgata lege sanciuit: vt omnis aut in expeditione exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit inreuocabiliter carens. Cuius seueritatis institutio, dum per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam ferè partem populi ignobilitati perpetuæ subiugauit. Ita, vt quia in quibusdam villulis, vel territorijs, siue vicis peste huius infamationis habitatores ipsorū locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habeant licētiam, veritatis ex toto videatur interisse censura: sicq; gemino malo terra adteritur, dum & infami plebium notatur elogio, & reperiendæ veritatis destituitur adiumento. Vnde licet eandem legē nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat, vestræ tamen paternitatis sentētia hos, qui per illam titulum dignita-

Matth. 18.

[a] Leges quoq; quæ. C.A.

[b] Culpis. C.A.

[c] Temporibus alter Toletanus.

Conc. Tol. 4. c. 65.

[d] Illud quoq; C. A.

dignitatis amiſerant, reueſtiri iterum claro priſtinæ generoſitatis teſtimonio deuotiſsimè optat: qualiter nec noſtra gloria miniſterium crudelitati adhibeat, nec tam ſæua præceptio terram, ſub diutino infamationis iugulo premat. Nam & hoc generaliter obſecro, vt quidquid in noſtræ [a] Eccleſiæ legibus abſurdum; quidquid iuſtitiæ videtur eſſe contrarium, vnanimitatis veſtræ iudicio corrigatur. De cæteris autem cauſis, atque negocijs, quæ nouella competunt inſtitutione [b] formari, euidentium ſententiarum titulis [c] exaranda conſcribite: vt quia præſto ſunt religioſi prouinciarum rectores, & clariſsimorum ordinum totius Hiſpaniæ duces, promulgationis veſtræ ſententias coram poſiti prænoſcentes, eò illas in commiſſas ſibi terrarum latitudines inoffenſibili exerant iudiciorum inſtantia, quò præſentialiter adſiſtentes perſpicua oris veſtri conceperunt inſtituta. Omnes tamen in commune conuenio; & vos Patres ſanctiſsimos, & vos illuſtres aulæ Regiæ viros, quos intereſſe huic ſancto Concilio delegit noſtra ſublimitas, per diuini nominis adteſtationem & terribilē cunctis futuri iudicij diem: quia ſine perſonarum acceptione aliqua, vel fauore, ſine aliquo quoque aut malignæ contentionis ſcrupulo, aut ſubuertendæ veritatis ſtudio, quæq; ſe veſtris ſenſibus audienda ingeſſerint, ſana verborum examinatione diſcutite: ſaniori quoque iudicio comprobate: vt conlatarum habita priùs deliberatione cauſarum, diſcreta veſtri ordinis condatur probitas titulorum: qualiter cum vos amor æquitatis in negociorum acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoque iuſtorum operum connectat Deo perenniter ſociandos: vt bonorum veſtrorum actibus lætabundus, & pręſentis vitę capiam lucrum & æternarum perfruar vobiſcum gaudijs manſionū. Datum ſub die. v. Idus Ianuarias, anno feliciter primo Regni [d] ſerenitatis noſtræ, in Dei nomine tranquillitatis noſtræ ſedis Toleto. Item ſubſcriptio prædicti Principis, manu ſua exarata.

[a] Gloriæ. C. A.
[b] Firmari. C. A.
[c] Execranda. C. A.
[d] Serenitatis noſtræ & tranquillitatis noſtræ, in Dei nomine Toleto. C. A.

I. De agnita, & confirmata prælectione faſtigij Principalis.

In nomine glorioſi domini noſtri Eruigij Regis, [e] primi diei Synodali exordio conſidentibus Epiſcopis, atque ſenioribus

[e] Primo die Synodalis exordij. Exc.

bus Palatij vniuersis, habita primùm est de sancta Trinitate collatio: non quæ nouello [a] exarationis stylo definita patesceret, sed quæ [b] nobis simplicioribus se se pigris sensibus patefacta monstraret: vbi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret: credentes pariter, & docentes de eadem sanctæ fidei puritate, quidquid Euangelica, & Apostolica traditio sancit; quidquid Synodus Nicæna constituit; quidquid Constantinopolitana Patrum aggregata collectio promulgauit; quidquid Ephesini cœtus [c] definitio docuit; quidquid etiam Chalcedonensis Concilij promulgatio definiuit; sicut multorum aliorũ Patrum documentis id sacramentum expositum, traditumq; nobis accepimus; sicut etiam in Missarum solennijs, patulis confessionum vocibus proclamamus:

[a] Exactionis. Exc.
[b] Verbis. Exc.
[c] Defin. diei docuit Exc.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli, & terræ; [d] visibilium, & inuisibilium conditorem: & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum; ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo; lumen ex lumine; Deum verum, ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto; ex Maria virgine homo factus: passus sub Pontio Pilato, & sepultus tertia die resurrexit: ascendit in cœlos: sedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum Dominum, "&" viuificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre & [e] Filio adorandum, & glorificandum: qui loquutus est per Prophetas: "in" vnam catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma, in remissionẽ peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

[d] Visib. omnium, & C.A.
"" Deest C.A.
[e] Filium. Exc.
"" Deest Exc.

Post pacifica igitur huius sanctæ fidei collationum studia, illa se primùm nostris sensibus salutaris cognitio agnoscendam inuexit, quæ tanto corda omnium ardore charitatis adstringit, quanto [f] se per eamdem ipsa cognitio in conuentu generalis Concilij prænoscendam exhibuit. Etenim sub qua [g] parte, vel ordine serenissimus Eruigius, Princeps regni, conscen-

[f] Se eadem ipsa. C.A.
[g] Pace. Exc.

conſcenderit culmen, regnandiq; per ſacroſanctam vnctionem ſuſceperit poteſtatem, oſtenſa nos ſcripturarum euidentia edocet:in quibus & præcedentis Vvambæ Principis pœnitentiæ ſuſceptio noſcitur,& tranſlatus regni honor in huius noſtri Principis nomine deriuatur. Idem enim Vvamba dum ineuitabilis neceſsitudinis tenetur euentu,ſuſcepto religionis debito cultu, & venerabili tonſuræ ſacræ ſignaculo, mox per ſcripturam definitionis ſuæ,hunc inclytum dominum noſtrum Eruigium,poſt ſe prælegit regnaturum,& Sacerdotali benedictione vngendum.[a] Vidimus, intuitu prælucente perſpeximus huius præmiſsi ordinis ſcripturas, id eſt, notitiam manu ſeniorum palatij roboratam, coram quibus antecedens Princeps, & religionis cultum, & tonſuræ ſacræ adeptus eſt venerabile ſignum: ſcripturam quoque definitionis ab eodem editam, vbi glorioſum dominum noſtrum Eruigium poſt ſe fieri regem exoptat: aliam quoque informationem iam dicti viri, in nomine honorabilis & ſanctiſsimi fratris Iuliani Toletanæ ſedis Epiſcopi:vbi eum ſeparauit pariter, & inſtruxit: vt ſub omni diligentiæ ordine iam dictum dominum noſtrum Eruigium in regno vngere deberet; & ſub omni diligentia, vnctionis ipſius celebritas fieret.[b] In qua ſcriptura,& ſubſcriptio nobis eiuſdem Vvambæ Principis claruit, & omnis euidentia confirmationis earumdem ſcripturarum ſeſe manifeſtè mõſtrauit. Quibus omnibus approbatis,atq; perlectis,dignum ſatis noſtro cœtui viſum eſt,vt prædictis definitionibus ſcripturarũ noſtrorum omnium confirmatio apponatur; vt[c] quia ante tempora in occultis "Dei" iudicijs præſcitus eſt regnaturus, nũc manifeſto in tempore generaliter omnium Sacerdotum habeatur definitionibus conſecratus. Et ideò ſoluta manus populi,ab omni vinculo iuramenti,quæ prædicto viro Vvãbæ,dum regnum adhuc teneret,alligata[d] permanſit,hunc ſolum sereniſsimum Eruigium Principem[e] obſequenda grato ſeruitij famulatu ſequatur &[f] libera, quem & diuinum iudicium in regno prælegit, & deceſſor Princeps ſucceſſorẽ ſibi inſtituit;& quod ſupereſt,quem totius populi amabilitas exquiſiuit.Vnde his præcognitis,atque pręſcitis,ſeruiendum eſt ſub Deo cœli prædicto Principi noſtro Eruigio Regi,cũ pia deuotione: obſequẽdum etiam promptiſsima voluntate; agendum,& enitendum,quidquid eius ſaluti proficiat; quid-

Ddd quid

[a] Vidim.enim & pariter parulo alternæ viſionis intuitu prælucente perſpex. C.A.

[b] In quibus ſcripturis.C.A.

[c] Qui Exc.

" Deeſt Exc.

[d] Eſt hũc ſolum qui permanſit ſereniſsimum.

[e] Obſequutura. Exc.

[f] Libero.C.A.

quid genti, vel vtilitatibus patriæ suæ consuluerit. Vnde non erit iam deinceps, aut ab anathematis sententia alienus, aut à diuinæ animaduersionis vltione securus, quisquis supernè contra salutem deinceps, aut erexerit vocem, aut commouerit cædem, aut quamcunq; exquisierit lædendi [a] occasionem.

[a] Vltionem. Exc.

II. De his, qui pœnitentiam non sentientes accipiunt.

Plerumque hi, quibus miseratio Domini, etiam nolentibus subuenit, beneficijs Dei videntur esse ingrati, & abuti gratia largitoris, qua benè vsi poterant consequi abolitionem facinoris: impugnant sæpe quod honorare debuerant, & profanis quæstibus indultæ gratiæ munus à se reijciunt, cum summis votis amplecti debuerant. Etenim multos sæpe conspeximus, & in salute positos, vltimum desiderantes pœnitentiæ fructum, & rursus nimietate ægritudinis, ita loquendi, & sentiendi perdidisse naturale officium, vt nulla illis cura salutis suæ videretur inesse; nullo etiam pristinæ deuotionis noscerentur desiderio anhelare: quorum tamen casibus fraternitas condolens, [b] ita talium necessitates in fide sua susceperit, vt vltimum illis tribuatur viaticum: quòd scilicet sine fructu pœnitentiæ non videantur transire seculo; si forsitan respiciente Deo saluti pristinæ reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppositionibus execrandis, qualiter à se tonsuræ venerabile signum expellant, atque habitum religionis abijciant; impudentissimè asserentes, ideò se nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam, nec ipsi petierint, nec scientes acceperint. Quorum impudentia procax, & obstinata procacitas, nequaquam talia diceret, si qualiter ad vitam per sacrosancti lauacri gratiam venerit meminisset. Etenim paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ [c] nulli per ætatem discernendi, vel expetendi sensui aptior iudicatur, nisi sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Vnde sicut baptismum, quod nescientibus paruulis, sine vlla contentione in fide tantùm proximorum accipitur: ita & pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, absque vlla [d] repugnantia inuiolabiliter hi, qui illud exceperint, obseruabunt. Si quis autem [e] quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc Synodale violauerit

[b] Si. C. A.

Ita decretũ Concil. Tol. 11. c. 11. vbi de hac ipsa re nonnihil annotauimus.

Hæc eadem ferè sunt in Concil. Tol. 8. c. 7.

[c] Nullo. C. A.

[d] Impugnantia violationis. Exc.

[e] Quilibet. C. A.

violauerit institutum, vt verè transgressor, paternis regulis ferietur. Neque enim ista instituentes Sacerdotes quosque, vt passim & licenter donum pœnitentiæ non [a] petentibus audeant prorogare, absoluimus; sed hos, qui qualibet sorte pœnitentiam susceperint, ne vlterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdos tamen, qui non sentienti, neque [b] petenti, ausu temerario pœnitentiam dederit; neque se exhortatu eius, qui pœnitentiam accipit, manuum indicijs, vel quibuslibet alijs euidentibus significationibus inuitatum fuisse probauerit, vnius anni excommunicationis sententiæ subiacebit.

[a] Pœnitentibus. Exc.
[b] Pœnitenti. Exc.

III. De culpatorum receptione vel communione apud Ecclesiam.

Vidimus quosdam & fleuimus ex numero culpatorum receptos in gratiam Principum, extorres extitisse à collegio Sacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo se [c] solui licentiùs curat, ibi alios [d] alligat; & quos in suam communionem videtur suscipere, à communione & pace Ecclesiæ eligit separare: vt qui cum illo conuescunt, sola Sacerdotum communione priuentur. Et ideò quia remissio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones Canonum antiquorum, in potestate solum regia ponitur, cui & peccasse noscuntur, [e] adeò nulla se deinceps [ee] à talibus [ee] abstinebit Sacerdotum cōmunio. Sed quos Regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam Sacerdotum, & populorum conuentus suscipere in Ecclesiasticam communionem debebit: vt quod iam principalis pietas habet acceptum, neque à Sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

[c] Volui. M.ff.
[d] Illigat. M.ff.
[e] Ab eis null. Exc.
[ee] Desunt Exc.

IIII. Vt in locis vbi Episcopus non fuit, [f] nusquam Episcopus ordinetur.

[f] Numquam. C.A.

Iuo. p. 5 c. 144. Burc. lib. 5. c. 31.

Maiorum institutionibus contraire, & sanctorum Patrum decreta conuellere, quid aliud est, quàm vinculum societatis Christi abrumpere, & vsurpatæ [g] præsumptionis licentia statum totius Ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili & sanctissimo viro fratre nostro Stephano Emeritensis

[g] Præceptionis. Iuo & Burch.

sedis Episcopo, res nobis nouellæ præsumptionis vsurpatione sese intulit [a] pertractanda; tanto communionis nostræ iudicio euellenda, quanto & priuatis noscitur ausibus perpetrata. Dixit enim violentia Principali se impulsum fuisse, vt in monasterio villulæ "Aquis," in qua venerabile corpus sanctissimi [b] Pimenij cõfessoris debito quiescit honore, nouam Episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideò quia indiscreto & facillimo assensu, [c] iniustis Vvambæ Principis iussionibus parens, nouam, & iniustam illic Pontificalis sedis [d] prælectionẽ induxerit, vbi Canonica institutio id fieri omnimoda ratione refellit, prędictus idem vir prostratus humo, [e] medicamine nostri præcepti, & sibi dari veniam petijt, & quid potissimum oporteret fieri de persona eius, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia decernendum poposcit. Sed quia veraciter imò communiter noueramus prædictum Principem consilio leuitatis agentem, non solùm præcepisse, vt in prædicto loco [f] Aquis Episcopus fieret, sed etiam ita [g] eũ consuetis obstinationibus definisse, vt hic in suburbio Toletano in Ecclesia Prætoriensi sanctorum Petri, & Pauli, Episcopum ordinaret: necnon & in alijs vicis, vel villulis similiter faceret; ideò pro tam insolenti huiusmodi [h] disturbationis licentia, quid de hac re haberent Canonum instituta perlecta sunt: in primis [i] ex epistola Pauli, vbi Tito discipulo, vt Episcopos per ciuitates constituere debeat, præcepit: item ex Cõcilio Nicæno titulo octauo, vbi inter cætera præcipitur, vt in ciuitate non videantur duo Episcopi esse: item ex Concilio Laodiceno, titulo [k] LVII. vbi dicit: Nõ oportet in vicis, & villulis Episcopos ordinari, &c. item ex Concilio Africæ secũdo, titulo. V. [l] vbi dicit, vt diœcesis, quæ Episcopum nũquam habuit, non habeat. Felix Episcopus Silensitanus dixit: Etiam si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, vt diœceses, quæ nunquã Episcopos habuerunt, non habeant: vel illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosecutionem, sanctitatis vestræ est æstimare, quid fieri debeat. [m] Genedius Episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris, & Coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus cõfirmetur. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet. Item ex Concilio Africę [n] tertio [o] titulo XLII. vbi dicitur, vt non accipiat alium Episcopum plebs, quæ in diœcesi semper subiacuit. Epigonius enim Episcopus inter cætera sic dixit: Hoc dico non debere rectorem

Erat Pimenius Dumiẽsis monasterij Abbas, et Episcopus, qui subscribit in. 6. Toletano.

Ad Titum 1

16. ſ Concilij Sardicensis capitula illi addantur vt in quibusdam exemplaribus sit habetur nũc cap. 6. Dist. 80. Nõ oportere & Concil. Carthag. c. 5.

Mulier Concilys. [16. q. 1.]

a Conuellenda. Iuo. perpetratam. C. A.
" Deest in Exc. Iuo. & Burc.
b Punenij Burch. Pigmenij & Pinenij. Iuo.
c Aliàs inlustris.
d Perlectionem Burch. prælationẽ. Iuo.
e Prædicamine C. A
f Aliquis. Exc. Burc. & Iuo.
g Cum. Exc.
h Extirpationis. Iuo. & Burch.
i Exempla Paul. Burch.
k LVI. C. A.
l Vbi Felix Episcopus Silensis dixit. Exc.
m Geneeletus Burc. Geneclius M. C. A.
n Quarto. C. A.
o Capite. C. A.

rectorem accipere eam plebem, quæ in diœcesi semper subiacuit, nec vnquam proprium Episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cœtui placet, hoc, quod [a] prosequutus sum, confirmetur. Aurelius Episcopus dixit: Fratris, & consacerdotis nostri prosequutioni non obsisto; sed hoc me & fecisse, & facturum esse profiteor. Item ex Concilio [b] Sardicensi, vbi inter cætera præcipitur: Licentia danda passim non est. Si enim subitò, aut vicus aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus Presbyter, voluerit sibi Episcopum ordinari, ad hoc vt vilescat nomen Episcopi, & auctoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati facere [c] Episcopum. Item de sententia eorum, qui huiusmodi ordinationes faciunt, vel de his, qui contra hæc instituta Canonum ordinantur, ex Concilio Tauritano titulo secundo, vbi dixit: Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetē disciplinam, quod circa Octauium, Vrsionem, Remigium, [d] Attrefoerium Episcopos Synodus sancta decreuit: qui in [e] vsurpationem quandam de ordinatione Sacerdotum ad inuidiam vocabantur. Quod eatenùs his videtur indultum, vt de cætero hac auctoritate commoniti nihil vsurpare conētur; [f] siquidē ea se ab hac causa excusatione defenderint, qua dicerent prius se non esse conuentos. Proinde iudicauit [g] Synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra instituta maiorum, sciat is, qui ordinatus fuerit, Sacerdotij se honore priuandum: & ille qui ordinauerit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in Concilijs minimè retenturum. Non solum autem circa memoratos Episcopos hæc sententia præualebit, sed etiam circa omnes, qui simili errore decepti huiusmodi ordinationes perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis effectum pij operis adponentes, [h] id communi definitione elegimus, vt in [i] locum villulæ supradictæ " Aquis" deinceps sedes Episcopalis non maneat, neque Episcopus illic vltra constituendus existat. Hic tamen [k] Cuniuldus, qui contra maiorum decreta illic videtur institutus fuisse Episcopus, nullis Canonum erit ad condemnationem sui, sententijs [l] vlciscendus; quia non ambitione, sed Principis impulsione illic constitit ordinatus. Et ideò hoc illi remedium humanitatis concedimus, vt in [m] sede alia decedentis cuiuslibet Episcopi transducatur, & prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non Episcopali vltra pri-

[a] Prefatus. Iuo. Burch.

[b] Sard. capitulo sexto vbi Exc.

[c] Episcopum quibus antea nō fuit. Burch. & Iuo.

[d] As Triferium. Exc.

[e] Vsurpatione quadam Burch. in quo aliàs legitur, qui in vsurpationis quadam deordinatione.

[f] Siquidem se ab hac causa tali excusatione. Exc. Burch. & Iuo.

[g] Synod. sancta. Iuo.

[h] In. Iuo. Burch.

[i] Loco. Exc.

" Deest Exc.

K Conuildus. Iuo. Coniuldus. Burc.

[l] Vkiscēdum M.S.

[m] Sedem aliam. Exc. & Iuo.

uilegio fretus, ſed ſub Abbatis regimine, ſicut hucuſque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Iam verò de cætero generale [a] ponentes edictum; ſi quis contra hæc Apoſtolica iuſſa; ſi quis contra hæc Canonum interdicta venire conauerit; vt in locis illis Epiſcopum eligat fieri, vbi Epiſcopus nũquã [b] fuit, ſit in conſpectu omnipotentis Dei anathema: & inſuper tam ordinans, quàm ordinatus gradum ſui [c] ordinis perdat: quia non ſolum antiquorum Patrum decreta, ſed & Apoſtolica auſus eſt conuellere inſtituta.

[a] Ponamus Exc.

[b] Fuit, anathema in conſ. omnip. Dei incurrat. Burch. & Iuo.

[c] Honoris. Iuo.

V. *De quorumdam conſuetudine Sacerdotum fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificijs non communicant.*

De conſecr. diſt. 2 Relatum eſt nobis. Iuo. p. 2. c. 114.

Relatum nobis eſt, quoſdam de Sacerdotibus, non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in vno die [d] videantur Deo offerre: ſed in vno die, ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus [f] à communicando ſuſpendunt, & in ſola tantum extremi ſacrificij oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi non ſit totiens [g] reus illius veri, & ſingularis ſacrificij, quotiens participator corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe deſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit: Nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris? " Si ergo qui edunt hoſtias participes ſunt altaris, " certum eſt, quod hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt [h] Dominici ſacramẽti. Quicunque ergo Sacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter [i] priuabit gratia communionis, anno vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans [k] participaſſe cognoſcitur? Ergo hoc modis omnibus eſt tenendum, vt quotieſcumque ſacrificans, corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri in altario immolat, toties [l] perceptioni corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.

1. Cor. 10.

[d] Videntur offerre. Iuo. & Exc.

[e] Plura per ſe. Exc. Iuo.

[f] A communione ſuſpendant. Exc. Iuo. Grat.

[g] Illi verò & ſingulari ſacrificio participandũ quotiens corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Exc. Iuo. & Grat.

" Deſunt Iuo. Grat. & Exc.

[h] Dominicis ſacramẽtis. Exc. & C. A.

[i] Priuauit. Iuo. & Grat.

[k] Particeps eſſe. Grat. & Iuo.

[l] Perceptionis. Exc. Grat.

VI. *De conceſſa Toletano Pontifici generalis Synodi poteſtate: vt Epiſcopi alterius prouinciæ cum conniuentia Principum in vrbe Regia ordinentur.*

Illud quoque [m] collationi mutuæ decernẽdum nobis occurrit, quod in quibuſdam ciuitatibus decedentibus Epiſcopis proprijs,

[m] Collatione mutua. Exc.

proprijs, dũ differtur diu ordinatio ſucceſſoris, non minima creatur & officiorum diuinorum offenſio," & Eccleſiaſticarum rerum [a] noſcitur perditio." Nam dum longè lateque diffuſo tractu terrarum, [b] commeantium impeditur celeritas nunciorum; quo aut non queat Regis auditibus decedentis Preſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis Epiſcopi libera Principis electio præſtolari, naſcitur ſemper, & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & Regiæ poteſtati, dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis Pontificibus ſuſtinet, iniurioſa neceſsitas. Vnde placuit omnibus Pontificibus [c] Hiſpaniæ, vt ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoſcũque Regalis poteſtas elegerit, & iam dicti Toletani Epiſcopi iudicio dignos eſſe probauerit, in quibuslibet prouincijs, in præcedentium ſedibus preficere Preſules, & decedentibus Epiſcopus eligere ſucceſſores. Ita tamen, vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus, infra trium menſium ſpatium proprij Metropolitani preſentiam viſurus accedat: qualiter eius auctoritate, vel diſciplina inſtructus, condignè ſuſceptæ ſedis gubernacula teneat. Quod ſi per deſidiam, aut [d] neglectum, quilibet conſtituti temporis metas exceſſerit, quibus Metropolitani ſui nequeat obtutibus præſentari, excommunicatum ſe per omnia nouerit: excepto ſi Regia iuſsione impeditum ſe eſſe probauerit. Hanc quoq; definitionis formulam, ſicut de Epiſcopis, ita & de cæteris Eccleſiarum rectoribus placuit obſeruandam.

Diſt. 63. Cũ longè lateq;

" De ſunt Exc.
[a] F. Naſcitur.
[b] Commeatur. Exc.
[c] Hiſp. atq; Galliciæ. Exc. C.A. & Grat.
[d] Neglectu quolibet C.A.

VII. De recepto teſtimonio perſonarum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt.

Omnis diſciplina ſic ſubiectos debet arguere, vt ſpem veniæ non videatur auferre; nec funditus curuationis inducere iugum, ſed temperantiæ ſemper adhibere conſultum. Et ideò quia legem illam à domino Vvambane Principe editam, quæ de [e] progreſsione eſt" exercitus" annotata, huius Principis noſtri & domini Eruigij mãſuetudo temperare diſpoſuit, ideò annuente nobis glorioſo, & religioſiſsimo Eruigio Principe noſtro, neceſſarium hoc ſanctum Concilium definiuit, vt hi, qui [f] ſuper prædictam legem, teſtificandi dignitatem perdiderant, recepto teſtimonio priſtinæ dignitatis, cauſas exequi

Lib. 9. legũ Vviſegothorũ, ti. 1. l. 8.

[e] Proditione. Exc.
" Deeſt Exc.
[f] Per ſupradict. leg. Exc.

poſſent debitæ actionis;qualiter nobilitatis ſolitæ titulum re portãtes,& quæq; de prɛteritis legitimè teſtificare voluerint, licentiæ obtineant votum, & à iudicibus nullis prohibitionibus arceantur: hoc videlicet adijcientes,vt ſi quid in præteritis teſtificarevoluerũt;ſi pro ſola rei infamatione reiecti ſunt, teſtimonio ſuo nuper conquirant,quod in præteritis conqui rere poterant:tantum ſi illo tempore,quo in præteritis ad teſtimonium dicendum vocati ſunt,& ſupradictæ legis inſtitu tionibus reprobati,aut aliam criminis notam eos tunc non ha buiſſe patuerit, aut [a] tricennium tum effluxiſſe, cum ad teſtimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobauerant manifeſtè conuicerint.

[a] Triennium. Exc.

VIII. De his,qui vxores ſuas diuortio intercedente, relinquunt.

Matth.5.& 19.32.q.5. Præceptum Domini eſt. Ino p.8.c.329.

Præceptum Domini eſt, vt excepta cauſa fornicationis,vxor à viro dimitti non debeat. Et ideò quicunq; citra culpam criminis prædicti,vxorem ſuam quacunq; occaſione [b] reliquerit; quia [c] quos Deus [d] iungit, ille ſeparare diſpoſuit, tam diu ab Eccleſiaſtica communicatione priuatus, & à cœtu omniũ Chriſtianorum maneat alienus, [f] quàm diu, & ad ſocietatem relictæ coniugis redeat, & partem ſui corporis,honeſta lege coniugij ſinceriter amplectatur,& foueat.Hi tamen,qui iam admoniti à Sacerdote ſemel, & bis, terq; vt corrigantur, [g] ad tori ſui coniugij noluerunt redire conſortium, ipſi ſe ſuis meritis, & à Palatinæ dignitatis officio ſeparabunt,& inſuper generoſæ dignitatis teſtimonium,quàm diu in culpa fuerint,amiſſuri ſunt;quia carnem ſuam diſcidij iugulo tradiderunt.

[b] Dimiſerit. Exc.
[c] Quod.Exc.
[d] iunxit.Exc.
[e] Cõmunione priu. Exc.Grat.& C.A.
[f] Quam diu ſocietatem relictæ coniug amplectatur ſynceriter & foueat. Itaq; qui iam &c.Exc. & Grat.
[g] Ad earum ſuæ cõiugis nol.C.A. ſic ferè Gratian.& Exc.niſi quod pro caſũ habeant torũ.

IX. De confirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ [h] ſunt.

De Iudæorum autem execranda perfidia,diſcretis titulorum ſententijs editas nouiter à glorioſo Principe leges vigilanti ſenſuum intentione perlegimus; [i] diſcreto etiam grauitatis pondere earum inſtituta probauimus: & quia debitæ rationis iudicio editæ, Synodali [k] indagatione probatæ ſunt,irreuocabili deinceps iudiciorum ordine, pro eorum exceſsibus tenebuntur: id eſt [l] leges de commemoratione priſcarum legum,

Habētur omnes hæ leges lib.legum Vviſegotho-rũ,tit.12.3.

[h] Sunt, iuxta earundem legum præfixum ordinem titulorum,qui in eodẽ Canone numerantur.C.A.
[i] Diſtricto.Exc.
[k] Dignatione. Exc.
[l] Leg.quę de comm. priſcar. cærimoniarum , & Iudæorum tranſgr. Exc.

legum, quæ in Iudæorũ transgresſionibus promulgatæ sunt, atque de nouella confirmatione [a] earum. Item ne Iudæi, aut ſe, aut ſuos filios, vel famulos à [b] baptiſmo ſubtrahant. Item ne Iudæi more ſuo celebrent paſcha, vel carnis circuncisiones exerceant, ac ne Christianum quemquam fide Christi [c] dimoneant. Item ne Iudæi Sabbata, cæteraſque feſtiuitates ritus ſui celebrare præſumant. Item vt omnis Iudæus diebus Dominicis, & in prænotatis diebus ab opere ceſſet. Item ne Iudæi more ſuo diiudicent eſcas. Item ne Iudæi ex propinquitate ſui ſanguinis connubia ducant. Item ne Iudæi religioni noſtræ inſultãtes, ſectam ſuam defendere audeant: ac ne à fide refugientes alibi ſe tranſducant: & ne quilibet [d] refugientes alibi ſuſcipiat. Item ne Christianus à Iudæo quodcunque munus, contra fidem Christi accipiat. Item ne Iudæi libros illos legere audeant, quos Christiana fides repudiat. Item ne Iudæis mancipia deſeruiant, vel adhæreant Christiana. Item ſi Iudæus Christianum eſſe teſtatur, & ob hoc non velit à ſe reijcere mancipium Christianum. Item profesſio Iudæorum, [e] quando vnuſquiſque ad fidem veniens, indiculum profesſionis ſuæ conſcribere [f] debet. Item conditiones Iudæorum, "ad" quas iurare debeant hi, qui ex eis, ad fidem venientes, profeſsiones ſuas dederint. Item de Christianis mancipijs Iudæorum, quæ ſe non prodiderunt, Christiana, ſiue de [g] publicatoribus eorum. Item ne Iudæi, à quolibet poteſtate accepta, extra Regiam ordinationem, Christianum quemquam [h] imperare plectere, vel diſtringere audeant. Item [i] vt Iudæorum ſerui, necdum adhuc conuerſi ad Christi gratiam conuolauerint, libertati donentur. Item ne Iudæi adminiſtratorio vſu [k] ſub ordine villicorum, atque actorum Christianam familiam [l] regere audeant: & de damnis eorum, qui ijs talia ordinanda iniunxerint. Item vt Iudęus ex alijs prouincijs, vel territorijs ad regni noſtri ditionem pertinẽtibus veniens, Epiſcopo loci, vel Sacerdoti ſe pręſentare non differat: vel quid huic [m] in toto obſeruari conueniat. Item qualiter concurſus Iudæorum diebus inſtitutis ab Epiſcopo fieri debeant. Item, vt quicũq; Iudæum ſecum [n] obſequentem habuerit, expetente Sacerdote eũ apud ſe retinere nõ audeat. Item vt cura omnis diſtinguendi Iudæos, ſolis Sacerdotibus debeatur. Item de damnis Sacerdotum, vel Iudicum, qui in [o] Iudæis inſtituta legum adimplere diſtulerint.

Item

[a] Ear. Item de blaſphematorib. ſanctæ Trinitatis. Itẽ Exc.
[b] Baptiſmi gratia. Exc. C. A.
[c] Dimoueant eſt. L. 4.
[d] Fugientes. C. A.
[e] Quomodo. Exc.
[f] Debeat. Exc.
" Deeſt Exc.
[g] Publicatibus. C. A.
[h] Impetere. Exc.
[i] Vt ſi. Exc.
[k] In ordinem. Exc.
[l] Redigere. Exc.
[m] In Toleto. C. A.
[n] Aſſequentem. Exc.
[o] Iudicijs. Exc.

Diſt. 54. Et ſi Iudæorum ſerui.

Item ne iudices quidquam de Iudæorum excesſibus extra Sacerdotum conniuentiam iudicare præſumant. Item vt [a] Epiſcopi immunes habeantur à damnis; cum eorum Presbyteri, ea, quæ ipſi non correxerint, ad eos non remiſerunt corrigẽda. Item de reſeruata Principibus miſerendi poteſtate, in his, qui conuerſi ad fidem Chriſti veraciter fuerint. Item vt Epiſcopi omnes Iudæis ad ſe pertinentibus libellum de ſuis editum erroribus tradant; & vt profeſſiones eorum, vel conditiones in ſcriniis Eccleſiæ condant. Quarum omnium legũ promulgatio grauida, ſicut Synodali iudicio comprobata, ita generali omnium noſtrorum definitione in eorum erit deinceps exceſsibus [b] excernenda.

a Ep. tunc imm. Exc. C.A.

b Exercenda. Exc.

X. De his qui ad Eccleſiam confugium faciunt.

Pro his qui quolibet metu, vel terrore Eccleſiam appetunt, cõſentiente pariter, & iubente glorioſiſsimo domino noſtro Eruigio Rege, hoc ſanctum Concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcunq; nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui Eccleſiam petunt, per omnia licitum in triginta [c] paſsibus ab Eccleſiæ ianuis progredi: in quibus triginta paſsibus, vniuſcuiuſq; Eccleſiæ, in toto circuitu reuerentia defendetur: ſic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longe ſeparatis ab Eccleſia domibus nullo modo [d] obcellentur. Sed in hoc triginta paſſuum numero, abſque domorum extranearũ receptaculis, progrediendi aditum obtinebunt: [f] qualiter, & requiſitæ naturæ vſum debitis expleant locis, & nullo teneantur euentu neceſsitudinis, qui Dominicis ſe defendendos cõmiſerint clauſtris. Si quis autem hoc decretum violare tentauerit, & Eccleſiaſticæ excomunicationi ſubiaceat, & ſeueritatis Regiæ feriatur ſententia. Ipſos tamen, qui ad Eccleſiam [g] refugium fecerint, [h] iuxta priſcorum Canonum inſtituta, [i] hi qui eos [k] competunt Sacramenta reddiderint, & Sacerdos Eccleſiæ ipſius ab Eccleſiæ foribus non abſtraxerit, aut fuga talium, ſi [l] venerit, Sacerdoti quærenda eſt, aut damnorum ſententia, ſecundùm electionem Principis, huiuſmodi Sacerdotibus irroganda.

17. q. 4. De ſiniuit ſancto Ivo p. 3 c. 121. Pa. ni. lib. 4. 78.

c Paſſus. Grat.

d Abſcendant Grat. & Iuo. obcelẽtur. C.A.

e Progrediẽtes. Gra.

f Vt ad inquiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis. Grat.

g Confugium Grat.

h Si iuxt. Exc.

i His qui. C.A.

k Repetunt Grat. Iuo. & Exc.

l Euenerit. Exc.

XI. De cultoribus idolorum.

Præcepta Domini ſunt dicentis: Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, [a] nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis ea, neque coles. [b] Item: Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Domino ſoli. Item: Vir, aut mulier, qui [c] faciant malum [d] in conſpectu Domini Dei ſui, [e] & tranſgrediantur [f] pactum illius, vt vadant, & ſeruiant dijs alienis, & adorent [g] eos, ſolem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non [h] præcepi; & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe [i] repereris; & abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſsimam perpetrarunt ad portas ciuitatis "tuæ," & lapidibus obruentur. Præcepta hæc Domini non in vltione, ſed in terrore delinquentium apponentes, non mortis [k] per "hanc" ſententiam promulgamus, ſed cultores idolorum, veneratores lapidum, accenſores facularum, & [l] excolentes ſacra fontium, vel arborum admonemus, vt agnoſcant, quòd ipſi ſe ſpontaneæ morti ſubijciunt, qui diabolo ſacrificare videntur: mortis enim nomine diabolus appellatur: ſicut de eo ſcriptum eſt: Et erat illi nomen mors. Ac proinde omne ſacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud eſt contra ſanctā fidem, in quo inſipientes homines captiuati diabolicis culturis inſeruiunt, Sacerdotis, vel iudicis inſtantia [m] inuenta hæc ſacrilegia eradantur, & exterminata truncētur. Eos verò qui ad talem [n] errorem [o] concurrunt, & verberibus coërceant, & onuſtos ferro ſuis dominis tradant. Si tamen domini eorum per iuriſiurādi atteſtationem promittant, ſe eos tàm ſolicitè cuſtodire, vt vltra illis non liceat tale nefas comittere. Quod ſi domini eorum nolunt huiuſmodi reos in fide ſua ſuſcipere, tunc ab eis, à quibus coërciti ſunt, Regis conſpectibus prǽſententur: vt principalis auctoritas liberam ſe talibus donandi poteſtatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos ſibi talium ſeruorum errores vlciſci [p] diſtulerint, excōmunicationis ſententiam perferant, & iura ſerui illius, quem coërcere nolunt, ſe amiſiſſe cognoſcant. Quod ſi ingenuorum perſonæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis ſententia [q] ferientur, & arctiori exilio [r] vlciſcentur.

Marginal references: Exod. 20. — Exod. 22. — Deuter. 17. — Concil. Tol. 16. cap. 2. — Apocal. 6.

[a] Neq; horum C. A.
[b] Itemq; immolans dijs C. A.
[c] Facit. C. A.
[d] Ante conſpectum Domini. Exc.
[e] Tui. C. A.
[f] Tranſgrediuntur.
[g] Eos vel ſol. Exc.
[h] Præcepit. C. A.
[i] Reperis. Exc.
" Deeſt Exc.
[k] Per abſentiā. C. A.
" Deeſt Exc.
[l] Excultores font. ad mon. vt M. ſt.
[m] Inuentum, vt ſacrileg. Exc.
[n] Horrorem incurrunt. C. A.
[o] Accurrunt. Exc.
[p] Noluerint. Exc.
[q] Feriantur. Exc.
[r] Vlciſcantur. Exc.

XII. De

XII. De[a] interdictione temporis constituti, quo debeat Concilium celebrari.

Placuit huic[b] venerando Concilio, vt iuxta[c] priorum Canonum instituta, Episcopi singularum prouinciarum annis singulis in vnaquaq, prouincia Calendis Nouembribus Concilium celebraturi conueniant. Quisquis autem in prædictis Calendis Nouembribus pro celebratione Synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subiacebit.

XIII. Conclusio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro Principe exoratur.

Præmissis his omnibus Synodalibus gestis, quæ honesto decretorum fine compleuimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptionem adnectimus; dantes[d] in his gloriam, & honorẽ immortali Deo, & Domino nostro: quo inspirante & determinationis nostræ sentẽtia viguit, & probitas causarum honesto fine compleuit.[e] Cuius sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile[f] nomen, & gloriosam ineffabilis potentiæ maiestatem, vt det amatori Christi serenissimo domino nostro, atque amantissimo Eruigio Principi, cuius iussu ad hunc meruimus aduocari conuentum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de iustitia præmium, de pietate trophæum: quo & hic inuictus victor hostium semper appareat, & post diuturna huius[g] æui curricula, ad regnum[h] æternæ vitæ cum suis omnibus coronandus perueniat: te præstante Deo, & saluatore Iesu Christo Domino, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto vnus in Trinitate[i] viuis, & glorificaris Deus in secula seculorum. Consummatũ est hoc sanctum Concilium die octaua Calendarum Februariarum, anno feliciter primo serenissimi, atque clementissimi domini nostri Eruigij Regis, Era DCC. XVIIII.

[a] F. indictione C. A. indicto, rectè vt infra.
[b] Sancto. Exc.
[c] Priorum Episcoporum singularum prouinciarum instituta annis. Exc.
[d] Pro. Exc.
[e] Vnde. Exc.
[f] Numen. Exc.
[g] Seculi Exc.
[h] Aeternum com. Exc.
[i] Viuit & regnat. Exc. Viuit & gloriatur. C. A.

Interfuerunt huic sancto Concilio Põtifices numero triginta quinque.

1 EGo Iulianus, indignus vrbis Regiæ Toletanæ sedis Episcopus, hæc Synodica instituta à nobis edita subscripsi.

Ego

2 Ego Iulianus, Dei gratia Spalensis ecclesiæ sedis Episcopus, hæc Synodica instituta à nobis edita, subscripsi.
3 Ego Liuba, Bracarensis sedis ecclesiæ Episcopus, similiter.
4 Ego Stephanus, Emeritensis sedis Episcopus, &c.
5 Ego Asfalius, Abelensis ecclesiæ Episcopus, &c.
6 Ego Leander, ecclesiæ Illicitanæ Episcopus, similiter.
7 Ego Palmatius, ecclesiæ Vrcitanæ Episcopus, &c.
8 Ego Concordius, Palentinæ sedis Episcopus, &c.
9 Ego[a] Recilla indignus Accitanæ ecclesiæ Episcopus, &c.
10 Ego Simpronius indignus Segobriensis ecclesiæ Episcopus, &c.
11 Ego Speraindeo Italicensis sedis Episcopus, &c.
12 Ego Geta Eliplensis ecclesiæ Episcopus, &c.
13 Ego Memorius Arcauicensis Episcopus, subscripsi.
14 Ego Tructemundus Elborensis sedis Episcopus, &c.
15 Ego Isidorus Setabitanæ ecclesiæ Episcopus, &c.
16 Ego Gaudentius Valeriensis ecclesiæ Episcopus, &c.
17 Ego Deodatus Segobiensis ecclesiæ Episcopus, &c.
18 Ego Genetius Tudensis ecclesiæ Episcopus, &c.
19 Ego Froaricus Portucalensis ecclesiæ Episcopus, &c.
20 Ego Felix Iriensis ecclesiæ Episcopus.
21 Ego[b] Antonianus Bastitanæ ecclesiæ Episcopus similiter.
22 Ego Proculus Bigastrensis ecclesiæ Episcopus, &c.
23 Ego[c] Acula Cauriensis ecclesiæ Episcopus, &c.
24 Ego[d] Reparatus Vcsensis ecclesiæ Episcopus, &c.
25 Ego Prouidentius Salmanticensis ecclesiæ Episcopus, &c.
26 Ego[e] Sisebaldo, Tuccitanæ ecclesiæ sedis Episcopus, &c.
27 Ego[f] Argibudo, Eliberitanæ ecclesiæ sedis Episcopus, &c.
28 Ego Ella, Segonticnsis ecclesiæ Episcopus similiter.
29 Ego Siberitanus, Oxomensis ecclesiæ Episcopus similiter.
30 Ego Ioannes, Pacensis ecclesiæ Episcopus, &c.
31 Ego Theodulfus, Astigitanæ ecclesiæ Episcopus.
32 Ego Samuel, Malacitanæ ecclesiæ Episcopus, &c.
33 Ego Gundulfus, Lamecensis ecclesiæ Episcopus, &c.
34 Ego Eufrasius, Lucensis ecclesiæ Episcopus, &c.
35 Ego[g] Theuderacus, Asidoncnsis ecclesiæ Episcopus, &c.

Iulianus Regiæ vrbis primo loco subscribit in Tolet. CC. Vnde is Concilio præfuit, non Iulianus Spalensis.

[a] Rixila. C. A.

Sic leg. ex Concil. Tolet. 13. cap. 10.

[b] Anthonius. C. A.

[c] Acula. C. A.

[d] Aliàs Separatus.

[e] Sisebado. C. A.

[f] Argibado. C. A.

[g] Theodoracus. C. A. *Benè Isidorus Pacensis in chron. solum. 25. Episcopos interfuisse huic Concilio affirmat; malè alij qui vnum & quadraginta, & quinque Abbates, & tredecim viros illustres ex officio Palatino; cum Abbates quatuor, & viri illustres quindecim subscribant.*

Item Abbates.

VAldreudus Abbas.
Florentius Abbas.
Gratinus Abbas.
Fauſtinus Abbas.

Item Vicarij Epiſcoporum.

EGo Annibonius Presbyter, [a] agens vicem domini " & Pontificis " mei Gildemeri Epiſcopi Complutenſis eccleſiæ, ſubſcripſi.

[a] Tenens. C. A.
" Deſunt Exc.

Ego Vincentius Presbyter, agens vicem domini & Pontificis mei Felicis Epiſcopi Danienſis eccleſiæ, ſubſcripſi.
Aſturius Diaconus, agens vicem domini, & Pontificis mei Hoſpitalis Epiſcopi Valentinæ eccleſiæ, ſubſcripſi.

Item ex viris illuſtribus officij Palatini.

EGo Seſullus hæc ſtatuta, quibus interfui, annuens ſubſcripſi.
Ego Reccaredus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Vvitiſſa ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Vvimar ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Theudila ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Oſtrulphus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Salamirus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Theudefredus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Egiſeberinus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Theudulfus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Ildigiſus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Vitulus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Ella ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Adilegus ſimiliter ſubſcripſi.
Ego Atanefus ſimiliter ſubſcripſi.

EDITA LEX IN CONFIRMATIONE Concilij Toleto, ſub die octaua Calend. Februarij, anno feliciter primo gloriæ noſtræ.

IN NOMINE DOMINI, Flauius Eruigius Rex.

MAgna ſalus populi gentiſque noſtræ [a] regno conquiritur, ſi hæc Synodalium decreta geſtorum, ſicut pio deuotionis noſtræ ſtudio acta ſunt, ita inconuulſibilis noſtræ legis valido oraculo confirmentur; vt quod ſereniſsimo noſtræ celſitudinis iuſſu, à venerandis Patribus, & clariſsimis palatij noſtri ſenioribus, diſcreta titulorum exaratione eſt editum, præſentis legis huius noſtræ edicto ab æmulis defendatur. [b] Etenim hæc ipſa definitio Canonum ſub iſto [c] renotata ordine titulorum; id eſt, de agnita, & confirmata [d] prælectione faſtigij Principalis in nomine [e] noſtræ ſerenitatis. Item de his, qui pœnitentiam non ſentientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel cõmunione apud Eccleſiam. Item vt in locis vbi Epiſcopus non fuit, nunquam Epiſcopus ordinetur. Item de quorundam conſuetudine Sacerdotum fœdiſsima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificijs non communicant. Item de conceſſa Toletano Pontifici generalis Synodi poteſtate. Vt Epiſcopus alterius prouinciæ, cum conniuentia Principum, in vrbe Regia ordinetur. Item de recepto teſtimonio perſonarum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta eſt, teſtificãdi licentiam perdiderunt. Item de his, qui vxores ſuas diuortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ ſunt, iuxta earundem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eorum Canone adnumerantur. Item de his, qui ad Eccleſiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de [f] interdicto temporis conſtituti, quo [g] debuit Concilium celebrari. Item concluſio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro Principe exoratur. Quibus omnibus Synodalibus [h] geſtis, atque decretis & debitam reuerentiam honoris impendimus, & patulum auctoritatis noſtræ vigorem his innectere [i] procuramus. Ideoque præmiſſas has cõſtitutiones Synodicas à præſenti die, vel tempore,

[a] Ac regni. Exc.
[b] Eſt enim hæc ipſa. Exc.
[c] Notata. Exc.
[d] Prælatione. Exc.
[e] Sanctæ Trinitatis. Exc.
[f] Indicto. Exc.
[g] Debeat. Exc.
[h] Decretis atque per actis & deb. Exc.
[i] Properamus. Exc.

id est, ab octauo Calendas Februarij, anno primo regni nostri, nullus audeat cõtemnere; nullus etiam præterire; nemo earundem constitutionum audeat iura conuellere; nullus temerator hæc decreta [a] subuertet, nemo illicitator, vel cõtemptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas regni nostri prouincias, hæc Canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta, & auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, & irreuocabili iudiciorum exercitio, prout [b] constitutæ sunt" in omnibus regni nostri prouincijs" celebres habebuntur. Si quis autem hæc instituta contemnat, contemptorum se nouerit damnari sententia: id est, vt iuxta voluntatem nostræ gloriæ, & excommunicatus à cœtu nostro resiliat, & insuper decimam partem [c] rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, vnde prædictam compositionem persoluere possit, absq; [d] aliquo infamio sui, quinquaginta eum oportebit ictibus [e] verberari.

Edita lex in confirmatione Concilij [f] Toleto, sub die octauo Calendarum Februariarum, feliciter primo regni gloriæ nostræ.

[a] Subuertere. Exc.
[b] Constituta. Exc.
" Desunt Exc.
[c] Facultatis suæ. Exc.
[d] Alia infamia. Exc.
[e] Verb ve semper in famia permaneat. Exc.
[f] Toletani. Exc.

IN NOMINE DOMINI, FLAuius Eruigius Rex, hoc legis nostræ edictum in confirmatione huius Concilij promulgatum subscripsi.

De subscriptionibus Concilij Tolet. xij.

Multi in duodecimo Concilio Toletano Episcopi subscribunt, qui alijs interfuerunt Synodis, vt Asfalius Abilensis ecclesiæ in Emeritẽsi. Concordius Palentinæ, in vndecimo Toletano. Felix Daniensis per Procuratorẽ, in eodẽ. 11. Froaricus Portucalẽsis, in tertio Bracar. Gaudentius Valeriensis in. 11. Tolet. Genetius Tudensis, in tertio Bracar. Leander Illicitanæ, in. 11. Tolet. Palmatius Vrcitanæ, in eodem vndecimo: sicut Recilla Accitanæ. Alij verò alijs succedunt, vt Antonianus Bastitanæ, qui successit Etherio, in. 11. Tolet. Acula seu Atula Cauriensis, qui Donato in Emeritensi. Argibudo, qui Argibado Eliberitanæ, Ellæ, in. 8. Tol. Deodatus Segobriensis, qui Egicæ, in. 11. Tolet. Eufrasius Lucensis, qui Rectogeni, in. 3. Bracar. Felix Iriensis, qui Idulfo Felici, in eodẽ Bracar. Geta Eliplensis, qui Seruando, in octauo Tolet. Gundulfus Lamecensis,

Lamecensis, qui Theodisclo, in Emeritensi. Gildemirus Complutensis per Procuratorem, qui Ascisclo, in. 11. Tolet. Hospitalis Valentinæ per Procuratorem, qui Suintero in. 11. Tolet. Ioannes Pacensis, qui Deodato, in Emeritensi. Isidorus Setabitanæ, qui Athanasio, in. 11. Tolet. Iulianus vrbis Regiæ, qui Quirico, in. 11. Tol. Iulianus Spalensis, qui Fugitiuo, in. 10. Tolet. Liuba Bracarensis, qui Leodecisio Iultano, in. 3. Bracar. Prouidentius Salmanticẽsis, qui Egeredo, in. 10. Tolet. Proculus Bigastrensis, qui Ioanni, in 11. Tolet. Reparatus Vesensis, qui Vnadila, in. 8. Tolet. Samuel Malacitanæ, qui Dunila, in. 8. Tolet. Seueritanus Oxomensis, qui Godiscalco, in. 11. Tolet. Sisebaldo Tuccitanæ, qui Vincẽtio, in. 8. Tolet. Speraindeo Italicensis, qui Epartio, in. 8. Tolet. Simpronius Segobriẽsis, qui Sinduito, in. 11. Tolet. Stephanus Emeritensis, qui fuit sanctissimus & venerabilis vir, qui Proficio, in Emeritensi. Tructemundus Elborensis, qui Sozimo, in. 10. Tolet. Theodulfus Astigitanæ, qui Stephano, in. 8. Tolet. Theuderacus Assidonensis, qui Pimenio, in. 7. Tolet. In C. M. s. Regij monasterij sancti „ Laurentij, primo loco subscribit: Iulianus indignus vrbis Regiæ „ Toletanæ sedis Episcopus, hæc Synodica subscripsi. Deinde secũdo „ loco est: Ego Iulianus, Dei gratia Spalensis sedis Episcopus, hæc „ Synodica instituta à nobis edita subscripsi.

Notæ in Concilium .XII. Toletanum.

Cap. I. IN Missarum solennijs] *De symbolo recitando alta voce in Missarum solennijs, superius diximus. Nunc de Missæ nomine & huius vocis antiquitate aliquid addamus, ex sententia Patrum. Missæ nomen Latinum, non Hebræum est, vt Neoterici studiosè excogitant. Isidorus Hispal. lib. etymolog. 6. cap. 19. Alcuinus de diuinis officijs, & Remigius de offic. Missar. Missa à præmittendo, vel emittendo, vel dimittendo, dicitur. Vnde Ambrosius lib. 2. epist. 14. in Missa catechumenorum vtitur illa voce, dimissis catechumenis. Alij à gemina missione dictam existimant. Prima missio est catechumenorum, altera fidelium, quæ fieri solet peractis sacris, clamante Diacono: ITE MISSA EST; hoc est, finita & completa est oblatio. Cassianus lib. 2. instit. cap. 13. Nocturnæ Missæ meminit: quod nihil aliud est, quàm dimissio, quæ*

fiebat à Synaxi peracta & finita oratione. Et lib. 3. instit. cap. 7. sic
„ *inquit: Is verò qui in Tertia, Sexta, Nona, priusquã psalmus cœ-*
„ *ptus fuerit, ad orationem non occurrerit, vlterius oratorium intro-*
„ *re non audeat, nec semetipsum admiscere psallentibus; sed congre-*
gationis Missam, stans pro foribus, præstoletur: & alibi: Missam
vigiliarũ, pro dimißione peractis vigilijs. Vnde rectè auctor Cha-
conius Hispanus, siue alius, in notis Caßiani existimat, apud Caß-
sianum sumi Missam, pro quacumque Synaxi, siue congregatione,
quam monachi publicè orandi causa faciebant; nempè, Tertia, Sex-
ta, Nona, & alijs. Accipiebant verò nomen ab ipsa dimißione com-
„ *pleta oratione. Nam, vt Smaragdus ait, orationes, id est collecta, quæ*
„ *in fine cursus à Sacerdote dicuntur, Missa, id est Deo transmissa*
„ *dicuntur. Vnde idem Caßianus Missam, finem Synaxeos vocat,*
lib. 3. cap. 7. vt supra dictum est. Verum cum ex omnibus solennita-
tibus, sacrificijs, & oblationibus labiorum, quæ Deo in orbe terrarũ
fiunt, maxima oblatio sit sacrum Missæ, ratione veri & proprij sa-
crificij, & sanguinis Christi, in quo panis & vinum in corpus, &
sanguinem Christi transsubstantiatur, inde per excellẽtiam Mis-
sa nominatur, oblatio & sacrificium illud incruentum corporis &
sanguinis Christi, quod quotidie à Sacerdotibus peragitur: ad quod
omnia alia officia diuina, tamquã ad scopum, diriguntur. Missæq;
nomen, pro hoc sacrificio vsurpari, non est recens, sed antiquum: vt
constat ex Euaristo PP. tertio à Petro, apud Burch. lib. 3. decret.
cap. 27. Omnes basilicæ: & Alexandro PP. à Petro quarto, epist. ad
Omnes orthodoxos, & Telesphoro PP. sexto à Petro, canon. Nocte
sancta. de consec. dist. 1. Hac eadem voce vtitur Leo Magnus, epist.
88. & S. Ambrosius epist. 33. S. Augustin. sermone de tẽpore. 91.
Idem Gregorius Magnus, & Isidorus Hispalensis, & complures il-
lius seculi Patres.

C. 3. Per definitiones Canonum antiquorum] *Concilij Tolet. 4.*
Can. 75. & toto Concilio. 5. 6. & 7. cap. 1. Id enim tot Concilijs,
„ *& decretis cauetur: Nam, vt inquit Gregorius Turon. lib. 3. sum-*
„ *pserant Gothi hanc detestabilem consuetudinem, vt si quis eis de*
„ *Regibus non placuisset, gladio eum adpeterent, & quem libuisset*
„ *animo, hunc sibi statuerent Regem: & Concil. Tolet. 16. cap. 10.*
„ *dicitur. Quia iurisiurandi transgreßio valde inoleuit, & machi-*
„ *nandi contra Principes nostros consuetudo saua.*

C. 4. Ex Concilio Nicæno tit. 8.] *Habetur nunc cap. 6. de non or-*
dinandis Episcopis per vicos.

C. 4. Titul. 57.] *Idẽ habetur Concil. Carthag. 2. c. 5. & Laodic. c. 57.*

Sed

Cap. 5 Sed in vno die si plurima] *Hinc patet in more fuisse, plures vno die missas dici, aliqua vrgente necessitate. Vnde Concilio Salegunstadensi cap. 5. Item decretum esse dicitur, vt vnusquisque Presbyter in die non amplius, quàm tres missas celebrare præsumat: & Altisiodorensi cap. 10. Non licet super vno altario, in vna die duas Missas dicere. Liberum vero aliquando fuisse, vno die plures missas celebrari, tradit etiam Vualafridius Strabus, de rebus Ecclesiasticis. c. 21. vbi ad suam notitiam peruenisse grauium virorum relatu testatur, Leonem Papam sæpe septies, aut octies vno die celebrare solitum: contra vero D. Bonifacium Archiepiscopum & martyrem, semel duntaxat per diem. Necessitate vero exigente pluries fieri permissum, ex Gratian. de consec. d. 1. cap. sufficit, ex Alexandro PP. qui sic habet. Sufficit Sacerdoti vnam Missam in die vna celebrare: quia Christus semel passus est, & totũ mundum redemit. Non modica res est, vnam Missam facere; & valde felix est, qui vnam dignè celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnã faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus secularium, vna die præsumunt plures facere Missas, non æstimo euadere damnationem. Hoc Alexander. In septem casibus vno die plures dicere Missas licet: primus, die Natiuitatis, quo tres dici possunt. Can. Nocte sancta, media nocte, & diluculo, & tertia hora, & alijs, vt tradit Doctor insignis Nauarro capit. 25. Summæ, nu. 78. Idem Durandus in Rational. lib. 4. c. 1. Turrecremata in dict. can. sufficit. Sylvester in Sũma, voce Missa, Soto. 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 2. Leo primus epist. 81. ad Dioscorum addit, Sacerdotem Missam iterare posse, cum solennior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenerit, quam recipere basilica simul vnà nõ possit. Tum enim, ait Leo, sacrificij oblatio proculdubio iteratur. Idem Innocentius, cap. consuluisti, de celebratione Missarum. Hodie id fit, cum sub vna parochia, vnus Sacerdos duo habet oppida vnita. Ex alijs etiã causis idem licere, tradunt Doctores scholastici Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 4. & Paludan. in. 4. d. 15. q. 2. Vualafrid. de rebus Eccles. c. 21.*

Cap. 5 In sola tantum extremi.] *Hunc morem celebrandi sæpius in die Missæ sacrificium, & in vltimo sumendi Comunionis sanctæ gratiam, tempore Cypriani in vsu fuisse, patet ex eius epistola. 63. ad Cæcilium.*

Cap. 6 Libera Principis electio] *Studium & labor eligendi viros Episcopatibus præficiendos, penes Reges tempore Gothorum erat:*

quodusq;, Romanorum pontificum indulgentia, ad nostra tempora penes Hispaniæ Reges resedit. Constat id ex epistola Braulionis ad
„ *Isidorum, Hispalensem Episcopum: ut quia, inquit, Eusebius no-*
„ *ster Metropolitanus decessit, habeas misericordiæ curam; & hoc fi-*
„ *liolo tuo, nostro domino suggeras, ut illum illi loco præficiat; cuius*
„ *doctrinæ sanctitas cæteris sit vitæ forma. Cui Isidorus sic respondet:*
„ *de constituendo autem Episcopo Tarraconensi, non eam quam pe-*
„ *tisti, sensi sententiam Regis: sed tamen & ipse adhuc, ubi certius*
„ *conuertat animum, illi manet incertum. Et Concilio. 16. Tolet. in tomo Egicæ Regis cauetur, ut si quis Episcopus in sua diœcesi idololatriam fieri permiserit, officio suo deponatur; alio tamen Principali electione ibidem constituto, qui possit huius institutionis ordinẽ seruare. Unde constat ad Regiam curam pertinere, nominare Episcopos: quod fiebat hoc pacto. Rex de ea re nominationem referebat ad Concilium: Concilium autem inquirebat, an nominatus dignus esset eo munere, ut ad Episcopatum eueheretur: quòd si inuentus esset moribus & doctrina ornatus, statim à Concilio confirmabatur. Patet hoc etiam ex Concil. 16. Toletano in decreto iudicij ab uniuersis edito; de depositione Sisberti Præsulis Toletani, his verbis:*
» *Igitur quoniam fauẽte Domino, Cõcilium est quocitius inchoandũ,*
» *secundum praelectionem, atque auctoritatem totiens dicti nostri*
» *domini, per quam in præteritis iussit venerabilem fratrem nostrum,*
» *Felicem Spalensis sedis Episcopum, de priuata sede Toletana, iu-*
» *re debito curam ferre, nostro eum in postmodum reseruans ibi-*
» *dẽ decreto firmandum, ob id nos cum consensu Cleri ac populi, ad sæ*
» *pe dictam Toletanam sedem pertinentis, prædictum venerabilem*
» *fratrem nostrum, Felicem Episcopum, de Spalensi sede, quam vs-*
» *que hactenus rexit, in Toletenam sedem Canonicè transducimus. Confirmatus iam à communi Concilio Episcopus, cogebatur se coràm Metropolitano intra duos menses sistere; ut constat ex Concilio Tarracon. cap. 5. estque apud Gratian. distinct. 65. c. si quis in Metropol. Tota hæc potestas probandi & confirmandi Episcopos, à Rege libera electione designatos, quæ ante penes Concilium generale erat, in hoc Concilio, ob causas in Canone assignatas, in Archiepiscopum Toletanum transfertur, veluti in totius regni Primatem. Omnia autem hæc fiebant concessione Romanæ, & Apostolicæ sedis, cuius auctoritatẽ Ecclesia Hispaniæ semper maiorem in modum coluit, & obseruauit. Et habetur distinct. 63. cap. cum longè lateq;.*

Cap.7 Omnis disciplina] *Ex lege Uvambæ lib. 12. legum Uvisegothorum tit. 2. leg. 8. ubi dicitur, ut amisso testimonio dignitatis, protinus*

tinus ad vltimæ seruitutis conditionem redigatur, quisquis laicus, simul vt inimica aliqua vis aduersus gentem Gothorum ingruisset, eam non omni ope propulsare conatus fuisset.

C. 10. Qui eos competunt] *Multum huic decreto lucis infertur ex leg. Vvisegoth. lib. 9. tit. 3. de ijs, qui ad Ecclesiam cõfugiunt; & amplius ex lib. 6. tit. 4. leg. 16. qua agitur de homicida ad Ecclesiam confugiente. Verba sunt: Sed etsi contigerit, eum ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem præsumat eum absque consultu Sacerdotis persequutor eius abstrahere. Consulto tamen Sacerdote, ac reddito sacramento, ne eundem sceleratum publica mortis pœna condemnet, Sacerdos eum sua intentione ab altari repellat, & extra chorum proijciat: & sic ille, qui eum persequitur comprehẽdat: Cui ab Ecclesia eiecto non alias mortales inferat pœnas; sed in potestate parentum, & eorum, cuius propinquus occisus fuerit, contradendus est; vt excepto mortis periculo, quid de eo facere voluerint, licentiam habeant. De immunitate Ecclesiarum supra diximus.*

Lex] *Leges condere post peracta Concilia in eorum confirmationem, ab Imperatoribus Romanis Reges Gothi acceperunt; gens cum in hac re, tum in alijs plerisq; Imperij æmula.*

Confirmatũ est hoc Concilium Toletanum. 12. in Concilio Toletano. 13. cap. 9. vbi sic scriptum est: Licet vnanimi cõsensionis nostra indicio gesta Synodalia Toletani Cõcilij duodecimi acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriosi Principis Eruigij in hac vrbe Regia celebrata sunt, &c.

INCI-

INCIPIVNT GESTA Synodalia in vrbe Toletana, ſub Era DCC. XXI. Anno regni excellentiſsimi Eruigij Principis quarto.

ILlibatæ charitatis inſtinctu alternis viſionum obtutibus redditi, & in vnum cœtum [a] fautore Deo pariter aggregati, in Eccleſia videlicet ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, anno regni quarto ſereniſsimi Eruigij Principis, ſub die pridie Nonas Nouembris, Era DCC. XXI. Cum vnuſquiſque noſtrorum debitis locaretur in ſedibus, adfuit idem Princeps, pleno fidei ardore ſubnixus, & humilitatis gratia decoratus: qui Synodico cœtui deliberationis ſuæ vota commendans, & vt pro ſe Deum inſtantiſsimè deprecarentur, expoſtulans, hoc præſertim eſt adloquutus ſufficienti exhortatione Concilium, vt eccleſiaſticæ diſciplinæ quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conueniunt, tractatus noſtri euidentia ſancirentur. Deinde religioſa vota ſuæ clemētiæ, quibus ſubueniendum miſeris definiuit, Synodali conuentui confirmāda cōmiſit; offerens videlicet ſacris Pontificibus tomum; obſecrans pariter & obteſtans, vt quidquid illic venuſtioris calami reſperſione congeſtum, Synodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro ſuſcepto à Principe tomo, gloriam dedimus Deo, & eidem Principi benediximus glorioſo. Idem tamē Princeps poſtquam votorum ſuorum [b] inſinuationem peregit, à conuentu Concilij gratioſus exiuit. Tunc poſt præſentiæ Principalis abſceſſum, hoc in tomi ipſius allegatione [c] peruenimus exaratum.

[a] Auctore. Exc.

[b] Actionem. Exc.

[c] Reperimus. Exc. Sed in Conc. Tol. 13. ſub initium & 15. peruenire etiā pro inuenire poſitum. In C. S. Facundi, inuenimus.

IN NO-

IN NOMINE DOMINI, FLAVIVS Eruigius Rex sanctissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus.

ECce sanctissimi, religiosa pietate excolendi Pontifices, & diuini cultus instantissimi sectatores, corā cœtus vestri reuerētia humilis, deuotusq; prosternor, reclinis adsisto, prōptus adstipulor: primum de conuentus vestri aggregatione Patri luminum gratiarum copiam soluens; deinde votorum meorum studia, vestris iudicijs dirimenda committens. Nec enim fas est, quemquam, etiam [a] si bonum sit opus sine consilio agere: [b] cum tamen multum prosit, bona cum consilio bonorum exegisse. Vnde, vt breui exhortatione perorem vota mea, quibus remedia pietatum [c] exerceri delector, sensibus Paternitatis vestræ agnoscenda insinuo: quæ tamen, ne oblitu quodam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum ea intercapedo subducat, in huius tomi complicatione accipite [d] renotata. Illud primum volenti mihi miseris parcere conuenit intimare, quod diuulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostræ gremiū conamur reducere. Etenim retroactis diuę memorię prędecessoris nostri Vvambæ Regis temporibus, quæ in profanatoribus patriæ, cum Paulo quōdam tyrannidem assumpserant, illata sit sententia vltionum, [e] quo per iudicij vniuersalis edictum, ammisso testimonio, rebusq; proprijs caruerunt, [f] cuncta hæc vestræ sanctitudini nota sunt. Quos tamen, & in collegio societatis nostræ recipere, & rebus, quibus fas fuerit, deuouimus [g] reuestire. Nam & de accusatis modū volumus ponere iustissimæ perquisitionis: quo siue de religiosis, siue de laicis quisquam accusationis cuiusque [h] studio propulsatus, non occultis fraudibus, vel violentijs comprimatur: [i] nec ad dandam professionem violenter arceatur; sed in communi omnium examine iudicetur; quo secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex iudicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid iam de tributorum fiscalium exactionibus referam? Quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increuerunt, vt si exigi penitus iubeantur, & status [k] subruat funditus populorum, & [l] fragamine collisionis eorum vltimum terra sentiat propriæ prolapsionis excidium. Vnde his etiam

[a] Si nondū sit opus. Exc.
[b] Cum multa promisit Deus bona.
[c] Exercere. Exc.
[d] Anotata. Exc.
[e] Qui. Exc.
[f] Quæ cunct. Exc.
[g] Deuestire. Exc.
[h] Stud. fuerit prop. Exc.
[i] Nec clam. ad. Exc.
[k] Subruatur. Exc.
[l] Fragmine. Exc.

etiam talibus priuatis, seu etiam fiscalibus seruis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorũ exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus [a] relucent, vsque ad primum annum "celsitudinis nostræ," mansuetudo nostra illis omitendas laxauit, & stylo propriæ auctoritatis [b] omittendas instituit. Quas etiam [c] auctoritates sacrosancto cœtui vestro relegẽdas elegit. Illud quoque adijciens loquar, quod votis nostris horribile, & animis execrabile semper [d] est: cum nobilitate conditio libertorum, vel seruorum etiam adæquata, gentis nostræ statum degenerat. Ob quam rem, id nostræ gloriæ animis placet, vt exceptis seruis fiscalibus, vel libertis, abrasa deinceps huius malæ præsumptionis licentia, nullus, qui ex seruitute quorumlibet seruus sit, vel libertus, ad Palatina officia transeat: quod si fecerit, [e] illi seruiturum proculdubio reducendum se nouerit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportauit. His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso, vt fortia paternitatis vestræ adiutoria [f] prorogetis: luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta Pontificum, quidquid censuerit obseruandum, per sancti Spiritus donum, [g] omni maneat æternitate perfixum. Et ideò vniuersitatem Paternitatis vestræ, atque sublimium virorum nobilitatẽ, qui ex aulæ Regalis officio in hac sancta Synodo [h] nobiscum sessuri prælecti sunt, obtestor pariter, & coniuro, atque per ineffabile illud sanctissimæ Trinitatis sacramentum conuenio, vt quid in medio vestri se iudicandum, vel retractandum inuexerit; tam quæ per nos dicta, quàm etiam cætera, quæ vestris auditibus se ingesserint audienda, [i] cum omni vigore iustitiæ & temperamento misericordiæ, dirimere procuretis: quo cum omni reuerentia Patrum præcedẽtium regulis subdita totius vnanimitatis vestrę sententia non aliunde, quàm ex veritatis fonte procedat: sicq; & his quę præmissa sunt solidũ deliberationis stylũ prõptissimè apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis Ecclesiasticæ regulæ disciplinis, & dirimenda tractetis, & dirempta, [k] religiosa sub diligentia cõscribatis. Qualiter dum doctrinam [l] respergitis salutarem in populis, Christum Dominum, [m] in emolumento iustitiæ capiatis: vt & vobis prædicantibus, & nobis implentibus, quæ diuinis oculis [n] complacent, sit vtrisque partibus, & in hoc seculo delucro animarum

[a] Adiacent. Exc. " Desunt Exc.
[b] Remittendas. Exc.
[c] Auctoritas. Exc.
[d] Est nobilitatis condit.
[e] Illic Exc.
[f] Prærogetis. Exc.
[g] Omnino est ad æternitatem per. Exc.
[h] Vobiscum. Exc.
[i] Communi vig. Exc.
[k] Religiosiori dilig. Alias.
[l] Despergitis Exc.
[m] In cumulando iustitiæ fructu capiatis. Exc.
[n] Complaceant, & quæ nobis proficiât semper agere valeamus. Sit vtrisq; parentibus in hoc secul. Exc.

animarum ineffabile gaudium, & in futuro de [a] peruentione æternitatis præmium inconuulſum. Datum ſub die pridie [b] Nonas Nouembris, anno feliciter quarto regni gloriæ noſtræ, in Dei nomine, Toleto.

[a] Prouentioſe. M. ſ.
[b] Secundo. Exc.

PErlecto igitur [c] præeuntis tomi [d] neceſſario inſtitutionum exorſu, priùs de fide ſanctæ Trinitatis ſermocinationis noſtræ cœpit eſſe principium: profitentes pariter, & credentes ea, quæ de hac ſancta Trinitate, & Euangelia tradunt, & Apoſtolorum ſanctiones inſtituunt; ſicut Nicæna Synodus hoc pietatis ſacramentum expoſuit; ſicut Conſtantinopolitana definitio ſanxit; vel primi Epheſini cœtus, atq; Chalcedonenſis euidens doctrina conſtituit; iuxta quod etiã ſacroſancti Symboli elucubrata profeſsio claret, quæ in Miſſarum ſolennitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

[c] Coram cunctis tomi. Exc.
[d] Neceſſariæ inſtitutionis. Exc.

Recitatur hoc Symbolum ad verbum in officio Iſidoriano Mozarabum, & c. 1. Concil. Tol. & 8.

Symbolum Nicæni Concilij.

CRedimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ; viſibilium omnium, & inuiſibilium conditorem; & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum; ex patre natum ante omnia ſecula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natũ, non factum; homouſion Patri, id eſt, eiuſdẽ cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit; & incarnatus eſt, de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, homo factus; paſſus ſub Pontio Pilato; ſepultus, tertia die reſurrexit; aſcendit in cœlos; ſedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius Regni non erit finis. Credimus "&" in Spiritum ſanctum, Dominum, & viuificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum: qui loquutus eſt per Prophetas:" in" vnam Catholicam, atque Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum Baptiſma, in remiſsionẽ peccatorum; & expecta-

" Deeſt Exc.
" Deeſt Exc.

expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam [a] futuri seculi. Amen.

Post huius sanctæ fidei dispositam [b] structuram, quasi super solidissimam petram, cæterorum "negociorum" sequentium construximus fabricam; vt "eo" firmitate inconuulsibili durent, [c] quo super fundamentum veræ fidei fuerint constructa perenne. Vnde & [d] has in commune sententias, quas Principis hortatu construendas accepimus, communi voto edidimus, quas etiam æterno reuerentiæ vigore obseruandas fore censemus.

[a] Věturi. est in Concilio Tolet. 15.
[b] Scripturæ. Exc.
"Deest Exc.
" Deest Exc.
[c] Quæ. Exc.
[d] Has omnium in Exc.

INCIPIVNT CAPITVLA Concilij Toletani decimi tertij. XLVIII. Episcoporum, anno quarto Eruigij Principis facta.

I *De reddito testimonio dignitatis eorũ, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societate tyrannidis.*

ij *De accusatis Sacerdotibus, seu etiam optimatibus palatij, atq; Gardingis; sub qua eos iustitia cautela examinari conueniat.*

iij *De tributorum Principali relaxatione in plebe.*

iiij *De munitione prolis Regiæ.*

v *Ne defuncto Principe relictam eius coniugem aut in coniugio sibi quisquam, aut in adulterio audeat copulare.*

vj *Vt exceptis seruis vel libertis fiscalibus, nullus de seruitute quorumlibet aut libertis, deinceps ad Palatinum officium, quocumq; tempore transeat.*

vij *De his, qui pro accidentia iurgiorum, altaria nudare præsumunt, vel luminaria Ecclesiæ subtrahunt.*

viij *Ne admonente Metropolitano, quisquã ex confinitimis ad locum, vbi inuitatur, venire contemnat.*

ix *De confirmatione Concilij Toletani duodecimi, quod factum est anno primo gloriosissimi Eruigij Regis.*

x *Vtrum audeant ministrare hi, qui pœnitẽtiam accipiunt in Sacerdotio constituti.*

xj *Ne quis alienum Clericum, vel Monachum suscipiat fugientem.*

De

xiij *De non excommunicandis à proprio Episcopo personis illis, qui ad Metropolitanum suum, negocia sua gesturi accesserint.*

xiiij *De relatione gratiarum, quæ post peractionem Concilij, Deo & Principi persoluuntur.*

I. *De reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis.*

Præconabile signum est, illis semper negocijs interesse, quæ & à pietate incipiunt, & per pietatis viscera temperantur. Pietas enim, vt ait Apostolus, ad omnia vtilis est. Cuius virtutis admirabili dono cor gloriosi, atque religiosissimi Principis nostri diuino igne succensum decreuit pariter, & elegit, vt in vnum cœtum omnes Hispaniæ aggregati Pontifices, illa decernerent, quæ & grauedines pressurarum remoueant, & subleuationis opem deiectis opulenter impendant. Primo igitur negociorum exorsu, hortante pariter, & iubente religiosissimo domino nostro Eruigio Rege, decernendum nobis occurrit, vt omnes, quos scelerata quondam contra gentem, & patriam coniuratio Pauli in perfidiam traxit, & titulo testimonij honestioris [a] abiecit, ad statum dignitatis pristinæ redeant, & nulla deinceps illis ob hoc catena iudicialis obsistat; sed omnes ita generosæ stirpis, ac nobilitatis propriæ subeant decus, vt præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam, & de filijs eorum decernimus obseruandum, qui post admissum parentum præmemoratæ profanationis scelus nati esse produntur; siue de cæteris omnibus, qui ex tempore diuæ memoriæ Cinthilani Regis, simili hucusq; infamationis nota respersi sunt. Etquia incassum à seruitute exuitur, qui spolijs premitur, hoc etiam adijciendum præcelsi Principis nostri clementia iussit, vt aggregati cœtus nostri sententia definiret, quo cum recepto testimonio dignitatis, congruis alerentur substantijs. Vnde consonam votis eius sententiam præfirmantes elegimus, vt ea, quæ de rebus eorum nulli donata, neque in stipendijs data; sed tantum fisci sunt [b] viribus applicata, vnusquisque quod cuique proprium fuerit, incunctanter per auctoritates Regias possidendum

[a] Abegit vous. M.S.

[b] Iuribus M.S. alij.

recipiat, & receptum proprij arbitrij libertate diſponat. Illa verò, quæ de eorum bonis largitione Principali cuilibet donata, vel in ſtipendio data ſunt, in eorũ iure, quibus conceſſa ſunt, perpetim tenebuntur. Huius ergo pietatis ſententiam, quam, ordinante prædicto glorioſo Principe noſtro, formauimus, ſi quis immutandam elegerit, & tantæ miſericordiæ fabricam ſubruere tentauerit, per iudicium omnipotentis Dei, anathema ſit.

II. De accuſatis Sacerdotibus, ſeu etiam optimatibus Palatij, atq; Gardinguis; ſub qua eos iuſtitiæ cautela, examinari conueniet.

Secundæ collationis obiectu res noſtro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto eſt Synodalis iudicij pondere abigenda, quanto immenſam ſtragem populis affert pariter, & ruinam. Etenim decurſis retro temporibus vidimus multos, & fleuimus, ex Palatini ordinis officio cecidiſſe, quos & violenta profeſsio ab honore deiecit, & trabale Regum ſanctione iudiciũ aut morti, aut ignominię perpetuę ſubiugauit. Quod importabile malum, & impietatis facinus exhorrendum religioſi Principis noſtri animus abolere intendens, generali omnium Pontificum arbitrio retractandum inuexit, & vltrici Synodalis potentiæ auctoritate cohibendum inſtituit. Vnde congruam deuotionis eius ſententiam decernentes, hoc in commune decreuimus, vt nullus deinceps ex Palatini ordinis gradu, vel religionis ſanctæ conuentu, Regiæ ſubtilitatis aſtu, vel profanæ poteſtatis inſtinctu, ſiue quorumlibet hominum malitioſè voluntatis obnixu, citrà manifeſtum & euidens culpæ ſuæ indicium, ab honore ſui ordinis vel ſeruitio domus Regię arceatur: non antea vinculorũ nexibus illigetur: non quęſtioni ſubdatur: non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur: non rebus priuetur: non etiam carceralibus cuſtodijs mancipetur: neq; adhibitis hinc inde iniuſtis occaſionibus, abdicetur, per quod illi violentia occulta, vel fraudulenta profeſsio extrahatur: ſed is, qui accuſatur, gradũ ordinis ſui tenens, & nihil ante de ſupradictorũ capitulorum nobilitate perſentiens, in publica Sacerdotũ, ſeniorum, atq; etiam Gardingorũ diſcuſſione reductus, & iuſtiſsimè perquiſitus; aut obnoxius reatui detectæ

De Gardingis habes in tractatu de officiis palatinis Gothorum.

detectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen, quos in locis talibus manere constiterit, vnde nocibilis perfugij suspicio sit, aut eos, quos pro cōturbatione terræ diligentiùs oporteat custodiri, hos sine aliquo vinculorum, vel iniuriæ damno, sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen repulso omni terrore, sub circunspecta & diligenti custodia habeantur, vt tempus, quo iudicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab vxoribus, vel propinquis, atq; etiam rebus suis diutissimè separati professionem suam videantur dedisse inuiti: quæ tamen, si data fuerit, modis omnibus non valebit: sed iuxta superiorem ordinem, illud *tamen pro vero accipietur, quod ex ore eius agnitum generali fuerit iudicio comprobatum. Nam de cæterorum ingenuorum personis, qui Palatinis officijs nō hæserunt, & tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo seruabitur: qui, etiamsi pro culpis minimis (vt assolet) flagellorum ictibus à Principe verberentur, non tamē ex hoc, aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis priuabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quicquā eis obijcitur, simili, vt superius præmissum est, ordine iudicandi sunt. Quod Synodale decretum diuino, vt confidimus, spiritu promulgatum, si quis Regum deinceps, aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiosè præterire prælegerit; quo quisquā de personis taxatis aliter, quàm præmissum est, prædamnetur, aut astu congestæ malitiæ perimatur, vel deiectus sui ordinis loco priuetur, sit cum omnibus, qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris, & vnigeniti Filij eius, atque Spiritus sancti perenni anathemate vltus, & diuinis, vel æternis addicetur ardoribus concremandus. Et insuper quidquid cōtra hanc regulā sententiæ nostræ, aut in persona cuiuscunq; fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit iudicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quàm decernimus iudicata, aut testimonij sui dignitatem amittat, aut quęstu rei propriæ careat. Nec enim hec, & talia promētes Principibus domesticæ correctionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adstrinxit, sed aut seruitij sui officio torpentes, aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces, vel potius negligentes, erit Principi licitum huiusmodi personas,

*Scribe tantum, vt alibi. Nam hæc sæpe in Gothicis MSS confunduntur.

Hæc vox infra etiam vsurpatur.

absq; aliquo eorum "infamio, vel rei propriæ damno, & seruitij mutatione corrigere, & in commissos talium, alios, qui placeant transmutare.

III. De tributorum Principali relaxatione in plebe.

Tertij ordinis gloriosæ insinuationis occursu liberalitas Principalis longè, lateq; diffusa, nostro se inuexit cœtui agnoscenda: quæ, sicut ex puro fonte Regiæ prouisionis processit, ita Synodalis conuentus debet sanctione præstringi. Et ideò religiosi Principis nostri Eruigij Regis affectus in toto gentis suæ ambitu, vsquequaq; porrectus de virtute in virtutem quodammodo gradiens, & quasi quibusdā passibus ad meliora conscēdens, hoc per stylū Regiæ auctoritatis decreuit, vt omne tributum præteritorum annorum, vsque in anno primo regni sui, quod in priuatis, siue in fiscalibus populis relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari: & tamen de ipsis tributis præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta, & non illata fuisse constiterint. Quod pietatis beneficium admirantes, non solùm vigorem gloriæ definitioni eius apponimus, sed & perpetuæ excommunicationi eum, qui contra hæc venerit, subijciendum esse sancimus.

IIII. De munitione prolis Regiæ.

2. Dies concilij.

Pridianæ diei exercitia gloriosa, quibus per trium Capitulorum adnotationem pietas Principalis se monstrauit eximia, cogunt cœtus nostri reuerentiam aliquid promulgare, [a] quo valeat & pietati regiæ vicē beneficentiæ reddere, & Principali soboli ad futurum prodesse. Prouidentia enim salutaris semper est vtilis; imò semper est vtile, quod ad veram pertineat salutē. Et ideò piæ solicitudinis cura extenti, defensionis decretum promulgare prelegimus in regiam prolem; & tuitionis in futurum obtendere pietatem, qui paternis beneficijs nequiuimus reddere vicem. De hoc sanè Principe nostro Eruigio Rege id nos definisse conueniat, cuius prouida fide pacato imperio regimur, affectu fouemur, premijs fruimur: qui profanatoribus perditum libertatis decus restituit: qui de accusatis modum, quo iustissimè examinentur decreuit: qui terram gentis propriæ, & illæsam ab hoste seruauit, & multiplici

[a] Quod in alio M.C.

tiplici tributorum relaxatione erexit. Et ideò, qui tot erga gentis suæ populos eius beneficia persentimus, dignum est, vt saltim eius filijs fortia tuitionis ad futurũ adminicula prorogemus. Contestamur ergo omnes præsentes, & absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes Sacerdotes, vel Principes, seu cuiuscũq; honoris, aut ordinis homines coram Deo, & sanctis Angelis eius, vt nullus ad futurum posteritati eius, vel gloriosæ coniugis suæ Liubigotoni Reginæ, atq; his, qui gloriæ suæ filijs, vel filiabus couiuncti esse noscuntur, seu etiam, qui adhuc coniuncti non sunt, sed protinus coniungendi sunt, iniustas lædendi occasiones exquirat: nullus occultè, vel publicè, per quæ abdicentur, malitię suæ contra eos vota extendat: nõ eos gladio, vel qualibet perniciosa factione interimat: nullus consiliũ, vel opus, quibus iniustè deijciantur, vel nudentur rebus, exhibeat: nullus his iniustè violentum tonsuræ signaculum imprimat: nullus vestem, contra ordinem gloriosæ coniugis eius, vel filiabus suis, atque nuris mutare præsumat: nullus etiam extra euidentis culpæ indicium, aut exilijs eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarunlibet detruncationum, vel flagellorum inferat detrimenta: quo cum præmemoratis omnibus, omnis eius in tota ad futurum gloriosa posteritas, nec læsionis iniustam perferat notam, nec rerum sentiat detrimenta. Si quis autem hominum; cuiuslibet sit ordinis, aut honoris, huic nostræ sententiæ non acquiescens filios, filiasue gloriæ suę, vnà cum serenissima coniuge sua Liubigotone Regina, vel supradictis omnibus amodò, vel quãdoq; sine iusto partis suæ negocio, aut lædendos impetierit, aut deijciendos elegerit; vel ex propria deliberatione consenserit, quo, aut de rebus sibi debitis iniustè expoliati nudentur, aut dolo, vel machinamento quolibet deijciantur, sit æterno anathemate vltus, & futuri examinis iudicio condemnatus.

V. Ne defuncto Principe, relictam eius coniugem, aut in coniugiò sibi quisq;, aut in adulterio audeat copulare.

Sic supra habitum, & libellũ, pro habitus, & libellus.

Execrabile facinus, & adsuetę admodum iniquitatis est opus, defunctis Regibus superstitis eius coniugis regale torum appetere, & horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim Christianorum æquanimiter ferat defuncti Regis coniugem alieño postmodum connubio vti? aut sequuturi Prin-

cipis libidini ſubiugari? Et quæ fuit domina gentis ſit poſt modũ proſtibulum fœditatis? Et quæ toris extitit regalibus honoris Regiĳ ſublimitate coniuncta, ſtupris eorum, vel coniugiĳs, quibus pridẽ dominata eſt, abdicetur vt reproba? Quid ergo ſi moriuntur Principes, nunquid inhonorandas relinquunt ſui corporis partes? aut quia ad gaudia cœleſtia Chriſtiani tranſeunt Reges, propterea ad contumeliam in ſeculo eorum deuocandæ ſunt coniuges? Nuſquam ergo inhonorum eſſe oportet, quod honorandum conuenit opportunè haberi. Nulli ergo licebit ſuperſtitem Reginam ſibi in cõiugio ducere, non ſordidis contactibus maculare. Non hoc ſecuturis Regibus licitum, non cuiquam hominũm licebit eſſe permiſſum. Quòd ſi facere tale aliquid quiſquam præſumpſerit, quo aut ſuperſtitem Reginam, poſt decedẽtis Principis mortem, ſibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet; ſiue ſit Rex, ſiue quilibet hominum, qui huius noſtræ ſanctionis ſententiam violare præſumpſerit, ſit ab omni Chriſtianorum cõmunione ſecluſus, & ſulphureis cũ diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicunq; igitur huius conſtitutionis noſtrę præſumpſerit conuellere, vel abradere ſanctionem, ſit nomen eius abraſum, & deletũ de libro vitæ; vt tartareas iudiciĳ pœnas excipiat, qui hæc decreta honeſtatis deuouerit violanda.

VI. Vt exceptis ſeruis, vel libertis Fiſcalibus, nullus de ſeruitute quorumlibet deinceps aut libertis, ad Palatinum officium quocumque tempore tranſeat.

Sæpe obfuſcat nobilium genus ſuberectum ſeruitutis importabile dedecus; quod & generoſos adæquatum infamat, & dominis plerunq; notam proditionis importat. Multos enim ex ſeruis vel libertis, plurimum ex Regio iuſſu nouimus ad Palatinum fuiſſe pertractos officium; qui tamen affectare cupientes ſublimitatem honoris, quam illis ſubtrahebat natio obfuſcatæ originis; dum æquales dominis per ſuſceptũ Palatinum officium facti ſunt, in necem dominorũ ſuorum vehementius graſſauerunt. Et, quod nefas eſt dicere, etiam hi, qui à dominis ſuis libertatis beneficio potiuntur, ipſi quoq; dominis ſuis, Regio iuſſu tortores exiſtunt. Nam quid iam ſi prȩcedentium, & antiquorum hiſtorica narratione memoremus

Idem ſæpe à Romani Imperatoribus factum conſtat.

mus excidia, in qua obſcœna ſeruitutis cõditio dominorum ſepe ſuorum caſum operiens, & regnum pariter labefactare fecit, & dominos? Ac proinde hortante pariter, ac iubente prædicto glorioſiſsimo Principe, hoc noſtri cœtus aggregatio obſeruandum inſtituit, vt exceptis ſeruis, vel libertis fiſcalibus, nullus ſeruorum, atque etiam libertorum quorumlibet, deinceps ad Palatinum quandoque tranſire permittatur officium: nec etiam locorum fiſcalium, atque etiam proprietatis Regiæ adminiculatores, vel actores fieri quolibet tempore admittantur: ſed conditionis ſuæ vſum deinceps vnuſquiſq; ſeruorum, vel libertorum veraciter reminiſcens, ita ſibi ab ordine Palatino extorris proficiat, vt dominis ſuis, vel vel dominorum ſuorum poſteritati nec noceat, nec æqualis exiſtat. Quod ſi deinceps, quoruncunq; ſit, libertus, ſeu etiam ſeruus, vel omnis eorum adfutura progenies, qui poſt huius ſanctionis noſtrę ſententiam ad officia premiſſa accedat, illic quolibet tempore, aut ſeruiturus, aut obſequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut ſeruitutis originem duxit, aut libertatis decus ſubire promeruit.

VII. De his qui, pro accidentia iurgiorum, altaria nudare præſumunt, vel luminaria Eccleſiæ ſubſtrahunt.

Hierem. c. 8. vide not.

Vę his, qui faciunt opus Domini fraudulenter, & deſidioſè, Propheticus ſermo annunciat. Et ſi illi væ incurrunt, qui negligenter opus Domini faciunt, quod ſupplicium merebuntur, qui diuinę ſeruitutis cultum, malitia intercedente ab altaribus Chriſti ſubducunt? Illos dicimus, qui obſtinatę mentis doloſitate confuſi, cum aliqua eos moleſtia fraternorum iurgiorum pupugerit, inſana ilico temeritate abrepti, altaria nudantes, ſacratis veſtibus exuunt, luminaria ſubtrahunt, ac diuinorum ſacrificiorum cultum, malitia intercedente ſubducunt. Et quod in hominibus ſe vindicare non poſſunt, iniuriã Deo (quod peius eſt) inferunt. Vnde ſi huiuſmodi, pro fraterno odio homicidæ reatu adſtringitur, pro contemptu diuino quid pœnę merebitur? Etenim iuxta quod diuinus ſermo increpat: Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi quis autem peccauerit in Deum, quis pro eo rogaturus eſt? Facilè ergo talium Sacerdotum exceſsibus illa Domini ſententia coaptabitur, qua malitia percutitur Sacerdotum.

Alluſio eſt ad illũ Ioannis locum epiſtola. 1. c. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.

1. Reg. 2. Si autem in Dominũ peccauerit. eſt in c. 2. 1. Reg.

Dicit

1. Reg. 2. | 16. q. 5. Quicunq; Sacerdos.

Dicit enim: Honorificantes me honorificabo; qui autem cōtemnunt me, erunt ignobiles. Quicunq; ergo Sacerdotū, vel ministrorum, deinceps causa cuiuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum, vel vestibus sacratis exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste [a] accingi; seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcunq; lugubritatis in templo Dei induxerit, atq; (quod peius est) occasionem nutrierit, vnde de templis Domini aut officia consueta desint, aut oblatio singularis sacrificij videatur in aliquo defraudari; si eum antea verę pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgauerit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, iuxta superiorem sententiam Domini, & loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari. Illis proculdubio personis ab hac vltionis sententia separatis, quę aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem sanctæ fidei metuētes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferentes, seu etiam diuinorum iudiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quàm interni laboris dolositas declaratur.

[a] Accinxerint. Grat.

VIII. Ne admonente Metropolitano, quisquam ex confinitimis ad locum vbi inuitatur, venire contemnat.

Matth. 5. | Ad Hebræos cap. 13.

Si generaliter obediendū omni fratri in tātum à Christo pręcipitur si angariati fuerimus passibus mille, vt non solum obedientiæ vota paremus, sed etiam gemino id charitatis officio peragamus, iā quomodo obediēdum est pręeminēti? Quibus Apostolus ita obedire præcepit, ne de inobediētia fratris videantur vllomodo contristari. Accedit enim multoties, vt causa salutis alicuius, vel collationis necessariæ, euocati à Principe, vel Metropolitano confinitimi Sacerdotes, venire differāt, & diuersis excusationibus agant, quibus implere quæ iubentur omittant: hac de re nascitur & difficultas ordinibus, & cōtemptus maioribus. Et ideò si quis Episcoporum à Principe, vel Metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, siue pro festiuitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, & Natiuitate Domini celebrandis, siue pro causarum negocijs, seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis; excepta

Vnde Idacius Briuionensis venit Toletum, pro celebrandos Paschate Resurrectionis, vt testatur Iulianus Toletan. Præsul, in prognosticis Prognostici.

excepta ineuitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad cōstitutum diem venire distulerit, contemptorum se nouerit excōmunicatione multari; si tamen exceptis suprà taxatis capitulis, aut fluminū, aut aërum procellosa immensitas, ad præfinitum diem, aditum ei subduxerit properandi: quod tamen & hoc ipsum conuinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam & illi ex Pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negociorum, admoniti à Metropolitano, distulerint emendare, atq; compescere: aut si admoniti, vt ad iudicium primæ sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

IX. De confirmatione Concilij Toletani duodecimi, quod factum est anno primo gloriosissimi Eruigij Regis.

Licet vnanimi consensionis nostræ iudicio gesta Synodalia Toletani Concilij duodecimi acta sunt, atq; disposita, quæ anno primo gloriosi Principis Eruigij in hac vrbe Regia celebrata sunt, nunc tamen, iterato inconuulsibilis nostræ definitionis assensu, ea ipsa gesta, prout gesta sunt vel cōscripta, omni temporum æternitate valitura decernimus, & omnimodæ soliditatis vigore firmamus, iuxta ordinem capitulorum, qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur; id est: De agnita, & confirmata prælectione fastigij Principalis in nomine gloriosi dn̄i nostri Eruigij Regis. Item de his, qui pœnitentiam nō scientes accipiunt. Item de culpatorū receptione, vel communione apud Ecclesiam. Item, vt in locis, vbi Episcopus non fuit, [a] nunquam Episcopus ordinetur. Item de quorundam consuetudine Sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se sacrificijs non communicāt. Item de concessa Toletano Pontifici generalis Synodi potestate: vt Episcopi alterius prouinciæ, cum conniuentia Principum, in vrbe Regia ordinentur. Item de recepto testimonio personarum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta est testificādi licentiam perdiderunt. Item de his, qui vxores suas, diuortio intercedente, relinquunt. Item de cōfirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ sunt, iuxta earundem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem Canone adnumerantur. Item de his, qui ad Ecclesiam confugium faciunt.

[a] Nusquā est in. 12. Concil. Tolet.

faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de interdicto tẽporis constituti, quo debeat Concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro Principe exoratur; statuentes videlicet, vt qui contra supra dictorum capitulorum decreta venire præsumpserit, & Ecclesiasticæ excõmunicationis sententia feriatur, & ad legem gloriosi Principis, quæ in confirmatione eiusdem Concilij facta est, teneatur obnoxius.

X. Vtrum audeant ministrare hi, qui pœnitentiam accipiunt in Sacerdotio constituti.

Tertia dies Concily. Tertij diei necessario collationis euentu, visum nobis est antiquorum Patrum indagare de pœnitentum regulis institutum. Etenim digno nobis venerandus honore sanctissimus frater noster Gaudẽtius, Valeriensis sedis Episcopus, per Vicarium personæ suæ ad Concilium destinatum, congressus est nostri reuerentiam cœtus; insinuans sacrosancto Synodali conuentui, quod incommodæ valitudinis nimietate præuentus, per manus impositionem, subactus fuisset pœnitentiæ legibus. Sed vtrùm accepta pœnitentia, liceret sibi præcepta sui ordinis contrectare mysteria, vel Missarum solita explere officia, per Synodalia institutionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis in vnum de huiusmodi Canonicis instrumentis, hoc sancta Synodus definiuit, vt reconciliatione præmissa, soliti ordinis retentet officia. Si enim regulę prę cedentium Patrum, eos qui pœnitentiam in discrimine mortis accipiunt, & nulla de se manifesta scelera confitentur, (si adsit tamen in his, & talibus probitas morum) ad Ecclesiasticos gradus peruenire permittunt, quanto magis, vt hi, qui in ipso Sacerdotio constituti pœnitentiam accipiunt, à Vide notas. sui ordinis officio retrahantur? tantum si se ipsi mortalium criminũ professione propria non notarunt. Cum enim omnis Sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando à malis actibus vacat, qua ratione, qui pœnitentiæ remedium suscipit, quod datur in remissionem peccati, à sacrificijs diuinis se abigit? Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, vt peccatum diluat, & peccati sordes hominem iterare non sinat. Qui ergo confidit per susceptam pœnitentiam dimissa sibi peccata, cur confidenter ad altare Domini non accedat? vel cur

ordinis

ordinis ſui non audeat retentare officia, cum hoc alteri non liceat, niſi ei, qui ſe à peccatis abſtineat? Etenim cum pœnitentiam accipimus, ad ſimilitudinem conditoris nos reformare conamur. Reformatio igitur ipſa medicamentum eſt, quo delentur piacula. Si enim medicamentum iſtud aſſumitur rectè, creatori ſuo anima reformatur, rectè etiam ſacrificandi Deo cultus aſſumitur; quia in eo ſimilitudo conditoris agnoſcitur: ſi autem pœnitentiæ medicamentum ſubtrahitur, quod in remiſsionē peccatorū accipitur, ad ſimilitudinē factoris vſpiam non venitur. Etenim pœnitentia (vt dictum eſt) in remedium peccati accipitur; Sacerdotium verò propter munditiam retentatur: vt hoc Sacerdotis & vita, ita fructu bonorum operum floreat, quo & in ſe delicti paſsiones extinguat, & prædicamento ſuo in aliјs peccati regnum potentialiter deſtruat. Huic igitur taliter, vt præmiſimus Sacerdoti viuenti, quid oberit, ſi poſt acceptas pœnitentiæ leges, diuinis altaribus propoſitionis offerat panes? Aut nunquid pœnitentiæ donum, quod in remedium fit peccati, in prohitione deuocandum eſt ſacramenti? Nuſquam ergo pœnitentiæ præcepta priuabunt iura cœleſtia. Pœnitens enim abſtinere à peccatis pariter, & negociorum ſecularium tumultibus debet, non ab iјs, quæ ſancta videntur & ſumma, ſe abſtrahere; quæ operātem plùs expiant, quàm commaculando deturpant. Scriptum eſt enim: Sacerdos ad hominem mortuum non accedat; id eſt, mortalium criminum ſe implicatione nō polluat. Non enim dicit Deus, vt Sacerdos ad ſacra quæq; nō auderet accedere, de quibus præceperat, vt nullo modo Sacerdos de ſanctis exiret; ſed vt mortis opera non auderet cōtingere. Ergo abigenda ſunt ab omni Sacerdote, quæ maculant; exercenda, quæ mundant. His ergo rationabili ſanctione præmiſsis, hoc ſancta Synodus definiuit, vt ſtante priſcorum Canonum ſanctione, quicunq; Pontificum, vel Sacerdotum, deinceps per manus impoſitionem pœnitentiæ donum exceperint, nec ſe mortalium criminum profeſsione notauerint, tenorem retentandi regiminis non omittant: ſed per Metropolitanum, reconciliatione, pœnitentium more ſuſcepta, ſolita compleant ordinis ſui officia vel cætera myſteriorum ſibi credita ſacramenta. Hoc tantùm eſt obſeruandum, vt ſi aut ante acceptionem pœnitentiæ adiudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis; aut ſi in ipſa perceptione

Leuit. 21. vbi legitur ad omnem mort. Sic interpretatur hunc locum Hiſichius in Liuitic. c. 21.

pœnitentiæ reconciliatus implicatum se dixerit mortalibus factis; iuxta æstimationẽ Metropolitani abstinere huiusmodi oportet à præmissis officijs. Cæterum, si (vt dictum est) sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit; attamẽ quod fateri hominibus erubescit, abscõsum intra claustra sui pectoris delitescit; nouerit ipse sibi de se potestatem esse concessam, vt iuxta conscientiæ suæ fiduciam, vtrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potiùs arbitrij potestate, quàm ex nostri iudicij permissione procedat.

XI. Ne quis alienum Clericum, vel Monachum suscipiat fugientem.

Multæ super hoc capitulum Patrum præcedentium sententiæ manauerunt, quod multiplici prohibitione sancitum est, vt alterius Clericum nemo solicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam, aut obcelare, aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate, & refrigescẽte charitate, nec honestas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum est, vt quos impunis admonitio non emendat, euidens sententia damnationis coërceat. Placuit ergo, vt nullus alienũ Presbyterum, Abbatem, ministrum, Subdiaconũ, vel quemlibet Clericum, seu etiam Monachum fugientem, vagumq; suscipiat, non ad fugã suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat; non occasiones, quibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat: nam horum omnium casibus non solùm turpatur honestas, sed frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas. Etenim si dicat quis simplici animo alterius Clericum suscepisse, nec nosse eum fugitiuum existere, tunc euidens innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum, quem suscepit, & infra octo dies iuxta legum sanctionem iudici præsentauerit, & infra tempus legibus constitutum, illûc fugitiuum reduxerit, vnde per fugã vagabundus exiuit. Quicunq; ergo ex pontificibus, seu Sacerdotibus, vel ministris, cæterisq; religiosis huius institutionis nostræ violauerit sanctionem; si huiusmodi susceptor Episcopus est, & eum, quem suscepit, cum his, quæ habere potuit, & ei, à quo euagatus est, sine dilatione restituet; & insuper, vt verè sacrilegus, & transgressor institutionis Paternæ, tanto tempore excommunica-

Matth. 24.

municatum,& remotum se à suis officijs nouerit esse, quãto eum, qui fugit, sub sua potestate contigerit remorasse. Si autem huius constitutionis nostræ præuaricator Presbyter, Diaconus, vel quilibet ex religiosis videatur haberi, reddito eo, cum rebus sibi debitis, quẽ suscepit, ipse solus apud eum anno integro, sub pœnitentiæ censura deputatũs tenebitur, cuius fugitiuum suscepisse mõstratur. Quicunq; tamen talibus humanitatẽ impendunt, eadem, & simili censura legum exquirendos, & obstringendos se nouerint, qua susceptores fugitiuorũ legũ sanctione præmonentur adstringi. Illi autẽ, qui prædecessorũ suorũ id actum esse temeritate cõtendũnt, tunc immunes ab huius vltionis sententia habebuntur, si à tempore ordinationis suæ, infra duorum mensium spatium, eius, qui apud se est, & latebram publicauerint, & personam domino fugitiui reduxerint. His sanè, qui de cõfinitimis Episcopis, cæterisq; Ecclesiarum rectoribus ad Metropolitanum suum pro causarũ suarũ necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugij datur, ita hi, qui eos susceperint, damnari, vtpotè receptores fugitiuorum non poterunt: præsertim si & publicè illos apud se habeant, & eos, cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conuenturos admoneant.

Legib. Visigot. libro. 9. tit. 6. integre.

XII. De non excommunicandis à proprio Episcopo personis illis, qui ad Metropolitanum suum negocia sua suggesturi accesserint.

Quicunq; ex Clericis, vel Monachis causam cõtra proprium Episcopũ habens, ad Metropolitanũ suum causaturus accesserit, non ante debet à proprio Episcopo excõmunicationis sententia prædamnari, quã per iudicium Metropolitani sui, vtrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quòd si ante iudicium quis Episcoporũ in talium personas excõmunicationis sententiam præmiserit, illis penitus, quos ligauerint, absolutis, in se illã nouerit retorqueri "sentẽtiam". Quod etiam, & inter Metropolitanos conuenit obseruari; si prægrauatus quis à Metropolitano proprio, ad alterius prouinciæ Metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit: aut si inauditus à duobus Metropolitanis, ad Regios auditus negocia sua perlaturus accesserit; & ob hoc excommunicationis iugulum à proprio Episcopo illi videatur infigi, hoc tantũ est obseruandum; vt si prius vnum-

" Deest in altero Tolet. M.S.

 quemq;

quemq; excommunicationẽ contigerit suscepisse, antequam à proprio Episcopo ad alium pertransiret, tamdiu excommunicatus apud eum, cuius iudicium petijt, habeatur, quamdiu excommunicatoris sui obiectibus, vtrum iustè, an iniustè alligatus sit, agnoscatur.

XIII. De relatione gratiarum, quæ post peractionem Concilij, Deo, & Principi persoluuntur.

His ergo Synodicis institutis subscriptionis nostræ robur [a] apponimus, & sub tenore diuino, perenni, ea, quæ decreuimus, memoriæ consecramus: dantes immortali Deo nostro gloriam pariter, & honorem, cuius inspiratione agũtur omnia, quæ salubriter exercentur. Inuictissimo quoq;, atq; religiosissimo Principi Eruigio Regi, multiplicem gratiarum exhibitione persoluimus, cuius clementissimo iussu in vnum cœtũ aggregandi conuenimus. Sit illi pax optabilis, & beata: ducat quoque tempora procursu longioris æui felicia; & post imperialia terreni regni sceptra coronandus perueniat ad cœlestia regna; præstante Iesu Christo Domino Deo, & Saluatore nostro, qui cum Deo Patre, & sancto Spiritu vnus in Trinitate viuit, & gloriatur Deus, in secula seculorum. Amen.

[a] Alias apposuimus.

Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero XLVIII. Id est:

1 EGo Iulianus, indignus sanctæ Ecclesiæ Toletanæ Metropolitanus Episcopus, instituta à nobis definita subscripsi.
2 Liuba Bracarensis Metropolitanus Episcopus.
3 Stephanus Emeritensis Metropolitanus Episcopus.
4 Floresindus Spalensis Metropolitanus Episcopus.
5 Leander Illicitanæ sedis Episcopus.
6 Palmatius Vrcitanus Episcopus.
7 Concordius Palentinæ sedis Episcopus.
8 [b] Mumulus Cordubensis Episcopus.
9 Antonianus Bastitanus Episcopus.
10 Theuderacius Asidonensis Episcopus.
11 Stercorius Aucensis Episcopus.

[b] Alias Mummolus.

Geta

12 Geta Eliplensis Episcopus.
13 [a] Monosonsus Egitaniensis Episcopus.
14 Froaricus Portucalensis Episcopus.
15 Gregorius [b] Oretanus Episcopus.
16 Agricius Complutensis Episcopus.
17 Proculus Bigastrensis Episcopus.
18 Miro Conimbriensis Episcopus.
19 [c] Crescitarus Biterrenensis Episcopus.
20 Cicilius Dertosanus Episcopus.
21 Ella Segontiensis Episcopus.
22 Sonna Oxomensis Episcopus.
23 Simpronius Arcauicensis Episcopus.
24 Reparatus Vesensis Episcopus.
25 Cuniuldus Italicensis Episcopus.
26 Hilarius Auriensis Episcopus.
27 Gundulfus Lamecensis Episcopus.
28 Felix Iriensis Episcopus.
29 Atula Cauriensis Episcopus.
30 Bellitus Oslonobensis Episcopus.
31 Eufrasius Lucensis Episcopus.
32 Ioannes Pacensis Episcopus.
33 Oppa Tudensis Episcopus.
34 Asturius Setabitanus Episcopus.
35 Deodatus Segobiensis Episcopus.
36 Tructemundus Elborensis Episcopus.
37 Sisebaldo Tuccitanus Episcopus.
38 Vincentius Magalonensis Episcopus.
39 [d] Vnigirus Abelensis Episcopus.
40 Theodulfus Astigitanus Episcopus.
41 Gratinus Egabrensis Episcopus.
42 Sarmata Valentinus Episcopus.
43 Brandila Laniobrensis Episcopus.
44 Holemundus Salmanticensis Episcopus.
45 Florus Mentesanus Episcopus.
46 Olipa Segobriensis Episcopus.
47 [e] Eusendus Ilerdensis Episcopus.
48 Ara Olysipponensis.

[a] Alias Monefonsus.

[b] Alias Oretanæ sedis Episcopus.

[c] Alias Cresciturus.

Supra in 12 Atila, & Damila hic Atula, & forte idem.

[d] Alias vnigiris Abelensis.

[e] Alias Euredus.

Item Abbates.

1 ABſalius Abbas.
2 Fauſtinus Abbas.
3 Gerontius Abbas.
4 [a] Gaſtorius Abbas.
5 Siſebertus Abbas.
6 Felix Archipresbyter.
7 Viſandus Archidiaconus.
8 Vincentius Primiclerius.

[a] Alias Caſtorius.

Item Vicarij Epiſcoporum.

1 PAcatus [b] Abbas, agens vicem Suniefredi Epiſcopi Narbonenſis.
2 [c] Spaſandus Archidiaconus, agens vicẽ Cypriani Epiſcopi Tarraconenſis.
3 Laulfus Diaconus, agens vicem Idalij Epiſcopi Barcinonenſis.
4 Giſibertus Diaconus, agens vicem Anſemundi Epiſcopi [d] Lotoebenſis.
5 Freidebadus Abbas, agens vicem Valderedi Epiſcopi Cæſarauguſtani.
6 Veremundus Abbas, agens vicem Clari Epiſcopi Elenenſis.
7 Gratinus Presbyter, agens vicem Argebadoni Epiſcopi Eliberitani.
8 Samuel Presbyter, agens vicem Ioannis Epiſcopi Egarenſis.
9 Seſuldus, agens vicem Felicis Epiſcopi Dianienſis.
10 Citruninus Abbas, agens vicem Stephani Epiſcopi Carcaſſenſis.
11 Audericus Presbyter, agens vicem Eufraſij Epiſcopi Calagurritanenſis.
12 Audericus Presbyter, agẽs vicẽ Rogati Epiſcopi Beatienſis.
13 Dexter Diaconus, agens vicẽ Primi Epiſcopi Agathenſis.
14 Vnicomalus Diaconus, agens vicem Atilani Epiſcopi Pampilonenſis.
15 Andebertus Abbas, agens vicẽ [f] Gadiſcaldi Epiſcopi Oſcenſ.
16 Leopardus Abbas, agens vicem Potentini Epiſcopi Vticenſ.
17 Tuentius Presbyter, agens vicem Riccilani Epiſcopi Accitanenſis.

[b] Alias Indignus Abbas.
[c] Alias Iſpaſandus.
[d] Alias de Totela.
[e] Alias Gratianus Presbyter Ioãnis Egarenſis Epiſcopi. Et mox. Siſuldus Abbas Stephani Carcaſſenſis Epiſcopi: ita, vt duo Epiſcopi omittantur.
[f] Alias Gadiſcli.

[a] Floren-

18 [a] Florentius, agens vicem Leuberici Epiſcopi Vrgelitanēſis.

19 Vincentius Abbas, agens vicem Gaudentij Epiſcopi Valerienſis.

20 Segarius Abbas, agens vicem Gundilani Epiſcopi Impuritani.

21 Stabilius Abbas, agens vicem Auſterij Epiſcopi Tyraſſonēſis.

22 Baromellus Diaconus, agens vicem Auſterij Epiſcopi Tyraſſonenſis.

23 Calumnioſus Diaconus, agens vicem Samuelis Epiſcopi Mãlacitani.

24 [b] Ciexa Presbyter, agens vicem Vuiſefredi Epiſcopi Auſonenſis.

25 Ioannes Abbas, agens vicem Reginci Epiſcopi Aucenſis.

26 Leopardus Abbas, agens vicem Aurelij Epiſcopi Aſturicenſis.

27 Habitus Diaconus, agens vicem Potentini Epiſcopi Verecenſis.

[a] Aliàs Florentinus Presbyter Leuberici Vrgellatani Epiſcopi.

Iſta & reliquæ ſubſcriptiones in multis M. ſ. deſunt.

[b] Forte Cixila.

Item ex viris illuſtribus officij Palatini.

OStrulfus Comes hæc inſtituta, vbi interfui, annuens ſubſcripſi.
Vbadamirus Comes Scanciarum, & Dux, ſimiliter.
Reccaredus Comes Scanciarum, & Dux, ſimiliter.
Argemirus Comes cubiculi, & Dux, ſimiliter.
Egica Comes Scanciarum, & Dux, ſimiliter.
Iſidorus Comes Theſaurorum, ſimiliter.
Siſebutus Comes Scanciarum, & Dux, ſimiliter.
Valdericus Comes ciuitatis Toletanæ, ſimiliter.
Vitulus Comes patrimonij, ſimiliter.
Cixila Comes Notariorum, ſimiliter.
Suniefredus Comes Scanciarum, & Dux, ſimiliter.
Giſclamundus Comes ſtabuli, ſimiliter.
Guiliangus Spatarius, & Comes, ſimiliter.
Altericus Spatarius, & Comes, ſimiliter.
Adeliabus Comes Scanciarum, ſimiliter.
Theudila procer, ſimiliter.
Salamirus Comes Scanciarum, ſimiliter.

Ataulfus, Comes Cubiculariorum, similiter.
Nilacus, Spatarius, & Comes, similiter.
Seuerinus, Comes Spatariorum, similiter.
Trasericus, Spatarius, & Comes, similiter.
Audemundus, Procer, similiter.
Sisimirus, Spatarius, Comes, & Dux, similiter.
Trasimirus, Procer, similiter.
Terresarius, Comes Spatarius, similiter.
Recaulfus, Procer, similiter.

IN NOMINE DOMINI, Flauius Rex omnibus priuatis, siue fiscalibus populis.

MAgnum pietatis est præmium, quo remouentur grauedines pressurarum: quia illud semper ante Dei oculos perfectæ miserationis sacrificiũ approbatur, quo fit releuatio miserorum: ex hoc saluatio inducitur terræ, per quod pressuræ subuenitur humanæ. Iudicium est quippè salutare in populis, quando sic commissa reguntur, vt nec incauta exactio populos grauet, nec indiscreta remissio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostræ gloriæ misericordiæ beneficijs condienda sunt; vt parcente nobis Deo, ipsi quoq; populis parcere videamur. Votiuum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium deliberare præoptans, in nomine diuino omnibus populis regni nostri, tam priuatis, quàm etiam fiscalibus seruis, viris, seu etiam fœminis, sub tributali exactione in prouinciam Galliæ, atque in omnes prouincias Hispaniæ consistentibus hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogamus: vt quidquid in præteritis annis de ratione tributi, vsq; ad primum nostrę clementiæ annum, thesauris publicis redhibere videmini, totũ vobis ex integro noueritis esse concessum; qualiter vsq; ad prædictũ primum nostræ gloriæ annum, quidquid de ratione tributorum apud vos relucet, sic totum donatum vobis à serenitate nostra habeatis, vt nullum ex hoc abinceps de pręteritis annis exactionem publicam pertimescatis: ea tamen ratione seruata, vt ea, quæ in præteritis exacta sunt, & fisco nostro illata non sunt, ab his, qui ea exegerunt, in publicis inferãtur. Quod si distulerint, & in hoc cõfestim inferre neglexerint, in quadruplum

vnà

vna cum ſatisfactione diſciplinæ, iuxta quod noſtra manſuetudo decreuerit, idipſum theſauris publicis perſoluebũt. Certè ſi quiſquis ille Dux, Comes, Tiuphadus, Numerarius, Villicus, aut quicumque curam publicam agens, tributa exacto ſibi commiſſo, annis ſingulis plenario numero non exegerit, aut exacta apud ſe retinuerit, & ea ſtatim theſauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipſa de proprijs rebus ſuis, modis omnibus in publico inferebit. Hoc tamen ſpeciali, & euidenti ſerenitatis noſtræ ſententia definimus, vt nullus de ſupradictis Comitibus, Tiuphadis, Vicarijs, Numerarijs, ſeu quibuſcumq; curam publicam agentibus, quaſcumq; exactiones pro hoc negocio pietatis, cuilibet ex vobis, quibus, & relaxatio manſuetudinis noſtræ conceditur, quicumque exigere præſumpſerit, aut quiſpiam eorũ vobis pro tali cauſa aliquid abſtulerit, aut à ab alijs oblata ſibi acceperit, & pro his cauſis quibuslibet modis aliquid mutilare præſumpſerit, in quadruplum de quicquid acceperit, cui noſtra clementia elegerit vniuerſa reſtituat. De terris verò, vel vineis, quas pro eodem tributo quicumq; ſupradictorum curam publicam agentium vobis priuatis, vel fiſcalibus populis abſtulit, vel accepit fruges aridas, & liquidas exinde in præteritis annis vnuſquiſq; exactor collegit in rationem ipſius tributi, hoc ſibi imputet, & terras ipſas, vel vineas vobis de quorum iure ablatæ ſunt, reſtituere non differat. Sic enim dignum eſt, vt quod pietatatis noſtræ ſynceritate depromitur, ita à cunctis ſine cuiuſquam exactionis ſtimulo peragatur. Datum ſub die Calend. Nouembris, anno feliciter quarto regni noſtri, Toleto.

Auarus obl. in alijs. CC.

Lex in confirmatione Concilij edita.

IN nomine Domini. Flauius Eruigius Rex. Eximia Synodalis auctoritas & veneranda eſt pariter, & tremenda, quæ in tantum per donum ſancti Spiritus agit, vt ex diuerſitate multorum animorum, & cordium vnum cor, vnamque animam feciſſe monſtretur; dum numeroſitas aggregata Pontificum, non per ſententiam diſcrepat, non per ſtimulum diuerſa obiectat, nec per iudicium aliud vnus, quam vniuerſitas format. Et ideò reuerendum mihi conuentum Synodalis Concilij, in cuius medio præſentia ſancti Spiritus ſe habitare promiſit, deuotè venerans, inſtanterque honorans, ea, quæ illorum ore noſtræq; gloriæ hortatu digeſta ſunt, in notitiam

Habetur in ll. Vviſegot. lib. 12. tit. 1. leg. 3.

Stylum eſt in excuſis legibus Vviſegot. non recitè: & ſtatim affirmat pro format.

notitiam deducamus singulorum: illa dicimus Synodalis Cōcilij gesta, quę anno quarto regni nostri in Toletana vrbe nos-cuntur esse confecta: quarum institutionum euidentia sine cunctatione omnibus innotescant, hic ea prælegimus specia-liter renotanda. Est igitur primus Canon de reddito testimo-nio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Pau-lo traxit in societatem tyrannidis: quos celsitudo nostra vnà cum filijs, per huius nostræ legis edictum, & testimonio nobi-litatis pristinæ vti, & rebus, quas per auctoritatis nostræ vigo-rem perceperint, decernimus reuestiri. Item secundus est ti-tulus, de accusatis Sacerdotibus, seu etiam optimatibus pala-tij, atq; Gardingis: sub qua eos iustitiæ cautela examinari cō-ueniat, quos gloriæ nostrę mansuetudo, iuxta ipsius Canonis instituta, nullis tormentorum generibus ante publicam dis-cussionem subijci censuit; sed omnes qui deinceps fuerint accusati, iuxta sanctionem prædicti Concilij erunt proculdu-bio iudicandi. Vnde id specialiter obseruandum fore cense-mus, vt quidquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, vel prædicti Canonis institutionem, aut in personam cuiusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit iudi-catū, iuxta prædicti Canonis instituta, nullo vigore subsistat: quòd persona ipsa aliter quam decernimus iudicata, aut te-stimonij sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ ca-reat. Tertius quoq; Canon est, de tributorum principali rela-xatione in plebe: vbi nostræ gloriæ auctoritate simul & ex-hibitione sancitum est, vt omne [a] tributorū præteritorum an-norum, vsq; in anno primo regni nostri, quod in priuatis, siue in fiscalibus populis [b] relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari: ea tantùm præcipiens thesauris publicis ex-hiberi, quæ exacta, & nō illata fuisse cōstiterit. Quartus post hęc sequitur Canon, de munitione prolis, quem prōptæ vo-luntatis adnisu omnis conuentus Sacerdotum, atq; etiam se-niorū condere prelegerunt. Quintus Canon sequitur, ne de-functo Principe, relictam eius coniugem quisquam sibi, aut in coniugio, aut in adulterio audeat copulare. Sextus deinde sequitur Canō, vt exceptis seruis, vel libertis fiscalibus, nullus de seruitute quorumlibet, aut libertis deinceps ad Palatinum officiū transeat. Quod si fecerint, pręsentis legis nostrę edicto ad proprię seruitutis iugū modis omnibus reducēdi sunt; qua-liter à dominis suis, si superstites sunt, aut eorū propinquis, quibus

Reg. vi. sue.

F Prælegimus, vt supra hoc ipso Concilio c. 1 pro prælegerit prælegerit.

[a] Tributum alias. M. ff.

[b] Subiacet habet Codex M. f. Legum Vvisegot Excus. reiacet. & M. ff. Toletani.

Ff. sc. Tu. habent. CC. M. ff. Toletani.

quibus decedentium ſucceſsio ex lege debetur, ſeruituti tradantur. Poſt hũc ſeptimus eſt Canon, de his, qui pro accidentia iurgiorum altaria nudare præſumunt, vel luminaria Eccleſię ſubtrahunt. Octauus quoq; Canon ſequitur, ne admonente Metropolitano quiſquam ex confinitimis ad locum, vbi inuitatur, venire contemnat. Nonus quoq; Canon ſequitur, de confirmatione Concilij Toletani duodecimi, quod factum eſt anno primo gloriæ noſtræ. Decimus huic Canon adiungitur, vbi ſpeciali ſententia definitur, vtrum audeant miniſtrare hi, qui pœnitẽtiam in Sacerdotio cõſtituti accipiunt. Vndecimus quoq; Canon habetur, ne quis alienum Clericũ, vel Monachum ſuſcipiat fugientem. Duodecimus poſt hæc Canon ſcribitur, de nõ excommunicandis à proprio Epiſcopo perſonis illis, quæ ad Metropolitanum ſuum negocia ſua ſuggeſturi acceſſerint. Vltimus & tertiuſdecimus poſt hunc Canon ſubſequitur, de relatione gratiarũ, quę poſt peractionem Concilij, Deo, & Principi perſoluuntur. Quæ omnia pręmiſſa Synodalia inſtitutionum decreta, à præſenti die, vel tempore, omni cura, omniq; diligentia per cunctas regni noſtri prouincias decernimus obſeruanda. Qualiter & perſpicuum auctoritatis validæ faſtigium ſubeant, & perpetuo vigoris ordine ſolidata perſiſtant. Quamobrem ſacræ huius legis oraculo omnibus generaliter religioſis, atq; etiam laicis ſub regni noſtri ditione manentibus interdicimus pariter, & iubemus, vt prædicta Synodalia geſta nullus contemnat; nullus etiam præterire, aut conuellere audeat; nemo notus harũ conſtitutionum iura reſoluat; nemo incognitus neſcientiæ ſuæ obiectibus excuſare ſe coniſciat: nam à præmemorato ſuperiùs die, & tempore, & auctoritatis debitæ vigore pollebunt, & inſtitutionum ſuarum regulis cunctorum vniuerſitas aſtringetur. Si quis autem huius noſtræ legis violator extiterit; ac non potius ea, quæ præmiſſa ſunt cuſtodierit; & diutinam Eccleſiaſticæ diſciplinæ excõmunicationem excipiat, & decimam partem rei ſuæ fiſci partibus ſociandam amittat. Quòd ſi nihil habuerit facultatis, vnde prædictam cõpoſitionẽ perſoluere poſsit; abſq; aliquo infamio ſui, quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Huius igitur legis noſtrę decretũ, quod in confirmatione huius ſacri Cõcilij noſcitur promulgatum, glorioſæ manus noſtrę exaratione ſubſcripſimus, & ad perennẽ memoriã, valorem ei perpetuum innodamus.

Veſtigium habet excuſ. leg. Vviſeg. Codex, verla [sic] *manentibus omnibus M. ſſ.*

Neſcientia ſe obiectibus excuſare conqaiat Tole. M. ſſ.

In legibus Vviſeg. abſq; aliqua infamia ſui. Supra tamen hac vox aliquoties vſurpata.

Edita

Edita lex in confirmatione Concilij, Toleto, sub die Idus Nouembris, Era DCC. XXI. anno quoque feliciter quarto regni gloriæ nostræ, in Dei nomine. Eruigius Rex.

De subscriptionibus. 13. Concilij Toletani.

IN hac generali Synodo pauci subscribunt Episcopi, quadraginta & octo; per Procuratores verò viginti septem. Ex his aliqui in alijs Concilijs interfuerunt, cùm à duodecimo Concilio, vsq; ad decimum tertium, duo vel tres anni intercesserint: ita est fragilis humana conditio. Qui in alijs interfuerunt, sunt Antonius Bastitanus, qui in. 12. Toletano subscribit: & Atula Cauriensis in eadem. Argibundus Eliberitanus per Vicarium, in. 12. Toletano. Concordius Palentinus, in. 12. Toletano. Deodatus Segobricensis, qui in. 12. Tolet. Eufrasius Lucensis, & Ella Segontiensis, vterq; in. 12. Tolet. sicut Froaricus Portucalensis, & Felix Dianiensis, & Gundulfus Lamecensis, & Gaudentius Valeriensis, & Iulianus Regiæ vrbis, & Ioannes Pacẽsis, & Luiba Bracarensis, & Leander Illicitanus, & Palmatius Vrcitanus, & Reparatus Visensis, & Recilanus, qui & Recilla Accitanensis, & Sisebaldo Tuccitanus, & Stephanus Emeritensis, & Samuel Malacitanus, & Theuderacus Asidonensis, & Tructemundus Elborensis, & Theodulphus Astigitanus, Vnigirus Abelensis: omnes in. 12. Tolet. subscribunt, sunt numero viginti quatuor. Qui verò mortuis succedunt, maiori in numero sunt; nimirum Asturius Setabitanus, qui Isidoro successit, in. 12. Tolet. Ala Olysipponensis, qui Theoderico, in Emeritensi. Asturius Tyrassonensis, qui Elpidio, in. 6. Toletano. Aurelius Asturicensis, qui Isidoro, in. 3. Bracarensi. Ansemundus Lotobensis, qui Anathalio, in. 6. Toletano. Bellitus Osonobensis, qui Exarno, in Emeritensi. Crescitarus Beterrensis, qui Petro, in. 4. Toletano. Cicilius Detorsanus, qui Aprilæ, in. 8. Tolet. Cuniuldus Italicensis, qui Speraindeo, in. 12. Tolet. Cyprianus Tarraconensis, qui Protasio, in. 7. Toletano. Clarus Elnensis, qui Acutulo, in. 6. Tolet. Eusendus Ilerdensis, qui Gaudiolano, in. 8. Tolet. Eufrasius Calagurritanus, qui Gabino, in. 8. Tolet. Florus Mentesanus, qui Valdefredo, in. 10. Tolet. Floresindus Hispalens. qui Iuliano, in. 12. Tol. Gratinus Egabrensis, qui Deodato, in. 7. Tol. Gregorius Oretan. qui Argemundo, in. 11. Tol. Godiscalcus Oscens. qui Eusebio, in. 8. Tol. Gandilanus Empurit qui Donodei, in. 8. Tol. Holemũdus Salmant. qui Prouidẽtio, in. 12. Tol. Hilarius Auriensis, qui Sonæ, in. 8. Tol.

Idatius

Idacius Barcinonensis, qui Quirico, in. 10. Tolet. Ioannes Egarensis, qui Eugenio, in. 4. Tol. Iacobus Gerundensis, qui Taloni, in 8. Tolet. Leubericus Vrgelitanus, qui Maurello, in. 9. Toletano. Miro Conimbriensis, qui Cantabro, in Emeriten. Monofonsus Egitanensis, qui Selua, in Emeriten. Mumulus Cordubensis, qui Euforo, in. 8. Tolet. Olipa Segobriensis, qui Sempronio, in. 12. Tol. Opa Tudensis, qui Genetio, in. 12. Tolet. Proculus Bigastrensis, qui Giberio, in. 10. Tolet. Primus Agathensis, qui Georgio, in. 8. Tolet. Rogatus Beatiensis, in. 11. Tolet. Reginicius Aucensis, qui Lothario, in. 8. Tol. Sarmata Valentinus, qui Hospitali, in. 12. Tolet. Sempronius Arcauicensis, qui Mumulo, in. 11. Tolet. Sona Oxomensis, qui Seueritano, in. 12. Tolet. Sunifredus Narbonensis, qui Selua, in. 6. Tolet. Stephanus Carcassonensis, qui Siluestro, in. 8. Vincentius Magalonensis, qui Genesio, in. 4. Tolet. Vnigirus Abelensis, qui Asfalio, in. 12. Tolet. Valderedus Cæsaraugustanus, qui Taloni, in. 9. Tol. Vuisefredus Ausonensis, qui Guerico, in. 8. Tolet. Subscribunt Abbates pro se, octo; alij, vt Vicarij Episcoporum, & viri illustres ex officio Palatino. Animaduertendum nouarum sedium subscriptiones hic poni, quæ in alijs Concilijs non extant: vt Potentinus Vticensis: fortè ex Vtica negociorum causa Toletum venit, & Concilio interfuit. Potentinus Verecensis, noua etiam subscriptio. Subscribunt etiam Reginicius Aucensis per Vicarium, & Stercorius Aucensis: fortè prior infirmitate oppressus, vel ætate grauatus cesserat Episcopatui, vnde per Vicarium subscribit.

Notæ in Concilium XIII. Toletanum.

Cap. 2 TRabale] *Lege: Et trabale Regum sanctione iudicium. Vt enim à Vergilio dicitur telum trabale; ab Horatio, & Cicerone clauus trabalis; à Statio, hasta trabalis; pro magnis videlicet, atque instar trabis, ita hic iudicium trabale dicitur pro ingenti, sæuo, & irreuocabili.*

Cap. 4 Prolis Regiæ] *De custodienda salute Regũ, ac defensione prolis eorum habes Concil. Tolet. 5. c. 2. & de dilectione adhibenda proli Regiæ Concil. Tol. 6. c. 16. & Concil. Tol. 15. in epist. Egicæ Regis.*

Cap. 6. Tortores] *Gothorum legibus cautum erat lib. 5. tit. 7. l. 10. & 11. ne libertus iniuriam faceret domino suo; alioqui addicendi eum*

„ *iterum seruituti potestatem habebat,& l. 17. Ne liberti, vel pro-*
„ *genies eorum cum posteritate patroni, aut coniugia connectant, aut*
„ *eis insolentes existant.*

Cap. 7 Qui faciunt opus Domini fraudulēter] *Locus est Hieremiæ c. 48. hoc modo: Qui facit opus Domini fraudulenter, siue negligēter (cui respondet vox ἀμελῶς, quæ est apud Septuaginta) desuntq; duo sequentia verba.*

Cap. 8. Quibus Apostolus ita obedire præcepit] *ad Hebræos, c. 13.*
„ *dicitur: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim perui-*
„ *gilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri; vt cum gau-*
„ *dio hoc faciant, & non gementes.*

Cap. 8 Primæ sedis accedant.] *Hæc tria nomina supremam dignitatē in Ecclesia in suo ordine significāt, Prima sedes, Primas, seu Primatus, & Metropolitanus. Prima sedes, suprema Ecclesiæ potestas, & quæ est caput totius catholicæ Ecclesiæ, is est Romanus Pōtifex. Ita Synodus. 300. Episcoporum in causa fidei Marcellino summo Pontifici respondit: Ore suo condemnatus est, ore suo anathe-*
„ *matizatus, accepit maranatha: Nemo enim iudicauit Pōtificem,*
„ *nec Præsul Sacerdotem summū: quia prima sedes non iudicatur à*
„ *quoquam. Vsurpatur tamen prima sedes interdum pro sede Archie-*
„ *piscopali; ea videlicet causa, quod sicut summus Pontifex omnium Ecclesiarum in vniuerso orbe primus, & Princeps, & Pater, & caput est, ita & Archiepiscopus, Episcoporum, quos in sua habet prouincia, obtinet primum locum. Hinc Concilio. 4. Carthaginens. in subscriptionibus, Donatianus Talabricensis primæ sedis Episcopus subscribit: & in Tolet. 5. & alijs Hispaniæ Concilijs Carthaginensis, Tarraconensis, Narbonensis, Emeritensis, Bracarensis, & Hispalensis, sedes primæ dicūtur. Et Concil. Carthag. 3. c. 26. cauetur, vt primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis Episcopus: estq; apud Gratian. dist. 99. Primæ sedis. De qua re vide Rufum in Molinæum. Primas dicitur Episcopus, qui est caput totius prouinciæ. Sic Concilio Carthaginēs. 2. c. 12. vt incōsulto Primate cuiuslibet prouinciæ, nemo præsumat Episcopum ordinare: ibi enim pro Metropolitano accipitur; vtpote cum hoc munus ad solum Metropolitanum pertineat, vt ex multis Concilijs liquet: & Concil. Mileuitano Primas ponitur Numidiæ, & Mauritaniæ. Vnde in vnaquaq; prouincia Metropolitanus Primas vocabatur. Accipitur etiā vniuersalius Primatus appellatio pro ijs, qui ius habent supra Metropolitanos, ex Concil. Chalcedon. cap. 9. Si*

„ *verò contra ipsius prouinciæ Metropolitanum Episcopum, Episco-*
„ *pus, siue Clericus habeat controuersiam, pergant ad ipsius diœcesis*
„ *Primates, aut certè ad Constantinopolitanæ Regiæ ciuitatis sedem.*
Qui Canon doctissimè & eruditissimè explicatur à Francisco Tur riano lib. 3. pro epist. Pōtif. c. 4. Principem diœcesis, vel Primatem, Romanum Pontificum intelligēte. Sic in Hispania Archiepiscopus Toletanus vocatur Primas, eo quòd supra Hispalensem, Compostel lanam, Bracarensem, Elborensem, Vlyssipponsem, Granatensem, Cæsaraugustanam, Valentinam, Burgensem, Tarraconensem, & Narbonensem ecclesias Metropolitanas ius & Primatum habeat. De qua re fusius supra in opusculo nostro de Primatu ecclesiæ Toletanæ disseruimus.

C. 10. Frater noster Gaudentius] *Subscribit Concil. 12. Toletano Gaudentius Valeriensis, non Valentinensis Episcopus, vt habent excusi. Idem Gaudentius subscribit. 14. Tolet. Concil. vbi Valeriensis ecclesiæ dicitur Episcopus.*

C. 10. Si enim regulæ præcedentium Patrum] *Sic in Concil. Tol.*
„ *4. c. 53. Hi, qui in discrimine constituti pœnitentiā accipiunt, nulla*
„ *manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædi-*
„ *cantes, huiusmodi, si reualuerint, possunt etiam per morum probita-*
„ *tem ad gradus Ecclesiasticos peruenire. Qui verò ita pœnitētiam*
„ *accipiunt, vt aliquod mortale peccatum se perpetrasse publicè fa-*
„ *teantur, ad Clerum vel honores Ecclesiasticos peruenire nullatenus*
„ *poterunt; quia se confessione propria notauerunt.*

C. 10. A malis actibus vacat] *Sic Augustinus cap. 53. de Ecclesiast.*
„ *dogmat. & habetur de cōsec. dist. 2. c. Quotidie, his verbis: Omnibus*
„ *Dominicis diebus communicandum hortor: si tamen mens in affe-*
„ *ctu peccandi non sit. Nam si adhuc habet voluntatem peccandi,*
„ *grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari. Isi-*
„ *dorus etiam lib. 1. Ecclesiasticorum officiorum, capite de sacrificio,*
„ *dicunt aliqui (inquit) nisi aliquo interueniente peccato, Euchari-*
„ *stiam quotidie accipiendam: hunc enim panem dari, iubente Dño,*
„ *quotidie nobis postulamus; dicentes, Panem nostrum quotidianum*
„ *da nobis hodie: quod quidem benè dicunt, si hoc cum religione, & de-*
„ *uotione, & humilitate suscipiunt; ne fidendo de iustitia, superba præ-*
„ *sumptione id faciant. Cæterum si talia sunt peccata, quæ quasi mor*
„ *tuum remoueant ab altari, prius agenda pœnitentia est, ac sic dein de hoc salutiferum medicamentum suscipiendum. Et Concil. Trid. sess. 13. c. 7. decernitur, vt nullus etiam Sacerdos, sibi conscius peccati mortalis, absq; præmissa sacramentali confessione, ad sacram*

 Eucha-

Eucharistiam accedere debeat. Vualafridius de rebus Ecclesiast. c.20. tradit alios rariùs, alios crebriùs, alios quotidie communicandum præcipere. D. Ambros. lib.4. de Sacrament. c.5. Si quotidianus ,, est panis, cur post annum illum sumis? quem iam modum Græci ,, in Oriente facere cõsueuerunt. Accipe quotidie quod quotidie tibi ,, prosit: sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur ,, quotidie accipere, nõ meretur post annum accipere. Vide quæ dicat ,, D. Thom. opusculo de Sacramẽto altaris: Si quis (inquit) ad suscipiendum Dominum mundus fieri vult, primò debet per aquam ,, lacrymarum lauari: secundò per opera pœnitentiæ torqueri: tertiò ,, per feruorem amoris Dei, à carnalium desideriorum humore siccari. Quod idem Thomas pluribus verbis enarrat. Ille enim in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura ipsum susceperit, Hieronym. in Matth. c.27. & idem Thom.3. p. q.83. art.3. De modo suscipiendi synaxim, vide Can.101. Concilij sexti generalis: quare ,, dicitur: Si quis voluerit synaxis tempore, communicare purißimo ,, Christi corpore, & coram ipso participatione esse, manus in formam crucis figurans sic adeat, & suscipiat gratiæ communionem.

C. 10. Pœnitens enim abstinere] *Qualiter pœnitentia detur Cõcil. 3. Tolet. c.12. habetur, & in epistola Leonis ad Rusticum: in qua etiam prohibetur, vt nulla negociationis lucra pœnitentes exerceant.*

C. 10. Id est mortalium] *Sic interpretatur locum hunc Hisychius in Leuit. cap.21.*

Cap. 11. Patrum præcedentium sententiæ] *Ita definitum est in Concil. Nicæno c.17. & Sardic. c.18. Antiochen. c.13. & Constantinop. c.3. Carthag.3. c.44. & 21. Tolet.2. c.2. & Bracar.1. cap.8. & epistola Innocentij ad Victor.*

C. 11. Nemo fugientem] *De Clericis desertoribus Concil. Hispal.2. cap.4.*

C. 11. Clericum nemo solicitare] *Epistola Leonis id cauetur, ad Anastasium c.9. & decreto Gelasij generali cap.6. De non recipiendis Clericis vagis, & infirmanda ordinatione, quæ sine consensu proprij Episcopi fit, Concil. Bracarens.3. cap.33.*

Cap. 11 Octo dies iuxta legum sanctionem] *Consule leges Vuisegoth. lib.9. tit.6. leg.3.*

Villicus] *Infra Vicarius alius à villico est: cuius mentionem copiosam inuenies lib. leg. Vuisegoth. De his autem nominibus & officijs, vide quæ annotauimus, de dignitatibus & officijs Gothorum. De villico habes in leg. Vuisegoth, lib.11. tit.1. leg.2.*

INCIPIVNT CAPItula Cōcilij Toletani. XIIII. decem & ſeptem Epiſcoporum, anno quinto Eruigij Principis facti, Era DCC. XXII.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, & Spiritus ſancti. Incipiunt geſta Synodalia, quę acta ſunt à Præſulibus Carthaginis prouinciæ; aſsiſtentibus etiam Vicarijs.

I. De præmemoratione aggregati Concilij, & relatione Principalis edicti, quo iuſſum eſt Synodum agitari.

CVm ſereniſsimus, & perſpicuus Princeps Eruigius, glorioſus amator veræ fidei, imò amabilis filius Eccleſiæ Chriſti, promiſsionis ſuæ non immemor, ob confutandum Apollinaris dogma peſtiferū, de quo ſibi à Romano Præſule

Damnata eſt hæc hæreſis tertio Cō cil. generali Cōſtātinop.

Hhh 3 fuerat

Eucharistiam accedere debeat. Vualafridius de rebus Ecclesiast. c.20. tradit alios rarius, alios crebrius, alios quotidie communicandum pracipere. D. Ambros. lib. 4. de Sacrament. c. 5. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? quem iam modum Graci in Oriente facere cõsueuerunt. Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit: sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, nõ meretur post annum accipere. Vide qua dicat D. Thom. opusculo de Sacramẽto altaris: Si quis (inquit) ad suscipiendum Dominum mundus fieri vult, primò debet per aquam lacrymarum lauari: secundò per opera pœnitentia torqueri: tertiò per feruorem amoris Dei, à carnalium desideriorum humore siccari. Quod idem Thomas pluribus verbis enarrat. Ille enim in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura ipsum susceperit, Hieronym. in Matth. c. 27. & idem Thom. 3. p. q. 83. art. 3. De modo suscipiendi synaxim, vide Can. 101. Concilij sexti generalis: quare dicitur: Si quis voluerit synaxis tempore, communicare purißimo Christi corpore, & coram ipso participatione esse, manus in formam crucis figurans sic adeat, & suscipiat gratia communionem.

C. 10. Pœnitens enim abstinere] *Qualiter pœnitentia detur Cõcil. 3. Tolet. c. 12. habetur, & in epistola Leonis ad Rusticum: in qua etiam prohibetur, vt nulla negociationis lucra pœnitentes exerceant.*

C. 10. Id est mortalium] *Sic interpretatur locum hunc Hisychius in Leuit. cap. 21.*

Cap. 11. Patrum præcedentium sententiæ] *Ita definitum est in Concil. Niceno c. 17. & Sardic. c. 18. Antiochen. c. 13. & Constantinop. c. 3. Carthag. 3. c. 44. & 21. Tolet. 2. c. 2. & Bracar. 1. cap. 8. & epistola Innocentij ad Victor.*

C. 11. Nemo fugientem] *De Clericis desertoribus Concil. Hispal. 2. cap. 4.*

C. 11. Clericum nemo solicitare] *Epistola Leonis id cauetur, ad Anastasium c. 9. & decreto Gelasij generali cap. 6. De non recipiendis Clericis vagis, & infirmanda ordinatione, qua sine consensu proprij Episcopi fit, Concil. Bracarens. 3. cap. 33.*

Cap. 11 Octo dies iuxta legum sanctionem] *Consule leges Vuisegoth. lib. 9. tit. 6. leg. 3.*

Villicus] *Infra Vicarius alius à villico est: cuius mentionem copiosam inuenies lib. leg. Vuisegoth. De his autem nominibus & officijs, vide qua annotauimus, de dignitatibus & officijs Gothorum. De villico habes in leg. Vuisegoth, lib. 11. tit. 1. leg. 2.*

INCIPIVNT CAPITULA Cõcilij Toletani. XIIII. decem & septem Episcoporum, anno quinto Eruigij Principis facti, Era DCC. XXII.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, & Spiritus sancti. Incipiunt gesta Synodalia, quę acta sunt à Præsulibus Carthaginis prouinciæ; assistentibus etiam Vicarijs.

I. *De præmemoratione aggregati Concilij, & relatione Principalis edicti, quo iussum est Synodum agitari.*

CVm serenissimus, & perspicuus Princeps Eruigius, gloriosus amator veræ fidei, imò amabilis filius Ecclesiæ Christi, promissionis suæ non immemor, ob confutandum Apollinaris dogma pestiferũ, de quo sibi à Romano Præsule

Damnata est hæc hæresis tertio Cõcil. generali Cõstãtinop.

 fuerat

fuerat nunciatum,ſtrenuo, & inuicto ſuæ celſitudinis iuſſu nos omnes præciperet aggregari in vnum,hoc dedit ſpeciale edictum; vt quia ſicut oportebat pro tantæ rei negocio pertractando,generale Cōcilium fieri varia aduerſitatum incurſio non ſineret, ſaltim adunata per prouincias Concilia fierent: & ſiquidem hic primum à nobis in vrbe Regia Synodus ageretur, deinde in ſingulis quibuſque prouincijs ſingulare haberetur Concilium:quo quidquid hic actum per Toletanam Synodum reliqui primarum ſedium Præſules, ſuorum Vicariorum relatibus comperiſſent,id etiam in poſtmodum ipſi per diſcreta prouinciarum ſuarum Concilia obſeruarent: ſicq; hæc noſtri Concilij geſta eſſent illis omnibus in toto communia;vtpote ab ipſis edita, atq; ipſis coram poſitis roborata, quæ vtiq; per legatos ſuos confirmanda decreuerant:quo ex hoc vnum, & indiuiſibile fieret cunctorum Hiſpanorum Præſulum per totam Hiſpaniam, vel Galliam Synodale edictum, ex quo omnium Metropolitanorum fuiſſet & aſſenſibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis prouinciæ Præſules,anno quo ſupra, ſub die decimooctauo Calendas Decēbris,in præmemorata Eccleſia debitis ordinibus conſidentes,cauſæ huius ordinem,& totius rei negocia retexentes, quibus Romanæ ſedis fueramus literis inuitati, ſic patula,& communi ſumus voce exorſi.

In 13. Tol. dicitur coactum in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum Petri,& Pauli.

II. De initio relationis,quo Cōcilium cœpit geſtorum Synodalium, & epiſtolæ Romani Pontificis facere mentionem.

Clara omnes notio populos Hiſpaniæ implet,quod decurrētis euoluti temporis ſerie per Romani Præſulis baiulū geſta Synodalia ſocietati noſtræ aduecta ſunt, quibus Conſtantinopolim, Conſtantino pio & religioſo Principe mediante, magna,& ſublimi copia aggregata Pontificum, Apollinaris dogma comperimus fuiſſe deſtructum. Cum quibus etiam geſtis, Leonis quoq; antiquæ Romæ Pontificis inuitatoria epiſtolaris gratiæ conſulta ſuſcepimus, per quæ omnis ordo geſtorum,geſtaq; ordinum dilucidè,vt acta ſunt,noſtris ſenſibus patuerunt. In cuius etiam gratioſo epiſtolæ tractu ad hoc omnes Præſules Hiſpaniæ inuitati ſunt,vt prædicta Synodalia inſtituta, quæ miſerat, noſtri etiam vigoris manerēt auctoritate ſuffulta;omnibuſq; per nos ſub regno Hiſpaniæ conſiſtentibus pateſcerent diuulganda.

Leo ſecundus,Siculus anno.684. electus in ſummum Pōtificem.

III. De

III. De aduersitate duplici, qua non potuit generale Concilium fieri.

Et hæc siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est, temporis infesti vrgente pressura, quo non solum tellus omnis hyemali stricta gelu, glaciali niuium immensitate duruerat;sed & tunc,quando ex generali Concilio nos absolutos iam esse cõstabat. Quo gemino obsistentis causæ obice præpediti,generaliter iterato tunc nõ quiuimus aggregari:quos, & vicina Concilij absolutio proprijs sedibus reddiderat imminutos, & procellosi tẽporis aduersitas non sinebat iterum adunari dispersos. Sed licet in vnum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium Præsulum societas nequiuisset; sparsis tamen sedibus, atque locis, præfatas gestorum regulas pertractandas suscepimus;susceptas perlegimus, approbantes in his de vtrarumque Iesu Christi Filij Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas, & operatio prædicatur, recti dogmatis sensum, inculpandæ disputationis edictum,Apostolicæ traditionis stylum.

IIII. De responsis partis nostræ.

Placuit proinde illo tunc tempore,àpologeticæ defensionis nostræ respõsis satisfacientes Romano Pontifici, ea ipsa gesta firmare, nostræq; fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate,& operatione Iesu Christi filij Dei, copiose & dilucidè insigniuntur quæ vera sunt,quæ iam vtiq; Romanis partibus per Legatos Hispaniæ destinata sunt;nunc nobis id operis restat, vt iuxta Canonum speciale decretum,quo Concilium generale pro fidei causis aggregari præcipitur, vtraque operum gesta, & Synodico dirimantur examine, & discreta Conciliorum fulciantur auctoritate: quo iuxta edictum præmemorati Principis gloriosi,adunato per singulas quasque prouincias regni eius Conciliorum conuentu,Synodica iterum examinatione decocta, vel communi omnium Cõciliorum iudicio comprobata,per singula Hispaniȩ prouinciarum Cõcilia præmemorata Synodi gesta,seu etiam eadem partis nostræ responsa omnium notionem attingant;salubri etiam diuulgatione in agnitionem plebium transeant.

V. De iterata discußione præmemorati Concilij.

Comuni proinde iam omnium iudicio placet, vt quia generaliter in vnum omnes Hispaniæ Præsules aggregari nõ quiuimus, saltim discretis prouincijs Concilia celebremus: quo prædicta Synodi gesta, vel nostræ partis responsa, & digno probitatis demum decoquantur iudicio, & Synodico laudabili illustrentur stylo. Ideò nos primum omnes Carthaginis prouinciæ Pontifices pari animorum iudicio prædicta gesta cum antiquis Concilijs conferentes, assistentibus quoq; nobis Vicarijs reuerendissimorum, sublimiumque primarum sedium Episcoporum: idest, Tarraconensis prouinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracacarensis Iuliani, Hispalensis Floresindi, iteratò ea ipsa gesta probauimus, decretis quidem illis Synodalibus, & præcipuis in omnibus consona, & Nicenæ quidem Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ fidei concordantia; Chalcedonensis verò tam esse vnita, vt pote ipsis verbis edita, vel libata; quippe quibus sumpta videtur penè omnis ipsius styli præcurrentis materia.

VI. De præmemorati Concilij honore collato.

Et ideò supradicti acta Concilij in tantum à nobis veneranda sunt, & recipienda constabunt, in quantum à præmissis Concilijs non discedunt; imò in quantum cum illis concorda re videntur. Habebunt ergo sui ordinis locum, quæ sublimationis habent & meritum. Vnde his Concilijs ea ipsa sub nectenda decernimus, quorum & auctoritate fulta probamus.

VII. De loco vel ordine, quo iam dictum Concilium collocari oporteat.

Post Chalcedonense igitur Concilium, hæc debito honore, loco, & ordine collocãda sunt, vt cuius glorioso themate fulgent, ei & loci, & ordinis coaptentur honore.

VIII. Allocutio ad totius compagem Ecclesiæ de duabus Christi naturis inseparabilibus, & perfectis.

Esaiæ 40. At nunc nos, quibus loqui ad cor Hierusalem diuina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id

Vide epistolam Agathonis ad Cæsarem, & Synodū Constantinop. Act. 4.

id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum festinantibus prædicamus; breui admodum definitione collecta; vt in vna " enim " Christi filij Dei persona duarum naturarum indiuiduas proprietates agnoscant; sicut indiuisas, atque inseparabiles, ita inconfusas, & inconuertibiles permanere; vnã Deitatis, alteram hominis; vnam, qua ex Deo Patre est genitus; alteram, qua ex Maria Virgine generatus. Vtraque ergo ei generatio plena, vtraque perfecta, nihil minus ex Deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens: non naturarum geminatione diuisus, non persona geminatus; sed plenus Deus, plenusque homo, absque omni peccato, in singularitate personæ vnus est Christus. Vnus igitur in vtraque natura consistens, & diuinitatis signis effulget, & humanitatis passionibus subiacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex matre est genitus. Cum tamen aliter de Patre, aliter de matre sit natus; ipse tamen in vtroque naturarum genere non diuisus, sed vnus, idemque & Dei, & hominis Filius: ipse viuit moriens, ipse moritur viuens; ipse impassibilis patiens, ipse passioni non subiacens; nec Deitati succumbens, nec humanitate passioni se subtrahens: habens ex Deitatis natura non posse mori; habens ex humanitatis substantia, & nolle, [a] posse mori; ex vna immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resoluitur: habens in æterna diuinitatis voluntate, quo susceptum hominem sumeret; habens in suscepti hominis voluntate, vt humana voluntas Deo subdita esset. Vnde & ipse dicit ad Patrem: Pater non mea voluntas, sed tua fiat; alteram, videlicet ostendens voluntatem, qua susceptus est homo; alteram hominis, qua obediendum est Deo.

" Abundat.

[a] Et posse Salmanticens. edit.

Matth. 26. Luc. 22.

IX. De duarum naturarum Christi voluntatibus, & operibus.

Et ideò secundùm harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt, voluntatum, & operum.

X. De Hæreticorum contentionibus euitandis, & vt non discutiantur, quæ summa sunt, sed credantur.

Scientes igitur hanc solam esse fidei confessionem, quæ vincat infernum, quæ exuperet tartarum (de hac enim fide à

Domino

Matth. 16. Domino dictum est: Portæ inferni non præualebunt aduersum eam) ideò omnibus dicimus, omnibus inclamamus, vt caueamus hæreticorum muscipulas, effugiamus dogmatis cancerosi venena, verbis illis quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur, non nobis inanium quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus, quæ summa sunt. Neq; enim quæ sunt diuina, discutienda sunt, sed credenda. Non enim se Deus discutere iubet, sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris, sed indubitatis conciliorum priscorum dogmatibus iam præmissis. Si quis igitur Iesu Christo Dei Filio, ex vtero Mariæ virginis nato, aliquid aut diuinitatis imminuit, aut de suscepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati; & non eum verum Deum, hominemq; perfectum in vna persona subsisten tem sincerissimè credit, anathema sit.

XI. De communi omnium iudicio, quo responsa partis nostræ firmata sunt.

Illa igitur apologetica defensionis nostræ responsa, quæ ob istorum confirmationem sunt edita, pro multorum instructione, & vtilitate Ecclesiasticæ disciplinæ, simili honoris, & reuerentiæ vigore firmamus, atque ad vicem decretalium Epistolarum ea permanenda sancimus.

De authoritate, & vi epistolarum decretal. multa tradit eruditè Franciscus Turrens. & Remundus Rufus aduersus Molinæum.

XII. De relatione gratiarum ad Deum pro peracto Concilio.

Dantes in his gloriam soli Deo, omnipotenti, viuo, & vero, in Trinitate regnanti, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cuius dono mutuis præsentiæ repræsentati aspectibus, & fraternis visibus hilares, & votorum spiritualium effecti sumus opulentiùs efficaces: cuius gloriæ immensitatem exposcimus, vt glorioso Principi nostro Eruigio Regi, sub cuius pace pax seruatur Ecclesiæ, florentis regni, diuturnitate temporis spatia præbeat: quo post hæc præsentia, ad regnum futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat; præstante Deo nostro, cuius regnum manet in secula seculorum. Amen.

Peractum

PEractum Concilium die Dominico, ſub die duodecimo Kalen. [a] Decembris anno quo ſupra.

[a] Aliàs Nouembris.

Interfuerunt huic ſancto Concilio Pontifices numero XVII.

1 IVlianus vrbis Regiæ Metropolitanus Epiſcopus.
2 Leander Illicitanæ ſedis Epiſcopus.
3 Palmatius Vrcitanæ ſedis Epiſcopus.
4 Recilla Accitanæ ſedis Epiſcopus.
5 Gaudentius Valerienſis ſedis Epiſcopus.
6 Rogatus Biatienſis ſedis Epiſcopus.
7 Deodatus Segobienſis ſedis Epiſcopus.
8 Antonianus Baſtitanæ ſedis Epiſcopus.
9 Sempronius Arcauicenſis ſedis Epiſcopus.
10 Ella Segontienſis ſedis Epiſcopus.
11 Gregorius Oretanæ ſedis Epiſcopus.
12 Agricius Complutenſis ſedis Epiſcopus.
13 Proculus Bigaſtrenſis ſedis Epiſcopus.
14 Florus Menteſanæ ſedis Epiſcopus.
15 Sona Oxomenſis ſedis Epiſcopus.
16 Marcianus Dianienſis ſedis Epiſcopus.
17 Olipa Segobrienſis ſedis Epiſcopus.

De eo Conc. Tol. 10. Venerandus honore, ſanctiſſimus frater noſter Gaudentius.

Item Abbates.

1 [b] ASfalius, Dei nutu Abbas; hæc geſta Synodica à nobis definita, ſubſcripſi.

[b] Aliàs Aſcalius.

2 Felix Archipresbyter, ſimiliter.
3 Gerontius Abbas, ſimiliter.
4 Gabriel Abbas, ſimiliter.
5 Caſtorius Abbas, ſimiliter.
6 Siſebertus Abbas, ſimiliter.

Item Vicarij Epiſcoporum.

1 VItalianus Presbyter, agens vicem domini mei Cypriani Epiſcopi Eccleſiæ Tarraconenſis, hæc geſta Synodica à nobis definita ſubſcripſi.

2 Argebudus Abbas, agens vicem domini mei Cypriani Epiſcopi Eccleſiæ Tarraconenſis, ſimiliter

Ioannes

3 Ioannes Abbas, agens vicem domini mei Sunifredi Episcopi Narbonensis ecclesiæ, similiter.

4 Valdemarus Diaconus, vicem agens domini mei Sunifredi Episcopi Narbonensis ecclesiæ, similiter.

5 Maximus Abbas, agens vicem domini mei Stephani Emeritensis ecclesiæ, similiter.

6 Boniba Abbas, agens vicem domini mei Liubanij Episcopi Bracarensis ecclesiæ, similiter.

7 Reccisundus Abbas, agẽs vicem domini mei Liubanij Episcopi Bracarensis, similiter.

8 Gaudentius Abbas, agens vicem domini mei Floresindi Episcopi Hispalensis ecclesiæ, similiter.

9 Grauidius Diaconus, agens vicem domini mei Concordij Episcopi Palentiæ ecclesiæ, similiter.

10 Ioannes Diaconus, cognomento Inuolatus, agens vicem domini mei Sarmatani Episcopi Valẽtinæ ecclesiæ, similiter.

De subscriptionibus xiiij. Tolet. Concilij.

Omnes ferè Episcopi, qui. 13. Synodo Tolet. interfuerunt, in hac prouinciali. 14. subscribunt; vt Antonius Bastitanæ ecclesiæ; in. 12. & 13. Tol. Cyprianus Tarraconẽsis, in. 13. Tol. Cõcordius Palentinæ, in. 12. & 13. Tol. Deodatus Segobiensis, in. 12. & 13. Tolet. Ella Segontiensis, in. 12. & 13. Tolet. Florus Mentesanæ, in. 13. Tolet. Floresindus Hispalensis, in. 13. Tolet. Gaudẽtius Valeriensis, in. 12. & 13. Tolet. Gregorius Oretanæ, in. 13. Tolet. Iulianus vrbis Regiæ, in. 12. & 13. Tolet. Leander Illicitanæ, in. 12. & 13. Tolet. Liuba Bracarensis, in. 12. & 13. Tolet. Martianus Dianiensis, qui Felici, in. 13. Tolet. successit. Olipa Segobriẽsis, in. 13. Tolet. Palmatius Vrcitanæ, in. 12. & 13. Tol. Proculus Bigastrensis, in. 13. Tolet. Recilla Accitanæ, in. 13. Tol. Rogatus Beatiensis, qui Primo, in. 13. Tolet. Sempronius Arcauicensis, in. 13. Tolet. Sona Oxomẽsis, in. 13. Tolet. Sunifredus Narbonensis, in. 13. Tolet. Stephanus Emeritensis, in. 12. & 13. Tolet. Sarmatanus Valentinæ, qui Sarmata Valentinus, in. 13. Tolet. Hæc de subscriptionibus huius Concilij.

Notæ

Notæ in Concilium. XIIII. Toletanum.

Congregatum est hoc Concilium aduersus hæresim Monotheli-tarum Apollinaris, iisdem ferè temporibus condemnatam in tertia Synodo Constantinopolitana, quæ sexta generalis est, sub Agathone Pontifice maximo, & Constantino quarto Imperatore. Videtur autem Concilium hoc decimumquartum Toletanum mixtum: vt partim in personis prouinciale sit, partim in auctoritate nationale; re autem est prouinciale: vt constat ex primo eius Canone. Causa huius Concilij celebrandi fuit, quod Romanus Pontifex Leo secundus, ad Flauium Eruigium Regem Hispaniæ & Episcopos, per epistolam miserat vnà cum legato, acta Concilij sexti vniuersalis, tertij Constantinopolitani, quod aliquot ante annos à domno Romano Pontifice conuocatum erat, & sub Agathone cœptum, sub Leone secundo absolutum & peractum, ad infringendum errorem Constantinopolis Patriarchæ, & Antiochiæ, & Alexandriæ, qui cum alijs, Apollinaris hæresim impiè renouantes, duas in Christo Domino nostro naturas, & voluntates operationesque pertinaciter negabant. Decreuit autem Roman. Pontifex, vt decreta generalis Concilij, ab Episcopis Hispaniæ Synodali auctoritate susciperentur: quemadmodum hoc Concilio, & in alijs prouincialibus factum est.

Scripsit Leo tres epistolas, vnam ad vniuersos Episcopos Hispaniæ: alteram Quirico Toletano Antistiti: tertiam Simplicio Comiti; vt curarent de conuocatione Concilij, & amplectenda fide Concilij Constantinopolitani. Has epistolas inueni in C. M. S. cœnobij sancti Ioannis Regij Toletani, ex familia Franciscana peruetusto, in pelle membranea, literis Latinis: quibus mirificè iuuatur huius Concilij intelligentia. Et quamuis Iulianus subscribit in Concilio; cum Petrus Regionarius proficiscebatur in Hispaniã, Quiricus erat Præsul Toletanus: post quẽ vita functũ, Iulianus in Cathedra Pontificia sedit; adhibuitq; diligentiam, vt Concilium congregaretur. Sunt in eodem Cod. aliæ epistolæ Benedicti P. M. eiusdem argumenti, quas omnes, vt vtiles ad Concilij intelligentiam, libenter pono.

EPISTOLA LEONIS PP. AD Episcopos Hispaniæ.

Ex C. M. S. Cœnobij D. Ioannis Toleti, quod opere sumptu Regum Catholicorum exædificatū.

De recipienda sexta Synodo Constantinopolitana.

Dilectißimis fratribus, vniuersis Ecclesiarum Christi Præsulibus, per Hispaniam cōstitutis Leo. Cum diuersa sint hominum studia, quibus humana dispensari creditur vita, vnum est tamen pietatis officium, quod potest ad æternæ vitæ perducere quæstū, & meritum; in quo omnem consortem fidei Christianæ æquum est studere: quia nempè Spiritus sancti dignatio suæ gratiæ inspirat affectum, & inoffensum demonstrat operum bonorum effectum. Quia spiritus (vt Dominus docet) vbi vult spirat: & vocem eius audis: &, quia est eius incomprehensibilis gratia, connectit, & perhibet: & nescis, vnde veniat, aut quò vadat. Scientes igitur, ac satisfacti, quia & vobis Christianæ religionis flagrat studium, vlnisque spiritualibus amplectimini semina cœlestis doctrinæ, & euangelicæ, atq; Apostolicæ traditionis in vobis fructificat feruorē & puritas, pro qua hæc sancta Ecclesiarum omnium mater, Apostolica sedes, vsq; ad [a] victimam desudauit semper, & desudat: & prius (si hoc diuina māiestas censuerit) animam de corpore temporaliter diligit sequestrari, quàm perditione sacrilega se à confeßione veridica pro temporali delectatione, vel afflictione seiungi. Quia citra hāc, sicut æternæ beatitudinis præmium, quod sanctis suis Dominus præparauit, adipisci non suppetit; ita (quod lugubriter eiulandum est) à Deo viuo, & verò, per errorem falsidici dogmatis factum extorrē, æternis cruciatibus euenit mancipari. Sed quia nunc per gratiam Dei, Christianißimo, ac pijßimo filio nostro Constantino Imperatore regnante, quē ad hoc pietatis officium elegit, atque praelegit superna clementia, rectæ confeßionis, atque Apostolicæ traditionis fulgor, hæreticæ prauitatis expulsa caligine, per totum orbem terrarum, veluti Ecclesiarum iubar effulsit; & pax, atque concordia veritatis inter cunctos Ecclesiarum Christi Præsules regnat, de pacifica in Christū confeßione descendens; qui pax vera, & salutaris est; per quem reconciliamur ad Deum: sciat vestra sinceritas, & Christianis omnibus innotescat Dei omnipotentis mira magnalia. Quia in Constantinopolitana vrbe clementißimus noster, imò B. Petri Apostoli filius Imperator, armatus zelo Dei, ac desiderio pietatis accensus, Episcopis è totius mundi partibus aggregatis, quod ex multo tēpore fideliter cupiebat, dum censuit maiestas, per nuper elapsam nouam in dictionem

Ioan. 3.

[a] F. victimam.

Constantinus quartus, filius Constantis.

indictionem impleuit. Vniuersale itaq; sanctum sextum Concilium celebratum est: ad quod celebrandum ex prædecessoris nostri, Apostolicæ memoriæ domini Agathonis Papæ persona, Presbyteri, Diaconiq; directi fuerunt. De diuersis autem Concilijs huic sanctæ Apostolicæ sedi, cuius ministerio fungimur, subiacentibus, Archiepiscopi à nobis sunt destinati; qui cum Principe simul, & omnibus, qui eius mandato conuenerunt, Ecclesiarum Præsulibus, præsidentes fuerunt. Ac cõsiderantes primum quidem sancta quinq; vniuersalia Concilia, & venerabiles Ecclesiæ Patres, quorum libri, ac testimonia hinc fuerant destinata cum tomo dogmatico Apostolicæ memoriæ nostri decessoris domini Agathonis Papæ, atq; Pontificis, & responsis totius nostræ Synodi, pro cõfirmatione duarum naturarum, duarumq; naturalium volũtatum, & operationum in vno Domino nostro Iesu Christo, & condemnatione eorum, qui aliter docuerunt, vel crediderunt: & hæc singula relegerunt, ac retractarũt. Et quia quæ Dei sunt, cum eius timore, atque amore scrutati sunt, eius nutu vera per eos confessionis sinceritas demonstrata, ac cõfirmata est. Erga quod Synodalis definitio dictis Apostolicorum virorum consona protestatur: ex quibus vestram satisfieri dilectionem confidimus. Qui verò aduersus Apostolicæ traditionis puritatẽ perduelliones extiterant, abeuntes quidem, æterna condemnatione mulctati sunt; id est, Theodorus Pharautanus, Cyrus Alexãdrinus; Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Constantinopolitani; cum Honorio, qui flammam hæretici dogmatis non (vt debuit) Apostolica auctoritate incipientem extinxit, sed negligendo confouit. Qui verò superstites noluerunt ad veritatis confessionem per medellam pœnitentiæ conuerti, vel retractare, de Præsulari, ac Sacerdotali gradu deiecti fuerunt; id est, Macarius Antiochenus Præsul, cum Stephano eius discipulo; imò erroris hæretici inceptatore, & quodam sene Polychronio, Abba Presbytero nouo Simone: qui meritò de Ecclesijs Christi, vt mercenarij infideles expulsi, quarum noxij subsessores, & peruersores extiterant, adhuc exules deportati sunt: vt reatus sui, & blasphemiarũ in Deum opprobria recognoscant, sub contemptu, & denotatione fidelium omnium constituti. Et quia quæque in Constantinopolitana vrbe, vniuersali Concilio concurrente celebrato, gesta sunt, propter linguæ diuersitatem (in Græco quippè conscripta sunt, & necdum in nostrum eloquium examinatè translata) definitionem interim eiusdem sancti sexti Concilij, & adclamationem, quod Prosphoneticum dicitur totius Concilij, factum ad pijssimum Principem; pariterq; edictum clemẽtissimi Imperatoris, ad omnium cognitio-

Theodorus Episcopus fuit ciuitatis Pharam, vt dicitur in .6. Synod. Act. 13: interpres sextæ Synodi, Pharautanum, vertit.

De Stephano intelligit, qui fuit Macarij discipulus, ex. 6. Synod. Act. 17.

Polychronius senex, monachus Presbyter, in 6. Synod. Act. 14. 15. & 16. fuit Abbas, vnde in Synodo vocatur, religiosus Presbyter.

Græcè est, προσφωνητικὸν, quod Hesychio est προσαγορεύειν, id est, salutare: Idem Phauorinus sed vero salutatio cum adclamatione fit, est προσφωνεῖν, & hoc est acclamare. Vnde prosphoneticum vocat Concilij acclamationem, quæ semper in calce Conciliorum ponitur.

cognitionem vbiq; directum, in Latinum de Græco translatum, per latorem præsentium, Petrum Notarium Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ, vestræ dilectioni direximus; etiam acta totius venerandi Concilij directuri, dum fuerint elimatè transfusa: si hoc & vestra bonis studijs feruens charitas delectatur. Hortamur proinde vestrã diuinis mysterijs mancipatam in fidei veritate concordiam, vt summam sedulitatem, atq; operam præbeatis; paribus laboribus adiungamini pro amore, atq; timore Dei, Christianæ profectu religionis, & Apostolicæ prædicationis puritate; vt per vniuersos vestræ prouinciæ Præsules, Sacerdotes, & plebes per religiosum nostrum studium innotescat, ac salubriter diuulgetur; & ab omnibus reuerẽdis Episcopis vnà nobiscum subscriptiones in eadem definitione venerandi Concilij subnectantur: ac si profectò in libro vitæ properans vnusquisq; Christi Ecclesiarum Antistes suum nomẽ adscriberet; & in vnius Euangelicæ, atq; Apostolicæ fidei consonantia nobiscũ, & cum vniuersali sancta Synodo, per suæ subscriptionis confessionem, tanquam præsens spiritu conueniat: quatenus Dominus noster Iesus Christus, cum in glorioso, ac terribili potentatu ad iudicãdum venerit, cum titulo orthodoxæ confessionis occurrens, consortem se traditionis Apostolicæ, per manus suæ demonstret signaculum: vt cum Apostolorum Christi principibus, quorum confessionem zelo veræ pietatis amplectitur, beato consortio perfruatur; reuoluens semper in cordis arcanis sententiam Domini prædicantis: Qui me confessus fuerit coram hominibus; confitebor eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Quia & nos qui licet impares, vice tamen Apostolorum Principis fungimur, dum vestras subscriptiones in paginis cũ Dei præsidio per latorem præsentium susceperimus, has apud B. Petri Apostolorum Principis confessionem deponemus; vt eo mediante, atq; intercedente, à quo Christianæ fidei descendit vera traditio, offeratur Domino Iesu Christo, ad testimonium & gloriam eius mysterium fideliter confitentium, ac subscribentium, qui veræ de se confessionis præconium, quod per tot temporum lapsus hæreticis opprimebatur insidijs, ex insperato per sedulum pij Principis studium, claræ veritatis radijs vbique concessit fulgescere. Oblatam itaque salutis opportunitatem, & verè diuinum munus, efficaci sedulitate fructuosum vos hortamur ostendere; vt gloria vobis ante Deum adcrescat de conscientiæ puritate. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Notarius Regionarius erat qui gesta martyrũ literis mandabat, vt à Clemente P. M institutũ est.

Matth. 10.

DILE-

Quiricus Toletanus Antistes, vir sanctus, post quem D. Iulianus tenuit cathedram Toletanam, Vvamba Rege floruit.

Ex eodem Codice.

DILECTISSIMO FRATRI Quiríco, Leo.

AD cognitionem vestræ dilectionis deducimus, quod latorẽ præsentium, Petrum Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ, illic properauimus destinare cum tractatorio, ad omnes vnà vobiscum Christi Ecclesiarum Antistites; simul etiam ad præcellentißimum, atq; Christianißimum Regem, filium nostrum, ad gloriosumq; Comitem: contradi quoque facientes eisdem responsa; initio definitionem venerabilis Synodi, quæ per nouam nuper elapsam indictionẽ, in Constantinopolitana vrbe, cum Dei præsidio, pro stabilitate orthodoxæ nostræ fidei celebrata est; acclamationemq; reuerendißimorum Episcoporum, in ea conuenientium; & edictum pijßimi filij nostri, atq; clementißimi Imperatoris: cui pro Dei mysterio, quod suscepimus, & rectitudine Apostolicæ fidei, per quam saluari, tam nos, quàm commissas nobis animas præstolamur; prouidentiam, atque concursum omnem exhibeat vestra in Christo dilectio: vt pro flagrantibus studijs Euangelicæ, atque Apostolicæ fidei, æternæ beatitudinis, cum beatis Christi Apostolorum Principibus, habere consortium mereamini. Benedictionis itaque gratiam, crucem clauem habentem de sacris vinculis auctoris nostri B. Petri Apostoli, tuæ dilectioni direximus; vt Præsulare meritum Dei, & proximi charitas vinciat, & per vexillum salutiferæ crucis Christi, qui in eo suspensus est, totius corporis membra clauis diuinorum mandatorum obstringat: vt tali signaculo cõmunitum, reseratis ianuis regni cœlestis, Apostolorum Princeps ad secum perfruendum beatitudinem æternam suscipiat.

Crucem clauem habentem] *Romanis Pontificibus in more fuit, de limatura catenarum Petri, pro magno munere Regibus, & Principibus, alijsq; viris primarijs, atq; de Christi Ecclesia benemeritis mittere. Cuius rei multæ epistolæ B. Gregorij fidem faciunt: fiebat autem hoc modo: ramenta catenarum includebantur aurea claui ab altari Petri Apostoli accepta, & ad absentes transmittebatur: hi autem quibus illa paruula clauis transmittebatur, religiosè accipientes, collo suspendebant, vt Apostoli muniti præsidio, à malis imminẽtibus tuti essent. Id scribit Gregorius ad Childebertũ Regem Francorum lib. 5. epist. 6. indictione. 14. & in epist. 23. lib. 6. indictione. 15. enumeratq; ingens miraculum de vltione diuina in Longobardum, huiusmodi religiosi instituti contemptorem. Petit & ab Hormisda PP. Iustinus. V. C. postea verò Imperator, vt catenarum Petri limaturam ad se mitteret.*

Ex eodem Codice.

DOMINO GLORIOSO, FILIO Simplicio Comiti, Leo Episcopus, seruus seruorum Dei.

CVm singulare sit nostræ salutis remedium vera in Deum confessio, ex Apostolica traditione descendens; cum qua beati martyres temporaliter decertantes, æternæ vitæ præmium meruerũt; pro qua beatissimi sanctæ Ecclesiæ Patres, atq; Doctores diuersa certamina, & immẽsas afflictiones perpessi, animam tradere, quàm fidẽ veram perdere elegerunt: ex quorum regulari doctrina, quã nunc vsq; hæc sancta Christi Ecclesia, ab eius Apostolorum Principe cõstructa, atq; perstructa, prædicare cognoscitur; & per Apostolicos successores salutaris institutio per Dei gratiam ad nos vsq; pertingit, sed & prædecessorum nostrorum, pro eius stabilitate nimium desudauit instantia. Verùm post tot certamina, & afflictiones innumeras, diuersis temporibus, à vera fidei infestis affecta, tandem superna clementia cor Imperiale cœlesti gratia præstruẽs, & feruore suæ gratiæ ad indagandam veræ pietatis integritatem accendens, de diuersis mundi partibus nuper Concilium vniuersale cõgregari disposuit: in quo etiam Legati huius sanctæ Apostolicæ, quã diuina dignatione dispensandam suscepimus, & Concilio eidem subiacentium responsales vna cum serenissimo filio nostro Imperatore Constantino, insignibus & infulis redimito, in eodem sacro Concilio cõuenientes, ex scriptis Pontificalibus, sanctorum Patrum testimonijs roboratis, Apostolicæ traditionis regulam, ac sanctam Ecclesiam diuino subnixam auxilio integrè prædicare, atq; seruare totis nisibus probauerunt. Tomus etiam domini Agathonis, Apostolicæ memoriæ magni Pontificis, nostrique decessoris, quem ad tranquilissimum Imperatorem direxerat, ita erat & sanctorum Conciliorum definitionibus, beatorumq; Patrum testimonijs, & assertionibus veritatis instructus, vt & integritatem Apostolicæ fidei lucidissimè patefaceret, & erroris hæretici latebras reuelaret. Et ex eius inexpugnabilibus dictis, per gratiam Dei, de omnium cordibus hæretici dogmatis sublata caligine, lumen veræ confessionis effulsit: in quo mansuetissimi Principis labor, pro rectæ fidei pietate præclaruit, in seculis omnibus collaudandus; vt eo fauente cum Dei præsidio veritas Apostolicæ fidei brauium victoriæ sumeret, diuinitusq; concessum imperium pietatis insignibus decoraret. Et ideò vos gloriosissimi Christi Ecclesiæ filij, in quibus pietatis desiderium pollet, Euãgelicæ, atq; Apostolicæ prædicationi manum, suffragando, porrigite: vt etiam vestras Christianissimas regiones sinceræ fidei, quam diligitis,*

ligitis, fulgor irradiet: vt Apostolicæ prædicationi fauentes, atque collaborantes, consortium fidelium apud Deum habere mereamini; ad quem redigitur veræ confeßionis integritas. Quod enim ad nostrum officium, quibus animarum dispensatio commissa est, competebat, definitionem sancti sexti Concilij, per nouam indictionem, in Constantinopolitana vrbe celebrati, & acclamationem vniuersorũ reuerendißimorum Episcoporum, sed & edictum fidei à pijßimo Augusto, nostro serenißimo filio huc destinatum, vestris prouincijs innotescere, per latorem præsentium, Petrum Notarium Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ, illuc dirigere affectu paterno maturauimus; vnde profectu Euangelicæ, atq; Apostolicæ prædicationis, vt merito fidei veræ consortes nobiscum vnanimiter lætemini. Hortati autem sumus reuerendos Ecclesiarum omnium Præsules, vt subscriptiones suas eidem Apostolicæ, atque Synodali definitioni subnectant: & vtpote proles, atq; cum filijs patres, sua nomina in huiusmodi libro vitæ describant, ad laudem fideliter concurrentium, & Christi Euangelio conlaborantium, & cõmẽdationem ad Deum, quem tunc mereamur habere propitium, dum eius fidei veritatem immutatam, fine tenus conseruamus incolumem. Gloriam vestram gratia superna custodiat. Ad perpetuam proinde vestræ gloriosæ Christianitatis protectionem, venerabilem crucem, clauem habẽtem de salutaribus vinculis auctoris nostri Petri, Christi Apostolorum principis, per præsentem gerulum direximus: vt cuius sinceram dilectionem geritis, & luminaribus fideliter prouidetis, traditionis rectitudinem veraciter amplectimini; eius iugiter Apostolica tuitione saluemini.

Benedictus, Leoni successit, anno salutis 685.

Ex eodem Codice.

BENEDICTVS PRESBYTER, ET in Dei nomine electus sanctæ sedis Apostolicæ, Petro Notario Regionario.

IVxta quod tuam strenuitatem Apostolicæ memoriæ dominus Leo Papa Hispaniam prouinciam ire disposuit ad præcellentißimum, & Christianißimum Regem, & sanctißimos Archiepiscopos, & Ecclesiarum omnium Præsules ibidem constitutos, simul & gloriosum Comitem, pro innotescenda venerabilis sextæ Synodi definitione, acclamatione quoque, quæ & prosphoneticum dicitur, reuerendißimorum Episcoporum, qui in eodem à Deo congregato Concilio conuenerunt, ad clementißimum Principem, & edicto eiusdem pijßimi Principis vbique generaliter destinato, pro Apostolicæ nostræ fidei firmitate, cum summo pietatis studio comissum ministerium perage. Subscriptiones quoque reuerendißimorum Episcopo-

rum post eandem Synodicam definitionem cum summa sedulitate, atque vigilantia, procura subiungi: vt & ijdem reuerentissimi Episcopi, omnisque per eos religiosa prouincia consortes nobiscum, Catholicæ, atque Apostolicæ traditionis, & fidei comprobentur; & apud Deum, ad cuius gloriam laus, & stabilitas fidei Christianæ redigitur, commendatio eis, atque susceptio ad salutem animarum proueniat. Officium perinde pietatis assumptum, vigilantia, atque solertia condecorans, festina perficere: quia & tibimet ipsi thesaurizas boni operis fructum; & suscipientibus prouides cœlestis regni beatitudinem, per rectæ atq; Apostolicæ fidei cõfessionem, adipisci.

Ex eodem codice.

BENEDICTVS, GRATIA DEI Presbyter, & electus sanctæ sedis Apostolicæ, domino excellentissimo, filio Eruigio.

CVm vnus extet Rex omnium Deus, qui cuncta creauit ex nihilo; quæ vero creauit, regit, & cõtinet; qui verè Rex Regum est, Dominus dominantium; idem incomprehensibilis prouidentiæ suæ libramine, tàm temporaliter, quamq; localiter diuersos in terris regnare disponit: quorum etsi diuisa sunt regna, æqualem tamen de singulis rationem dispensationis expectat, vnamque de eis veræ suæ confessionis hostiam laudis expectat: & hoc solum munere circa hominum genus complacatur eius maiestatis immensitas; dum à cunctis vera de Deo confessio prædicatur. Vt etsi dispositionum temporalium videtur esse diuersitas, circa eius fidei rectitudinem vnitatis constantia teneatur. Hoc etiam & in sanctis suis discipulis Saluator mundi, Dei filius, esse constituit: qui beatum Petrum, sui vice, discipulorum suorum constituit principem. Cuius salutari prædicatione, atque traditione, ab hac sancta Apostolica Christi Ecclesia, velut à fonte prædicationis progrediente, cuncta regiones, quibus etiam vestrum fastigium præsidet, ad cognitionem veritatis, & viam vitæ perductæ fuerunt; regniquè vestri culmen illustratum; & dum pro gratia Dei pietate regnatis, de temporali regno æternæ beatitudinis regnum adquiritis. Ad quod perfectius obtinendum, sicut instanter oramus, dum Dei ordinatione Patrum ordine fruimur; & beati Petri Apostolorum principis, licet impares, pro commisso diuina ope ministerio locum implemus; ita prædicando, atque commonendo, ad beatæ vitæ meritum conamur prouehere. Initium quippe æternæ beatitudinis obtinendæ, rectæ Apostolicæ prædicationis est regula: quam etsi labefactare olim quidam moliti sunt, hæreticos in Ecclesiam Christi intromitere enitentes errores; sed Euãgelica veritas vincit: pro cuius stabilitate, & immutabilitate seruãda,

da, diuersas afflictionum insidias, hæc Apostolica Christi Ecclesia sustinuit semper, & sustinet: & superna gratia suffragante, illæsa persistit. Nunc autem (quod cum gratiarum actione in Deum exultantes effamur) per nouam nuper elapsam indictionem, piissimus, atque Christianissimus noster; imò Ecclesiæ Dei filius, Imperator ad Apostolicæ memoriæ nostrum decessorem Agathonem Papā atq; Pontificem scripta Imperialia dirigens, effatim hortatus est, vt ab hac nostra Apostolicæ sedis Ecclesia de omnibus adiacentibus ei reuerendis Conciliis, tàm de Ecclesiarum Præsulibus, quàm de aliis ordinibus Ecclesiasticis, cum dogmaticis literis, venerabilium patrum libris, ac testimoniis instructis, in regiam Constantinopolitanam vrbem dirigeret: quod Dei nutu effectum, atque perfectum est. Quibus illuc ob hoc aduentantibus, Concilium ex diuersis mundi partibus eius pietas congregauit: & commissæ reipublicæ curis sepositis, in venerando Episcoporum fratrum Concilio residens, veritatem Apostolicæ traditionis, & rectitudinem fidei, per sanctæ Synodi, venerabiliumquè Patrum testimonia, & assertiones præcessorum nostrorum Apostolicorum Pontificum, subtiliter atque attentè examinari fecit: & veræ fidei sinceritatem à Legatis huius sanctæ Apostolicæ sedis monstrari. Quod per Dei gratiam, Imperii adueniente præsidio, inceptum, atque peractum est: & perfectissimè claruit veræ fidei nostræ veracitas, iuxta veneranda Concilia, & probabilium Patrum doctrinas; vt in vno Domino nostro Iesu Christo, filio Dei, eodemque vero atque perfecto homine, sicut duas inseparabiliter in confusè confitemur naturas, id est, diuinam, & humanam; ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes eum omnes habere prædicemus, secundùm qualitates, ac proprietates in eo concurrentium naturarum. Quia sic eum vnum Christū, vnamq; personam sanctæ Trinitatis esse credimus, vt & diuinā, & humanā naturam, & harum naturarū proprietates in confusè, in diuisè, & indiminutè eum habere prædicemus. Verum piissimus Imperator grātia sancti Spiritus animatus, & laborem pro Christianæ fidei puritate spōte perpessus, ecclesiā Dei Catholicā ab erroris hæretici macula summis nisibus purificare molitus est; & quidquid offēsionē Christianis populis poterat generare, de medio Dei Ecclesiæ fecit auferri: omnesq; hæreticæ assertionis auctores, venerādo consentiente Concilio condemnati, de Catholicæ Ecclesiæ communione proiecti fuerunt; id est Theodorus Pharautanus Episcopus, Cyrus Alexandrinus; Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus quondam Constantinopolitani Præsules: & vnà cum eis Honorius Romanus, qui

imma-

immaculatam Apostolicæ traditionis[aliquid supplendum fortè *doctrinam*]*quam à prædecessoribus suis accepit, maculare cõsensit. Sed & Macarium Antiochenum cum Stephano eius discipulo, immo hæreticæ prauatatis magistro, & Polychronio quodam insano sene, nouo Simone, qui suscitationem mortui, hæreticæ prædicationis fiducia pollicebatur implere: neque rursus ad viam veræ confessionis, saltem confusus, voluit conuerti, æterna condemnatione multatus est. Et hi cum Arrio, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Seuero, Theodosio, Themistio, in deitate, atque humanitate Domini nostri Iesu Christi vnam voluntatem, vnamque operationem prædicantes, doctrinam hæreticam impudentes defendere conabantur. Neque enim, vt Sacerdotes Dei oportuerat, sanctarum, scripturarum, & Patrum testimonijs hoc demonstrabant, sed mundanis sophismatibus Euangelium Christi callidè machinabantur peruertere. Quos omnes cum suis erroribus diuina censura de sancta sua proiecit Ecclesia: & nunc superno fauente præsidio, in vnam veræ fidei consonantiam omnes Dei Ecclesiæ Præsules vbiq; concordant: & factum est vnum os, & labium vnum, vnusque grex, & vnus pastor, Christus filius Dei; qui vnanimiter à cunctis eius Sacerdotibus, atque synceriter prædicatur. Idcirco & vestri Christiani regni fastigium studium pietatis assumat; quatenus hæc omnibus Dei Ecclesijs, Præsulibus, Sacerdotibus, Clericis, & populis, ad laudem Dei, pro vestri quoque regni stabilitate, atque salute omnium, prædicetur: vt Deus onmipotens ab omnibus populis vnanimiter glorificetur, & collaudetur. Definitionem proinde sancti Concilij, & acclamationem reuerentißimorum Episcoporum, quod Prosphoneticum dicitur ad pijßimum Imperatorem, & edictum clementißimi Imperatoris, pro veræ fidei confeßione constructum; & vbique mandatum, per latorem præsentium Petrum, notariũ Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ, illuc prouidimus destinare; vt in eadem sacræ Synodi definitione, tanquam pro spiritualibus filijs patres, omnes vestri religiosißimi regni Ecclesiarum Antistites, iuxta tenorem à nobis illuc destinatum, subscriptiones suas, sicut in libro vitæ, per suæ confeßionis signaculum adscribendus, vnusquisque subiungat: vt pax, & concordia in Ecclesijs Dei, vestri sublimis regni temporibus, Deo concedente, vestraq; Christianitate fauẽte, crebrescat, & maneat: vt qui vestrum culmen regnare disposuit, suæ fidei stabilitate subnixum, concedat per plurima tempora, prosperè ac sibi placitè commissum populum dispensare. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.*

Suscitationem mortui] *Hoc deerat in Codice, verum posui ex. 6. Synod. act. 15.*

IN

IN NOMINE DOmini Iesu Christi. Incipit Synodus Toletana XV. LXI. Episcoporum, acta anno primo serenissimi & orthodoxi Egicanis Principis, sub die quinto Iduum Maiarum, Era DCC. XXVI.

APud vrbem Toletanam, in Ecclesia Prætoriensi sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, omnes Hispaniæ Galliæque Pontifices aggregati: dum cunctis residentibus, in aspectu singulorum se se in alterutrum charitas diffusa monstraret, alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem serenissimus Egica Princeps, placida deuotionis arce sublimis, & strenua culminis reclinatione laudabilis; quique in medio Pontificum positus, humoque prostratus Sacerdotum Dei se commendat orationibus. Deinde surgens, & sufficienti exhortatione Concilium adloquens, innexa tomo sui culminis vota, Dei Sacerdotibus tradidit relegenda;

Ecce, inquiens, beatissimi Patres, omne, quod loqui me vobis, aut circumloquutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hîc breui stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione conieci: his quæso attendite, hæc pertractate, his deliberationis ferte inconuulsibilem sanctionem. Tunc nos oblatum à Rege tomum suscepimus, & dantes Deo gloriam, eidem Principi benediximus: quo discedente hæc iam dicti tomi complicatione reperimus.

IN NO-

IN NOMINE DOMINI. FLAVIVS Rex reuerendissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus.

ECce sublimi Patres, & cœlesti iure honorandi mihi Pontifices,[a] speciosi vestri ordinis adiens cœtum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo Dominum Iesum Christum: eius quippe sermonibus fidem accomodans, quibus ait: Vbicumq; fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum, [b] tanta spei huius fiducia feror, vt quidquid vestra fuerit sententia cautum, non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere sinum, ex quo vbertim manant riuuli sanitatum. Attendite iam iamque vnde cor serenitatis nostrę exęstuet, vel quibus ex causis mœsti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicẽdum occurrit, quod diui patris nostri, & soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio iuramenti rete implicitum: ita vt si vnum ex his obseruantiæ cautella conseruem, ex alio nihilominus in periurij crimen videar recidisse. Egit enim idem diuus prædecessor noster Eruigius Princeps, inter cętera, quibus me incauto, & ineuitabili conditionum sacramento adstrinxit, [c] cum adhuc mihi gloriosam filiam suam coniungendam eligeret, vt omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negocio filiorum suorum ita me ipsum opponendo solicitus essem, qualiter eorum causæ ad victoriam peruenirent: & quidquid me pro quibuslibet causis imperasset, in omnibus iussa eius implerem. Hæc inquam iam dicto Principi sub iuramenti cautione promittens, aliud è contra me tempore mortis suæ impegit, aliud agere impulit; scilicet, vt non antè regnum adirem, nisi primum strictis me iuramentorum vinculis alligarem, vt iustitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista, & specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum ineuitabilem, & sibi contrariam seriem, & illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, & istarum, quas ob præelectionem regni mei exigẽdas instituit, Paternitatis vestræ pertractandas consultibus destinaui; petens, vt & benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream, & sanctionis vestræ regulis viam, qua discreto calle periurij gradiar,

Matth. 18.

Egica Rex, fuit filius Regis, & nepos Vvãba Regis: eius vxor Cixilo, fuit filia Eruigij Regis. Forte fuit filius Vvamba: nã de patre & & socero dicit regale sortientes fastigium.

[a] Speciosum. C. A.

[b] Sancta. C. A.

[c] Cordi bonum Sacramentum astrinxit. C. A.

gradiar informatus agnoscam. Non enim potero periurij effugere notam, si aut iam dicti Principis contra iustitiam defendendo prolem, non reddidero populis veritatem; aut propter veritatem populorum zelans negocia, erga filios eius promissionis meæ non impleuero vota. Additur super hoc (vt fertur) pressurarum eius in plerosque acerbitas, quos indebitè rebus, & honore priuauit; quos de nobili statu in seruitutem sui iuris implicuit; quos tormentis subegit; quos etiam violentis iudicijs pressit: pro quibus omnibus hæc adhûc insuper vox in querimoniam venit, quòd omnem populum regni sui, ob tuitionem filiorum suorum iurare compulerit, & ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis huius elaqueari periculo, fiducia illa, qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus, vestrisque iudicijs dirimenda committo. Nam & cæteras causarum voces, reliquasque iurgantium actiones, quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto iudicijs cõsopiri; contestantes generaliter omnes, & vos sacrosanctos cœlesti iure Pontifices, & vos Regalis aulæ viros nobiles, & illustres per ineffabile illud sanctæ Trinitatis sacramentum, & per Domini nostri Iesu Christi sanguinem pretiosum, ac diem futuri iudicij pertremendum, vt in his omnibus commemoratis negociorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel fauoris, fideli conscientiæ oculo intendatis: quo in elucubrandis vocibus, & negocijs vniuersis ita operam detis, ne à iustitiæ tramite vllo modo decidatis; vt dum inflexibili æquitatis culmine, iudicia vestra sese in conspectu Domini placitura direxerint, & mihi de admonitione lucrum, & vobis pro æmulatione iustorum iudiciorum, proueniat gaudium exoptatum. Datum sub die [a] agnita.

[a] Quinto iduum Maiarum. C. A.

Igitur huius tomi serie perlecta, primum nobis illud ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domino consecrantes, collationis nostræ primordia à sanctæ fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur, & definitam à Patribus fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna Synodus sanxit, Constantinopolitana Patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus, Cyrillo præsidente,

traditio protulit, atque etiam Chalcedonense Concilium declarauit, sic etiam eam tenendam omnibus prædicamus: sicut & per traditum à Patribus Symbolum, profitemur, ac dicimus:

Hoc idem Symbolum est in. 12. Conc & 13. Tolet & habetur ad verbum in Missali Mozarab. siue Isidoriano.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ; visibilium omnium, & inuisibilium conditorem: & in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum; & ex Patre natum ante omnia secula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in cœlos; sedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, Dominum, & viuificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui loquutus est per Prophetas: in vnam Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum Baptisma in remissione peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum; vitam [a] venturi seculi. Amen.

[a] Futuri in. 12. & 13. Tol. Conc.

Post huius igitur piæ confessionis prolatam deuotis vocibus regulam, ad illa nos ilicò conuertimus contuenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus Papa Benedictus nos literarum suarum significatione monuerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curauit, sed homini nostro verbo renotanda iniunxit; ad quod illi iam eodem anno sufficienter, congrueq; responsum est. Nos tamen nunc eandem renotationem hominis nostri studiosiùs relegentes inuenimus, quod in libro illo responsionis fidei nostræ, quem per Petrum Regionarium Romanæ Ecclesiæ miseramus, id primum capitulum iam dicto Papæ incautè visum fuisset à nobis positum, vbi nos, secundùm diuinam [b] essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem, sicut & sapientia sapientiam: quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens, existimauit hæc ipsa nomina, id est, relatiuum, aut secundùm

Vide notas.

[b] Existentiam. C. A.

cundùm comparationem humanæ mentis nos posuisse. Et ideò [a] ipsa renotatione sua ita nos admonere iussus est, dicens: Naturali ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio, & voluntas: & conuerti non possunt, vt dicatur: quia sicut verbum, & voluntas de mente procedit, ita & mens de verbo, aut voluntate: & ex ista comparatione visum est Romano Pontifici, voluntatem ex voluntate non posse dici. Nos autem non secundùm hanc comparationem humanæ mentis, nec secundùm relatiuum, sed secundùm essentiam diximus: Voluntas ex voluntate; sicut & sapientia ex sapientia: hoc enim ex Deo esse, quod velle; hoc velle, quod sapere. Quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippè est homini id quod est, sine velle; & aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita: quia simplex ibi natura est, & ideò hoc est illi esse, quod velle, quod sapere. Quapropter, qui potest capere voluntatem ex voluntate, secundùm essentiam nos dixisse, non de huiusmodi laborabit proposita quæstione: quod etiam in iam dicto responsionis, & fidei nostro opusculo solicitè legentibus, & intelligentibus claret. Vbi & apposita illic beati Athanasij sententia idipsum nos debere sentire pronunciat, dicens: Hanc de Deo religiosæ opinationis sententiam retinemus, vt non aliud eius voluntatem, aliud credamus esse naturam. Si [b] enim secundùm quod hic Doctor dicit, id debemus sentire, vt non aliud Dei voluntatem, aliud credamus eius esse naturam, hoc ergo est eius voluntas, quod & natura; hoc natura quod substantia, vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est, essentia de essentia; sicut natura de natura, & substantia de substantia: & tamen nec duæ essentiæ, nec duæ naturæ, nec duæ substantiæ possunt dici, sed vna essentia, natura, atque substantia: sicut & lumen de lumine, non duo lumina, sed vnum lumen: sicut essentia, non duæ essentiæ, sed vna essentia: sicut natura de natura, non duæ naturæ, sed vna natura: sic & voluntas de voluntate, non duæ voluntates, sed vna voluntas: quia non est aliud Dei voluntas, aliud eius natura: quod iam superius, Athanasio Doctore, firmatum est. Ac proinde quidquid de Deo, secundùm essentiam dicitur, communiter in singulis personis conuenire videtur: sicut sapientia, & fortitudo, vel

Margin notes: [a] In ipsa. C. A. — Vide notas. — Athanasius — [b] Ergo sec. C. A. — Vide notas.

 cætera:

cætera: quia & Pater ſapientia, & Filius ſapientia poteſt dici. Fortitudo quoque & Pater poteſt, & Filius appellari. Quod ſecundùm illam comparationem humanæ mentis, nullo modo poteſt dici: quia, verbi gratia, mens ſi in perſona Patris ponatur, verbũ [a] iam ex mente prodiens, filius intelligitur; & voluntas prodecens ex mẽte & verbo, Spiritus ſanctus ſignificatur. Nec tamen recurrit, vt poſsit dici, vt aut mens, quæ in ſignificatione Patris eſt poſita, Filio, vel Spiritui ſancto conueniat; aut verbum, quod ſolum Filius intelligitur Patri, vel Spiritui ſancto comparetur; aut voluntas, quæ in perſona Spiritus ſancti accipitur, aut Patris, aut Filij perſonæ conuenire dicatur: ſed ſic ſingula ſingulis, ſecundùm comparationem humanæ mentis conueniunt, vt vnumquodq;, quod ex eis vnus dicitur, alius penitus non dicatur: ſicut & relatiuo vocabulo Pater nominatus, non eſt ipſe, qui filius: vel filius cùm dicitur, non eſt ipſe, qui Spiritus ſanctus: nec Spiritus ſanctus ipſe eſt, qui Pater, aut Filius. Ac per hoc illa nomina, quæ comparatiuè ex homine aſſumuntur, ideò ſecundùm comparationem humanæ mentis dicuntur, vt quoquo modo ad contuendum illud diuinæ Trinitatis ineffabile ſacramentum humana infirmitas excitetur. Secundùm hanc igitur comparationem putati ſumus dixiſſe: Voluntas ex voluntate: quod vtique dici, vel ſentiri abſurdiſsimum eſt. Ac proinde longè alia eſt regula, qua de Deo aliquid ſecundùm eſſentiam dicitur; aliud, cùm ſecundùm comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronunciatur. Nos proinde conſentientes, & ſequentes Doctoris egregij Auguſtini ſententiam, diximus ſecundùm diuinæ Trinitatis eſſentiam: Voluntas de voluntate, ſicut & ipſe in quintodecimo libro Trinitatis Dei pronunciat, ita dicens: Melius, quantum exiſtimo, dicitur, conſilium de conſilio, & voluntas de voluntate; ſicut ſubſtantia de ſubſtantia, ſapientia de ſapientia. Hîc iam, quiſquis ſapiens, manifeſtè intelligit, non nos hîc erraſſe, ſed illos forſitan incurioſæ lectionis intuitu fefelliſſe: quia quod à nobis eſt, ſecundùm eſſentiam dictum, illi ſecundùm operationem humanæ mentis poſitum putauerunt.

[a] Id quaſi ex mente C.A.

Cap 10. & affert Magister Sent. lib. 1. d. 5.

Secũdi huius capituli diſcuſsio.

Ad ſecundum quoq; retractandũ capitulum tranſeuntes, quo idem Papa incautè nos dixiſſe putauit, tres ſubſtantias in Chriſto

In c. A De tribus substantiis in Christo manentibus, ut Iuliani assertio manifesta. *2. Cor. 4.* *Psalm. 62.*

Christo Dei filio profiteri, sicut nos non pudebit, quæ sunt vera defendere, ita forsitan quosdã pudebit, quæ vera sunt, ignorare. Quis enim nesciat, vnumquemq; hominem duabus constare substantijs, animæ scilicet, & corporis? De quibus Apostolus specialiter loquitur, dicens: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem: sicut & ille sitiens Deum clamabat in psalmo: Sitit te (inquit) anima mea; quàm multipliciter & caro mea. Necnon & alia multa, quæ hominem duabus substantijs constare pronunciant. Contra quam regulam inuenimus item in scripturis, aut carne plerunq; nominata, totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura diuina humanæ sociata naturæ, possunt & tres propriæ, & duæ propriæ appellari substantiæ. Sed aliud est, cùm per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cùm à parte totus intelligitur. Est enim quidam modus locutionis, qui frequenter in scripturis diuinis positus inuenitur, quo significatur à parte totũ: hic etiam tropus apud Grammaticos Synecdoche dicitur. Scribitur enim in lib. Genesis, secundùm istam tropicam locutionem significantem à parte totum: Factus est homo in animam viuentem; cùm homo non solùm ex anima, sed ex carne constet. Item similiter à parte totum, vbi omissa substantia animæ, sola carnis substantia nominatur: sicut in psalmo scribitur: Ad te omnis caro veniet: cùm omnis homo non solùm ex carne, sed ex anima constet; & tamen sola carne nominata, totus homo intelligitur: sicut & sola anima nominata, totus homo accipitur. Nam in Exodo volens similiter scriptura homines à parte totum intelligi, sic dicit: Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum: cùm ipsæ septuagintæ animæ non sine suis corporibus illîc ingressæ fuissent. Ex carnis quoq; nomine totum hominem intelligi voluit, qui dixit: Et in carne mea videbo Deum: cùm non sine animabus suis resurgenda sint corpora. Ecce per consuetudinẽ scripturæ sacræ probauimus, & propriè hominem ipsis, quibus constat substantijs appellari, & tropicè à parte totum hominẽ posse intelligi. Si quæras culpã, nec ille errasse dicendus est, qui hominem à parte totũ nominauit; nec iste culpandus est, qui totum hominẽ carne, & anima nominata, expressit: quia vtrũq;

4 Regula Tichonij, quam affert Augustin. de doct. christ. Et Isidorus lib. 1. Sententiarum c. 19. *Genes. 2.* *Psalm. 64.* *Exod. 1.* *Iob. c. 9.*

inculpabiliter dici Scriptura diuina conuincit. Et tamen cùm iam probatum teneamus, nec illam, nec istam partem esse culpandam, quærendum est, quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum facilior; atq; etiam repulsa omni obscuritate, lucidior: vtrùm ea, quæ solùm carnem nominans, & animam tacitè ibi vult intelligi; an ea, quæ & animam, & carnē exprimens, totum dicit. Quod vt manifestius innotescat, quædam exempla ponenda sunt. Ecce iuxta superiorem tropicę locutionis modū, qui Synecdoche dicitur, quo aut pars à toto, aut totum à parte intelligitur, scriptum inuenimus de flagellatione Ægypti in psalmis: Immisit in eis muscam caninam: necnon & illud: Dixit, & venit locusta, & bruchus; volens Scriptura isto genere locutionis non singularitatem, sed pluralitatem muscarum, & locustarum intelligi. Non enim [a] musca, & locusta, sed multitudo muscarum, & locustarum repleuerunt Ægyptum. At nunc si aliquis nostrorum modò dicat: Misit Deus in Ægyptum muscas, & locustas, & bruchos, pluralem numerum proferens, quod & vtique verum est, nunquid in parte ista, quæ pluralitatem confitetur, potest calumnia cadere; vt dicatur non esse verum, quod vtiq; verum est, de multitudine locustarum, quæ repleuerunt Ægyptum? Tale quippè illud est, vbi populus ad Moysem clamauit, dicēs: Ora ad Dominum, vt auferat à nobis serpentem; cùm non vnius serpentis, sed multorum serpentium molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more, & Apostolus loquitur in illo loco, vbi ait: Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro; ac si diceret, omnis homo; à parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo & de Domino nostro Iesu Christo, cùm scriptum sit de illo in Euangelio: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, caro sola est nominata, vt illìc tacitè intelligeretur & anima; secundùm supradictum locutionis modum, quo homo à parte totus accipitur. Quæ locutionis regula plerunq; & à Patribus est seruata.

Psal. 104. & 77.
Vide notat.
[a] Vna & locusta. C.A.
Num. 21.
Roman. 3.
Ioann. 1.

Sic enim ex hoc B. Cyrillus in libro, qui vocatur Scholia, dicit: Quomodo igitur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem diuina Scriptura carnem plerunq; nominat, & quasi ex parte, animalis totius significationem facit: necnon etiam à sola anima, interdum tantumdem agit. Scriptum est enim, quòd videbit omnis caro salutare Dei.

Luc. 3.

Galat.1. Et ipse diuinus Paulus: Non consensi, inquit, carni, & sanguini. Adlocutus est autem eos, qui sunt ex Israël Pontifex Moyses: In septuaginta quinq; animabus descenderunt patres tui in Ægyptum. Sed non idcircò dixeris, quod nudæ, & sine carne animæ in Ægyptum descenderunt; nec porrò, quòd inanibus corporibus, & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quotiens igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligitur, ex anima & corpore factum.

Item & sanctus Augustinus in libro quæstionum contra Quæst.80. Apollinaristas sic dicit: Si vbicunq; caro fuerit nominata, & anima tacita, sic intelligendū est, vt anima [a] ibi nō esse credatur, nec illi habebant animam, de quibus dictum est: Et videbit omnis caro salutare Dei: & illud in psalmo: Exaudi preces meas, ad te omnis caro veniet: & illud in Euāgelio: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei non pereat, sed [b] habeat vitam eternam. Vnde & intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari; vt secundùm hanc locutionem, etiam illud possit intelligi: vt quod dictum est: Verbum caro factum est, nihil dictum sit, nisi, Verbum homo factum est. Sicut enim à parte totū plerunq;, nominata sola anima, homo intelligitur (sicut est illud: Tot animæ descenderunt in Ægyptum) sic rursus à parte totum, etiam nominata sola [c] carne, homo intelligitur.

Luc.3. Psalm.64. Ioan.17. Ioan.11. Genes.46. Exod 1. Deut.10.

[a] Ibi esse. alias.

[b] Det eis vitam eternam.

[c] Caro alias.

Item ipse in libro Enchiridion dicit: Verbum caro factum est; à diuinitate carne suscepta; non in carnem diuinitate mutata: carnem [d] quippè hîc hominem debemus accipere; à parte totum significante locutione; sicut dictū est: Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro; id est, omnis homo. [e] Qualiter hæc est Patrum plena, [f] scripturarū more, libata sententia; vt cùm à parte totum vna quælibet hominis assumpti in Christo substantia nominatur, illîc statim & altera intelligatur. Nam si vna, secundùm hunc tropum taceatur, & alia dicatur, duæ tamen nihilominus intelliguntur. Nemo ergo iam dicat, cùm audit totum hominem à parte posse intelligi, non debere tres in Christo substantias profiteri: cum isto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diuersitatis est, siue tropicè vna, siue propriè gemina hominis nominata substantia; cum vtraque locutio hominem à Deo assumptum, non nisi in duabus substantiis

Rom.3.

[d] Porrò est in Augustino.

[e] Quapropter. C.A.

[f] Ex scripturar. C.A.

nos intelligere,& confiteri permittat. Ac per hoc tres in Christo substantias profiteri ille non dubitabit, qui [a] hac ratione plena cognitione didicerit. Cæterũ vbi non tropicè, sed propriè hi Patres hominem totum à Christo susceptum esse fatentur, sic in suis tractatibus posuerunt.

[a] Hanc rationẽ. C.A.

De hac locu tione Patrũ supra diximus.

Beatus enim Cyrillus in superiori libro, qui vocatur Scholia dicit, vbi veritatem trium substantiarum Christi, figura veteris testimonij apertè conuincit; sic enim ait. Quod adunato Deo Verbo verè humanitati; inconfusè tamen substantiæ permanserunt, erectũ est secundùm Dei voluntatẽ sanctum tabernaculum per desertum: & in eo multis modis formabatur Emanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad diuinum Moysem: Et facies arcam testimonij ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidij longitudinem, & cubiti & dimidij latitudinem, & cubiti & dimidij altitudinem, & inaurabis eam auro puro; extra & intra inaurabis eam: sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti (imputribilis enim cedrus) aurum verò quasi materies alijs pretiosor, diuinæ nobis indicat substantiæ maiestatem. Attendite igitur cum arca tota inaurata sit auro puro extra & intra, adunatũ quidem fuerit sanctæ carni Deus verbum: & idest (vt opinor) arcam fuisse extra inauratam. Quod verè animam rationalem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet quod & intra præceperit inaurari. Quod autem naturæ, siue substantia in confusè manserunt, hinc scimus: aurum enim superpositum ligno, mansit id quod erat: & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desijt.

Exod. 25.

Item sanctus Augustinus in libro Trinitatis Dei id ipsum exprimens dicit. Sic Deo coniungi potuit humana natura, & vt ex duabus substantijs fieret vna persona; ac per hoc iam ex tribus, Deo, anima, & carne. Hæc igitur sanctis patribus nos docentibus, & vtramq; locutionis regulam nobis insinuãtibus, videant iam tandem, & sentiant, qui sine fauore Patrũ iudicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa: vtrùm ne illa, quæ in Christo Dei filio, vnam Verbi, alteram hominis à parte totum substantiam profitetur; an ista, quæ propriè totum hominem in » duabus substantijs Verbo Dei adunatum fuisse fatetur. "In" illa enim parte, quæ à parte totum hominem intelligi volet, potest hæreticorum dolus latere; vt vnam quamlibet ex his substan-

» Deest in nõnullis M.C.

ſubſtantiam nominans, aliam ſupprimat; ſicq; quod ore non profitetur, nec corde confiteatur; ſicut Appollinaris, qui negat Dominum Ieſum humanam animam habuiſſe; vel Manichæus, negans in Chriſto aſſumpti corporis veritatem: in hac verò noſtra profeſsione, vbi præmiſſa Verbi ſubſtantia, ſpecialiter duas hominis in vna Chriſti perſona ſubſtantias profitemur, nullus poteſt accidere, vel ſuſpicari fraudulentiæ dolus; quando euidenter in Deo aſſumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars eſt, quæ totum dicit, quàm quæ aliquid ſupprimit: & plus claret, quod propriè dicitur, quàm quod arcta tropicè locutione [a] firmatur. Sed fortè nos ſoli hoc dicimus, quod maiorum ſententia non probamus. Iudicem iam ergo Auguſtinum (ſi complacet) aduocemus; vt quam partem contra hæreticos munitiorem eſſe pronunciet, audiamus. Sic enim in tractatu Symboli dicit: Temporali diſpenſationi Dominicæ multis modis inſidiantur hæretici: ſed quiſquis tenuerit Catholicam fidem; vt totum hominem credat à Verbo Dei eſſe ſuſceptum; ideſt, corpus, animam, & ſpiritum, ſatis contra illos munitus eſt. Ecce ſpirituales ſpiritualiter vtraque conſideramus; iudicium protulit, ſententiam fixit; munitiorem, & tutiorem partem illam eſſe pronuncians, quæ contra hæreticos totum hominem à Verbo Dei ſuſceptũ in duabus ſubſtantijs, carnis, animæq; defenderit. Sed fortè aliquis dicat, iam hic tria quædam hominis nominata, id eſt, corpus, [b] anima, & ſpiritus. Tria quidem dicuntur, ſed duo ſunt: ſicut ab eodẽ Doctore in prædicto Symboli tractatu conuincitur: Tria ſunt (ait) quibus homo conſtat, ſpiritus, anima, & corpus, quæ rurſus duo dicuntur: quia ſæpe anima ſimul cum ſpiritu nominatur: pars enim quædam eiuſdem rationalis, qua carent beſtiæ, ſpiritus dicitur. Quod etiam in epiſtola ad Petrũ dilucida manifeſtatione [c] exequitur, quod ſpiritus, & anima vtrumq; ſint vnum, & vnius eſſe ſubſtantiæ ſentiantur. Dicit enim, duo quædam eſſe animam & ſpiritum; ſecundùm id, quod ſcriptum eſt: Abſoluiſti à ſpiritu meo animam meam: & vtramq; ad naturam hominis pertinere; vt totus homo ſit ſpiritus, anima, & corpus: ſed aliquando duo iſta ſimul nomine nuncupari animę: quale eſt illud: Et factus eſt homo in animam viuentẽ; vbi quippe & ſpiritus intelligitur. Itemque aliquando vtrumq; nomine ſpiritus dici: ſicuti eſt: Et inclinato capite, tradidit ſpiritum:

Marginal notes:
[a] In alijs formatur.
August. de Symbolo.
[b] Animam & ſpiritum. C.A.
Auguſt. de fide ad Petrum.
[c] Adſequitur. C. A.
Iſidor. lib. 1. diff. cap. 36. d. ieremen ponit inter ſpiritum, & animam.
Geneſ. 2.
Ioann. 19.

tum: vbi & anima necesse est intelligatur,& vtrumq; vnum, & vnius esse substantiæ:[a] ac per hoc anima,& spiritus,& anima,& corpus, duæ speciales hominis substantiæ sunt, quæ & diuersæ dicuntur. Nos proinde in iam dicto fidei nostræ opusculo Apollinaristarũ hæresi respondẽtes, tres in Christo substantias diximus, quod & maiores nostros docuisse monstrauimus; honorantes videlicet & sequentes sentẽtiam Doctoris egregij Hispalensis sedis Episcopi, quã in libris suis, de differentia naturæ Christi, vel nostræ disseruit, vbi ait: Nos ex duabus subsistimus substantijs, corporis videlicet, atq; animę: ille ex tribus, Verbi, corporis, atq; animæ: inde est, quòd perfectus homo, perfectus prædicatur & Deus. Hæc igitur per pauca de Patribus exempla libauimus; vt in breui ea, quæ competunt monstraremus. Cæterum, qui hæc adhuc intentiùs legendo quæsierit, plurima colligere poterit. Iam verò si impudorata quis fronte, nec his Patribus cedat, & vnde se ea libauerint, insolens scrutator exquirat, Euangelicis saltim vocibus credat, quibus has tres substantias sibi inesse [b] Christus pronunciat. Interrogatus enim a Iudæis: Tu quis es? Respondit: Principium, qui & loquor vobis: ecce habes vnam substantiam deitatis. Restant duæ substantiæ hominis: vt en im veram carnem homis suscepisse monstraret, palpãdum se discipulis præbuit, dicens: Palpate & videte; quia spiritus carnem, & ossa non [c] habent, sicut me videtis habere. Ecce expressa est substantia carnis humanæ. Item vt animæ humanę substantiam suscepisse monstraret, dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumendi eam. Ecce tres in vna Christi persona substantias inconfusè, & inseparabiliter adunatas; deitatis, videlicet, atque humanitatis, Euangelicis oraculis approbantes, omnes vno ore fatemur, & præfixa sententia prædicamus; confitentes videlicèt secundùm Chalcedonẽse Concilium, eundem Dominum nostrum Iesum Christum, perfectum in diuinitate, perfectum eundem in humanitate; Deum verum, & hominem verum; eundem ex anima rationali, & corpore: secundum diuinitatem, vnius cum Patre naturæ; secundum humanitatem vnius naturæ nobiscum; per omnia similem nobis, absque peccato: ante secula quidem ex Patre natum secundùm diuinitatem; in nouissimis diebus verò, eundem [d] propter nos, & propter nostram salutem ex Maria Virgine, Dei

[Marginalia: Isidor. lib. differ. 2. c. 6 — Ioan. 8. — Luc. 24. — Ioan. 10. — Habentur hæc verba in expositione Symboli, Act. 5. Concilij Chalcedonen.]

[a] Ac nõ anim. C. A.
[b] Christus ipse C. A.
[c] Habet. Luc. 24.
[d] Propt. nostram salutem C. M. & L.

Dei genitrice, secundùm humanitatem, vnum eumdemque Christum filium Dei vnigenitum in duas naturas inconfusè, immutabiliter, indiuisè, & inseparabiliter cognoscẽdum; in nullo naturarum differentias, propter vnitatem perimendas; magis autem salua vtriusq; naturæ proprietate, & in vna concurrente persona, vnoq; statu concurrẽte, non in duabus personis partiendum, vel diuidendum; sed vnum, eumdemq; filium vnigenitum, Deum Verbum, Dominũ Iesum Christum. Iam verò si quis contra hæc vlterius nõ instruendum, sed contrarium se huic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati Concilij sustinebit.

Tertium sanè, quartumq; capitulum contuentes, non solum sensum, sed & ipsa penè verba ex libris beatorum Ambrosij, atq; Fulgentij nos prælibasse monstrauimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto orbe Doctores feriata Ecclesiarum Dei vota percensent, non illis est succensendum, sed potiùs subcumbẽdum: quia omne quod contra illos sapitur, à rectæ fidei regula abhorrere sentitur. Has sanè quatuor specialitates capitulorũ, quæ vt à nobis solida efficerẽtur, hortati sunt, quid à quo fuerit Doctore prolatum, congesto in vno responsionis nostræ libro, Catholicorum dogmate Patrum ante hoc biennium parti illi porreximus dignoscendum. Iam verò si post hęc, & ab ipsis dogmatibus Patrum, quibus hæc prolata sunt, in quocumq; dissentiant, non iam cum illis est amplius contendendum, sed maiorum, directo calle, inhærentes vestigijs, erit per diuinum iudicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis; etiam si ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.

His itaq; super sanctæ fidei professionem [a] explicatis, ad contuendam illarum seriem cõditionum nos vertimus, quarum [b] nexibus se illigatum prædictus Princeps fuerat protestatus. Etenim tempore, quo diuæ memoriæ Eruigius Princeps hunc præsentem [c] dominum nostrum Egicanem Regem ad copulam filiæ sustinuit, his eum primùm ligaminibus implicauit. Clara igitur pronuntiantis voce, earumdem conditionum nobis textu præcognito, inuenimus illic tam impossibilia vincula quædam iuramẽti innexa, vt difficulter mens iurantis ab earum illigatione sit libera; etiam si esset à regni curis, & solicitudinibus aliena. Quarũ textrinij euidens ligatura

[a] Explicitis. C.A.
[b] Nexib. illigatus prædictus Princeps fuerat. C.A.
[c] Domnum. C.A.

ligatura, inter cætera cõnexionum capitula, his verbis habebatur expreſſa. Circa cognatos meos, filios veſtros, quos de glorioſa coniuge veſtra, domina mea [a] Leubigitone Regina progenitos habere videmini, tam charum me amicum in ſincera mentis dilectione ſine fraudulenta calliditate exhibere, & eſſe polliceor; & ita cum eis in effectu dulcedinis, & charitatis omnibus diebus vitæ meæ viuere ſpondeo, vt nec ipſos, nec partem eorum pro quibuslibet capitulis, aut ordinibus, vel occaſionibus, quoquolibet tempore inquietari, aut ſtimulari debeam. Nec vllum dolorem, vllamque malitiam in corde, vel animo meo contra eos amodò, & deinceps quãdoque retinebo, aut excogitabo: neque aliquam occaſionem, aut argumentum enutribo, per quod, aut præfata ancilla veſtra, ſponſa mea, "ſiue" iam nominati filij veſtri, qui de totiens dicta clementiſsima coniuge veſtra, Domina mea Leubigitone Regina progeniti ſunt, aut in maximum, aut in modicum conturbentur, vel ſtimulẽtur; excepto propter iuſtiſsimas cauſas, vnde legalis mihi veritas patuerit, quas vt cum charitatis affectu ad eoſdem cognatos meos querere debeam, mihi licẽtiam reſeruo, & tam de promptiſsima dilectione & charitate eorum nunquam recedam: nam & pro cauſis eorũ, quas aut ipſi contra quaslibet perſonas habuerint, aut ſi quicunq; contra eos, pro quibuſdam rebus intenderint, ita vſq; quoad vixero in eorundem filiorũ veſtrorum adiutorium, cum omni mentis meæ intentione, in quantum valuero, & Deus mihi dederit poſſe, exurgebo, & intendebo, veluti ſi pro cauſa propria mea: vt nec illi damnum, aut perditionem quamcunq; ſuſtineant, & negocia eorũ cum Dei auxilio, me intendente, "agente", & proſequẽte celerem ad effectum perueniant.

[a] Leuitona. C.A.

" Deeſt in nonnullis M.ſſ.

" Deeſt. C.A.

Perlectis igitur his conditionibus, quę diuæ memoriæ Eruigius Princeps præſenti Principi noſtro ob ſuorum tantum filiorum vindicationem extorſerat, aliæ iterum conditiones ex communi voto ſe ſe nobis retractandæ obijciunt, ad quas præfatus Princeps Egica in regno adſcitus iuramentorum ſuorum Deo reddidit vota, cum ſe iuſtitiam populis redditurum promiſit, ac ne quemquam contra iuſtitiam læderet, iurisiurandi atteſtatione deuouit. Prima igitur conditionum illarum ſeries [b] pertractata, multis his ſecundis conditionibus videtur eſſe contraria. Quomodo enim pro cognatis cauſaturus exurgens decertãtibus contra eos dabit iuſtitiæ palmam, ſi ipſi

[b] Pręctractanda. C.A.

ſi ipſe contra eos ſententiam ſuam defendat; aut ſi ipſe, ſicut iurauit, negocij ſit obiector? Quis expectabitur iudicij terminator, aut quomodo data in populis iuramenta ſeruabit, vt nullum, ſicut eſt pollicitus, contra iuſtitiam grauet, ſi in tantum cognatis protectionis adminicula præſtet, quamdiu negocia eorum, ſe proſequente ad effectum [a] videantur pertingere? Sic enim, ſicut iam ſuperius dictum eſt, iuraſſe præfatum Principem conſtat, vt negocia eorum, ſe intendente, & proſequente, ad effectum perueniant. Illigatum itaq; Principem vtriuſque partis vinculis contuentes; perpendimus, quia vtraq; promiſsio ſimul ab eodem inculpabiliter impleri non poſsit. Quamquã ſi benè res conſiderata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus abſolutus oſtenſus eſt, quando ad ſecundas has conditiones populorum iurare coactus eſt: quia vno, eodemq; compulſionis auctore, vtrumq; conteſtatus eſt. Quapropter perpenſis vtrarumq; conditionum allegationibus, atq; cõmuni omnium collatione tractatis, [b] peruenimus in illis conditionibus, ad quas primùm hic Princeps noſter ſocero iuraſſe dignoſcitur, ſola illi proprij iuris commoda cogitata; in his autem conditionibus [c] honeſtatis vota pollicita: illîc ante regnũ vnius tuendæ domus [d] fides exacta; hic poſt regnum inoffenſa regendarum plebium vota pollicita: illîc priuatus amor, ob defenſionem filiorum [e] protenditur; hic generalis patriæ, & gentis affectio pollicetur: iuratio illa offenſis forſitan plurimis, vni tantum domui portabit effectum; hæc verò generale æquitatis ſeruans in ſingulis compromiſſum, nulli parti dabit veritatis excidium. [f] Quod igitur ex vtroq; iuſto diſputationis fine conficitur, nunquid paucorum ſalus erit extinctio plurimorum? Aut nunquid tantum valere debet priuatæ rei commodum, quantum generalis releuatio populorum? abſit. Quia ergo in illa iuratione acceptio priuatarum cogitata eſt perſonarum, in hac autem generalis protectio plebium; quæ ex his duabus ſit potius obſeruanda, diuina nobis pandat ſententia.

[a] Pertineant Illigatum itaq; & c. cætera ab A. C. deſunt.

[b] Prò, inuenimus: ſic ſupra, & infra Conc. ſequen. in epiſtola Egicanis.

[c] Honeſti iuris. C. A.

[d] Fidem exactam.

[e] Portenditur. C. A.

[f] Quid. C. A.

Scriptum eſt enim in Prouerbijs Salomonis: Cognoſcere perſonam in iudicio nõ eſt bonum. Chriſtus quoq; in Euangelio: Nolite iudicare ſecundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate: Paulo præſertim [g] Apoſtolo ſpecialiter pręſtruente, vt non quæramus quod nobis vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Iam ergo in promptu eſt, quid ex his

Prouer. 14.

Ioan. 7. & Deut. 1.

1. Cor. 10. 2. Cor. 12.

[g] Apoſt. pro his ſpec. C. A.

duobus salubri pietate præponderetur: & ideò intemeratã plùs erunt, quæ patriæ sunt salubri pollicitatione iurata, quàm illa, quæ ob vnius tantùm domus sunt vtilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, vt illa, quæ pridem pro cognatis iurata sunt, penitus destruantur; sed potiùs, vt vnus idemque affectus populis, cognatisque seruetur; vnum quid ex duobus vnitatis gratiam redolens, neutrum diuidat, sed componat. Non enim possunt vtraq; seiuncta æqua obseruantię lance seruari: quia si promissa cognatis fides seruetur, populis quæ promissa sunt, deperibunt: & iterum, si data in populis intemerata Deo Sacramenta seruentur, cognatis proculdubiò promissa beneficia negabuntur: nec vnius partis præstatio, sine alterius partis potest esse dispendio. Quid ergo? nunquid ob hoc vtraq; iuramentorum promissa soluenda sunt, quia singula inuicem sine culpa agi non possunt? Absit: transfundendum ergo est vnum in alterum, & ad vnam regulam redigendum: ita vt minoris partis vota potioribus sint coniuncta, & affectus protectionis, qui priuatim socero promissus est & cognatis, transfusus generaliter seruetur in populis: non quo vt aut hinc, aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed coniuncta, atq; in alterutrum transfusa commune defensionis sentiat lucrum. Dicimus ergo per Spiritum Dei, & [a] proximam sententiam ponimus, eo in nobis loquente, qui se in suo nomine aggregatis medium adesse promisit. Sic ergo ab illis vinculis iuramenti, quibus socero ante iurauit, Principem nostrum Egicanem Regem sancta Synodus absoluendum elegit, vt aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum iustam defensionem assumat: vt quasi vnius patris, germinisque filios vtrumq; vno deuocans in affectu, nec in cognatorum iustis negocijs fauorem populorum obtendat, nec rursus in populorum questibus cognatis fauere pertentet: vt tam in populorum, quàm in cognatorum negocijs, vna, eademq; illi fides seruanda sit: nec alio affectu tractandos eligat cognatos, quàm populos: quo [b] in adeptum cœlitus regnum directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in vtrumq; subeat notam, nec pietatis claudat vtrisq; partibus viscera.

Matth. 18.

[a] Præfixam. C. A.

[b] Indeptum. C. A.

Secunda post hæc nostro cœtui retractanda se collatio intulit; pro conditionibus scilicet illis, quas iam dictus Princeps

Eruigius

Eruigius ob tuitionem filiorum suorum, totius regni sui populos iurare coëgit. Quibus inspectis, & diutissimè retractatis, nihil illîc inuenimus, quod æquitati sit obuiũ, nihil quod & pietati aduersum: occasiones tantùm [a] malitiæ amputantur: nam iustorum negociorum aditus non excluditur. Hoc enim singulariter illîc seruandum promittitur, quod generaliter à Domino omni Christiano iubetur; scilicet, vt malitia [b] caueatur, innocentia illibata seruetur, frustretur nocẽdi propositum, admittatur negociosum iustumque iudicium: hoc enim si communi omnium lege seruetur, & illæsum semen Regium à nocibilitate seruabitur, & veritas populis sine periurij profanatione reddetur. Nec enim illîc iuramentum est, vt aut causantes contra filios suos nemo iuuaret, aut nullus super æquitatis iudicium promeret; vbi iam dictus Princeps non solùm in singulis negocia sua iudicialiter proponendi aditum tribuit, sed & scelera filiorum suorum, si qua accidissent, legibus vlciscenda permisit. Quod ergo illîc non est iuramentum, & tamen iuramentum fuisse impudenter asseritur, non deuocabit populos in periurij crimen; quia nec alligatum cernitur in conditionum serie: nec enim in nobis est cohibendũ, quod in illis conditionibus non inuenimus esse cohibitum. Recedendum tamen est à malitia, & [c] exercenda sunt negocia opportuna. Neque enim quorumdam incauta illa dicacitas attenditur, quæ impudenter adstruere nititur, illos tantùm innoxios esse à periurij crimine, qui negocia sua tantùm visi fuerint obiecisse: illos autem, qui vel talia negocia iudicanda susceperint, vel huiusmodi pro æquitate adiuuerint, inexpiabili profanationis crimine irretiri: hæc quippè dicunt cõtentioso magis, quàm rationabili strepitu obstrepẽtes; nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illîc aditus iurandi, negaretur & proponendi: sed qui admisit iustæ propositionis negocium, non voluit prolatæ æquitatis amputare iudicium: nec qui proponentẽ admisit potestatẽ iustè iudicandi iudicibus abstulit. Magna ergo stultitiæ vox est, hæc sentire, vel proloqui. Nam è cõtra, ecce per totam diuinæ seriem scripturę plus iudicibus præcipitur iudicare iustitiam, quàm populis sua obiectare negocia. Dicit enim Scriptura: Iustè iudicate, filij hominum: nec addidit: Iustè proponite causas vestras, filij hominum: nunquid, quia iudices iustè iudicare admonet, ideò populis * proponendi

[a] Malit. illic amp. C.A.

[b] Capiatur. C.A.

[c] Exequenda. C.A.

Leuit. 19.

* Gothicismus.

ſua negocia interdixit [a] in eo quòd de negocijs proponendis nihil protulit? Nunquid ſuper eo iudicij formula [b] reijcitur, quia mutum, & abſq; propoſitione ſentitur? Non ergo aut iudicia ſine obiectis, aut obiecta ſine iudicibus eſſe poſſunt; quo, aut iudex deſit cauſanti, aut cauſans deſit nullo modo iudici. Quapropter conditiones ipſæ, in quibus nec veritas eſt præciſa, nec pietatis amputata ſunt viſcera, non tenebunt aut iuſtè proponentes ad periurij ſacrilegium, aut iuſtè iudicantes ad profanationis reatum. Hac igitur reddita ratione conficitur, vt ad prædictarum ſeriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quiſquis repulſa à malitia, contra iam dicti Principis partem, aut negocia ſibi debita iudicibus iudicanda obiecerit, aut qui talium mandata ſuſceperit, aut teſtis iudex, qui aduocatus teſtimonium dixerit, aut iudices ipſi, qui huiuſmodi iuſtè negocia terminauerint: vel hi etiã, qui parti iuſtitiam habenti ſimpliciter fautores extiterint; ad releuationem potiùs miſerorũ currentes, quàm parti cuiquã delectantes eſſe nocibiles. Scriptũ eſt etenim: Pietas ad omnia vtilis eſt. Neq; enim ceſſandum eſt à miſericordiæ opere, quod illo non interdictum eſt fœdere. Quia ergo illîc iuſtitiæ aditus nõ negatur, conſequẽs eſt, vt nec pietas abnegetur: non enim plenè iuſtitiam diligit, qui pietatem proximo non impendit: ſic [c] enim inconfuſè pietatis ſeruantes affectum, illud Apoſtolicum prælegimus obſeruandum, [d] quam manifeſtè præcipitur: Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Hac igitur ratione præmiſſa, abſolutis, & diſcretis perſonis, atque vocibus ſingulorum negocia ipſa, quæ contra partem dicti piæ memoriæ Eruigij Principis, vel filiorum eius habeantur proponenda, admiſimus; deſinientes, vt legibus, Canonibuſq; deſignata iuſtitia, inter opponentes, & reſpondentes, à iudicibus inconcuſſa ſeruetur. His itaque excurſis, quæ placita diſpoſitionis fine concluſa ſunt, damus ſoli Deo gloriam & honorem; poſcentes eius profuſiſsimam pietatem, vt eius virtus atq; potentia, & noſtrarum ſoluat mentium ligaturam, & glorioſo amatori Chriſti Egicani, Principi noſtro tribuat felicem retentaſſe ſceptrum, felicioris vitę reducere curſum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium: eo præſtante, qui eſt Rex omnium Regum, & cuius regnum manet in ſecula ſeculorum. Amen.

Marginalia: 1. Timot. 4. — Galat. 6.

[a] Ideò quo. C.A.

[b] Texitur, qui mutus, & abſq. C.A.

[c] Ergo. C.A.

[d] Quo, ſeu quum Gothicum enim à. & v eodem ferè modo ſcribũtur.

Interfuerunt huic sancto Concilio Pontifices numero. LXI.

1 IVlianus, vrbis Regiæ Metropolitanus Episcopus, hæc Canonum statuta subscripsi.
2 Suniefredus, Narbonensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
3 Floresindus, Hispalensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
4 Faustinus, Bracarensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
5 Maximus, Emeritensis Metropolitanus Episcopus, subscripsi.
6 Idalius, Barcinonensis Episcopus, subscripsi.
7 Concordius, Palentinus Episcopus, subscripsi.
8 Mumulus, Cordubensis Episcopus, subscripsi.
9 Recila, Accitanæ sedis Episcopus, subscripsi.
10 Gaudentius, Valeriensis Episcopus, subscripsi.
11 Cicilius, Dertosanæ Episcopus, subscripsi.
12 Deodatus, Segobiensis Episcopus, subscripsi.
13 Eruigius, Calabriensis Episcopus, subscripsi.
14 Monefonsus, Egitanæ Episcopus, subscripsi.
15 Gregorius, Oretanæ Episcopus, subscripsi.
16 Proculus, Bigastrensis Episcopus, subscripsi.
17 Sonna, Oxomensis Episcopus, subscripsi.
18 Sarmata, Valentinæ Episcopus, subscripsi.
19 Marcianus, Dianiensis Episcopus, subscripsi.
20 Ioannes, Abelensis Episcopus, subscripsi.
21 Gabinius, Arcauicensis Episcopus, subscripsi.
22 Samuel, Malacitanensis Episcopus, subscripsi.
23 Froaricus, Portucalensis Episcopus, subscripsi.
24 Vbisefredus, Ausonensis Episcopus, subscripsi.
25 Emila, Elicitanę, "qui & Dotanę" sedis Episcopus, subscripsi. "Desunt C.A.
26 Felix, Iriensis Episcopus, subscripsi.
27 Euphrasius, Lucensis sedis Episcopus, subscripsi.
28 Theuderacius, Asidonensis sedis Episcopus.
29 [a] Villiedus, Calagurritanæ Episcopus, subscripsi. [a] Vbiliedeus. C. A.
30 Nepotianus, Tyrassonensis Episcopus, subscripsi.
31 Cuniuldus, Italicensis sedis Episcopus, subscripsi.

32 Geta, Eliplensis sedis Episcopus, subscripsi.
33 Stercorius, Aucensis sedis Episcopus, subscripsi.
34 Basilius,[a] Bastensis sedis Episcopus, subscripsi.
35 Gaudila, Empuritanæ sedis Episcopus, subscripsi.
36 Eusendus, Ilerdensis Episcopus, subscripsi.
37 Pacotasis, Biterrensis Episcopus, subscripsi.
38 Aurelius, Asturicensis Episcopus, subscripsi.
39 [b] Holemundus, Salmanticensis Episcopus, subscripsi.
40 Spasandus, Complutensis Episcopus, subscripsi.
41 Gundericus, Segontiensis Episcopus, subscripsi.
42 Ioannes, Eliberitanæ sedis Episcopus, subscripsi.
43 Habitus, Vrcensis Episcopus, subscripsi.
44 Viliefonsus, Visensis sedis Episcopus, subscripsi.
45 Sabaricus, Gerundensis Episcopus, subscripsi.
46 Fructuosus,[c] Auresinæ sedis Episcopus, subscripsi.
47 Anterius, Segobriensis sedis Episcopus, subscripsi.
48 Rogatus, Beatiensis sedis Episcopus, subscripsi.
49 Valderedus, Cæsaraugustanæ Episcopus, subscripsi.
50 Adelfius,[d] Tudesinæ sedis Episcopus, subscripsi.
51 Tructemundus, Elborensis Episcopus, subscripsi.
52 Sisebaldo, Tuccitanæ sedis Episcopus, subscripsi.
53 Atula, Cauriensis sedis Episcopus, subscripsi.
54 Ioannes, Egarensis sedis Episcopus, subscripsi.
55 Isidorus, Setabiensis sedis Episcopus, subscripsi.
56 Landericus, Olysipponensis Episcopus, subscripsi.
57 Miro, Conimbrensis Episcopus, subscripsi.
58 Vincentius, Dumiensis sedis Episcopus, subscripsi.
59 Fiontius, Lamecensis Episcopus, subscripsi.
60 Ioannes, Pacensis Episcopus, subscripsi.
61 Constantinus, Egabrensis Episcopus, subscripsi.

[a] Basticensis. C. A. Bastitanus.

[b] Polemundus. M.S. Holemundus in 11. Tolet.

[c] Auriensis. C. A.

[d] Tudensis. C. A.

Item Abbates.

1 Absalius Abbas, subscripsi.
2 Felix Archipresbyter, subscripsi.
3 Gerontius Abbas, subscripsi.
4 Gabriel Abbas, subscripsi.
5 Castorius Abbas, subscripsi.
6 Sisebertus Abbas, subscripsi.

Eulalius

7 Eulalius Abbas,ſubſcripſi.
8 Inuolatus Abbas,ſubſcripſi.
9 Adeodratus Abbas, ſubſcripſi.
10 Vbiſandus Archidiaconus, ſubſcripſi.
11 Muſatius Primiclerus, ſubſcripſi.

Item Vicarij Epiſcoporum.

1 SEſaldus indignus Archipresbyter,& Abbas, agens vicem domini mei, & Pontificis Cypriani Tarraconenſis Epiſcopi, ſubſcripſi.

2 [a] Florentinus Presbyter, agens vicẽ domini mei, & Pontificis Leuberici,[b] Vrgelletanenſis Epiſcopi,ſubſcripſi.

3 Daniel Presbyter, agens vicem domini mei, & Pontificis mei Agripij Oſſonobenſis Epiſcopi,ſubſcripſi.

4 Suniulfus Abbas,agẽs vicem domini mei, & Pontificis Flori Menteſani Epiſcopi,ſubſcripſi.

5 Deſiderius Presbyter,agens vicem domini,& Pontificis mei [c] Naſidarbi Aſtigitanæ ſedis Epiſcopi,ſubſcripſi.

[a] Florentius. C. A.
[b] Vrgelitanæ. C. A.
[c] Aliàs Naridarbi. C.A. Nandarui.

Item ex viris Illuſtribus officij Palatini.

1 [d] OStulfus Comes, ſimiliter.
2 Vbimar Comes,ſimiliter.
3 Vitulus Comes, ſimiliter.
4 Tranſemundus Comes, ſimiliter.
5 Valdericus Comes, ſimiliter.
6 Nauſti Comes,ſimiliter.
7 Cixila Comes,ſimiliter.
8 [e] Giſclamundus Comes,ſimiliter.
9 Siſaldus Comes,ſimiliter.
10 Theudila Comes, ſimiliter.
11 Seuerinus Comes,ſimiliter.
12 Sonna Comes, ſimiliter.
13 Ara Comes,ſimiliter.
14 Traſericus Comes, ſimiliter.
15 Ega Comes,ſimiliter.
16 Suniemirus Comes,ſimiliter.
17 Audemundus Comes,ſimiliter.

[d] Oſtrulfus. M.ſſ.
[e] Giſclamundus. M.ſſ.

Data lex in confirmatione Concilij generalis, sub anno primo regni gloriosi Egicani Principis nostri.

[a]Decretis & eximijs tẽporis nostri gestis Synodalibus præfa-uentes, quibus & doctrinę sacrosanctæ fidei [b]audiuimus copiam, & indissolubilis iuramẽti nouimus confractam esse catenã, id lege promulgata decernimus, vt ea ipsa, quę incõuulso Canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima, & diligenti obseruatione seruentur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte multabitur; excommunicationis insuper sententia ferietur.

[a] Disceretis. C. Hisp.
[b] Haurimus. C. A.

De subscriptionibus. 15. Concilij Toletani.

IN hoc decimoquinto Concilio Tolet. multi ex Episcopis, qui. 14. interfuerunt, subscribunt: est enim Nationale ex Episcopis Hispaniæ & Galliæ Narbonensis. Qui in alijs suscribunt, sunt, Aurelius Asturicensis in. 13. Tolet. Aiula Cauriensis, in. 12. & 13. Tolet. Valderedus Cæsaraugustanus in. 13. Tol. Concordius Palentinus, in. 12. & 13. & 14. Tolet. Cicilius Dertosanæ, in. 13. Tolet. & dicitur Dertosanus. Cuniuldus Italicensis, in. 13. Tolet. sicut Cyprianus. Deodatus Segobiensis, in. 12. & 13. & 14. Tol. Euphrasius in. 12. & 13. Tol. Eusendus Ilerdensis, in. 13. Tol. Felix Iriensis, in. 12. Tolet. & 3. Bracarens. vbi dicitur Idulfus Felix. Froaricus Portucalensis in. 12. & 13. Tolet. Floresindus Spalensis in. 13. & 14. Tolet. Florus Mentesanus, in. 13. Tolet. Gaudentius Valeriensis, in. 12. & 13. & 14. Tolet. Gregorius Oretanæ, in. 13. & 14. Tolet. Geta Eliplensis, in. 12. Tolet. Gaudila Empuritanæ, in. 13. Tol. qui Gaudilanus. Iulianus vrbis Regiæ, in. 12. 13. & 14. Tol. Idalius Barcinonensis, in. 13. Tol. Ioannes Egarensis, in. 13. Tol. Ioannes Pacensis, in. 12. & 13. Tolet. Ieubericus Vrgelitanus. 13. Tolet. Mumulus Cordubensis, in. 13. Tot. Monefonsus Egitanæ 13. Tol. Martinus Dianiensis, in. 14. Tol. Miro Conimbrensis, in. 13. Tol. Proculus Bigastrensis. 13. Tol. Recila Accitanæ, in. 12. & 13. Tol. Rogatus Beatiensis in. 11. & 13. Tol. Sisebaldo, in. 12. & 13. Tolet. Stercorius Aucensis, in. 13. Tolet. Samuel Malacitanus, in 12. & 13. Tolet. Sarmata Valentinæ, in. 13. & 14. Tolet. Sonna Oxomensis, in. 13. & 14. Tolet. Suniefredus Narbonensis, in. 13. & 14. Tolet. Theuderatius Assidonensis, in. 12. & 13. Tol. Tructemundus Elborensis, in. 12. & 13. Tolet. Vbisifredus Ausonensis, in 13. Tol. Maximus Emeritensis, in. 14. Tol. Alij subscribunt, qui non

non interfuerunt alijs Cōcilijs, sed succedunt alijs Episcopis, vt Anterius Segobriensis, qui Olipa, in. 14. Tolet. Adelfius Tudesinæ, qui Opæ Tudensi, in. 14. Tol. Agripius Ossonobensis, qui Bellito, in. 13. Tolet. Basilius Bastensis, qui Antonio, in. 14. Tolet. Constantius Egabrensis, qui Gratino, in. 13. Tolet. Eruigius Calabriensis, qui Aluaro in Emeritensi. Frontinus Lamecensis, qui Gundulfo, in. 14. Tol. Faustinus Bracarensis, qui Luibæ, in. 13. Tol. Gabinus Arcauicensis, qui Sempronio, in. 13. Tolet. Gundericus Segontiensis, qui Ellæ, in. 14. Tolet. Habitus Vrcēsis, qui Palmatius, in. 13. Tol. Ioannes Abelensis, qui Vnigiro, in. 13. Tolet. Ioannes Eliberitanæ, qui Argibandonio, in. 13. Tol. Isidorus Setabiensis, qui Asturio Setabitano, in. 13. Tolet. Landericus Olysipponensis, qui Aræ, in. 13. Tolet. Nasibardus Astigitanæ, qui Theodulfo, in. 13. Tol. Nepotianus Tyrassonensis, qui Asturio, in. 13. Tol. Sabaricus Gerundensis, qui Iacobo, in. 14. Tol. Spasandus Complut. qui Agricio, in. 14. Tol. Vincentius Dumiensis, qui Auiachimaro, in. 8. Tol. Viliefonsus Visensis, qui Reparato, in. 13. Tolet. Villiedus Calagurritanæ, qui Eufrasio, in. 13. Tolet. Emila Illicitanæ, qui Leandro, in. 14. Tolet. Fructuosus Auresinæ, qui Auriensis dicitur, successit Hilario, in. 13. Tolet. Prima subscriptio huius Concilij est: Iulianus, vrbis Regiæ Metropolitanus Episcopus, hæc Canonum statuta subscripsi: in qua aduertendum duxi, Iulianum Regiæ vrbis Metropolitam, qui Quirico successit, diuersum esse à Iuliano Pomerio, Gallo Doctore: is enim vixit circa annum Domini. 490. vt ex Euodio Ticiensi constat: noster verò incidit in hæc tempora, & in Prognostico futuri seculi Pomerium affert, in opere aduersus Iudæos. Video aliquos viros doctos similitudine nominum deceptos: sed Iulianus Primas ciuis fuit Toletanus Eugenij. III. discipulus, inter diuos relatus, qui magna totius populi veneratione Toleti colitur, cuius vitam Felix literis mandauit; alter Iulianus, Pœnus in Gallia vixit, tantum Doctor Ecclesiasticus fuit.

Notæ in Concilium decimumquintum Toletanum.

ERa DCC.XXVI.] *Ex hac era subductione Eruigius non sex, vt aliqui nostri historici, sed octo regnauit annos, Synodus enim Toletana. 13. congregata est Era DCC.XXI. anno Eruigij*

Regis

Regis quarto: Synodus Tolet. 14. *Era DCC.XXII.anno Eruigij quinto: Tolet.Concil.* 15. *celebratur Era DCC.XXVI.anno primo Egicæ. Ex qua cōputatione liquidè constat, octo regnasse annos; à decimo octauo, vsque ad vigesimum quintum. Vasæus septem eius regni annos adscribit; Rodericum Toletan. sequutus fortè, excludit primum. Quam computationem nos sumus sequuti in chronologia.*

Soceri] *Inter alias filias, quas Rex Eruigius ex Leubigithone vxore suscepit, fuit Cixilo, quam in matrimonium Egicæ tradidit. Egicam fuisse filium Regis existimo: nam ipse sic ait in tomo: Illud „ autem primo in loco dicendum occurrit, quòd diui patris nostri, & „ soceri regale sortientes fastigium, &c. Ex quibus verbis constat, & socerum & patrem habuisse Regem: nam ait: Sortientes; dissoluant historici nostri argumentum. Quid de Egicæ moribus Concilium „ Tolet.* 16. *tradat Canone.* 8. *libenter appono. Gloriosissimus etenim, „ ait, ac serenissimus dominus noster Egica Rex, feruentissimi ama- „ toris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfunctus, inimi „ corum Christi perfidiam, (illud Prophetale vaticinium sequens; „ Nonne qui oderant te Deus, oderam illos, & super inimicos tuos ta „ bescebam?) vtpote verus Christicola obnoxius proterere decernit; „ Ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit; sanctis „ Dei basilicis se munificum exhibet; tributorum impensiones popu- „ lis moderamine discreto remittit; maligna contra se obstinatione „ agentibus, animi liberalitate gratissima, ac pia miserationis instan- „ tia ignoscere consueuit: multos quoque qui confracti sunt, liberos, se- „ cundùm Prophetam omne onus disrumpendo, in ingenuitatis statu* Esaia.58. *„ reformat, atque in diuersis sanctæ vitæ studijs sanctis exercendo „ præpollet. Hactenus Concilium. Leubigitho vero eius nurus vnà cū Siseberto Toletano Antistite & alijs, aduersus eum coniuratione inita, vt vita & regno priuarent, exilio multati sunt: vt infra Concil. Tolet.* 16. *cap.* 9. *de Siseberto Episcopo.*

Papa Benedictus] *Benedictus secundus Leoni.* 2. *successit. Totam hanc controuersiam Rodericus Toletanus Archiepiscopus, „ lib.* 3. *c.* 13. *sic describit. Eius in tempore, inquit, liber de tribus sub- „ stantijs, quem dudum Romam miserat Primas sanctissimus Iulia- „ nus, & minus cautè tractando Benedictus Papa Romanus indixe- „ rat reprobandum; ob id quod voluntas genuit voluntatem. Sed san- „ ctus Iulianus veridicis testimonijs in hoc Concilio, ad exactionem „ præfati Principis, per oracula eorum, quæ Romam transmiserat, ve- „ rum esse firmauit; & apologeticum fecit, & Romam misit per suos Legatos,*

" *Legatos, Presbyterum, Diaconem, & Subdiaconem, viros eruditis-*
" *simos, & in omnibus Dei seruos, & in diuinis Scripturis imbutos,*
" *cum versibus etiam acclamatorijs, secundùm quod, & olim trans-*
" *miserat de laude Romani imperij. Quod Romanus Pontifex Bene-*
" *dictus dignè & piè recipiens, cũctis legendũ indixit, atq; acclaman-*
" *do: Laus tua Deus in fines terræ, lectũ sæpius notũ fecit; qui & res-*
" *criptum domino Iuliano, per suprafatos Legatos cum gratiarum*
" *actione, & cum honore remisit, & omnia quæcunq; scripsit, iusta &*
" *pia esse deprompsit. Hæc Rodericus.*

Nec secundùm relatiuum] *Quæritur, an hæc nomina, sapientia, essentia, & voluntas, secundùm relationem, an secundùm substantiam à sanctis Patribus vsurpantur? Quam quæstionem dissoluit Magister Sentent. lib. 1. Sentent. dist. 27. vbi ex sententia D. August. docet, nomina, quæ substantiam significãt, tantum dici,*
" *illud de illo. S. Thom. 1. p. q. 39. art. 5. sic ait: Vnde minùs impro-*
" *pria est ista: Natura de natura, vel sapientia de sapientia, quam: Essentia de essentia. Quamuis Augustinus lib. 7. de Trinitate. c. 1. & 2. probat hanc: Sapientia de sapientia: & lib. 15. de Trinitate,*
" *cap. 20. hanc: Voluntas de voluntate: Dicitur (inquit) Filius consi-*
" *lium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut substantia de sub-*
" *stantia, sapientia de sapientia. Sed omnes Doctores sancti aliquãdo expreßiùs loquuti sunt, quàm proprietas dictionis patitur: vnde huiusmodi formæ loquendi non sunt extendendæ, sed potiùs exponendæ; vt scilicèt nomina abstracta exponantur per concreta, vel per nomina personalia, vt docuit Thomas. 1. p. quæst. 39. art. 1. & Magister Sentent. lib. 1. d. 5. vnde istæ propositiones debent interpretari per concreta, aut per personalia nomina, vt cùm dicitur: Essentia de essentia, vel sapientia de sapientia, sit sensus: Filius, qui est essentia, & sapientia, est de Patre, qui est essentia, & sapientia.*

Ac proinde] *Hæc regula generalis, & axioma vniuersale est omnium Theologorum, in materia de Trinitate, ex August. lib. 3. de Trinitate, qui in prologo de nominibus indiuiduæ Trinitatis sic*
" *ait: Quædam de singulis tantùm dicuntur personis, quædam verò*
" *vnitatem essentiæ significantia sunt; & quæ de singulis sigillatim,*
" *& de communibus communiter dicuntur: alia verò sunt, quæ*
" *translatiuè, ac per similitudinem de Deo dicuntur. Hoc idem Am-*
" *brosius lib. 2. de Trinitate in prologo.*

Egregij Augustini sententiam] *Locus est apud August. lib. 15. de Trinitate. c. 20. & adducitur à Magist. Sentent. lib. 1. dist. 5.*

Sitit

Sitit te] *Ex Psalm.62. secundum Septuaginta, qui ita transtulerunt* ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς ἡ σάρξ μου *ad verbum: Sitiuit te anima mea, quàm multipliciter caro mea. Diuus Hieronymus sic habet: Sitiuit ad te anima mea, desiderauit ad te caro mea. Basilius referens hæc verba: Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter, sic ait: Theodotion habet: Sæpe numerò, Symmachus: Concupiscit: posuit autem omnes interpretationes, vt doceret illud* ποσαπλῶς *non esse duarum partium dictionem, sed vnam esse vnius partis, quæ sermonis significet epitasin. Consentit enim & caro animæ amori, nec consilijs illius repugnat; ac si dicat: Et anima mea, & corpus meum te desiderat: quemadmodum si quis aquam sitiat & iucundissimam & liquidissimam. Noua Latina versio Septuag. habet: Sitiuit tibi anima mea, ex sententia Hilarij, & Augustini.*

Significatur à parte totum] *Hæc est quarta regula Tichonij, quam adfert Augustinus libro de doctrina Christiana, & Isidorus lib.1. sententiarum cap.26.*

Septuaginta animæ] *Locus est Exodi primò, vbi ita legitur: Erant igitur omnes animæ eorũ, qui egreßi sunt, de femore Iacob, septuaginta; qui paulò ante eodem capite in Aegyptum ingreßi dicuntur. Et Genesi.46. expreßè dicitur: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Idem locus est Deuteron.10.D.*

Muscam caninam] *Psalm.77.* κυνόμυιαν *habent Septuaginta, vt etiam psalm.104. quam vocem Græcam Latina vulgata editio retinuit: significat verò* κυνόμυια *muscam caninam, vt hic ponitur. Isidorus lib. Etymol.12. cap.8.*

Vt auferat à nobis serpentem] *Locus est.21. Numer. paulò tamen aliter; neque serpentem, sed serpentes habet Latina trãslatio: apud Septuaginta tamẽ est* τὸν ὄφιν *singularitatis numero, vt hic.*

Cyrillus libro, qui vocatur scholia] *Fortè sunt commentaria in Ioannem: vbi libro.1. cap.15. ad ea verba: Et Verbum caro factum est, sic habet: Sermonem incarnationis iam manifestè ingressus, hominẽ factum fuisse vnigenitum Dei filium apertißimè narrat. Quum enim dicit: Et Verbum caro factum est, nihil aliud dicit, præterquam quòd filius Dei & Deus natura, homo factus est: nec noui quicquam profertur, quum sæpè diuina scriptura solo carnis vocabulo integrum (vt ita dicam) & totum hominem significet. Effundam, Ioel inquit, à spiritu meo super omnem carnem: vbi nisi ex parte vna totum hominem intelligas, ridiculosè inanimatæ carni spiritus dari videbitur.*

Septuaginta

Septuaginta quinque] *Sic est Exod.* 1. *ex editione Septuaginta* ἦσαν δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. *Idem Lucas in Actibus Apostolorum, c.* 7. *Verùm Genesis.* 46. *dicitur: Cunctaque animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex: Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ: omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. Pro septuaginta, habet editio Septuag.* ψυχαὶ ἑβδομήκοντα πέντε. *Deuteronomij verò.* 10. *Septuaginta interpretum & vulgata editio consentiunt, & animas.* 70. *in Aegyptum descendisse commemorant. Idem Iosephus lib.* 2. *antiquit. c.* 7. *Quomodò verò hæc cõstent, esse septuaginta, & esse septuaginta quinque, pulchrè conciliat Hieronymus, quæst. in Genes. ad hunc locum.*

Facies arcam] *Locus est Exodi.* 25. *hoc modo: Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semisse: deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: vbi pro lignis setim LXX. disertè* ἐξ ξύλων ἀσήπτων *habent, vt Cyrillus legit.*

Tres in Christo substantias] *Stephanus Eduensis Episcopus*
„ *in lib. de Sacram. altaris. c.* 17. *Credimus, in Christo duas fuisse na-*
„ *turas, diuinam & humanam; & tres substantias, diuinam, carnē,*
„ *& animam; Athanasio attestante, qui ait: Sicut anima rationalis,*
„ *& caro vnus est homo, ita & Deus, & homo vnus est Christus.*

I. Vt non liceat Episcopis, citra diebus Dominicis, consecrationes Ecclesiarum exercere.

De Ecclesiarũ consecratione multa tradita sunt à sanctis Patribus, vt cõstat ex Concilio Brac. 2. cap. 3. & Vormat. c. 3. & ex Felice PP. 4. c. 4. eius epistola & ex Eusebio lib. 1. ecclesi. hist. c. 8. & Gelasio PP. epist. 1. c. 17. & Nicol. PP. 1. Vt habetur de consecr. d. 1. c. Ecclesia.

In sanctum & satis venerabile Concilium residentibus nunciatum est nobis, eo quòd aliqui Pontifices regulam veritatis prætermittentes, Ecclesias, quæ à fidelibus pia deuotione construuntur, extra diebus Dominicis consecrent. Si ergo, cum quisque nostrûm mortalium ad Sacerdotale promouetur officium, nullatenus patimur, vt in reliquis diebus, nisi tantum Dominicis festiuitatibus, ij qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur Ecclesiastico, quanto magis vt deificata sancta templa, quæ ab hominibus fidelibus censentur honorificanda, sine diebus Dominicis perhibeantur consecranda? cuiusque non talium præsumptiones Pontificum, non solum sanctorum Patrũ cohiberemur prohibere sententiam, sed propria deliberatione censemus: vt nulli penitus Pontificum, in quibuscumque prouincijs constitutis, amodò liceat, præter certis diebus Dominicis, Ecclesias sanctas consecrare.

Dominicis festiuitatibus] *Id Anacletus PP in epist. 1 & Conc. 4 Tol. c. 18. & 4. Carthag. c. 1.*

II. Vt confinitimi Episcopi de sacra solennitate Paschali, annua vice Primatum suum requirant.

Vide 4. Tolet. c. 4. 1. Brac. c. 9. & 3. Carthag. c. 1. & 41. 1. Agatense, c. 1. & Carthag. 4. & 5.

Siquidem sancta institutio Patrum de solennitate Paschali præcipiat, vt omnes confinitimi Episcopi, annua vicissitudine, Primatum suum inquirant, quo tempore Paschæ festum peragant: tamen quia didicimus nonnullos Episcopos, sententiam Patrum transgredientes, propter quod etiam deberunt vsquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, vt abinceps cuncti confinitimi Episcopi nullam sibi occasionem subijcientes, aut longinquitate itineris præcauentes, annua recursione, de festiuitate Paschali tẽpore congruo Primatem suum, sub cuius potestatis manserint regimine, inquirant: vt quo die & tempore illis Paschæ festum pronunciauerit, solicita veneratione peragant.

III. Vt monasteria, diuersoria secularium non fiant.

Sanctorum Patrum decreuit sententia, ne monasteria diuersoria secularium fiant. Vnde quia nouimus quosdam Abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est; dum quasi patrono affatu aditum secularibus in monasterijs adtribuunt, diuersas insolentias monachis, ibidem Deo deseruientibus ingerunt: dum & eorum operationem, quo se diuinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt, & vitam & mores illorum quadam mentis pernicie infaustè detrahendo deturpare non desinunt. Et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterij confertur, graue inolescit vitium monachorum: quo & vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, & se à proprio cœnobio voluptuosa fœditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrorum paterna pietate demulcet animos, vt ea constituamus, quæ & sanctis animabus iuuaminis solamen impendant, & præsumptiones secularium remoueant. Quamobrem placuit vniuerso cœtui nostro hoc statuere, vel potius definire, vt nullus abinceps secularium, seu potestatiuè, seu etiam vel ex permisso Abbatis, vel cuiuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum: excepto quos vita probabiles, egenos aut paupertate depressos inspectio præuiderit Abbatis: quos & suscipere beneuola voluntate in monasterijs, & alendos eleemosynis modis omnibus sinimus. De reliquis autem personis secularibus (sicut iam à nobis est superius præmissum) nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculũ. Cæterùm si secretiùs aut sequestratim à monasterio ad id, quod constructum pro superuenientibus domicilium, patuerit, ibi eos suscipere Abbates, vel monachos oportebit. Quatenus & vita eorum remotis seculi conturbationibus in omni opere deifico probabilis inueniatur, & nullius vanissimis detractionibus dehonestentur: aut certè (quod inhonestum est) ne per talium susceptiones dissolutionem incurrãt, & à bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

IIII. *De libertis, qui ab Episcopis ex familia Ecclesiæ manumittuntur.*

Concil. Tol. Non est dubium à sanctis Patribus definitum fuisse, vt omnes liberti, qui ab Episcopis ex proprijs familijs Ecclesiæ, manumissionis gratia titulantur, post decedentis Episcopi obitum, mox vt alius superuenerit Episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent: quo secundum Canonis sententiam, per suas professiones, debitam suæ originis conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decreuit Synodus, vt si ipsi liberti infra anni spatium, superuenienti suo Pōtifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam seruitutis redigant conditionem; & licet illis congruentius satisq; luculentius retractatum fuerat, hoc tamen à nobis conspicuum perpenditur, quo non solum & prædia Ecclesiarum debita auctoritate disponimus, sed etiam & oppressis pium suffragium porrigimus: per quod & cupiditas Sacerdotalis frustretur & imbecillitas pauperū subleuetur. Quia ergo comperimus, quosdam Pontifices potius lucra sua ampliare studentes, quàm de mercedis opere Domino placentes, liberos, quos ex familia Ecclesiæ, à suis prædecessoribus inueniunt, pro, eo quòd chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentent, statim eos in propriam seruitutem redigere; vnde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficiū: vt si ijdem liberti forsitan ignorauerint ordinem Canonum, aut certè (vt adsolet fieri) ad præsentandas libertates suas tepuerint, ipsius Pontificis solicitudo, mox in sedem sibi creditam successerit, per Clerum aut domesticos, perquirere procurabit, quos decedentes Episcopi de familijs Ecclesiæ manumissionis gratulauerunt: vt eosdem Pontifice præmonente, ipsi liberi chartulas suæ libertatis repræsentent: qualiter nec liberti Ecclesiæ de institutione Canonum ignorantes se esse perhibeant, nec Sacerdotis callida voluntas patescat, vnde contra ordinem reducantur manumissi ad originem seruitutis. Quos, si Pōtifice præmonente, contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ sedis Episcopo pādere, licitum sit, ei secundùm Canonum sanctiones, in iure Ecclesiæ suæ reducere seruituros.

V. Vt defuncto Principe, superstes Regina statum & vestem secularem deponat, & in cœnobio virginum mancipetur permansura.

Concil. Tol. 13. cap 5.

Licet planissimè in Cōcilio Toletano de Principum relictis institutum fuisset, vt nulli licitum esset superstitem reginā in coniugio ducere, aut sordidis contactibus maculare, neq; sequuturis regibus, nec cuilibet hominum esset permissum: tamen nostri ordinis causa est, vt crebrissimè ad hoc aciem mētis nostræ cōdirigamus, quæ animæ intuemur exhibere profectum. Vnde quia pręteritis temporibus multas scimus atq; cognouimus Principum relictas, post eorum vocationē pro apice regni, quem regendo in cūctis tenuerunt, nullam reuerentiam honoris eis adhiberi à populis: sed passim (vnicuiq; probatum est) diuersas adsumentes occasiones non solum latenter in eorum contrarietate insidias moliuntur, verū etiam (quod veritati cōtrariū est) procaciter verba cōtumeliosa in conuentu multorum eas adficiunt: &, quod omni religioni abominandū, atq; horrendū est, de ijs detrahere nō sinūt, quas in caterua populi cernunt commorari. Proinde paterna pietate cōmoti, atq; condigna circa tanto culmine prouidentes, per huius decreti nostri paginam nō solum quæ in prædicto Concilio exarata sunt de coniuge Principum perenniter custodire, atq; firma stabilitate decernimus permanere; sed etiā ea, quæ sunt conspicua honestati necessaria modò aduertere procuramus: vt seruatas in omnibus sanctiones Canonum totius Toletani Concilij, quæ de Principum relictis promulgatæ atq; definitæ esse noscuntur, deinceps relicta Principis superiorem sentētiam inlibato animo pudicè seruans, statim arcessito ab hoc seculo Principe, vestem secularem deponat, & alacri curiositate religionis habitum adsumat. Quā etiam & confestim in cœnobio virginum mācipandam esse censemus; & vt ab omni turbine mūdi remota, nequaquā cuilibet locus adtribuatur, per quod aut contumelia tantę potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse hæsisse patescat, quorum ante dudum agnoscitur domina fuisse: sed infra claustra monasterij iugi sedulitate persistēs, atq; sanctimonialem vitā peragens, de regno temporali, opitulatione diuina ad regnum æternitatis mereatur peruenire. Quicumq; igitur superiores constitutiones, quæ salubri consilio à nobis definitæ esse noscuntur, violauerit, vel execrari quacumq; factione pertentauerit,

uerit, aut permiserit, nouerit se excommunicationis percepturum sententiam, atque etiam exilij damnationis diuturno tempore incurrere iacturam.

Peractis quoque à nobis quæ congrua fuerunt de ordinibus Ecclesiasticis, in primis immensas laudes omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui sancto, cui cura est pacem & vnitatem Ecclesiæ suæ sanctæ Catholicæ prouidere, deferimus. Deinde Orthodoxo, & serenissimo domino nostro Egicani Regi, cuius instinctu, & deuotissimo instituto in hoc coadunari meruimus Synodali conuentu, multiplices gratiarum actiones persoluimus: qui non solum nostrorum animos ad corrigendos ordines Ecclesiasticos excitauit, sed etiã & populũm per oracula, regni sui voto gratioso ab impensione tributi reddidit absolutum. Pro quo beneficij studio, qui plebi suę tanta largitus est dona, Dominum Iesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decorauit pretiosa, ac pretiosa effusione sanguinis sui redemit, exoramus, vt ipse regnum eius in pace, sub multimoda annorum curricula solidet, gentemque, & vniuersam patriam eius in tranquillitate conseruet, & contra hostem aduersum victrix Christi dextera victorem efficiat semper: atque expletis huius extensis vitæ tẽporibus, ad æternæ beatitudinis prẹmium peruenire mereatur in læssus, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est, honor, summa virtus, & potestas in secula seculorum. Amen.

Notæ.

Hoc Concilium Cæsaraugustanum est tertium ex his quæ in hoc opere ponimus: exscriptum est ex. C. M. S. vestuto Monasterij. S. Æmiliani, quem vocamus hic Hispalensem: nam in omnibus CC. Ecclesiæ Toletanæ, & S. Laurentij, est mutilum; vbiq; caret subscriptionibus. Erat Episcopus Cæsaraugustanus in hoc Concilio Valderedus, vel Valdefredus: nam subscribit in. 15. Toletan. anno primo Egicani Regis, & in. 16. anno sexto eiusdem. Interfuit etiam eadem ratione Ioannes Egarensis, & Nepotianus Tyrassonensis, & Florus Mentesanus: & Vbisifredus Ausonensis, qui omnes in. 15. & . 16. Concilijs adfuerunt.

IN NOMINE DOmini. Incipit Synodus Toletana sextadecima LX. Episcoporum.

DVm anno sexto inclyti, & Orthodoxi Domini, & Principis nostri Egicanis sub die sexto Nonarum Maiarum, Era DCC.XXXI. vnanimitatis nostræ conuentus in Prætoriensi basilica, sanctorum videlicet Petri, & Pauli aggregatus consisteret, atque vnusquisq; nostrorum ex more secundùm ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerũ prius omnium Domino deuotissima gratiarum iura persoluimus, pro eo, quòd nos & alterutræ visionis contuitu solari permisit, & alternæ pacis osculo confouendos statuit; diffusis cordibus, simulque & vocibus ei precum murmura effundentes: vt sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos effecit, ita serenissimum, ac religiosissimum prædictum Egicanem Pricipem, cuius iussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conuersatione stabiliat, prorogatione iustitiæ muniat, pacem locupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret: quo longæuitatis munus fruens, cõmissa sibi regni gubernacula discreto moderamine teneat, & cõmissos sibi populos benignè regat, æquè disponat, & iussu pietatis modificet. His deuotione promptissima actis, cœpit vnionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collationis inter se orsa diffundere, atque euentum rei expectatione mansuetissima præstolare. Igitur cum ea attentiùs agerentur, sic idem excellentissimus Princeps sanctæ intentionis munimine fretus, religione plenissimus, & elucubrationis summæ titulo inclytus, nostrò se se cœtui intulit, ac gloriosi capitis verticẽ cernuo voto reclinans, nostris sese Domino precatibus commendari percensuit; proprijs manibus tomum nobis deferens referandum, in quo suæ deuotionis vota, & deliberationis piæ

desideria

desiderio sistebant, stylo grauissimè exarata; omnes in communi sui oris dulcifluis exhortans oraculis ait.

En diuini cultus reuerēdissimi Sacerdotes quidquid proprij oris effamine vestris sacris sensibus debui intimare: quidquid innormis poterat diffusæ eloquutionis affatus exprimere, sicut hic breuiter summatimq; calamo currenti digessi. Vnde vos ea solicitiùs prælibantes, gliscentibus animis pertractate: & tam ea, quæ hic sunt insita, quàm etiam alia, quæque se reuerendissimo vestro cœtui ingesserint audienda, æquissimis iudiciorum vestrorum definitionibus terminate, & firmissimo sententiarum vestrarum stylo esse permansura decernite. Quem tomum ab eo vnanimitas nostra suscipiens, eidem Principi benediximus: eoque è nostri medio discedente, eiusdem tomi seriem reserauimus, cuius dictorum textus subter annexa serie declaratur.

IN Nomine Domini. Flauius Egica Rex sanctissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus. Nouit, beatissimi Patres, serenitatis nostræ gloriosa sublimitas, synodicæ aduocationis studia nutantis seculi obstare ruinę, & fidelibus populis congruã salutaris vitæ impendere disciplinã. Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, vestriq; cœtus optabili conuētu iucūdior redditus, cœlorũ Regi grates laudũq; vota persoluo: qm̃ præstolata adgregationis vestræ cõcursio præceptionis nostrę oraculis deuotissimè paruit, & alternæ visionis exoptata gaudia commodauit. Igitur vobis coram positus, vestris precibus supernã mihi clementiã suffragari efflagitãs, vniuersitatē sanctitudinis vestræ Christiana mētis deuotione cõuenio; vt quia Ecclesię sanctæ catholicæ digna speculatione perstatis, votis meis fautores sitis, vestriq; Pontificatus meritis, in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, & consiliorum nutrimenta salubria afferatis; quo valeam sanctimoniæ vestræ adminiculo fultus, & regnandi gressus in pace perficere, & gentem mihi subditam pio, ac discreto moderamine regere. Nam & tales vos in hoc sancto Concilio adesse præopto, quo gratia Spiritus sancti corda vestra irradians, in medio sit vestrorum; vt ipso docēte, id teneatis atq; seruetis, vnde & mihi, qui præ omnibus, multis sum criminibus deditus, & cuncto populo regiminis mei respectio diuina semper opituletur. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet, quantisque plagis, vel per-

perfidorum ſceleribus contabeſcat, Paternitati veſtrę non reor eſſe incognitã. Sed quia indubiè credimus, quod tranſgreſſione mandatorum Dei, digna factis recipimus; dicente Domino per Prophetam: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea; opportunũ ſatis eſt, vt per vos, qui diuinæ vocis præconio ſal terræ eſtis, ſaluationis obtineat opem. Vnde venerabilem ſanctitatis veſtræ [a] vniuerſitatem exhortor, vt imprimis almæ fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffuſa expanditur, veſtræ collationis eloquijs præconetur; prædicata veraciter teneatur; retenta in arcano veſtri pectoris illibata ſeruetur. Deinde quia comperimus, quod multę Dei baſilicæ in diſperſis locis veſtrarum parochiarum conſtitutæ, dum ad vnius reſpiciunt ordinationem Presbyteri, nec aſsidua in eis Sacrificia Domino delibantur, & deſtitutæ remanent, atque ſine tectis, vel ſemirutæ fore noſcuntur, ſpecialiter in Canonibus adnotetis, vnaquæque Eccleſia, quãuis pauperrima, quæ vel decem mancipia habere poteſt, ſui debeat cura gubernari cultoris: cæterum ſi minus habuerit, ad alterius Eccleſiæ Presbyterum pertinebit. Nam dum ex omnibus plurimæ baſilicæ, vt præmiſimus, vnius ſolicitudine rediguntur, ſolum eſt, quia & viduatæ perſiſtunt, & difficilè ſacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum Sacerdotibus Dei in culpa eſt, verumetiam & infidelibus Iudæis ridiculum affert: qui dicunt nihil præſtitiſſe, interdictas ſibi, ac deſtructas fuiſſe ſynagogas, cum cernant peiores Chriſtianorum effectas eſſe baſilicas. Pro quarum etiam reparatione à veſtra vniuerſitate cenſendum eſt, vt eas vnuſquiſq; Epiſcopus de tertijs parochialium baſilicarum Canonicè reſtaurandas inuigilet. Qui ſi tertias ipſas conſequi noluerit, cura ſui gerendum eſt, vt Presbyter deſtructæ Eccleſiæ exinde commiſſam ſibi baſilicam reparet; euidentem cenſuræ modum apponẽtes in Canone, qualiter debet incurioſus quiſque Epiſcopus condemnari, ſi præſcriptum pro renouandis Dei templis ordinem neglexerit adimplere. Nam & hoc honorificentia veſtra promulgare curabit, vt nemo Epiſcoporum, pro Regijs inquiſitionibus exhibendis, parochialium Eccleſiarum iura cõtingat, nec quaſcunque exinde inquiſitiones, aut euectiones exigere audeat; ſed de prædijs ſuarum ſedium, Regio culmini ſolita perquiſitionum obſequia deferat; nihilq; de rebus earundem

Oſeæ. 4.

Matth. 5.

[a] Alij M ſſ. vniuerſitaté.

Alij M. ſſ. Cas, ſi tertias ipſas conſequi noluerit, cura ſui gerenda eſt.

De euectionibus ſupra dictum. Vide leges Gothicas.

De stipendijs Clericorum supra.

earundem parochiarum Ecclesiarum causa stipendij cuiuspiam dare præsumat. Quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se nouerit. Interea id præcipue à vobis procurandum est, vt vbicumque idololatriã, vel diuersos diabolicę superstitionis errores repereritis, aut qualibet relatione cognoueritis, ad destruendum tale facinus, vt verè Christi cultores, cum iudicibus quantocyus insurgatis: & quæq; ad eadem idola à rusticis, vel quibuscunque personis deferri [a] peruenneritis, tota vicinis conferenda inibi Ecclesijs conferatis. Pro quo etiam extirpando scelere edictum tale in regulis apponatis, vt quicunque Antistes huiusmodi nefas agi permiserit, vel peractum in sua diœcesi protinus abolere distulerit, à loci sui officio pulsus, vnius anni excursu, sub pœnitentiæ maneat religatus lamento: alio tamẽ Principali electione ibidem constituto, qui possit huius institutionis ordinem seruare, & populo Christiano bonæ conuersationis pandere tramitem; postmodùm ad sedis suæ ordinẽ reuersurus. Sed, & quod his potius est, zelo Dei zelantes abrogandam Iudęorum vtriusque sexus perfidiam radicitus demite: vt & legum nostrarum sententias, quæ ob perfidiam eorum & in præteritis editæ, & hodierno sunt tempore conditæ, omni valeant robore subnixæ; & accessus nequitiæ ipsorum, earundem legum dispereant sanctione. Sic quoq;, vt iuxta nouellæ legis nostræ edictum, nemo ex eisdem Iudæis, in perfidiam durantibus, ad * catablum, pro quibuslibet negocijs peragendis, accedat, nec quodcunque cum Christianis commercium agere audeat: quo merito cum Propheta dicatis: Nonne qui te oderunt Domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Ex quibus igitur Hebræis, vel vxoribus, ac filijs eorum, si quis deinceps ad Catholicæ fidei regulam integerrima deuotione conuersus extiterit, abnegans ex toto genuinæ præuaricationis errores, vel cerimonias, omnesque parentalium rituum sectas, ab omni exutus iugo maneat functionis, quam pridem in errore præstitutus publicis vtilitatibus exsoluere consueuit. Sic quoq;, & in cæteris incredulis eius redundetur functio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parẽtalis. Inter cætera tamen, obscœnum crimen illud de concubitoribus masculorum extirpandum decernite: quorum horrenda actio, & honestæ vitæ gratiam maculat, & irã cœlitus superni iudicis prouocat. Et quia pleriq; perfidorum cothurno

[a] Pro inueneritis: sic Conc. 13. initio & 15. Tolet.

A Regibus Gothis Episcopos nominati solitos ostendimus in Concil. 12. Tol. c. 6.

Id constat ex Conc. Tol. 12. c. 8. & legum Visigot. lib. 12 tit. 3.

Pretorium vbi causæ aguntur: sic supra.

Psal. 138.

cothurno superbiæ dediti, non ex Deo regale fastigium, sed solo iactantiæ tumore appetere dignoscuntur; quicumque amodò ex Palatinis, cuiuslibet sit ordinis, vel honoris persona, in necem Regiam, vel excidium gentis, ac patriæ Gothorũ fuerit conatus intendere, aut quodcumq; conturbium intra fines Hispaniæ tentauerit excitare; tam ipse, quàm eius omnis posteritas, ab omni Palatino expulsa officio, sub tributali impensione fisco debeât perpetim inseruire: amissis insuper cunctis facultatibus proprijs, quas, cui voluerit, licenter conferat clementia Principalis. Cuncta verò, quæ in Canonibus, vel legum edictis deprauata consistunt, aut ex superfluo, vel indebito coniecta fore patescunt, accommodante serenitatis nostræ consensu, in meridiem lucidæ veritatis reducite; illis proculdubio legum sententijs reseruatis, quæ ex tẽpore diuæ memoriæ prædecessoris nostri, domini Cindasuinthi Regis, vsque in tempus domini Vvambanis Principis, ex ratione de promptæ, ad sinceram iustitiam, vel negociorum sufficientiã pertinere noscuntur. Varia quoque populorum negocia, cæteraq; sceleratorum hominum gesta, fidei sanctæ contraria, ita vestri examinatione iudicij canonicè, ac legaliter finiãtur, vt nec iustitia prætereat, nec seueritas legum ex omnibus intercurrat: qualiter, dum in his omnibus vos amor Christi red diderit feruidos, & æquitatis catena constrinxerit nexos; non solum in hoc seculo sanctitatis dono perspicui maneatis, sed & æternis præmijs in perpetuum floreatis: quia tunc me à Domino cum plebe mihi credita, à peccatis elui credo, cum discussio iudicij vestri, in examinãdis causis talis præcesserit, quæ in nullo, tramite veritatis aberret. Hoc solùm vos honorabiles Dei Sacerdotes, cunctosq; illustres aulæ Regiæ seniores, quos in hoc Concilio nostræ serenitatis pręceptio, vel opportuna inesse fecit occasio, per inseparabilem omnipotẽtis Dei potentiam adiuramus, quia in priuatis dirimendis negocijs, quæ se vestro cœtui audienda emerserunt, nulla personarum, vel muneris acceptio intercurrat; nullus se fauor interserat; nulliusq; trepiditatis incuria promulgare iustitiam, quæ Deus est, obstrepat: sed puro examinationis libramine causarum iurgia terminantes, & iusta Dei iudicia vobis præ oculis apponentes, vnicuique parti æquitatem pandere procuretis: quatenus ex hoc nostræ mansuetudini præstolatæ à Deo mercedis præmia conquiratis, & rectitudine vestri iudicij

De his vide Concil. Tol. 4. c. 85. & 6. c. 17. & 18. Concil. Tol. 10. c. 2.

iudicij coram nobis honorabiles sitis, atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis. Datum sub die septimo Calend. Maij, anno feliciter sexto regni mansuetudinis nostræ: Toleto.

Reserato tomo igitur, & quæquæ eius series retentabat, diligenti indagatione perlustrantes, immẽsi mole gaudij cordium nostrorum arcana exæstuant. Proinde feruentioribus animis in laudem Dei nostri hymnorum libet cantica reboare; quòd religiosissimi, & orthodoxi Principis nostri intimo igne sui amoris ita reddiderit feruidum, vt totius nostræ adunationis collegium prudentissimis, ac salutaribus sui oris affatibus crediderit exhortandum; perbenignè nos admonens, vt dignorum speculatorum more Ecclesiæ Dei nauem, quam dispensatione superna in vasti huius salis gurgitibus gubernandam suscepimus, salutarium remigiorum gubernaculis, ad consummatæ salutis portum incolumem perducamus; & in defensione eius, quotidianis lucubrationibus operam demus, vigilantes & custodientes vigilias noctis super nobis creditos greges: ita nempè vt verborum spiritualium concrepantibus tubis, & sanis membrorum compagibus, nec securitatis torpore depressa diuersorum lapsuum incurrant decipula, salutaria sine intermissione ministremus munimina, & infirmis artubus, diuersis vtpote ægrimoniorum vulneribus sauciatis, congrua medicamina apponamus: quo facilius queant, & veternosa vlcera radicitus euelli, & remedia exoptatæ salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum nostrorum sine adiumento omnipotentissimæ Trinitatis cernimus esse idoneũ, ideò cõspicuum satis, & necessarium perpendimus; vt quia corde creditur, ad iustitiam, oris autem confessio fit ad salutem; ipsius sanctę Trinitatis mysterium, qui est vnus Deus, à quo nos expetere cõuenit, vt digni Ecclesiæ suæ pastores existere mereamur, proprij oris confessione promamus; & vtpote mortali ore, quãtum ipse iusserit prælargire, laudum insignia præcinamus: quatenus vniuersæ definitiones, quæ nostro effectu extiterint editæ, superpositæ fundamento firmissimo, inconuulsæ persistant, & iustitiæ robore subnixæ, seculis infinitis perdurent.

Luc. 2. Rom. 10.

Credimus & confitemur omnium creaturarum, quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem, atque conserua-

ticem indiuiduam Trinitatem (id est) Patrem, qui est totius fons & origo diuinitatis; Filium, qui est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis vnionem, ante omnium seculorum euentum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum verò sanctum, ex Patre, Filioque, absq; aliquo initio procedentem. Qui tres, quamquam personarum secernuntur distinctione, nunquam tamen separantur potentiæ maiestate: inseparabilis nempe æqualitatis eorum insinuatur diuinitas. Et tamen quamuis Pater genuerit Filium; nec ideò Filius sit idem qui Pater, neque Pater sit ipse qui Filius; sed nec Spiritus sanctus Pater sit, Filiusque, sed tantum Patris, Filijque Spiritus, & idem Patri, & Filio, etiam ipse coæqualis; nequaquam in hac sancta Trinitate quidquam creatum, seruum, famulumque conuenit credi; neque aduentitium, vel subintroductum, tanquam ei aliquandò acciderit, quod constet eam aliquando minimè habuisse, condecet autumari. Vnde catholicè confitemur, Patrem Deum esse omnipotentem; Filium similiter Deum omnipotentem; nec non & Spiritum sanctum Deum omnipotentem: non tamen tres Deos credimus, aut tres omnipotentes; sed vnum tantummodo Deum sumus inconcussa fidei veritate credentes; vnius naturæ, vnius essentiæ, vnius omnipotentiæ, vnius maiestatis, vniusque virtutis. Quarùm tamen personarum quamuis in hoc, quod ad se sunt, nulla possit separabilitas inueniri; in hoc verò quòd ad distinctionem attinet, sunt quædam, quæ specialius vnicuique possint pertinere personæ; scilicet, quòd Pater à nullo originem sumpsit; Filius Patre generante existit; Spiritus quoque sanctus ex Patris, Filijque vnione procedit. Sed nunquid quia Filius ex Patris est omnipotentia generatus, aut Spiritus sanctus ex Patre, Filioque procedens, putandus est aliquando Pater fuisse sine Filio, aut genitor, genitusque sine sancti Spiritus extitisse substantia? absit: sed sicut Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur; ita etiam sanctus Spiritus veridicè profitetur. Nec tamen sicut Pater creditur, à quolibet nequaquam existendi originem ducere, ita Filius, aut Spiritus sanctus autumandi sunt ex semetipsis existere: sed Filius Deus de Patre Deo; non Deus Pater à Filio Deo; neque Pater, aut Filius ab Spiritu sancto, absque noxa, sumpsisse putabūtur originem; cum ipse à Patre & Filio, sine cuiusquam infidelitatis næuo credatur

Initium intelligit temporis; vnde inquit: Spiritus sanctus est à Patre, & Filio, sine initio. Et ideò in sancta Trinitate, non est prius aut posterius: in diuinis enim aliud est principium, aliud causa, vt notat Thom. 1. p. q. 33. art. 1.

datur, sine initio processisse. Et ideò in huius sanctæ Trinitatis sacramento nihil anterius posteriusve credẽdum est: quia numquam fuit tempus, quando Pater sine Filio, aut Spiritu sancto subsisteret; neque Filius sine Spiritu sancto subsisteret; neque Filius sine sancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et ista dicentes, non personarum cõfundimus proprietates, nec vnionem substantiæ separamus. Nihil etiam in eadem sancta Trinitate maius, aut minus credere oportet, nihilque etiam imperfectum, atque mutabile: nam perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus; immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus. Nam de immutabili, & perfecto Patre immutabilẽ, imperfectumque Filium nec decuit nasci, nec conuenit credere. Idcircò sunt quædam, quæ in hac sancta Trinitate indiscretè oporteat confiteri: in hoc etenim, quod ad se est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, indiscretè vnus Deus credendus est Pater cum Filio, & Spiritu sancto: quod verò ad relatiuum attinet, discretè personarum trium est prædicanda proprietas; Euangelista prædicante: Ite docete omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: relatiuum etenim dicitur, quòd vna ad aliam personam referatur. Nam quando dicitur Pater, Filij nihilominus persona signatur; & cum dicitur Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. At nunc quoniam Spiritus sancti vocabulum, quo non tota Trinitas significatur, sed tertia quæ est in Trinitate persona, quomodo secundùm relatiuum ad Patris Filijque referatur personam nequaquam apertissimè pateat; pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus; ne Filius Spiritus sanctus intelligatur: in alijs tamen vocabulis, quibus eiusdem Spiritus sancti signatur persona, ad relatiuum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum sanctum accepimus, quæ in sancta prænoscitur Trinitate tertia esse persona; pro eo quòd à Patre, Filioque, cum quibus vnius essentiæ per omnia creditur, fidelibus condonetur. Quapropter cum dicitur donum donatoris, & donator doni, relatiuum haud dubiè declaratur: quod etiam de ipso vocabulo Spiritus sancti inculpabiliter est credendum. Denique quia sanctæ Trinitatis (etsi non vt debuit) tamen quantum ipse donauit, huc vsque mysterium confitendo digessimus, exinde quæ de ipsa Tri-

Matth. 18.

nitate persona susceperit carnem, piè & orthodoxè subsequiua serie pandimus. Vnde licet inseparabilia sint opera Trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantùm fide cordis, sed & oris professione, quòd non tota Trinitas susceperit carnem, sed solus filius Dei, qui est ante secula ex Dei Patris substantia genitus, in fine seculorum de Virgine Maria, [a] Euangelio teste enixus, qui ait: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nam Gabriel Archangelus ad Mariam Virginem cœlitus missus ait: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres: Ecce in vtero concipies, & paries Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Cui cum Maria (vt ait sanctus Ambrosius) non fidem [b] renuens, non officium recusans, sed potius accommodans [c] effectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærens effectus, dixisset: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui? ab Angelo illi responsum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Cuius nempè Angeli oraculum, dum Spiritum sanctum superuenturum in ea dicit, & virtutem altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbraturum eam præmonuit, eiusdem Filij carni totam Trinitatem cooperatricem esse monstrauit. Quæ scilicet Virgo sicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita post partum nullam sensit integritatis corruptionem: nam virgo concepit, virgo peperit, & post partum incorruptelæ pudorem sine interceptione obtinuit. Cuius videlicet conceptionis, aut partus mysterium, quia secundùm Prophetale vaticinium, nouum creatum est super terram, vt fœmina illa singulariter, absque virili coitu, circumdaret virum, nulla potest ratione comprehendi, nullius oris affatu valet enunciari. Ob hoc etenim Ioãnes Baptista cernuè profitetur: Ecce post me venturus est, qui ante me factus est, cuius nõ sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti: ac si diceret, corrigiam calceaméti diuinitatis calceatæ, quę est ligatura mysterij, nequeo soluere: quia quomodo in virginali vtero corporatum est verbum; quomodo etiam idem Verbum caro factum animatum existat, nequaquam inuestigare sufficio. Pro qua re præcellentissimus fassus est Augustinus: Hic si ratio quæritur, non est mirabile? si exemplum poscitur, non est singulare?

Ipse

Marginalia: Ioann. 1. — Luc. 1. — Luc. c. 1. — Serm. 31. — Ioann. 1. — Augustinus

[a] Euãgelio est teste habent M. ff.
[b] Refutans. Exc.
[c] Affectum. Exc.

Ipſe verò Dei filius ab ingenito Patre genitus, à verò verus, à perfecto perfectus, ab vno vnus, à toto totus; Deus ſine initio, perfectum hominem de ſancta, & inuiolata Maria ſemper Virgine aſſumpſiſſe eſt manifeſtus. Cui etiam homini ſicut perfectionem adſcribimus, ita duas ei voluntates ineſſe; vnam diuinitatis ſuæ, aliam humanitatis noſtræ, nihilominus credimus. Quod etiam per quatuor Euangeliſtarum oracula, eiuſdem Redemptoris noſtri affatu euidentiſsimè declaratur: ſic enim faſſus eſt dicens: Mi Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et iterum: Non veni voluntatem meam facere, ſed voluntatem eius, qui miſit me: & reliqua: quæ ſi de omnibus ſanctarum ſcripturarum codicibus malucrimus colligere, enormis voluminis telam noſtri oris videbimur compaginare textrino. Quibus etiam adloquutionibus demonſtrat, ſuam voluntatem ad hominem retuliſſe adſumptum; Patris, ad diuinitatem, in qua eſt idem vnus & æqualis cum Patre: quippè quantum ad diuinitatis attinet vnitatem, non eſt alia voluntas Patris, alia Filij; vna enim eſt voluntas, vbi vna perſiſtit diuinitas: quantum autem ad hominis naturam adſumpti, alia eſt voluntas Deitatis ſuæ, alia etiam humanitatis noſtræ. Proinde in hoc quod ait: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, patulè oſtendit, non velle id fieri, quod voluntatis humanæ loquebatur affectus, ſed propter quod ad terras, paterna voluntate deſcenderat. Cuius tamē Patris voluntas nequaquam contraria Filij voluntati exiſtit: quia quibus eſt diuinitas vna, non poteſt eſſe voluntas diuerſa: & vbi in natura nihil poteſt diuerſitatis accidere, ibi nihilominus enumerantur generaliter aliqua numeroſa. Igitur huius voluntatis ſanctæ vocabulum, quamuis per comparatiuam ſimilitudinem Trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia, & voluntas, ad perſonam ſancti referatur Spiritus; ſecundùm hoc autem, quod ad ſe dicitur, ſubſtantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, volūtas Spiritus ſanctus: quemadmodum Deus eſt Pater, Deus eſt Filius, Deus & Spiritus ſanctus: & multa alia ſimilia, quæ ſecundùm ſubſtantiam dici ab his, qui catholicæ fidei veri cultores exiſtunt, nulla ratione ambigitur. Et ſicut eſt catholicum dici, Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce; ita veræ fidei eſt proba aſſertio, voluntatem dici de voluntate, ſicut ſapientiam de ſapientia,

Matth. 26. *Ioann. 6.* *Matth. 26.* *Supra in Concil. 15. Tol.*

tia, eſſentiam de eſſentia: & veluti Deus Pater genuit filium Deum, ita Pater voluntas genuit Filium voluntatem. Itaque quamquam ſecundùm eſſentiam, Pater voluntas, Filius voluntas, & Spiritus ſanctus voluntas, non tamen ſecundùm relatiuum vnus eſſe credendus eſt: quoniam alius eſt Pater, qui refertur ad Filium; alius Filius, qui refertur ad Patrem; alius Spiritus ſanctus, qui pro eo quod de Patre, Filioque procedit, ad Patrem, Filiumque refertur, non aliud, ſed alius: quia quibus eſt vnum eſſe in Deitatis natura, his eſt in perſonarum diſtinctione ſpecialis proprietas. Quo circa idem Dei filius, qui dum eſſet diues, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in impaſsibilitate Deitatis conſiſtente natura, ſpontaneè in hominis ſuſcepti eſt paſſus ſubſtantia, & pro nobis primæ mortis ſuſtinuit dura exitia: & qui nullius peccati noxæ obnoxius manſit, pro noſtris peccatis crucis patibulum ſpontè moriturus aſcendit: quique carnis, & ſanguinis nullum contagium habuit, in carne ſua flagra pro nobis, colaphos, ſputamenta, coronamq́ue ſpineam ſuſtulit, & effuſione ſui cruoris totum mundum à pædoribus abluit; ac ne poteſtatem mors ſecunda in Dei haberet electis, eam vſquequaque impaſsibilis diuinitatis ſuæ iaculo perculit, ac peremit; dicente Propheta: O mors, ero mors tua: tartara penetrauit in anima, & ſanctorum animas, quas illic hoſtis vinctas tenebat, morſu potentiæ ſuæ exemit; vt Prophetale vaticinium inquit: O inferne, ero morſus tuus: qui etiam tertiј diei diluculo eiuſdem carnis, qua occubuerat, veritate reſumpta, diſcipulorum obtutibus claruit, eorumq́ue corda nimio pauore concuſſa, præſentiæ ſuæ exhibitione [a] ſolauit, & coram Angelorum, credentiumq́ue frequentia ſedem patriam repetiuit: in qua nunc ſicut in veritate ſurrexit à mortuis, ad eius dexteram ſedens, ſic exinde in finem ſeculi venturus eſt, iudiciariæ poteſtatis diremptione à peccatoribus iuſtos ſecernere; ſanctis reſtituens pro benè geſtis coronam, iniquis verò infinitæ damnationis [b] igniuomam pœnam: exemplum nobis ſua reſurrectione impendens: [c] ſicut ille viuificans nos poſt duos dies, die tertia viuus reſurrexit à mortuis, ſic nos etiam in huius ſeculi fine reſurrecturos vſquequaq; credamus, non in aërea, vel in phantaſticæ viſionis vmbra, vt quorundam improbanda opinio perſtruit, ſed in veridicæ carnis ſubſtantia, in qua nũc ſumus, & viui-

Philipp. 2. — *Osea. 13.* — *Ibidem.*

[a] Aliàs ſolidauit.

[b] Fragmenta Excuſa habent ignominioſam: lego, igniuomã: ſic infra in fine huius confeſſionis fidei: igniuomis rogis cremabitur.

[c] Vt ſicut. Exc.

Ad Corint. 2. c. 5. Ad Coloss. 3

& viuimus. Ac tempore iudicij coram Christo, & sanctis Angelis suis vnusquisque referet corporis sui propria, prout gessit, siue bonum, siue malum; recepturus ab eo aut proprijs actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum. Huius etenim fidei Ecclesia sancta Catholica baptismatis aqua abluta, Christi sanguine pretioso redempta; quæ neque in fide habet rugam, neque maculosi perfert operis notam, insignibus pollet, virtutibus claret, sanctique Spiritus donis referta coruscat: quæ etiam cum Iesu Christo Domino nostro capite suo, cuius corpus esse nequaquam ambigitur, est perenniter regnatura. Atque omnes, qui nunc in ea minimè consistunt, siue constiterint, aut ab ea recesserunt, seu recesserint, aut peccata in ea relaxari diffidentiæ malo negauerint, nisi pœnitudinis ope ad eam redierint, & quæque Nicæna Synodus seruanda decreuit, Constantinopolitanus conuentus venerari instituit, Ephesini primi Concilij amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedone sanctorum vnanimitas, vel reliquorum Conciliorum, siue etiam omnium venerabilium Patrum, in fide sana rectè viuentium edicta custodire præcipiunt, absque aliquo dubietatis næuo crediderit, perpetuæ damnationis sententia vlciscetur, atque in fine seculi cum diabolo eiusque socijs, igniuomis rogis cremabitur.

Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam Ecclesiasticam, moresque malè errantium componendos necessaria sunt, vnanimitatis nostræ articulum flectamus; & quæ opportuna sunt, decretis capitulis definiamus.

I. De Judæorum perfidia.

Tolet. 3. c. 13. & Tol. 4. à cap. 57 vsq; ad cap. 66. & Tol. 12. c. 8. Ierem. 17.

Licet in cōdemnatione perfidiæ Iudæorum numerosæ antiquorum Patrum sententiæ, ac leges promulgatæ nitescant, tamen "quia" vt Prophetale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Iudæ scriptū est stylo ferreo in vngue adamantino, super petrā duriores effecti, in obstinationis suæ cæcitate perdurāt, satis est cōspicuum, vt catholicæ Ecclesiæ machinis murus infidelitatis eorum crebrius proteratur: quo aut tandem corrigantur inuiti, aut [a] validè in stylo atterātur, ex Domini in æternum iudicio perituri. Nā peritorum me-

"Deest C.A.

[a] Validè sic atteratur. C.A.

dicorum est consuetudo laudabilis, vt ægris diuersarum ægrimoniarum incommodis laborantibus studiosius medendi arte occurrant, quoadusque salutis medelam recipiant. Quinimo quoniam gloriosissimi,& amatoris Christi Egicanis,Principis nostri feruens intentio,& prompta deuotio, huius admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit;quatenus aut conuertantur ad fidem, aut in perfidia perdurantes,acrioribus sedulè multentur stimulis; proinde [a] & hortante pariter, & iubēte delegit nostræ vnanimitatis conuentus, vt quidquid eorum sententiæ, vel leges, qui nos in fide Catholica præcesserunt,ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus Sacerdotibus, cunctisque iudiciariam curam habentibus studiosius in eis nihilominus compleantur; & ea quæ nunc à nobis instituuntur, votis feruentioribus conseruentur. Ita nempè,vt quique eorum ad Christum plena mentis intentione "se" conuerterint, & fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis fuco seruauerint,ab omni exactione,quam sacratissimo fisco persoluere consueti sunt,cum his quę habere poterint,securi extorres que persistant.[b]Eandem impensionē hi qui in infidelitate sua persliterint,publicis vtilitatibus in integritate persoluant.Ipsi verò,qui ab errore suo conuersi extiterint, suis tantum vtilitatibus,vt cæteri ingenui vacent;& negocia sua agentes,quid quid pro publicis indictionibus à Principe eis fuerit imperatum,vt [c] verè Christicolæ,expediant: nam id æquitatis ordo deposcit,vt qui fide Christi decorātur,coram[d] hominibus nobiles, atque honorabiles habeantur. Legem sanè illam, quæ præfatis capitulis ad eorundem proterendam duritiam à domino nostro Egicane Principe nuper est edita, firmamus, & per huius constitutionis nostræ decretum inconuulsibile robur eam obtinere censemus.

[a] Eo orante pariter. C.A.

" Deest C.A.

[b] Eandemque.C.A.

[c] Veri.C.A.

[d] Omnibus.C.A.

II. De idolorum cultoribus.

1.Petri,5. Manifestissimè liquet, quòd hostis humani generis, vt Apostolus narrat,per mundum rugiens currat,querens quem deuoret: nam diuerso tergiuersationis suæ astu quàmplurimos insipientium decipiens,suis eos decipulis irretire non Exod.10. cessat: & cum Dominus præcipiat: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudem,quæ est in cœlo desuper,& quæ

in

Leuit. 26. in terra deorſum; & reliqua. Et iterum non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidẽ ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Rurſumque: Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies; illi diuerſis ſuadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, veneratores lapidum, accenſores facularum, excolẽtes ſacra fontium vel arborum, [a] auguratores quoque, ſeu præcantores, multaque alia, quæ longum eſt narrare. Et quia ille nec conditor eorum eſt, nec Dominus, ac Redemptor, ſummopere rectoribus Eccleſiarum Dei cõuenit ſtudere, vt quos maligna perſuaſione per diuerſa ſacrilegia, ſibi hoſtis idem [b] ſubiecerat, de eius iure tollentes, ſuo eos reſtituant creatori. De quibus videlicet ſacrilegijs extirpandis, quoniam multimoda ſanctorum Patrum in diuerſis concilijs clarent edicta, [c] vigilaci ſenſuum indagatione perluſtrauimus, ac diſcreto grauitatis pondere, horum inſtituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum conſenſu, ac feruentiſsimo iuſſu religioſiſsimi domini noſtri Egicani Regis, inſtituentes decernimus, vt omnes Epiſcopi, ſeu presbyteri, vel hi qui iudicandis cauſarum negocijs præſunt, ſolerti cura inuigilent, & in cuiuſcunque loco præmiſſa ſacrilegia, vel quælibet alia, quæ diuina lege prohibentur, vel ſanctorum Patrum cohibent inſtituta, venerantes quoque, aut facientes repererint; cuiuſcunque ſint generis, aut conditionis, ſtatim ſecundùm prædictarum ſententiarum ſeriem, emendare, & extirpare non differant: & in ſuper ea quæ in "eodem" loco [d] ſacrilegio oblata fuerint, in conuincinis Eccleſijs coram ipſis, qui hoc voto ſacrilego dedicanda crediderant, habenda perpetim [e] auferantur. Quòd ſi forſitan Epiſcopus, aut Presbyter, ſeu etiam iudex, ad quem locus ille pertinuerit, manifeſtiſsimum, ac probatiſsimum cuiuſpiam ſacrilegij facinus prænoſcens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate priuatus, anni vnius ſpatio erit ſub pœnitentia conſtitutus, loco ſuo in poſtmodum redditurus: ſcilicet, vt in eodem tempore, quo ille à loci ſui propulſus fuerit officio, ſpecialiter à Principe eligatur, qui timore Domini plenus, & vt Phinees, ſpeciali zelo accẽſus, cum iudicibus ſibimet, vt diximus, iniunctis, & ſacrilegium, quod inuenerint, omnimodè extirpent, & ab omni populo iram Dei arceant. Si qui verò pro talium defenſione obſtiterint Sacerdotibus, aut iudicibus, vt ea nec

Deut. 6.

Concil. Tol. 12. cap. 11. *Veneratores lapidum, ac cenſores faculară, excolentes ſacra fontium, vel arborum.*

Concil. Elib. c. 3. & 40. Nicæn. c. 11. Tol. 12. c. 11.

Ioſue. 22.

[a] Auguriatores. C. A.

[b] Subdiderat. C. A.

[c] Ea vig. C. A.

" Deeſt Exc.

[d] Sacrilegij. Exc.

[e] Offerantur. Exc.

ea nec emendent, vt debent, nec extirpent, vt condecet; & non potius cum eis exquisitores, vltores, seu extirpatores tāti criminis extiterint, sint anathema in conspectu indiuiduæ Trinitatis: & insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco [a] exsoluat: si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decaluabitur, & medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

[a] Persoluat. C.A.

III. [b] *De stupris.*

[b] De Sodomitis. C.A.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentiuæ pollutionis actio à Deo alienos statuit: & sicut Sodomiticos populos horrenda, nimiumque detestanda patratio, igni cœlitus confluenti exurendos in præteritis tradidit, ita talibus immunditijs homines deditos æternæ damnationis rogus consumet; loquente Domino per Prophetam: Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. At nunc quoniam hæc funesta actio, & Sodomiticæ operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeò nos ob huius fœdissimæ causæ extirpandam cōsuetudinem, zelo Domini ardentes, omnes in commune sancimus, vt [c] quicumque huius nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operauerint; siquidem Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fuerit, de proprij honoris gradu deiectus, perpetui exilij manebit damnatione perculsus. Sin verò cuiuslibet ordinis, gradus, vel personæ, & talius colluuionis noxijs reperti fuerint applicati; illius legis, quæ de talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, atque ab omni Christianorum sint alieni caterua; & insuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decaluati, exilio mancipentur perpetuo. [d] Ita nisi tam eos, qui religionis cultū turpasse visi fuerint, quàm etiā alios (vt diximus, cuiuscumque ordinis homines) digna satisfactio pœnitentiæ, accipere corpus & sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundùm Canonum instituta, communionis perceptione se nouerint releuari, nec catholicorū cœtui aggregari.

Esai. 9.

[c] Qui huius C.A.

In legib. Visigoth. lib. 4.

[d] Ita vt nisi. C.A.

IIII. De deſperantibus.

Brac. 1. c. 16

Ad hoc Sacerdotalis inſtitutio debet ſine dubio promulgari, & vt vitia inolita auſteriſsima falce pœnitentiæ deſecet, & vlcus, quod dudum in membrorum compagibus exortum ſauciat ac ſerpit, rigidæ [a] inuentionis conatu vſquequaq; detruncet. Quorundam etenim hominum tam graue inoleuit deſperationis contagium, vt dum fuerint pro qualibet negligentia, aut diſciplinæ cenſura multati, aut pro ſui purgatione ſceleris, ſub pœnitentiæ ſatisfactione, cuſtodiæ mancipati, incumbente deſperationis incommodo, ſe ipſos malunt, aut laqueo ſuſpendio enecare, aut ferro, vel alijs mortiferis caſibus interimere: & niſi prçuenti cuiuslibet rei occaſione, ſuam nihilominus diabolus in eis perficit volũtatem. Proinde huic nequiſsimæ ſuadellæ cupientes ponere finem, & malagmam congruam talis ægrimoniæ prouidere, cœtus noſtri decernit ſacratiſsima vnio, vt quicunque talibus decipulis irretitus, interemptionis euaſerit caſus, duorum menſium ſpatio, & à Catholicorum collegio, & à corpore, ac Chriſti ſanguine ſacro manebit omnimodo alienus: quia oportet, vt per pœnitentiæ cenſuram priſtinæ reddatur ſpei atque ſaluti, qui animam ſuam per deſperationem conabatur diabolo ſociare.

Sap. 16. Neque herba, neq; malagma ſanauit eos.

a Innectionis. C. A.

V. De reparatione [b] Eccleſiarum.

b Eccleſ. vel diuerſis alijs cauſis. C. A.

Conc. Tarra. c. 8. Brac. 2. c. 2. Emerit. c. 16.

Quamquam in præteritis ſanctorum Patrum, de diuerſis cauſis ſententiæ eniteſcant, ſed & nunc quæ tẽpori ordiniq; congruant, ordinato iure inſtituenda ſunt. Nam ſicut antiquitas de cauſis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc noſtri temporis ætas de his, quæ occurrunt, vt faciat conuenit. Quapropter in medio cœtus noſtri deducta eſt quorundam conſuetudo inordinata Sacerdotum, qui parochias ſuas vltra modum diuerſis exactionibus, vel angarijs comprimunt, vel quòd quàmplures Eccleſiæ deſtitutæ perſiſtunt. Id circo vnio noſtræ [c] adunationis decernit, atq; inſtituit, vt tertias, quas antiqui Canones de parochijs ſuis habendas Epiſcopis cenſuerunt; ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis Epiſcopis [d] diruptæ Eccleſiæ reparentur: ſi verò eas maluerint credere, ab earundem Eccleſiarum cultoribus, ſub cura, & ſolicitudine ſui Pontificis, reparatio eiſdem adhibenda eſt

10. quæſt. 3. Vnio congregationis.

c Congregationis Grat.

d Diruta. C. A.

est basilicis. Quòd si omnes Ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ [a] diruptæ erant, reparatæ extiterint, secundùm antiquorum Canonum instituta, tertias sibi debitas vnusquisque Episcopus assequi, si voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, vt citra ipsas tertias, nullus Episcoporum quidpiam pro Regis inquisitionibus, à parochitanis Ecclesijs exigat, nihilque de prædijs ipsarum Ecclesiarum cuiquam aliquid, causa stipendij dare præsumat. Sed & hoc necessariò instituendum delegimus, vt plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur Presbytero: quia solus per totas Ecclesias nec officiũ valet persoluere, nec populis Sacerdotali iure occurrere; sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, vt Ecclesia, quæ vsque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem; quæ verò minus decem mãcipia habuerit, alijs coniungatur Ecclesijs. Si quis sanè [b] Episcoporum hanc nostram institutionem paruipenderit, & quippiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatijs se nouerit excommunicatione multari: ita nempè, vt postquam ab hoc excommunicationis interdicto, ad ordinis sui remeauerit locum, cunctas huius Canonis sanctiones modis omnibus studeat [c] adimplere.

[a] Dirutæ. C.A.

[b] Episcopus. C.A.

[c] Implere. C.A.

Ita] Omnia hæc vsq; ad calcem capitis, desunt in Gratiano, vt nota Gregoriana animaduertit.

VI. De integra oblata, & ex studio præparata, in sacrificio offerenda.

Licet multæ sanctorum Patrum, in fide sancta nobis præcedentium, de rebus necessarijs sententię promanauerint; tamẽ quia & nunc vsque numerosè, vltra quam oportet, fieri prænoscuntur, ideò necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conuentus etenim nostri agnitionem delatum est, eo quòd in quibusdam Hispaniarum partibus quidam Sacerdotum; partim nescientia impliciti; partim temerario ausu prouocati, non panes mundos, [d] & studio præparatos supra mensam Domini in sacrificio offerant; sed passim quomodo vnumquemq; aut necessitas impulerit, aut voluntas coëgerit, de panibus, suis vsibus pręparatis, crustulã in rotunditatem auferant, eamque super altare cum vino & aqua, pro sacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in sacrę auctoritatis historia vspiam gestum perpéditur. Nempè etenim per Matthęum Euãgelica veritas inquit: Cœnãtibus autem

[d] Ex C.A. Et alij, & infra, ex studio fuerit præparatus.

Matth. 26.

autem eis, accepit Iesus panē, & benedixit, ac fregit. Item per Marcum: Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis. Rursumq; per Lucam: Accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis. Item Apostolus: Dn̄s Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. Deniq; quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens, & benedicendo [a] confringens, particulatim vnicuiq; discipulorum sumendum contradidit. Quod & nos in postmodùm facturos edocuit, haud dubiè significās, quòd omnis buccella panis, nō omnis panis buccella. Vnde & in sequentibus ait, dum suum traditorē mallet significari: Cui buccellā panis porrexero, ipse est. Ac proinde, quia & Redemptoris verba testantur, quòd panē integrum [b] accipiens, non buccellam, quem post benedictionem confrangens suis particulatim discipulis dederit, & Paulus Apostolus similiter nihilominus narrat, quòd panem acceperit, & gratias agens confregerit: necnon & illud, quod Christus de quinq; panibus confractis turbā refecerit, quid aliud instituit nos, nisi vt panē integrū sumentes, super altaris eius mensam benedicendum ponamus; non particulam panis, quod caput nostrum nequaquā fecisse perpendimus? Nam si homo suę vitæ diligentiam studiosiùs adhibere procurat, quanto magis sacris Dei [c] cultibus nitorem debitū exhibere summopere debet? Vnde temeritatis huius, aut nescientiæ cupientes terminū ponere, id vnanimitatis nostræ delegit conuentus, vt non aliter panis in altari Domini, Sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus; neq; grande aliquid, sed modica tantùm oblata, secundùm quod Ecclesiastica consuetudo retentat: cuius reliquiæ, aut ad conseruandum modico loculo, absque aliqua iniuria faciliùs conseruentur; aut si ad consumendum fuerit necessarium, non ventrem illius, qui sumpserit grauis farciminis onere premat; nec quòd in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali reficiat: ita nempè, vt ab his, qui ea sumpserint, priscorum Canonū instituta seruentur. Igitur quicunq; hoc decretum nostrum temerandum crediderit, animaduersioni diuini iudicij subiacebit, & anni vnius spatio à communione alienus manebit.

Mat. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Ioan. 6.

[a] Alius C. habet, & benedixit confrangens, particulatim discipulorum sumendum.

[b] F. acceperit.

[c] Alij cultoribus

VII. De publicatione Concilij.

Grandis populo datur emendationis correctio, si gesta Synodalia, dum quandoq; peraguntur, relatione Pontificum in suis parochijs publicantur: & ideò plena decernimus vnanimitate connexi, vt dum in qualibet prouincia Concilium [a] agitatur, vnusquisque Episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium [b] spatium, omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque Clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi præesse dignoscitur, necnon, & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus coram eis [c] publicè omnia reserata, de his, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita extiterint, plenisimè notiores efficiantur. Profectò etenim prauorum seueritas extirpatur, dum Canonica instituta ad agnitionem eorum obseruanda modis omnibus deducuntur. Ita scilicet, vt quæ quæ sunt, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, nullus his contradicere audeat; nullus ea reuerberare præsumat; nullus non implere contẽdat. Quod si quispiam ea aut paruipendenda crediderit, aut contendenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, susurratione plenus, inuidia incensus, & laceratione perfunctus: necnon potius earumdem [d] definitionum extiterit fautor beneuolus, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistet vsquequaq; multatus.

Dist. 18 c. De. creuimus

[a] Agitur aliás, & C.S. Facundi

[b] Spatia. Grat. & C.S. Facundi.

[c] Plenissimè omnia referret, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita esse noscuntur. Grat.

[d] Institutionũ aliás, & C.S. Facundi.

VIII. De munimine prolis Regiæ.

Supra Conc. 8 c. 2. & 6. c. 18.

DVm sanctæ actionis studia, ac feruidæ intentionis vota longè, lateque diffusa, principali exhibitione cunctis patulè liquent, Ecclesiæ sanctæ Catholicæ obtutibus luce clarius enitescunt, cogunt adunationis nostræ conuentum quippiam salutari promissione depromere, & causa retributionis proli eius aliquid congruum, aut expedibile promulgare: "quo," & parentali exhibitione pro bene gestis videamur aliquantulam opem beneficentiæ reddere, & sobolem eius piæ defensionis, ac tuitionis necessario munimine præmunire. Gloriosissimus etenim, ac serenissimus dominus noster

" Deest C.A.

noſter Egica Rex, feruentiſsimi amatoris Chriſti igne ſuccenſus, & ſanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Chriſti perfidiam; illud Prophetale vaticinium ſequens: Nonne qui oderant te Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? vtpote verus Chriſticola obnoxius protegere decernit; Eccleſiæ Dei ſtatum vigilaci inſtantia roborare diſponit; ſanctis Dei baſilicis ſe munificum exhibet; tributorum impenſiones populis, moderamine diſcreto remittit; maligna contra ſe obſtinatione agentibus, animi liberalitate gratiſsima, ac piæ miſerationis inſtantia ignoſcere conſueuit: multos quoq; qui confracti ſunt, liberos, ſecundùm Prophetam, omne onus dirumpendo, in ingenuitatis ſtatu reformat; atque in diuerſis ſanctæ vitæ ſtudijs ſanctis exercendo præpollet. Quocircà, quoniam pro tot, tantiſq; beneficijs, quæ multimoda deuotio Eccleſiæ Dei, vel gentis ſuæ populis prorogare ſtudet, quid aliud illi vnanimitas noſtra condignè reſpondeat, inuenire non præualet, id ſalutari prouidentia, quæ ſemper eſt vtilis (imò ſemper eſt vtile, quod veram pertinet ad ſalutem) decernit, atq; inſtituit, vt eius filijs, vt præmiſimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus; conteſtantes per nomen illud, cui ſancta cœleſtia, & terreſtria genuflectunt, omnes præſentes, & abſentes, ſeu etiam futuris temporibus ſubſequentes Sacerdotes, vel Principes, ſeu cuiuſcunq; honoris, aut ordinis homines: vt nullus ad futurum, poſteritati eius, atq; his, qui gloriæ ſuæ filijs, vel [a] filiabus coniuncti non ſunt, ſed fore ſunt coniungendi, iniuſtas lædendi occaſiones exquirat; nullus occultè, vel publicè, per quæ abdicentur, contra eos malitiæ vota extendat; non eos gladio, vel qualibet pernicioſa factione interimat; nullus conſilium, vel opus, quibus iniuſtè deijciantur, vel nudentur rebus, exhibeat; nullus his iniuſtæ violentum tonſuræ ſignaculum imprimat; nullus veſtem contra ordinem, filiabus ſuis, atque nuris mutare præſumat; nullus etiam extra euidentis culpæ indicium, aut ex illis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet truncationum, vel flagellorum inferat detrimentum. Denique licet hæc, quæ præmiſſa ſunt, æquiſſimè digeſta exiſtant; tamen quia eiuſdem glorioſi noſtri domini tantùm emicat deuotio prompta, vt ea ipſa nequeant ei ad complementum vicem patientiæ reddere debitam,

Pſalm. 138. Nonne, qui oderunt te, Dñe, oderã, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?

Eſai. 58.

[a] Fil. coniuncti eſſe noſcuntur, ſeu qui adhuc coniuncti non ſunt. C. A.

debitam, ob hoc noſtram vniuerſitatem adijcere ſaluberrimè conuenit, vt tam per omnes ciuitates, vel loca, in quibus ſedes Epiſcoporum eſſe noſcuntur, ad regni eius ditionem pertinentes, quàm etiam per eorumdem Epiſcoporum diœceſes; excepto paſsionis Dominicæ die, quando altaria denudata perſiſtunt, nec cuiquam in eodem die Miſſarum licet ſolennia celebrare, cunctis alijs diebus, quibus iſdem Dominus noſter in hac vita ſuperſtes extiterit, pro eo, vel pro cunctis eius filijs, vel filiabus; aut pro his, qui iam matrimoniali ſunt iure coniuncti, adhûcq; ſunt coniungendi; ſeu pro nepotibus, vel ſuis omnibus ſacrificiorum Domino libamina dedicentur, piæ orationis vota ſoluãtur, ac cum gratiarum actione ſuperno numini commendentur: quod deſideria in eis bona quotidie multiplicentur; aduerſantium eorum conamina virtute ſuæ dexteræ cõfringantur; indulgentia, & gratia eis à ſua miſericordia conferatur: vt potentiæ defenſione protecti, antiqui hoſtis decipula euadant, & charitate, ac vitæ longæuitate pollentes, adire mereantur poſt tranſitum ſydereas manſiones.

De eo vide Rodericum Toletanum.

IX. De Sisberto Epiſcopo.

Sicut ſummum bonum eſt, valdeq; conſpicuum, ſuperno numini amanter fideliterq; inhærere, eiuſq; præceptioni parientiam votis gliſcentibus exhibere; ita conſequens bonum eſt, poſt Deũ Regibus, vtpote iure vicario ab eo prælectis, fidem promiſſam quemq; inuiolabili cordis intentione ſeruare, & nulla contra eum occaſione quidquam nocibilitatis excogitare, nihilq; nequius definire; dicente Domino: Nolite tangere Chriſtos meos: & iterum Dauid: Quis enim extendit manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit. Item ipſe cuidam comminans: Quare non timuiſti manum tuam mittere, vt occideres Chriſtum Domini. Vnde opportunum ſatis eſt, vt ſponſio Principibus compromiſſa, abſq; aliquo fraudis næuo cuſtodiatur, & fides eis reddita nullis factionibus, nulliſq; etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam ſi nudi tantùm verbi pollicitatio, qualibet occaſione violetur, criminis denotatione cenſetur, quanto magis ſi fides, Regibus ſub iuris iurandi atteſtatione promiſſa, nequaquam profanare pertimeſcatur.

Pſal. 104. 1. Reg. 16. 2. Reg. 1.

Eſt

Est enim quorundam secularium,&(quod peius est) Sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum:&fidem suis Principibus sub iuramento promissam obseruare contemnunt, & verborum fuco iuramenti obnubilant promissionem; dum in arcano pectoris retentent infidelitatis peruersitatem. Et dum scriptum sit: Non adsumes nomen Domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum, qui adsumpserit nomen Domini Dei sui frustra:& iterum: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui; ego Dominus: rursumq; maledictus omnis qui iurat in nomine Domini sui mendaciter, illi iurantes fidem promissam temerare non metuunt, & iuramenti sui pollicitationem præuaricare nullatenus pertimescunt. Vnde Sisbertus Toletanæ sedis Episcopus talibus machinationibus denotatus repertus est; pro eo quòd serenissimum dominum nostrũ Egicanem Regem nõ tantùm regno priuare, sed & morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Liubigithone quoq;, Tecla,& cæteris interimere definiuit, atque genti eius, vel patriæ inferre conturbium & excidium cogitauit: qui etiam per decreti nostri definitionem, iam & loco, & honore priuatus existit. Ideò nostrum in commune per huius Canonicæ sanctionis decernit collegium, vt hoc ipsum vnionis nostræ decretum, quod etiam his Synodicis definitionibus innectendũ decreuimus, omni subsistat valore subnixum, atq; in perpetuũ obtineat inconuulsibile robur. Ipse verò Sisbertus pro sui iuramenti transgresione, facinorisq; tanti machinatione, secundùm antiquorum Canonum institutionem, qua præcipitur, vt quisquis inuentus fuerit talia fecisse, & viuente Principe in alium attendisse pro futura regni spe, à conuentu Catholicorum excommunicationis sententia repellatur; honore simul, & loco depulsus, omnibusque rebus exutus, quibusque in potestate prædicti Principis redactis, perpetui exilij ergastulo maneat relegatus: ita nempè, vt secundùm eorumdem antiquorum Canonum decreta, in fine vitæ suæ tantùm communionem accipiat: excepto si Regia eum pietas ante absoluendum crediderit. Similiter quoque & cæteri de religiosis, cuiuslibet sint ordinis aut honoris, qui deinceps talia contra Principem egisse, vel definisse reperti extiterint, censura multandi sunt.

Exod. 20.

Leuit. 19.

Conc. Tol. 4. cap. 75. & Conc. Tol. 5. c. 4. & Con. Tol. 6. c. 17. & Con. Tol. 10. c. 1.

X. *De his, qui iuramenti sui profanatores extitisse noscuntur.*

Sicut vlcus, quod [a] grauiter serpit in corpore, non nisi grauioribus medicaminibus, aut ferro curatur, ita perfidorũ obstinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus sententijs necesse est vt multetur. Nam quamquam Dominica sanctio protestetur: Non morietur pater pro filijs, nec filij pro parentibus; sed vnusquisq; pro peccato suo morietur: & iterũ: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij; tamen, quia & iurisiurandi transgresio [b] validè inoleuit, & machinandi contra Principes nostros consuetudo sæua percrebuit; quo aut nece diuersa Princeps interimatur, aut regni dignitate priuetur (quod nequaquam cohiberi potest, nisi seueriori censura) ideò per huius institutionis nostræ decretum sancimus, vt quicunq; deinceps, cuiuslibet sit honoris persona, vel ordinis, in necem, vel deiectionem Regiam quippiam machinauerit, eumq; qualibet nocibilitate impendendum crediderit; aut gentem eius, vel patriam quibuslibet factionibus, vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse, quàm omnis eius posteritas, ab omni Palatini ordinis dignitate priuati, fisci viribus sub perpetua seruitute maneant religati; potestate tantùm glorioso Principi nostro Egicani seruata; vt si aut eos, qui iam pro suæ infidelitatis perfidia, Canonicè legaliterque diiudicati sunt, aut eos, qui deinceps à fidei suæ iuramento aborbitauerint, & aduersùs prędictum Principem nostrum aliquid nocibilitatis agere, aut machinare studuerint; si eos, vt diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque releuare maluerit, licentia illi vsquequaq; manebit. Et quia res eorum iusto, ac legali modo, in eiusdem domini nostro dominio peruenerunt: ex quibus etiam quædam eiusdem Principis collatione, tam Ecclesiæ Dei, quàm prolis eiusdem Domini nostri, seu etiam alij plures, pro sui seruitij merito accipere meruerũt; prouidè instituentes decernimus, vt nullo vnquam tempore eorum filij, qui iuramenti sui profanatores extitisse noscuntur, seu extiterint, vel subsequens eorum posteritas, in nocibilitate eorum intendere audeãt, nec ipsas res auferre quoquo pacto studeant. Ideò deniq; (vt præmisimus) seuerissimam hanc decreti

Deut. 24. & Paralip. 24. vbi legitur: Non occidentur patres pro filijs.

a Granditer. C. A.

b Granditer. C. A.

decreti nostri curabimus promulgare sentētiam; vt qui suum non formidat exitium, saltim filiorū, cunctæq; suæ potestatis pertimescat interitum. Si quis sanè Regum succedentium cunctas huius constitutionis nostræ definitiones custodire, aut implere distulerit, omnis linea generationis eius perpetim condemnata depereat; & insuper [a] diuino iudicio rebus omnibus, honore præsenti in seculo careat, atq; Christo iudicante, cum diabolo, eiusq; socijs ad interitum gehennæ perueniat. Cui nostræ definitioni, ex antiquo Canone quædam necessaria innectimus; [a] "& omnes" in commune ipsis verbis, quibus (vt diximus) hoc deprompsit antiquitas, proclamamus, dicētes: Quicunq; igitur à nobis, vel totius Ecclesiæ populis, qualibet coniuratione, vel studio sacramentū fidei suæ, quod pro patriæ, gentisq; Gothorum statu, vel pro conseruatione Regiæ salutis pollicitus est, temerauerit; aut gloriosum Principem nostrum Egicanem, vel subsequentes Principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentauerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei Patris, & Angelorum; atq; ab Ecclesia Catholica, quam periurio profanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ socijs: quia & oportet vt vna pœna teneat obnoxios, quos similis error inuenerit implicatos.

[a] Ex dium. C.A.

Conc. Tol. 4. c. 75.

[a] Desunt. C.A.

Quod iterum secundò replicamus, dicentes: Quicunq; de amodò ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, quolibet tractatu vel studio, sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ, gentisq; Gothorum statu, vel conseruatione Regiæ salutis pollicitus est, violauerit; aut prædictum Principem nostrum, vel subsequentes Principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentauerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpare delegerit, anathema sit in Christi conspectu, & Apostolorum eius, atq; ab Ecclesia Catholica, quam periurio profanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni consortio Christianorum alienus, & damnatus in futuro iudicio habeatur, cum participibus suis: quia dignum est, vt qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorū participatione obnoxij teneantur.

Hoc etiam tertiò clamamus, dicentes: Quicunq; amodò ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione,

vel ſtudio ſacramentũ fidei ſuæ, quod pro patriæ ſalute, gentiſque Gothorum ſtatu, vel incolumitate Regiæ poteſtatis violauerit, aut totiens dictum Principem noſtrum, vel ſubſequentes Principes nece attrectare voluerit, aut poteſtate regni exuere tentauerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigiũ vſurpare delegerit, anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti, & Martyrum Chriſti; atq; ab Eccleſia Catholica, quã periurio profanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni communione Chriſtianorum alienus: neq; partem iuſtorum habeat; ſed cum diabolo, & angelis eius, æternis ſupplicijs condemnetur, vnà cum eis, qui eadem coniuratione nituntur: vt par pœna conſtringat, quos in pernicie praua ſocietas copulat. Et ideò ſi placet omnibus, qui adeſtis hæc tertiò reiterata ſententia, veſtræ vocis eam conſenſu firmate. Ab vniuerſis Dei Sacerdotibus, palatij ſenioribus, clero, vel omni populo dictum eſt: Qui contra hanc veſtram definitionem venire præſumpſerit, ſit anathema, maranatha; hoc eſt, perditio in aduentu Domini, & cum Iuda Iſcarioth partem habeant & ipſi, & ſocij eorum.

XI. *De gratiarum actione.*

Finitis, conſummatiſque omnibus, quæ ob diſciplinam Eccleſiaſticam neceſſaria fuere definienda, vel reliqua, quæ noſtro cœtui ob directionem extitere delata, omnipotẽtiſsimæ, & indiuiſibili Trinitati ineffabilium gratiarum iura dependimus, laudum vota perſoluimus, ac tota mentis intentione gloriæ eius inſignia prædicamus, pro eo, quod nos eius diſpoſitione mirabili non ſolùm ad hunc ſanctę congregationis cœtum meruimus adunari, atque alternæ viſionis intuitu cõfoueri; ſed ex ſe nobis dicere contulit, & in ſe dicta compleuit; obnixius eius imprecantes clementiam; vt ſicuti nos altẽrutræ pacis oſculo dulciſluos reddidit, & diffinitionũ noſtrarum primordia lineauit, [a] ac conſummatione ſublimi perficiendo concluſit, ita sereniſsimum, ac pijſsimum dominum noſtrum Egicanum Regẽ, cuius iuſſu atq; hortatu, ſicut hîc adunati ſumus, ſalutiferæ defenſionis clypeo protegat, vexillo fidei muniat, atque cum gente, & patria ſibi credita, per viam voluntatis ſuæ deducat: quatenus protelatis præſentis æui curriculis feliciter polleat, & poſt huius vitæ excurſus nume-

[a] Hanc conſummationẽ ſublimi perficiendo concludit vnus M.S.

numerositate piæ actionis opimus, cum his, quibus nunc principatur, ad Christum perueniat laureandus.

XII. Decretum iudicij ab vniuersis editum.

1. Actor. Actuum Apostolorum probata satis, & veneranda narrat historia, quòd Iuda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus sanctus super reliquos vndecim illapsu cœlico est defusus, quoadusque Matthias ab omnibus est prælectus in loco eiusdem Apostolus: ob inde scilicet, quia vndenarius numerus transgresionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ sedis Episcopus suo facinore denotatus, nostro ex corpore constat abscissus, ob id summopere numerositatem nostram conuenit studere, vt in loco eius alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur; sicut per Matthiam perfectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia idem, legationem superni numinis fungentes, Apo-2. Corint. 2. stoli sunt protestati dicentes: Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his, qui pereunt; alijs quidem odor mortis in mortem; alijs autem odor vitæ in vitam: illis videlicet odor vitæ in vitam, qui præceptis eorum exhibere patientiam curauerũt; illis verò odor mortis in mortem, qui eorum nihilominus monita contempserunt; proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ sedis Episcopus, eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequellam, quo Ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate instrueret, & exemplis salutaribus ad regna syderea prouocaret: sed bicipiti se percellens mucrone, superbię videlicet atq; periurij, gloriosum dominũ nostrum Egicanem Regem, non solùm regno voluit priuare, sed & mortis impensione perimere: ideò non congruit nos prius Concilium inchoare, nisi illo prius Canonica, ac legali censura multato, in loco eius alius fuerit subrogatus, Toletanæ sedis cathedram retenturus. Idcirco nobis omnibus in vnum collectis, isdem Sisbertus Episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Vnde nos per huius decreti nostri formulam, sæpè dictum Sisbertum, secundum edictum priscum Synodicæ sanctionis, ac decretum de talibus promulgatæ legis, ab Episcopali ordine, & honore deijcimus; à perceptione corporis, & sanguinis

guinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus; in fine tantum communionem per omnia percepturum: excepto si eum Principalis pietas cum Sacerdotali cō niuentia delegerit absoluendum. Igitur quoniam fauente Domino, Concilium est quocitius inchoandum, secundum prælectionem, atq; auctoritatem totiens dicti nostri domini, per quam in præteritis iussit venerabilem fratrem nostrum Felicem, Hispalensis sedis Episcopum, de prędicta sede Toletana iure debito curam ferre; nostro eum in postmodū reseruans idem decreto firmandum, ob id nos cum cōsensu cleri, ac populi ad sæpe dictam Toletanam sedem pertinentis, prædictū venerabilem fratrem nostrum Felicem Episcopum, de Hispalensi sede, quam vsque hactenus rexit, in Toletanam sedem Canonicè transducimus; & in eadem Hispalēsi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracarensis sedis Episcopum; nec non & Felicem Portucalensis Ecclesiæ Antistitem in præfata Bracarensi sede, similiter Pontifices subrogamus, ac perpetua sanctione vnumquemq; eorum in priuatis sedibus cōfirmamus: quatenus vterq; easdem, quas suscipiunt Ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent: vt vnanimitate mirabili in vnum collecti, vnum corpus effecti, eis nobiscum in Synodali conuentu pariter residentibus, illapsum sancti Spiritus, vt duodecim Apostoli, mereamur: quo eius igne succensi, & doctrina imbuti, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertinent, & ad compescendos prauorum hominum mores, æquissimè promulgemus, & Laudes altissimo deuotis mentibus præcinamus. Quod videlicet collegij nostri decretum gestis Synodalibus, à nobis in Concilio fore definiendis, sociandum decernimus, & locum illic debitum vt obtineat, definimus.

XIII. Lex edita in confirmatione Concilij.

Synodalis conuentus, & numerosa adunatio Sacerdotum, eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilominus terribilis cernitur, quòd in medio cœtus eorum præsentia indiuiduæ Trinitatis adesse nequaquam ambigitur; sancto protestante Euangelio: Vbicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi sum & ego in medio eorum. Quo circa quia se in eorum medio superni omnipotentia numinis adesse

Matth. 15.

adesse innotuit, quid aliud, nisi quidquid eorum ore depromitur, inspiramine est eius affectum, qui se inter eos est fassus habitaturũ? Vnde gloriosa serenitas nostra, ea quæ vnanimitas eorum deprompsit; imò quæ per ora illorum Spiritus sanctus promulgauit, venerabiliter suscipit, amanter amplectitur, & per huius legis nostræ decretum, firma in perpetuum manere decernit, inconuulsibili consistere auctoritate instituit, & omnimodũ robur obtinere decernit: scilicet, vt à præsentis diei, temporisq; articulo, omni vigilantia, omni sollicitudine, omni etiã cura, quęquę sunt pro disciplina, vel vtilitate Ecclesiastica in hac Synodo definita, quæq; pro corrigendis prauorum moribus edita, per cunctas regni nostri prouincias ab omnibus custodiantur, & absque aliqua scrupulositate, vel controuersiæ oppositione seruentur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione, qui ad Narbonensem sedem pertinent Episcopi, nequaquam sunt in hac sancta Synodo aggregati, ideò per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes iubemus, vt omnes ad eiusdem cathedræ diœcesim pertinentes Episcopi, in eadem vrbe Narbona, cum suo Metropolitano adunentur, & cunctis huius Concilij capitulis vigilaci ab eis indagatione perlectis, accedant ordinibus debitis subscriptores. Si quis igitur earumdem definitionum constitutiones temerare præsumpserit, detrahere visus fuerit, & miserabili ausu eis contraire tentauerit, excommunicationis sententia ferietur, & rerũ suarum [a] quinta parte multabitur.

[a] Quarta in C.S. Facundi.

IN NOMINE DOMINI. FLAVIVS Egica Rex, omnibus sanctissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus.

Est hæc epistola in C. Lucensi, & in vtroq; Toletano originalis deest: existimo redditam ante depositionẽ Sisberti.

ECce sanctissimi Patres in Christo, & Apostolicæ dogmatæ fideles populi ducatores, Synodicæ aggregationis vestræ vnionem illo fiducialiter hortatu conuenio: quo religiosum nobis vestræ sanctitudinis præbeatis suffragium, nostræq; promulgationis consultum porrigatis omnimodè præstolatum. Promptissimè etenim sæpè gloriosæ nostræ serenitatis feruet deuotio, ac puræ voluntatis flagrat deuotissima plenitudo, illis cum plebe mihi credita affectibus viuere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento studium regendi

regendi ſeruare, quibus tempora noſtra, nullis aduerſitatum ſtimulis commota, nullis ciuilibus, vel externis excitationibus præpedita, pacis munere floreant, ac miſerationis veſtræ beneficio cumulata perſiſtant: & quos forſitan prauæ infidelitatis implicat actio, reſpectu clementiæ noſtrę, ſi fas eſt pietatis releuentur ex brachio; vt parcēdo illis supernā mihi clementiā fautorem efficiam, & ſtatus gentis meę, ac patrię nullis ampliùs, quod abſit, ruinæ lapſibus concidat. Sed quantum culparum noxa remittere procuramus, tantum profanatorū tranſgreſsio molitur, & crebris perfidiæ auſibus præpedita ſubruitur. Vnde ſi culpis indulgentiam; ſi condigna factis reſtituam, anceps noſtræ tranquillitatis animus æſtuat; in eo quod plerumq; ipſa culparū remiſsio increbreſcenti nequitia, in contrarium vertitur; cum nec tandem vitia reprimuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminū debuerunt. Ipſi autem in hoc ſancto Concilio liquidè perpēdatis, iam iamq; antea plurimorum caſus relatu opinabili didiciſtis, quibus perfidorum, quantiſque æmulorum nefandis conatibus deceptionis meæ quotidie excidium ſentiam, vel quanta patriæ fuerint inſolenter cōturbia excitata. Quorum denique ſceleratorum, qui & in præteritis, & nunc perfidaſſe detecti ſunt, præuaricatione compellimur cœtus veſtri vniuerſitatem conſulere: vt quod de talium exceſsibus, qui in præteritis, vel nunc vſque mihi met deliquiſſe noſcuntur, agere ſerenitatem noſtram conueniat; vtrùm condignis ſententijs Canonicè, ac legaliter feriantur; an parcendo illis, noxarum debita impunita ſeruentur, ſaluberrima vnanimitatis veſtræ promulgatione attentius decernatur: illa noſtræ gloriæ, vel ſucceſſorum noſtrorum Principum licentia modis omnibus ſeruata, vt ſi deinceps, quiſquam contra Regiam poteſtatem, gentem, ac patriam noſtram agere conatus extiterit, iuxta Canonicam ſententiam, tempore prædeceſſoris noſtri domini Siſenandi Principis, de talibus perſonis in Concilio editā, vel legis ſententiam, eius debeat prauitas acriter coërceri. Tantum eſt, vt ſicut præmiſimus, quo emendationis ſtudio errantium mihi tranſgreſsio emendetur, ſalutaris veſtræ reſponſio noſtris clareſcat in ſenſibus: nam & hoc decreti veſtri condecet ſtylo cenſendum. Et quia prēceſſor noſter diuæ memoriæ Dominus Vvamba Rex in ipſis regnandi primordijs Theudemundum Spatarium noſtrum, contra generis,

Conc. 4. Tol. c. 75.

generis, vel ordinis sui vsum, Festi quondam incitatione Emeritensis Episcopi, solius tantùm Regiæ potestatis impulsu, in eadem Emeritensi vrbe Numerariæ officium agere instituit (quod etiam vnius anni excursu contra rationem noscitur peregisse) imò quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto Concilij ab eodem Theodemundo, suaq; omni posteritate talius actionis officium suspendatis: quo nullo vlterius tempore, tam ipse, quàm omnis eius progenies, vsque in finem seculi, ob hanc causam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die Calendas Maias, anno feliciter sexto regni nostri, in Dei nomine, sedis nostræ Toleto.

1 EGo Felix, indignus vrbis Regiæ Episcopus, hæc decreta Synodica, à nobis edita, subscripsi.

De Felice hoc Rodericus lib. 3. ca. 13. sic inquit: Qui grauitatis, & prudentia excellentia nimia præpollebat.

2 Ego Faustinus, indignus Hispalensis sedis Episcopus, hæc decreta Synodica, à nobis edita, subscripsi.

3 Maximus, indignus sanctæ Ecclesiæ Emeritensis Episcopus, hæc decreta Synodica, à nobis edita, subscripsi.

4 Ego Vera, indignus Tarraconensis sedis Episcopus, hæc decreta Synodalia, à nobis edita, subscripsi.

5 Ego Felix, in Dei nomine Bracarensis, atque Portucalensis sedium Episcopus, hæc decreta Synodalia, à nobis edita, subscripsi.

6 Gaudentius, Valeriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

7 Florus, Mentesanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

8 Eruigius, Beterrensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

9 Fructuosus, Auresinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

10 Guadila, Empuritanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

11 Bonifacius, Cauriensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

12 [a] Arcontius, Elborensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

[a] Ardontius alias.

13 Auredus, Ilerdensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

14 Gundericus, Segontinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

15 Spassandus, Complutensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

16 Baroaldus, Palentinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

17 Marianus, Oretanæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

18 Vitisclus, Valentinæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

19 Sonna, Oxomensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

20 Gabinus, Arcabricæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

21 Zacceus, Cordubensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi.

23 Anterius, Segobrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
24 Honorius, Malacitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
25 Aruidius, Aſtigitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
26 Pappulus, Eliplenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
27 Decentius, Segobienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
28 Habitus, Vrcitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
29 Felix, [a] Calagurritanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
30 Conſtantinus, Aucenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
31 Audebertus, Oſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
32 Adelfius, Tudenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
33 Nepotianus, Tyraſlonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
34 Suniaguiſidus, Laniobrenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
35 Potentius, Lucenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
36 Eppa, Illicitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
37 Ioannes, Egarenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
38 Holemundus, Salmāticenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
39 Valdefredus, Cæſarauguſtanę Eccleſię Epiſcopus, ſubſcripſi.
40 Inuolatus, Dertoſanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
41 Arceſindus, Egabrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
42 Iſidorus, Setabitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
43 Ioannes, Abelenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
44 Theudiſclus, Beatienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
35 Cuniuldus, Italicenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
46 Vviſefredus, Auſonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
47 Laulfus, Barcinonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
48 Emilla, Conimbrenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
49 Leubericus, Vrgelitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
50 Siſebado, Tuccitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
51 [b] Gerontius, Aſsidonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
52 Baſilius, Baſtitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
53 [c] Fioniſus, Lamecenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
54 Mirus, Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
55 Landericus, Olyſipponenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
56 Ioannes, Pacenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
57 Centurius, Eliberitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
58 Theudefredus, Viſenſis ſedis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
59 Aurelius, Aſturicenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

[a] Alias Calahorri-

[b] Alias Hierontius.

[c] Alias Fionirus, & Fioncius.

Item

Item Abbates.

1 GAbriel, misericordia Dei Abbas, hæc decreta Synodalia à nobis edita subscripsi.
2 Eulalius Abbas, subscripsi.
3 Neruatius Abbas, subscripsi.
4 Braulio Abbas, subscripsi.
5 Eugenius Abbas, subscripsi.

Item Vicarij Episcoporum.

1 VItulus Diaconus, agens vicē domini mei Marciani Dianiensis Ecclesiæ Episcopi, subscripsi.
2 Vincomalus Diaconus, agens vicem domini mei Marciani Pampilonensis sedis Episcopi, subscripsi.
3 Christes Presbyter, agens vicem Agripij Ossonobensis sedis Episcopi.

Item Comites * viris Illustribus.

1 VItulus vir Illustris, Comes patrimonij, & Dux, hæc decreta Synodalia edita subscripsi.
2 Vvimar Comes, subscripsi.
3 Theudulfus Comes, subscripsi.
4 Paulus Comes, subscripsi.
5 Theudefredus Comes, subscripsi.
6 Dauid Comes, subscripsi.
7 Requisindus Comes, subscripsi.
8 Sisemundus Comes, subscripsi.
9 Ella Comes, subscripsi.
10 Theodehitus Comes, subscripsi.
11 Regesuindus Comes, subscripsi.
12 Ega Comes, subscripsi.
13 Afrila Comes, subscripsi.
14 Danila Comes, subscripsi.
15 Audemundus, subscripsi.
16 Theudemundus, subscripsi.

De subscriptionibus.xvj. Concil.Tolet.

IN eo, licet fuerit Nationale, nullus Episcopus interfuit Prouinciæ Narbonensis; eo quòd ingrueret inguinalis plagæ vastatio in illa regione; vt dicitur cap.13. Eiectus est à sede Toletana Sisbertus, ob coniurationem aduersùs Egicam Regem, & eius loco suffectus est Felix Hispalensis. Hispali verò Faustinus Bracarensis. Bracaræ verò Felix Portucalensis: de qua sede nihil est actum: vnde Felix subscribit Episcopus Bracarensis, & Portucalensis. Multi ex his Episcopis, qui huic Synodo subscribunt, interfuerunt aliis: vt Anterius Segobriensis, in.13.&.15.Tolet. Adelfius Tudensis, in.15.Tolet. Aurelius Asturicensis, in.13.&.15.Tolet. Agrippus Ossinobensis, in.15.Tolet. Basilius Bastitanæ, in.15. qui dicitur Bastensis. Baldefredus Cæsaraugustæ, in.13.&.15. Tolet. Cuniuldus Italicensis, in.13.&.15.Tolet. Fionisus Lamecensis, in.15.Tolet. & dicitur Fiõtius. Fructuosus Auresinæ, in.15. Tolet. & dicitur Auriensis. Florus Mentesanæ, in.13.&.15.Tol. Gaudentius Valeriensis, in.12.&.13.&.14.&.15.Tolet. Gudila Empuritanæ, in.13.&.15.Tol. qui & Gudilanus dicitur. Gundericus Segontinæ, in.15.Tolet. Segontiensis. Gabinus Arcauicæ.15. Tolet. Arcauicens. Habitus Vrcitanæ.15.Tolet. Vrcensis. Ioannes Egarensis.15.Toletano. Isidorus Setabitanæ, in.15.Toletano. Ioannes Abelensis, in.15.Toletano. Ioannes Pacensis, in.15.Toletano. Landericus Olysipponensis, in.15.Toletano. Leubericus Vrgelitanæ, in.13.&.15.Toletano. Vrgelletanensis dicitur. Maximus Emeritens. in.13.Tolet. Marcianus Dianiensis, in.14.&.15.Tol. Nepotianus Tyrassonensis, in.15.Tol. Holemundus Salmanticensis, in.13.&.15.Tol. Sisibado Tuccitanæ, in.12.&.13.&.15.Tol. Sonna Oxomens. in.13.&.14.&.15.Tol. Spassandus Complutensis, in.15.Tol. Vvisifredas Ausonensis, in.13.&.15.Tol. Alii verò subscribunt, qui succedunt aliis Episcopis, vt Arcontius Elborensis, qui Tructemundo, in.15.Tolet. Auredus Ilerdens. qui Eusredo, in.15.Tol. Aruidius Astigitanæ, qui Nasidatdo.15.Tol. Audebertus Oscensis, qui Guiscaldo, in.13.Tol. Arcesinbus Egabrensis, qui Constantio.15.Tol. Boraldus Palent. qui Concordio, in.15.Tol. Bonifacius Cauriens. qui Atulæ, in.15.Tol. Constãtinus Aucens. qui Stercorio.15.Tolet. Centurius Elberit. qui Ioanni, in 15.Tol. Decentius Segobien. qui Deodato, in.15.Tol. Eruigius Beterrens. qui Crescitaro, in.13.Tol. Eppa Illicitanæ, qui Emillæ.15. Tol. Emilla Conimbrensis, qui Mironi.15.Tol. Felix Calagurrit.

qui Villiedo, in. 15. Tol. Felix Bracarensis, & Portucalensis, qui Faustino. 15. Toletano. Faustinus Hispalensis, qui Felici, qui fuit electus ad Regiam vrbem. Felix Regiæ vrbis, qui Sisberto deposito in hoc Concilio. Gerontius Asidonensis, qui Theuderatio 15. Toletano. Honorius Malacitanæ, qui Samuel. 15. Toletano. Inuolatus Dertosanæ, qui Cicilio. 15. Toletano. Laulfus Barcinonensis, qui Idalio. 15. Toletano. Marianus Oretanæ, qui Gregorio. 15. Toletano. Mirus Gerundensis, qui Sabarico. 15. Toletano. Martianus Pampilonensis, qui Atilano. 14. Toletano. Potentius Lucensis, qui Euphrasio. 15. Toletano. Pappulus Eliplensis, qui Getæ. 15. Toletano. Suniaguisidus Laniobrensis, qui Brandilæ. 13. Toletano. Theudisclus Beatiensis, qui Rogato. 15. Toletano. Theudesfredus Visensis, qui Viliefonso 15. Toletano. Vitisclus Valentinæ, qui Sarmatæ. 15. Toletano. Vera Tarraconensis, qui Cypriano. 15. Toletano. Zacceus Cordubensis, qui Mumulo. 15. Toletano. Subscribunt Abbates quinque, Vicarij Episcoporum tres, Comites, & viri illustres officij Palatini decem & sex. De Sisiberto hæc accipe: Iuliano successit: fuit homo audax, temerarius; dignitatis accessione ingenij prauitatem auxit. Vestem albam Illifonso Præsuli sanctiss. de cœlo ad peragenda sacra allatã, & venerationi potius quã vsui à Præsulibus Toletanis habitam, ipse profanè contrectauit, & temerè induit: Verùm continuò diuina vltio consequuta est: nam in caput Regis, cuius beneficio ad primum Hispaniæ Sacerdotium euectus fuerat, rebellauit. Qua de causa Patrum decreto meritò à gradu detectus. Eius loco Felix suffectus est.

Notæ in Concilium. xvj. Tolet.

Cap. 1 ANtiquorum Patrum sententiæ] *Concil. Tolet. 12. cap. 8. Concil. Tolet. 4. à cap. 57. vsque ad. 66. & legibus Vuiseg. lib. 12. toto penè secundo titulo. Concil. Tolet. 3. cap. 14. Concilio Tolet. 17. cap. 8.*

Cap. 2 In diuersis Concilijs] *Concil. Eliberit. cap. 3. & 40. In Concilio Nicæno. c. 11. Aurelian. 2. c. 19. Tolet. 12. c. 11. multisq; alijs Concilijs idem contra idolorum cultores decretum est.*

Cap. 4 De desperantibus] *De his habes Conc. Antisiodorens. c. 17. Et „ Bracarens. 1. c. 16. dicitur: Nulla pro his in oblatione commemo„ ratio fiat, neq; cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera dedu„ cantur.*

Cap. 5 Tertias, quas antiqui Canones] *De diuisione redituum Ecclesiasticorum diximus in Concilio Tarracon. in more fuisse, de reditibus Ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor fieri partes: quarum vna cedebat Pōtifici, seu Episcopo: alia Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero: tertia templorum & Ecclesiarum reparationi: quarta pauperibus, infirmis, & peregrinis. Sic statutum est Concil. Rom. à Syluestro PP. cap. 4. & à Gelasio PP. epistola ad Episcopos per Lucaniam. c. 29. & à Simplicio PP. epist. 3. ad Florentium, & à Gregorio PP. II. in epist. 1. ad plebem Thuringiæ. De quarta autem parte, pauperum & peregrinorum vsibus attributa, Episcopo cura incumbebat. Vnde Concil. Bracaren. 1. cap. 25. » dicitur: De quarta parte, siue Archipresbyter, siue Archidiaconus » illam administrans, Episcopo faciat rationem. Tertia Ecclesiarum Regibus Hispaniæ concessa sub eorundē potestate ac fisco est: idem in Gallia obseruatur. Vnde Mogontiac. Concil. c. 42. & Arelat. sub Carolo Magno. c. 25. statuitur, vt quicumque beneficium Ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas, vel ædificandas omnino adiuuent. Quod ita intelligendum existimo, cùm tertia pars tributa Ecclesijs non sufficit, aut in reparatione Ecclesiæ penitus consumpta est. Concil. 2. Bracarens. c. 2. statuitur, tertiam partē pro luminarijs Ecclesiæ esse relinquendam, & reparatione basilicarum, rationemque eius Episcopo reddendam. Vnde & reditus fabricæ Episcopo subduntur.*

Cap. 6 Sanctorum Patrum] *Materia sacramenti Eucharistiæ est panis, seu azymus, seu fermentatus, & vinum aqua mixtum: de qua re superiùs. Concilio Florentino, in decis. ad Armen. & Alexander PP. I. epistola. 1. ad vniuersos: & Iulius Pontifex. I. de Consec. dist. 2. cap. Cum omne. Concil. 2. Carthagin. cap. 24. & & Africanum, sub Bonifacio cap. 4. Concil. Bracarens. 3. cap. 1. Cyprianus epistol. 3. lib. 2. Ab ipso Domino vinum aqua mixtum fuisse consecratū, tradit Innocētius. III. lib. 4. myster. Missæ. c. 29. & pleniùs in cap. cùm Marthæ. §. quæsiuisti, de celebratione Missarum. Algerius lib. 2. de sacramento Eucharistiæ. c. 10. aduersùs huius temporis impios hæreticos annotat in more sanctis Patribus fuisse ex antiqua Ecclesiæ traditione, hostiam Eucharistiæ offerre in Missarum solennijs rotundam, integram, nitidam, ex studio præparatam, non grande frustum panis, sed modica quantitate formatam; ne grauaret sumentem, neque in digestionem species molestè irent, posseque post consecrationem in partes & fragmenta diuidi, vt fideles alimonia spirituali reficiantur, recondique etiam in*

modico loculo sine iniuria; neq; sub vtraque specie, sed vna tantùm seruari, & laicis tradi, & ad adorandum populis proponi posse. Ego vero addo, in hoc Sacramento sanctè colendo sitam esse vitæ spiritualis, & temporalis omnem honestatem, & cunctam in negligendo turpitudinem: populumque sine hac salutari hostia & sacrificio, esse veluti mũdum sine sole, in tenebris Ægypti à Deo derelictũ.

Cap. 6 Cum buccellam] *Locus est Ioannis. 10. apud quem ita legitur. Ille est, cui intinctum panem porrexero. In Græco pro, intinctum panem, est ψώμιον, quod in vulgata editione bucella interpretatur: sequitur enim: Et post buccellam, introiuit in eum Satanas.*

Cap. 8 Vicem parientiæ] *Parientia vox etiam infra pro obedientia „ accipitur cap. sequen. Eiusq; præceptioni parientiam votis gliscen„ tibus exhibere: & cap. 12. Qui præceptis eorum exhibere parientiam curauerint.*

Cap. 8 Passionis Dominicæ die] *Hæc est sexta feria hebdomadæ sanctæ. Sic de eo die Concilio Toletano. 4. cap. 6. scriptum est. Ex quo patet, olim eo die clausis basilicarum foribus, officium Ecclesiasticum celebrari solitum, & passionem Domini annunciari: pœnitentiæ quoq; remedio populum peccatorum sordibus expiari; vt pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabile festum Dominicæ Resurrectionis, remissis iniquitatibus, suscipere mereretur, corporisque eius & sanguinis sacramentum mundus à peccato sumeret. In sexta vero feria non celebrari Missarum solennia, cautum est ab Innocentio Pap cap. Sabbato. de consecr. d. 3. vbi amplius dicitur. Nec Sabbato sancto vlla penitus sacramenta celebrari: & Concil. Tol. „ 16. c. 8. Missæ per totam Hispaniam pro Rege, eiusq; filijs quoti„ die celebrentur, nisi in die passionis Domini. Verùm nunc vsus obtinuit, vt Missa solennis in Sabbato sancto celebretur. Quamquam illa potiùs refertur ad noctem Resurrectionis, vt tradunt viri docti ad caput illud: Visum præterea de consecrat. distin. 1. & in Colle„ cta dicitur: Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Domi„ nicæ Resurrectionis illuminas. De die Parasceues Isidorus lib. 1. de „ offic. Eccles. cap de Parasceue, & de Missa & orationibus: Tertia „ oratio Missæ, inquit, effunditur pro offerentibus, siue pro defun„ ctis fidelibus; vt per idem sacrificium veniam consequantur, ex „ Paul. ad Timoth. 1. cap. 2. Obsecro, inquit, primum omnium fieri „ obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro om„ nibus hominibus, qui in sublimitate sunt constituti: vt quietam & „ tranquillam vitam agant, in omni pietate, & castitate. Est enim „ viri potentis singulare ornamentum pietas, & castitas.*

Cap. 8 Virtute sua confringantur] *Sic nunc etiam Collecta orationis*
„ *Missarum concluditur: Et gentes paganorum, & hæreticorum,*
„ *qui in sua feritate confidunt, dextera tua potentia conterantur.*

C. 12. Regno voluit priuare] *Sic legum Uuisegot. lib. 2. tit. 5. lib. 18.*
„ *Est lex Egica, in qua dicitur: Quod & temporibus nostris detectum*
„ *facinus, manifestis eorum confeßionibus retinetur, qui nostram glo-*
„ *riam conati sunt aut gladio interimere, aut mortifera veneni po-*
„ *tione decipere.*

Numerariæ] *Sunt verò Numerarij, vt Isidorus lib. 9. etymolog. docet, qui publicum numerum ærarijs inferunt. Mentio est in leg. final. C. de priuil. sch. L. fin. de fabricens. De Numerarijs dixi in opere de officijs Palatinis.*

IN NOMINE Domini. Incipit Synodus Toletana. XVII. regula sanctæ fidei: decurrente imperij anno religiosissimi, ac serenissimi domini nostri Egicani Regis VII. sub die quinto Idus Nouembris, Era DCC.XXXII.

DVm in Ecclesia gloriosæ virginis, & confessoris Christi sanctæ Leocadiæ, quæ est in suburbio Toletano, vbi sanctum eius corpus requiescit, pleriq; Hispaniarum, & Galliarum Pontifices conuenissemus, debitis nobis in locis residentibus, adfuit idē gloriosissimus Princeps feruore sanctæ deuotionis accensus, sanctiq; Spiritus munere plenus, & in medio nostri consistens inclytū caput reclinans, se se à nobis benedici poposcit, & orationum nostrarū effusione Dño commendari optauit. His itaq; (vt moris est) actis, tomum manu propria nobis obtulit, inquiens: Ecce sanctissimū, ac reuerendissimum Ecclesiæ Catholicæ Sacerdotale collegium, & diuini cultus honorabile Sacerdotium, seu etiam vos illustre aulæ Regiæ decus, ac magnificorum virorum numerosus conuentus, quos huic venerabili cœtui, nostra interesse celsitudo præcepit: quia satis longum est, ea, quæ regni nostri vtilitatibus, seu gēti, & patriæ nostræ necessaria sunt, vobis proprij oris nostri alloquio enarrare, ideò hūc tomum, quia vniuersa, quæ nostra mansuetudo. ad peragendum vestris sensibus debuit intimare, dignoscitur continere, contrado; præcipiens pariter, & exhortans vos, per eum, qui dixit: Vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, & ego ero in medio eorū, quia ea, quæ tomus iste continet, vel alia,

Matth. 18.

quæ

quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, ſeu diuerſarum cauſarum negocia, quę ſe venerabili cœtui noſtro ingeſſerint audienda, graui, ac maturato conſilio pertractetis, atque iudiciorum veſtrorum edictis iuſtiſsimè, ac firmiſsimè terminetis. Qua ſacri oris ſui oratione finita è medio noſtri benedictione pręcepta, abſceſsit. Tunc vnuſquiſq; noſtrorum reſidens ſuo in loco tomum ipſum reſerari præcepimus, & quæ neceſſaria erant, alterna collatione pertractare curauimus.

IN NOMINE DOMINI. FLAVIVS Egica Rex, ſanctiſsimis patribus, in hac ſancta Synodo reſidentibus.

QVo mentis ardore, quantiſque facibus ſerenitatis noſtrę ſublimitas religionis ſancto amore ſuccenſa ęſtuet, nec verborum prolixa poteſt ratione depromi, nec literarum apicibus adotari. Quia in quantum fides Chriſtiana ſpiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruſcat, tãtum ſenſus noſtri breuitas necdum valet eius enarrare myſteria. At nunc quamquam profunditatis ipſius abyſſum nequeamus pertingere, magna tamen deuotio clementiæ noſtræ animos ad exhortãdam veſtram ſanctitudinem cognoſcat: qualiter vos in hac ſancta Synodo reſidentes in primis de eius myſterio edictis ſpiritualibus diſputetis, & Apoſtolici veſtri ordinis dogma promulgetis: quo fidelium corda incomparabili ſydere perluſtrata, infidelium quoque pectora mentis greſsibus à tenebris ad lumen conuerſa pertranſeant. Pro nefandis denique Iudæis infra fines regni noſtri degentibus, ita præmittimus; quod etiam abſque non minimo mœrore proferimus: quia ab initio propriorum rituum errore decepti, Chriſti nomen incredibili prauitate negauerunt, nefariiſque hactenus argumentis eandem almę fidei ſectam deluſerunt. Certum namque eſt, verumque præconium in cuncto penè terrarũ orbe relatione perſpicua extitiſſe vulgatũ, quo fidei plenitudine fines ſemper Hiſpaniæ floruerũt: vnde ñoſtram gloriam ſumma ratio cogit, valida illis intentione reſiſtere; cum in aliquibus mundi partibus, alios dicuntur contra ſuos Chriſtianos Principes reſultaſſe: pleroſque verò iuſto Dei iudicio à Chriſticolis Regibus interẽptos fuiſſe: pręſertim quia nuper manifeſtis cõfeſsionibus indubiè peruenimus

Fides Hiſpaniæ, cuncto terrarum orbe perſpicua.

mus,hos intransmarinis partibus Hebræos, alios consuluisse, vt vnanimiter contra genus Christianum agerent,præstolantes perditionis suæ tempus: qualiter ipsius Christianæ fidei regulam deprauarēt. Quod & per easdem professiones,quæ vestris auribus sunt referandæ, patebit. Nam & à primordio nostri regiminis,tanta fuit prò eorum conuersione mansuetudinis nostræ intentio, vt non solū diuersis suasionibus eos ad fidem Christi pertrahere conaremur,verum etiam & mācipia Christiana, quæ pridem ob suam perfidiam per legis ordinem caruerant, ex tranquillitatis nostræ decreto reciperent: solummodò, vt per veræ conuersionis propositum, expulsa procul cordis perfidia,eos matris sinus Ecclesię adoptiuos exciperet. Sed & per cautionis seriem iurisiurandi attestatione subnixa spondentes, nec tandem promissa compleuerunt, sed ritus & cærimonias solitas proculdubio egisse peruēti sunt. Et quia diuinę volūtatis imperio, reseruati sunt regni nostri tēpore corrigendi,necessarium fore nostra perpendit tranquillitas, vt vestro, nostrorumque optimatum generali conuentu, eorum nequitia quantocyus refrenetur: quo, cooperante Christo, extirpata ipsorum confestim nequitia,Christianum nomen polleat, & Christi fides infinitè clarescat: ne tunc videatur tantæ perfidiæ obuiari, quando Ecclesiam Catholicam eorum dignoscatur aduersitas impugnare. Vt ergo tam dira incredulitatis peruersitas victa dispereat,aut Synodali emendatione à parentali refrenentur errore,aut si placet,vniformi vestra sententia falce maneant iustitiæ desecati; sic quoque,vt quid de illis,cunctisque rebus ipsorum agere conueniat,Canonica vestri cœtus sententia patenti stylo constituat: quod nostræ legis censura perpetim stabile manere decernat: illis tantundem Hebræis ad pręsens reseruatis,qui Galliæ prouincię videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere,vel ad ducatū regionis ipsius pertinere; vt quia delictis ingruentibus, & externæ gētis incursu, & plagæ inguinalis interitu passim ipsa ab hominibus desolata dignoscitur,cum omnibus rebus suis in suffragio ducis terræ ipsius existant,& publicis vtilitatibus profectum incunctāter exhibeāt: ita vt secundum sanctæ fidei regulam, vt verè Christicolæ,vitam suam corrigant, & omnem genuinæ incredulitatis errorem à suis cordibus pellant. Quod si amodò,vel in modicum detecti fuerint, sanctæ fidei deprauatores existere,

Leg. Visigot. lib. 12. & Concilio Tolet. 12.

existere, ilico de terra ipsa promoti, eadem, qua & prædicti parentes eorum, censura erunt modis omnibus feriendi. Nã & quorundam Sacerdotum non sinit veritas silere insaniam, qui ante sacrosanctum altare Dei, pro superstitibus hominibus Missas audeant dicere de defunctis: & cum alijs nocere intendunt, ipsi sibimet potius interfectores existunt, & suarũ incurrunt excidium animarum; in eo quod scriptum est: Os quod mentitur, occidit animam: & dum quodam inuidiæ, vel malitiæ liuore tam nefaria gerunt, vnum est, quia & Deo mentiuntur, & in arcum peruersum sacerdotalem ordinem vertunt. [a] Quod si Domino mendacium huiusmodi sacrificio offerre non metuunt, quid de cætero falsitatis loqui pauescunt? Petrum deniq; Apostolum dixisse legimus Ananię * Memineo: vt quid Satanas impleuit cor tuũ, mẽtiri te Spiritui sancto? quia nõ es hominibus mẽtitus, sed Deo. Tãti quippè facinoris admissum vestro Concilio committimus extirpãdum: quo & illos, qui talia egisse detecti sunt, & eos, à quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt, ac deinceps in tali errore quosque delapsos regula decernatis Canonica feriendos; vt illatam in semetipsos sentientes correptionem, & mala acta pœniteant, & ne ab alijs vlterius fiant, sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostẽdat. His igitur præmissis causis, populorum negocia vestris auribus intimata cũ Dei timore prudentię vestræ committimus dirimẽda; vt quia multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, nulla sit occasio, quę vestrę mentis aciem ad promulgandã iustitiam possit obtundere: nullus fauoris se locus interserat lumen veritatis abscondere; quatenus ipsa vestrorum iudiciorum emissio luce clareat æquitatis; iustitiam proroget debitam populis, & ad cumulũ nobis pertineat copiosæ mercedis. Sed & illud vestris precibus sedari obnixius à Domino pręoptamus, vt quia hostis humani generis quosdam nostrorum inhians, nõ desinit ad perditionẽ subripere, ex quo proprio culpę cernuntur facinore, nõ (quod absit) nostræ potestatis grauedine conrui, tribus diebus hoc peracto Cõcilio, speciales ob inde Litanias cõtrito cordis arcano celebrare curetis; ita vt vsq; huius anni spatiũ per singulos mẽses, eodẽq; modo triduana ieiunia peragatis: vt quia neminẽ de his, quos ditioni nostræ superna pietas subdidit, vsquã perire volumus; nec amplius quẽpiam perdere quęrimus; sed de gẽtis nſæ, vel patriæ statu lętari affatim delectamur,

Sapien. 1.

Act. 5.

[a] Alijs qui.

delectamur, precatu saltim vestræ beatitudinis insidiantium stimula, quæ contra nostram gloriam præparant, à suis cordibus auferant, & erga nostram seruitutem pura fidei sinceritate persistant: vt à priorum lapsu se erectos esse congaudeant, & nostra gloria ex hoc cum eis pacis, & charitatis munere cumulata, Christo Domino indefessa gratiarum vota persoluat.

De regula sanctæ fidei.

NEcessarius ordo deposcit, vt secūdùm Pauli vas electionis edictum, ante initium quarumcumq; causarum, regnum Dei quæratur; quatenus ea, quæ sequenter agenda sunt, iustissimè opitulante Domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus, fidei sanctæ mysterium, quod est salutis nostræ inconuulsibile fundamentum, ore proprio pandere, & ructatione cordis patulè enarrare. Idcircò credentes, & confitentes, ea, quæ in omnibus sanctis Concilijs, sanctorumque Patrum oraculis gloriosa confessio protulit, symboli etiam seriem, quæ totius sanctæ fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proferimus.

Math. 6. Quærite ergo primum regnū Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotētem, factorē cœli, & terræ; visibilium omnium, & inuisibilium conditorē: & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum; & ex Patre natum ante omnia secula; Deum [a] de Deo; lumen de lumine; Deum verum, ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est; eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est; de Spiritu sancto ex Maria Virgine homo factus est: passus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die resurrexit: ascendit [b] in cœlos: sedet ad dexteram Patris: inde venturus in gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius regnī nō erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, Dominum & viuificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum: qui loquutus est per Prophetas: in vnam catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Cōfitemur vnum baptisma in remissionem peccatorū; expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen. Qua nostra credulitate, vt sanctorū Patrum adunatio edidit, reseruata atque finita, ad ea quæ sunt subsequenter agenda, definitionis nostræ articulum vertimus.

Sic ad verbum in. 8. & 12. Tol.

[a] Exc. est, in Concil. Toler. 8. &: lumen ex lumine C. M. C.

[b] Ad M. C.

I. De tribus diebus, quibus in initio Concilij nihil aliud agendum iubetur, nisi tantum de fide, ac de alijs rebus spiritualibus, nullo secularium interposito.

Ternarius numerus, in eo, quod initium, mediumque finemque sortitur, Trinitatis speciem signare videtur; ac proinde quia numerositas Sacerdotum in nomine sanctæ Trinitatis, pro Synodo agenda solet congregari, opportunè instituendum credimus in initio totius adunationis, vt trium dierum spatijs percurrente ieiunio, de mysterio sanctæ Trinitatis, alijsque spiritualibus, siue pro moribus Sacerdotum corrigendis, nullo secularium assistēte, inter eos habeatur collatio: ita nempè, vt dum scriptis causis, sub nominis diuini timore, per triduum habita fuerit altercatio, eiusdem sanctæ Trinitatis iuuamine, cæterarum causarũ negocia inoffensibili peragantur instantia.

II. De seruandis ostijs baptisterij in initio Quadragesimæ.

Licet in initio Quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen Ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit, necesse est, vt ostia baptisterij in eodem die Pontificali manu, & annulo assignata claudantur, & vsque in cœnæ Domini solennitate nullatenus reserentur: ob id videlicet, vt & per signaculum pontificum (excepto grauissimæ necessitatis obuentu) in his diebus monstretur, per totum orbem non licere fieri baptismum, & sanctificationem: iterum Episcopali ad eã obseruatione reserata, signetur Dominicæ patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini: vt quia per baptismum consepultus est in morte Christi, resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus Ecclesijs minimè hæc sancta consuetudo ab Episcopis custoditur, atque peragitur, ideò per hanc nostram sententiam sancimus, atque decernimus, vt ita à totius Hispaniæ, & Galliarum Pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die initij videlicet Quadragesimæ, & ostia sancti baptisterij cum laudũ consummatione claudantur, & ab Episcopis suorum signaculo obsignentur; ita vt nisi in cœnæ Domini celebritate, quando more solito altaria debent deuestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconueniens etenim res est, vt illic in

præme-

præmemoratis Quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, vbi non licet debitum mysterium exerceri.

III. De ablutione pedum in cœna Domini facienda.

Cyprianus de vnctione chrismatis. Cœlibe satis, ratumque Deo cernitur mysterium, si eius exẽpla sequentes, imitatores ipsius esse studeant Christicolæ *Ioann. 12.* mentes, dicente Domino: Qui mihi ministrat, me sequatur. Quo circa si Dominus Redemptorque noster discipulorum non dedignatus est ablutione aquæ ablui pedes, protestante *Ioann. 13.* Euangelista: Surgens Iesus à cœna, & ponens vestimenta sua, cœpit lauare pedes discipulorum, dicens: Si ego laui pedes vestros Dominus, & Magister vester, & vos debetis alter alterius lauare pedes; cur non piæ actionis exhibitione imbuti, exemplorum eius non simus deuotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine, in quibusdam Ecclesijs in cœ- *Matth. 15.* na Domini ablutione pedes fratrum à Sacerdotibus non lauantur, nihil aliud [a] obtendentes, nisi solam traditionis consuetudinem; cum veritas obiurgans dicat: Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram. Itemque præcellentissimus martyr Cyprianus prosequens ait. Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt: quasi consuetudo maior sit veritate; aut non id sit spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à sancto Spiritu reuelatum. Ideoque dum veritatis exemplum luce clariùs enitescat, & obiurgationis eius terribilia edicta præfulgeant, nosque etiam Doctoris præcipui sententia instituat, maiorem esse veritate consuetudinem, incassum nobis consuetudinem sine ratione obijciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore vt fiat expedibile habeatur, necesse est, vt specialius in eodem die, quo à Christo gestum est, omnimodè obseruetur. Proinde hæc sancta Synodus decernit, atque instituit, vt deinceps non aliter per totius Hispaniæ, & Galliarum Ecclesias eadem solennitas celebretur, nisi pedes vnusquisque Pontificum, seu Sacerdotum, secũdum hoc sacrosanctum exemplum, suorum lauare studeat subditorum. Quod si quisquam Sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatijs, se se nouerit à sanctæ communionis perceptione frustratum.

[a] F. obtendendo.

IIII. De ſacris miniſterijs, vel ornamentis Eccleſiarum.

SAcerdotum quorundam improbanda voluntas, & infauſta temeritas; ſacroſancta ſibi commiſſa altaris miniſteria, atq; cætera Eccleſiæ ornamenta, non ſolùm quia alijs tradũt pro ſuis nequiſsimis actibus abutenda, ſed (quod peius eſt) ſuis ea non pertimeſcunt vſibus adiungere inſumenda. Unde licet antiquorũ Patrum ſententia de talibus perſonis, quæ vaſa ſolummodò ſacra diſperdunt voluntate ſacrilega, fuerit iam in præteritis promulgata; tamen in commune deinceps ſtatuit coadunatio noſtra, vt non tãtum de ſacris miniſterijs, ſed etiam & de vniuerſis Eccleſiæ ornamentis, nihil vnuſquiſque Sacerdotum pro ſuis vſibus, vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis verò Sacerdotum hoc noſtrum violare tentauerit ſtatutum, ſecundũ priſca Canonum inſtituta, honoris proprij ordinem amittat; vt ſacrilegus perẽni infamio denotatus, à ſacræ communionis perceptione (excepto in ſupremo temporis curſu) omnibus diebus vitæ ſuæ maneat alienus. Atque inſuper ſi eiuſdẽ temeratoris extiterit propriæ rei ambitio; quidquid de eiſdem ſacris miniſterijs vel ornamentis Eccleſiæ viſus eſt naufragaſſe; aut ipſe, aut pars eius compellatur parti eiuſdem Eccleſiæ ex integro reformare.

Vide Cõcil. Bracar. 3 c. 2. & Conſtã tin. 6. c. 3.

V. De his, qui miſſam defunctorum pro viuis audent maleuolè celebrare.

Dum ſanctus Spiritus per os ſanctorum ſuorum humano generi ſtatuit omnibus modis mendacium præcauere, dicente Salomone: Noli narrare mẽdacium aduerſus fratrem tuum; neq; amico ſimiliter facias: & iterum: Os, quod mẽtitur, occidit animam; pleriq; Sacerdotum, qui prædicatores veritatis exiſtere debuerunt, & ex quorum ore vniuerſitas plebium legem veritatis debet exquirere, ſecundùm Salomonem, qui dicit: Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore eius; quia Angelus Domini eſt, ita præpediente delicto, atq; ſauciati inimicitiæ dolo, non ſolum hominibus fallaciter loqui minimè pertimeſcunt, ſed & in ſanctis baſilicis ſupra altare Domini, coram Deo idem nequaquam perpetrare horreſcunt. Nam miſſam pro requie defunctorũ promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominibus;

Eccleſiaſtici. 7.
Sapient. 1.
f. Malachiã eſt enim locus Malachiæ. 2.
Domini exercituũ eſt in Latina vulgata: Græca κυρίου παντοκράτορός ἐστι.
De eodem habes apud Grat. 26. q. 2. vicumq; Sacerdotũ circa medium.

nibus, non ob aliud, nisi vt is, pro quo idipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuētu, mortis ac perditionis incurrat periculum: & quod cunctis datum est in salutis remedium, illi hoc peruerso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum. Obinde nostræ elegit vnanimitatis conuentus, vt si quis Sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprio deponatur gradu; & tam ipse Sacerdos, quàm etiam ille, qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo [a] religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cūctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo se crediderunt fraudulento delibasse studio.

[a] F. religatis.

VI. De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.

Quāquam priscorum Patrum institutio, per totum annum, per singulorum mensium cursum, litaniarum vota decreuerit persoluendum; nec tamen specialiter sanxerit pro quibus causis id ipsum sit peragendum; tamen quia cooperante humani generis aduersario, multa inoleuit oberrandi consuetudo, & iurisiurandi transgresio, ideò secundùm Euāgelistam, qui ait: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem, in cōmune statuentes decernimus, vt deinceps per totum annum, in cunctis duodecim mensibus, per vniuersas Hispaniæ, & Galliarum prouincias, pro statu Ecclesiæ Dei, pro incolumitate Principis nostri, atq; saluatione populi, & indulgentia totius peccati, & à cunctorum fidelium cordibus expulsione diaboli, exomolegeses votis gliscentibus celebrentur: quatenus dū generalem omnipotens Dominus afflictionem perspexerit, & delictis omnibus miseratus indulgeat, & sæuientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul efficiat.

VII. De munitione coniugis, atque prolis Regiæ.

Præeminentium exercitium, ac deuotionis sanctæ studium dum sese per diuersa operationis gesta diffundit, & emolumentum sibimet conquirit virtutis, & benè operādi adhibet incentiuum subiectis; ita nempè & pro eo, quod benè gesit, recipiat à Deo mercedem, & pro eo, quod ad bonum alios incitauit, statim recepisse gaudeat retributionis vicē. Quapropter dum Principalis sublimitas talia agit, perspicuum est, vt

à sancta Ecclesia prorogetur ei necessitudo mercedis, cur eũdem Ecclesia studeat exornare operibus iustis: quatenus & ille ad bene agẽdum promptior magisque efficiatur, & subditorum animus gratuita inuitatione amplius roboretur. Ac proinde quia religiosus, ac gloriosissimus Princeps noster Egica Rex, zelo zelans pro Domino Deo exercituum, inimicos veræ fidei, qui diuersa actione maluerunt catholicæ credulitatis statum euertere, & iurisiurandi profanationẽ (dum cærimoniarũ suarum ritus contra suam pollicitationem maluerunt seruare) visi sunt incurrisse, ita recto iudicij tramite, digna cernitur vltione percutere, quatenus & iniuriam crucis Christi vindicaret, & statum totius sanctæ Ecclesiæ conseruaret, atque gẽti, ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria prouideret. Ideò nos pro tot, & tantis beneficijs, quibus tam sanctæ Ecclesiæ, quàm gẽti, ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in aliquo eidem Principi retributionem rependere, per huius definitionis nostræ sanctionem depromimus, & per indiuiduæ Trinitatis inuiolabile sacramẽtum, cunctos tam nunc consistẽtes, quàm futuris temporibus cuiuslibet ordinis vel generis homines succedentes, cõuenimus & contestamur, vt si quandoq; contigerit qua gloriosa domina Cixilo Regina diutinis, & felicioribus serenissimi nostri Principis Egicani annis transactis, religiosè existat in viduitate superstes, atq; ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate inuidiæ pulsi, nullo odij stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti, contra eos quisquã conetur assurgere; nullus citra euidentium culparũ indicium, per quascũq; subtilissimas indagationes nocibilitatis aduersus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita, cuiuslibet instãtia obteratur iniustissimis tædijs; nullis maceretur inedijs: nullus quoq; filijs, ac filiabus eorum, contra eorum volũtatem, religionis habitum imponat, aut exilij ergastulis mancipãdos statuat, neq; flagellorũ verberibus cruciet, per quod & dignitate priuẽtur, & extra debitum iustitiæ ordinẽ, rerum suarũ eis ambitio auferatur: sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti, tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quàm etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis iustè cõquisita extiterint, imperturbato iure possideant; & de rebus ipsis iudicare, quod voluerint, incunctatam licentiam habeant.

Necessarium

Neceſſarium enim vnicuique debet videri, & Sacerdotalibus præmuniantur oraculis, & eorum edictis reddantur per omnia liberales. Quòd ſi quandoque extiterint deſtituti, ſecundùm Canici vigorem edicti Sacerdotum manebũt defenſionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandũ crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit, ſit perpetui anathematis vltione dãnatus, à pagina cœleſti abraſus, atque cum diabolo, eiuſque ſocijs acrioribus ſupplicijs alligatus.

VIII. De Iudæorum damnatione.

De Iudæorũ perfidia multa ſunt decreta, potiſsimũ autem in Cõc. 16. Tol. c. 1 vbi ferè eadẽ quæ hic.

Sicut fidelium probitas magno debet donationis præmio munerari, ita infidelium prauitas fortiſsimo congruit iudicantium mucrone percelli. Aequum etenim eſt, vt & domeſtici fidei copioſius ſublimentur, & aduerſarij eius duriùs condemnentur: quatenus & illi magisq; Domino ſuffragante proficiant, & iſti Deo obtinente deficiant. Et ideò, quia plebs Iudæorum nequiſsima ſacrilegij nota reſperſa, & effuſione ſanguinis Chriſti cruenta, ac multotiens iurisiurandi profanatione noſcitur maculoſa; vt copioſa ſunt eorum ſcelera, ſic neceſſe eſt, vt grauem ſeſe incurriſſe lugeant animaduerſionis iacturam, qui per alia ſua ſcelera non ſolùm ſtatum Eccleſiæ proturbare maluerunt, verumetiam auſu tyrannico inferre conati ſunt ruinam patriæ, ac populo vniuerſo: ita nẽpè vt ſuum quaſi tempus inueniſſe gaudentes, diuerſas in Catholicis exercerent ſtrages: vnde crudelis, & ſtupenda præſumptio crudeliori debet extirpari ſupplicio: & ita in eis ordinatum debet ſæuire iudicium, quatenus vſquequaque puniatur, quod nequiter definitum prænoſcitur. Qua de cauſa dum in hac ſancta Synodo per aliarum cauſarum ſemitas dirigeremus cautiſsimè greſſus, extemplo eorundem infidorum conſpiratio ad vnionis noſtræ peruenit auditus; eo quòd non ſolùm contra ſuam pollicitationem, ſuorum rituum obſeruatione tunicam fidei, qua eos per vndam ſacri baptiſmatis induit ſancta mater Eccleſia, maculauerint, ſed & regni faſtigium, ſibi (vt præmiſſum eſt) per conſpirationem vſurpare maluerint. Quod infauſtum facinus dum ex ipſorum profeſsionibus noſter pleniſsimè noſſet conuentus, huius decreti noſtri ſententia eos decernimus irreuocabili feriri cenſura; ſcilicet, vt ex iuſsione pijſsimi, & religioſiſsimi Prin-

cipis nostri Egicani, qui zelo Domini accensus, & sanctæ fidei ardore compulsus, nō solum iniuriam crucis Christi vindicare vult, sed & gentis suæ, ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum sæuiùs decreuere, acriùs extirpare intēdit, suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus sociatæ, tam eorundem perfidorum, vel reliquæ posteritatis, à locis proprijs exsolutæ, per cunctas Hispaniæ prouincias perpetuæ subiectæ seruituti, his, quibus eos iusserit seruituros, largitæ, maneant vsquequaq; dispersæ. Nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus, ad ingenuitatis statum detur quandoq; occasio reuertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotauit. Sic tamen decernimus, vt secundum electionem Principis nostri, aliqui ex seruis Christianis eorundem Iudæorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis sæpè fatus dominus noster per auctoritatum seriem, aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant. Et quidquid functionis in rationem publicam ipsi Iudæi visi sunt hactenus persoluisse, prædicti illorū serui, quos idem Princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione, in omni debeant integritate persoluere. Illi denique, qui eosdem Iudæos ex largitione sępè fati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant: quatenus in nullo eos permittant rituum suorum cærimonias celebrare, aut colere, vel quascumq; parentalis perfidiæ semitas imitari. Sed & filios eorum vtriusque sexus decernimus, vt à septimo anno eorū nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habētes, ipsi eorum domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant: ea scilicet ratione, vt & masculos Christianis fœminis in coniugio copulent, & fœminas Christianis similiter viris maritali societate adiungant. Et neq; parentibus sicut diximus, neq; filijs sit penitus licentia quoquo pacto Iudaicę superstitionis cęrimonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

De gratiarum Actione.

CVnctis deniq; ad sacræ institutionis, vel aliorum negociorum ordinem pertinētibus, Deo fauente, consummatis, atque finitis, eidem Regi omnium Domino, & inæstimabiliter

biliter glorioso grates ineffabiles pandimus, cõcentus melodicos insonamus, & hymnorum vota cõtinua iubilatione pręcinimus; pro eo, quòd vniuersitatẽ nostrã, sub sui nominis timore in vnũ collegit, & vicissim nos nobis visione alterutra pręsentaneos reddidit; huius obnoxiùs omnipotentiam precibus indefessis orantes, vt orthodoxo, ac religiosissimo Principi nostro Egicano longęuitatem felicium temporum largiatur; per suę voluntatis itinera eius dirigat gressus; tribuens ei, sibi creditarum plebium phalangas piè regere; moderamine discreto disponere, ac miserationis ore fulcire: quo post innormes temporum cursus, de temporali regno ad regnum æternum, gestis pijssimis opulentum eum transferre dignetur, vsquequaq; cœlicolis sociandum, cuius iussu, atque imperio ad hunc pacis conuentum congregati fuisse dignoscimur.

LEX IN CONFIRMATIONE Concilij edita.

CONgruum satis genti, ac patriæ nostræ, atque expedibile perpenditur omni Ecclesiæ, si ea, quæ Synodali definiuntur conuentu, Principali confirmentur stylo. Idcirco per huius legis decretũ serenitatis nostræ mansuetudo decernit, vt omnium capitulorũ sẽtẽtiæ, quæ in hac sancta Synodo promulgata noscũtur, firmissimę stabilitatis obtineãt robur, id est:

I De tribus diebus, quibus in initio Concilij nihil aliud agendũ iubetur, nisi tantum de fide, ac de alijs rebus spiritualibus, nullo secularium interposito.

ij De obserandis ostijs baptisterij in initio Quadragesimæ.

iij De ablutione pedum in Cœna Domini facienda.

iiij De sacris ministerijs, vel ornamentis Ecclesiarum.

v De his, qui Missas defunctorum pro viuis audent maleuolè celebrare.

vj De diebus Litaniarũ per totos duodecim mẽses celebrandis.

vij De munitione coniugis, ac prolis Regiæ.

viij De Iudæorum damnatione.

Quorum omnium constitutionum decretá quiqui temeranda crediderint, obseruare noluerint, venerare neglexerint, cuiuslibet sint generis personæ, vel ordinis, secundum præcedentium Conciliorum leges, quæ in confirmatione eorum sunt promulgatæ, siue excommunicatione, seu etiam damno maneant vsquequaq; damnati.

SEN-

SENTENTIAE, QVAE IN VETERIBVS EXEMPLARIBVS Conciliorum non habentur, sed à quibusdam in ipsis inserta sunt.

I. De rebus Episcopi proprijs adquisitis.

QVidquid Episcopus de suo proprio habet, ad hæredes suos relinquat: quidquid de prouisione Ecclesiæ, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus, omnia in iure Ecclesiæ seruare censuimus.

II. De non alienandis ab Episcopo rebus.

Diacones, Presbyteri in parochia constituti, de rebus Ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare; quia res sacratæ Dei esse noscuntur. Similiter & Sacerdotes de rebus Ecclesiæ sibi commissis nihil, vt superius comprehensum est, immutilare præsumant. Quod si facere voluerint, conuicti in Concilio, ab honore depositi, nec in fine communionem accipiant, & de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse.

Sanè si quis pro qualibet conditione, de rebus Ecclesiæ aliquid alienare voluerit, si de suo proprio tantum Ecclesiæ contulerit, quãtum visus est abstulisse, tum demum illud stare licebit. Ita tamen libertos quosquos Sacerdotes, Presbyteri, vel Diacones de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesiæ prosequi iubemus. Quod si facere cõtempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

III. De Clericis, qui crimen capitale commiserunt.

Si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus crimen capitale commiserint, aut chartam falsauerint, aut testimonium falsum dixerint, ab officij honore depositi, in monasterium retrudãtur, & ibi tantummodo quamdiu vixerint, laicam communionem accipiant.

IIII. De Episcopis qui per testamentum de rebus Ecclesiæ aliquibus contulerunt.

Si Episcopus condito testamento aliquid de Ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris proprij facultate suppleuerit.

V. De clericis, qui sine epistolis sui Pontificis proficiscuntur.

Presbytero, aut Diacono, vel Clerico sine Antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

VI. De presbyteris parœcitanis, res Ecclesiæ distrahentibus.

Quidquid parœciarum Presbyter de Ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur; & vacuum, venditorem comparantis actione vertentem.

VII. De eisdem, vt quicquid emerint, in nomine Ecclesiæ comparent.

Presbyter dum diœcesim tenet, de his, quæ emerit ab Ecclesiæ nomine, scripturam faciat: aut ab eius, quam tenuit Ecclesiæ ordinatione discedat.

VIII. Vt Sacerdotes, & Leuitæ canes ad venandum, & accipitres non vtantur.

Episcopus, Presbyter, & Diaconus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus; si Episcopus est, tribus mensibus à communione suspendatur; Presbyter duobus mensibus abstineatur; vno Diaconus ab omni officio, vel communione cessabit.

IX. De venditionibus, quas Abbates facere præsumunt.

Venditiones, quas Abbates facere præsumpserint, forma seruetur, vt quidquid sine Episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata

donata ab Abbate non liceat manumitti. Iniustum enim putamus, vt monachis cotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatibus ocium potiantur.

X. Ne vnus Abbas duobus cœnobijs præferatur.

Vnum Abbatem duobus monasterijs interdicimus præsidere.

X I. Ne monasterium sine notitia Episcopi construatur.

Cellulas nouas, aut congregatiunculas monachorum, absque Episcopi notitia prohibemus institui.

X I I. De rebus, Ecclesiæ vsu conlatis; vt perscriptione temporis non defendantur.

Clerici, quod etiam sine præceptoris qualibet diuturnitate temporis, de Ecclesiæ remuneratione possederint, cum auctoritate domini gloriosissimi Principis nostri, in ius proprium præscriptione temporis non vocentur; dummodò pateat Ecclesiæ rem fuisse: ne videatur etiam Episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tētas facultates proprietatis suæ posse transcribere.

X I I I. De lapsis, qui de catholica fide in hæresem transeunt.

Lapsis, id est, qui in catholica baptizati, præuaricatione damnabili, post in hæresim transire grandem, redeundi difficultatem sanxit antiquitas: quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij conditione infrascriptæ obseruationis imponimus: vt præscripto biennij tertia die, sine relaxatione ieiunēt, & Ecclesiam studeant frequentare: in pœnitentiæ loco standi & orandi humilitatem nouerint obseruandam; etiam cum cathecumenis procedere cum monētur, abscedant. Hoc si obseruare voluerint constituto tempore, admittendis ad altarium obseruatio relaxetur: quam si arduā vel duram fortè putauerint, statuta præteritorum Canonum implere debebunt.

XIIII. De incestis coniugijs.

De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos verò neque vllo coniugij nomine præualendos, præter illos, quos nominare funestum est, hos esse censemus:

Si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit: si quis frater germanam vxoris accipit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinæ, sobrinæue se societ. Quod ita præsenti tēpore prohibemus, ita ea, quæ sunt ante nos instituta non soluimus. Si quis relictæ auunculi misceatur aut patrui, vel præuignæ concubitu polluatur. Sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

XV. De his, qui seruos suos extra iudicem necant.

Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione biennij sanguinis se mundabit.

XVI. De laicis, qui in solennitatibus maioribus ad ciuitatem non concurrunt.

* Vt ciues superiorū natalium nòti Paschę, ac natiuitatis Domini solennitatem Episcopis, nec interest in quibus ciuitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio; nouerint, qui hoc facere neglexerint, triennio priuentur Ecclesiæ.

XVII. De Clericis qui ab Ecclesiæ officio diebus solennibus desunt.

Si quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solennibus defuit, id est, Natiuitate Domini, sancta Epiphania, Pascha vel Pentecoste; dum potius secularibus lucris studet, quàm seruitio suo parere, conuenit triennio à communione suspendatur. Similiter Diaconus, vel Presbyter, si tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi subcumbat.

XVIII. De Leuitis, ne ſine iuſſu Presbyteri ſedeant.

Quoniam non oportet Diaconum ſedere præſente Preſbytero: ſed ex iuſsione Presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificetur Diaconus à miniſtris inferioribus,& omnibus Clericis.

XIX. De miniſtris, ne in ſecretario ingrediantur.

Quoniam non oportet miniſtros licentiam habere in ſecretario, quod Græci, Diaconœcon appellant, ingredi, & contingere vaſa Dominica.

XX. De Catholicis, ne hæreticorum connubijs copulentur.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miſcere cōnubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potius accipere: ſi tamen ſe profitentur Chriſtianos futuros eſſe catholicos.

XXI. De Leuitis & Clericis, ne magi, vel incantatores ſint.

Quoniam non oportet miniſtros altaris, aut Clericos, magos, aut incantatores eſſe: aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus vtuntur, proijci ab Eccleſia iuſsimus.

XXII. De ſeditionarijs Clericis.

Seditionarios nunquam ordinandos Clericos; ſicut nec vſurarios, vel iniuriarum ſuarum vltores.

XXIII. De ſcurrilibus, vel iocularibus Clericis.

Clericum ſcurrilem,& verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum.

Notæ

Notæ in Concilium .XVII. Toletanum.

CONfessoris Christi sanctæ Leocadiæ] *Vitam D. Leocadiæ, eiusque mortem scriptam inuenies in festis proprijs sanctorum Toletanæ diœcesis à sanctissimo Papa Gregorio XIII. approbatis.*

Impleuit cor tuum] *Actuum Apostolorum. 5. vbi in vulgata editione pro, impleuit, legitur tentauit. In Græca tamen* ἐπλήρωσεν *est: quanquam vnus apud me M.s. liber* ἐπείρασεν. *habet vt Latina versio.*

Cap. 2 Licet in initio Quadragesimæ] *Baptizare non oportet quenquam ex antiqua institutione post duas hebdomadas Quadragesimæ, vt Syricius PP. ad Himerium Tarraconensem Episcopum cap. 2. Et in multis alijs epistolis & Concilijs decernitur, præter quam Paschatis, & Pentecostes tempore; nisi maxima necessitate vrgente. Vnde baptisteria alijs temporibus clauduntur.*

Cap. 3 Cœlibe satis] *Cyprianus de vnctione chrismatis hunc morem „ innuit. Hac die, inquit, primum commendata est nobis fractio pa- „ nis: hodie Christus pedes lauit Apostolis: & hoc solenni deuotione „ omni tempore agendum instituit. Et idem de ablutione pedum: „ Mandatum, inquit, simul & exemplum complexus est, vt hoc „ exemplo instructi nõ dedignentur in alterutrum agere, quod actum „ est à magistro, vt mandato posteris religionis auctoritas firmaretur. „ Isidorus lib. 1. offic. Ecclesiast. cap. de cœna Domini. Eo etiam „ tempore, & die Saluator surgens à cœna, pedes discipulorum la- „ uit, propter humilitatis formam commendandam; ad quam docen- „ dam venerat, sicut & ipse consequenter exposuit. Quod etiam „ docebat potissimum, vt facto doceret, quod obseruare discipu- „ los præmoneret. Inde etiam in Ecclesia vsu receptum fuit, vt pedes lauarētur, ante sumptionem Eucharistiæ: quod tamen abroga- „ tum esse testatur diuus Augustinus, epist. 119. cap. 8. Sanè (in- „ quit) etsi Ecclesia, quod externum erat, remiserit; lotionem scilicet „ pedum, finem & rem huius signi retinet; probationem scilicet, & internam præparationem, hac August.*

Cap. 5 Noli narrare] *In vulgata editione est: Noli amare. Nisi ex*

Græca legas noli arare: sic enim verba habēt: μὴ ἀρότρια ψεῦδος ἀδελ-φῷ σοῦ,&c.

C.6. Litaniarum] *De Litaniarum vsu, & nomine vide Isidorum lib.6. etymolog. cap. vltimo sub finem: Albinum Flaccum de diuinis officijs cap. de Litania maiore: Amalarium Fortunatum de Ecclesiast. offic. c.28. Rabanum Maurum. c.19. Vualafridum libro de rebus Ecclesiasticis cap.28. Toletanum Concilium.5.cap.1. nouas litanias instituit, à die Iduum Septembrium per triduum: & confirmantur Concil.6.Tolet.cap.2. & Concil. Bracarens.2. cap.9. De hac re superius diximus.*

Cap.6 Exomologeses celebrentur] *Isidorus lib. 6. etymolog. cap. » vlt. Exomologesis, inquit, Græco vocabulo dicitur, quod Latinè con- » fessio interpretatur: cuius nominis duplex significatio est: aut enim » in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi Pater cœli & » terræ, aut dum quisque confitetur sua peccata, ab eo indulgenda mi- » nisterio Sacerdotis, cuius indeficiens est misericordia. Vide etiam Rabanum de institution. Clericorum cap.14.*

Cap.7 De munitione coniugis atque prolis Regiæ] *De prolis Regiæ incolumitate procuranda, fideque Regi, filijs, vxorique eius obseruanda, multa inuenies decreta, præsertim Concil. Tolet.4. c.74. & Tolet.5.cap.4. & Tolet.6.cap. 17. Concil.Tolet.10.c. 2. & Tolet. 13.cap.4. Tolet. 16. cap.10. vbi seuerißimè contra eos, qui Regum vitæ liberis, vxoribus, fortunisque insidiantur, decernitur.*

Cap.8 Per cunctas Hispaniæ prouincias] *Id exemplum sequutus Philippus II. Hispaniarū Rex dn̄s noster, anno M.D.LXX. omnes Arabes in Granatensi regno degentes, ob perfidiam & immanem conspirationem, per vniuersas Hispaniæ vrbes dispersit, & bello captos seruituti tradidit.*

Cap.8 Sed & filios eorum] *Hinc rectè Gregorius nonus Argentinēsi rescripsit Episcopo, & habetur in cap. ex literis, de conuersione » infidelium: Cū filius in patris potestate consistat, cuius sequitur » familiam, & non matris; & in ætate tali quis non debeat apud eas » remanere personas, de quibus poßit esse suspicio, quod saluti vel » vitæ insidientur illius; & pueri post triennium apud patrem non » suspectum ali debeant, & morari; materque pueri, si eum remane- » re contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis » errorem, in fauorem maximè fidei Christianæ respondemus, Patri » eundem puerum aßignandum. Hæc Gregorius. Cæterum sunt qui dubitant, an liceat antequam filij sunt rationis compotes, eos à parentibus*

rentibus suspectis in fide separare, magistrisque, vel alijs Christianis tradere; vt sine suspicione in Christiana religione erudiantur, existimo hoc licitum & expediens esse. Nam primò licet eos, inuitis & renuentibus parentibus Christianis, in fide suspectis, baptizare; pari ratione æquum erit, contra voluntatem parentum, eos in fide informare, atque cogere, vt eam quam in baptismo professi sunt fidem, obseruent. Secundò parentes possunt impelli, vt obseruent omnia nostræ religionis præcepta; etiam inuiti, iure baptismatis: inter cætera verò fidei præcepta, hoc vnum est, vt in fide & religione catholica filios alant. Tertiò licitum est renuente marito, mulierem fidelem à viro infideli separare; propter periculum apostatandi: & vinculum matrimonij ita strictum est in hac re, sicuti vinculum parentum & filiorum. Ex quo colligo, nullum efficacius remedium posse adhiberi Sarracenorum in Hispania infidelitati, quàm vt ab eorum domibus, & doctrina filij abducantur, tradanturque Christianis vitæ & religionis probatæ, in doctrina Christiana erudiendi. Nam experientia compertum est, filios Sarracenorum post tot generationes, à patribus in infidelitate clam nutriri, & in antiqua secta Agarenorum erudiri. Vnde Principes seculares, & Ecclesiastici tenentur existimare, probabili coniectura ducti, idem in alijs temporibus fore. Præterea quia licet in principio nascentis Ecclesiæ erat licitum, post susceptam fidem, virum fidelem ab vxore infideli non discedere, vel contra; sed eadem in domo & commercio manere, vt constat ex Paulo. 1. ad Corint. 7. propter spem conuersionis alterius, tamen ab hinc octingentos annos Ecclesia contrarium præcepit: sicq; lege, consuetudine, & vsu introductū est, vt fidelis non maneat cum infideli, ex Concil. Tol. 4. cap. Iudæi, & habetur. 28. quæst. 1. & can. Sæpe: nam iam Ecclesia non habet spem conuersionis infidelis. Idem Principes tenentur hisce temporibus de Sarracenis sentire, quorum cor induratum esse præcepsque ad infidelitatem, vsu rerum, & testimonijs virorum comprobatū est: ita vt in filiorum tenera indole virus perfidiæ suæ quotidie videamus distillare altius, quàm mariti in cordibus fœminarum, vel fœminæ in cordibus virorum. Sed dicet aliquis: Quibus sunt alendi stipendijs filij à parentibus abducti? id facilè erit animaduertere, parentum stipendijs: siquidem lege naturæ inditum est, teneri parentes suis stipendijs in virtute, & regula rationis, alere filios: nam sicuti educatio naturalis parentum est opus, ita educatio libera, & rationalis. Et quia Sarraceni deficiunt in his quæ sunt iusta naturali lege, & in his quæ supernaturali, quæ spectant

 ad eru-

ad eruditionem: ideò proprijs sumptibus alendi sunt eorum filij; vt in fide, & religione Christiana informentur: separandique à parentum conuictu, & aliorum Sarracenorum, vt educatio sit vtilis. Unde licitum esset Principi certum vectigal super omnes Sarracenos imponere, eorumq; sumptibus scholas erigere, magistros doctos conducere, quorum opera filij in fide & religione nutrirentur. Et audeo dicere hoc, si non efficax, saltem vtile remedium esse ad eorum infidelitatem & apostasiam coercendam, extinguendamq;. Alterum esset, quod hoc Concilio cautum est, vt à parentibus in puerili atate semoti, inter Christianos fideles educarentur, non cognitis parentibus ignoratoque genere; sed remoti à patria, Christianis fœminis probatæ fidei matrimonio locarentur. Adde quòd etiã iustũ esset Sarracenis lege grauibus pœnis interdicere, matrimonia inter se contrahere: nam id experientia constat, eos abuti sacro coniugio, & esse copulatos in perniciem sanctæ & regiæ maiestatis, seminariumq; perfidiæ & apostasiæ. Neque pigebit vltimò scribere quæ Fr. Ximenius vir doctus & sanctus literis mandauit lib. 5. de na-
» tura Angelica, cap. 38. Hispania propter cõmercium Sarracenorũ
» multa mala patietur (inquit) & innumeris calamitatibus afficie-
» tur: quæ ab Archangelo Michaële prædicta esse affirmat.

TOLETANVM Concilium decimumoctauum Rege Vitiza, Era DCC. XLII.

" *DE hoc Concilio sic Rodericus Toletanus lib. 3. cap. 14. Hic*
" *in Ecclesia sancti Petri, quæ est extra Toletum, cum Epis-*
" *copis, & Magnatibus super ordinatione Regni Concilium cele-*
" *brauit; quod tamen in corpore Canonum non habetur. Existimo*
celebratum fuisse hoc Concilium sub Gunderico Toletano Anti-
" *stite: qui (vt Rodericus ait) sanctimoniæ dono illustris fuit, & in*
" *multis mirabilibus clarior celebratur.*

ISIDORVS, & post eum ILDEFONSVS, exemplo Diui Hieronymi, atque Gennadij, catalogum & ipsi de viris illustribus contexuêre. Ex quibus quum nonnulli Concilijs Hispanis subscripserint, frequensque ipsorum in eisdem habeatur mentio, visum est nobis, quo Lectori clariora omnia, magisque in aperto sint, duo hæc sanctissimorum Antistitum opuscula, nõdum à quoquam edita, nostræ huic Conciliorum collectioni adiungere: idque eo ordine, ac modo, quo in M.ss. posita inuenimus; videlicet præmissis ante omnia, nudis nominibus eorum virorum, qui in catalogis Diui Hieronymi, & Gennadij recensentur; addita etiam vita Iuliani Episcopi, auctore Felice; & Salui, Abbatis monasterij Albeldensis, aliysq; duodecim in vetustissimo bibliotheca Regia Diui Laurentij Codice, à nobis, incerto auctore, repertis.

CATA-

CATALOGVS VIRORVM illuſtrium ex Hieronymo.

Simon Petrus.
Andreas.
Iacobus frater Domini.
Matthæus.
Iacobus Zebedæi.
Philippus.
Bartholomæus.
Thomas.
Simon Cananæus.
Matthias.
Timotheus Epiſcopus.
Titus Epiſcopus.
Creſcens.
Iudas frater Iacobi.
Paulus Apoſtolus.
Barnabas.
Lucas.
Marcus.
Ioannes Apoſtolus.
Hermas.
Philo Iudæus.
Lucius Annæus Seneca.
Ioſephus Matthathiæ.
Iuſtus Tiberienſis.
Clemens Epiſcopus Romæ.
Ignatius Antiochiæ Epiſcopus.
Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus.
Papias Hierapolis Epiſcopus.
Quadratus Athenarum Epiſ.
Ariſtides.
Agrippa cognomento Caſtor.
Egeſippus.
Iuſtinus Philoſophus Martyr.
Melito Sardenſis Epiſcopus.
Theophilus Antiochiæ Epiſcop.
Apollinarius Hierapolis Epiſc.
Dionyſius Corinthi Epiſcopus.
Pinytus Gnoßiæ Epiſcopus.
Tatianus hæreticus.
Philippus Cretæ Epiſcopus.
Muſanus.
Modeſtus.
Bardeſanes hæreticus.
Victor Romæ Epiſcopus.
Irenæus Lugduni Epiſcopus.
Pantænus.
Rhodon.
Clemens Alexandriæ Presbyt.
Miltiades.
Apollonius.
Sarapion Antiochiæ Epiſcopus.
Apollonius Romæ Martyr.
Theophilus Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus.
Bacchylus Corinthi Epiſcopus.
Polycrates Epheſi Epiſcopus.
Heraclius.
Maximus.
Candidus.
Appion.
Sextus.
Brabianus.
Iudas.
Tertullianus Presbyter.
Origenes, qui & Adamantinus.
Ammonius.
Ambroſius Diaconus.
Tryphon.
Minucius Felix.
Caius.
Beryllus Boſtrenus Epiſc. hæret.
Hippolytus Epiſcopus.
Alexander Cappadociæ Epiſc.
Iulius Africanus.

Geminus Antiochiæ Presbyter.
Theodorus, qui & Gregorius Episcopus.
Cornelius Romæ Episcopus.
Cyprianus Carthaginēsis Episc.
Pontius Diaconus.
Dyonisius Alexādriæ Episcop.
Nouatianus Presbyter hæretic.
Malchion Presbyter.
Archelaus Mesopotamiæ Episc.
Anatolius Laodiceæ Syriæ Episcopus.
Pictauiensis. Hier. *Victorinus Pitauionensis Episcopus Martyr.*
Pamphilus Presbyter Martyr.
Pierius Presbyter Alexandriæ.
Lucianus Presbyter Martyr.
Phileas Episcopus Martyr.
Arnobius.
Firmianus, qui & Lactantius.
Eusebius Cæsareæ Palæst. Episc.
Rheticius Augustodunēsis Episcopus.
Methodius Tyri Episcopus Martyr.
Iuuencus Hispanus.
Eustachius Anthiochiæ Episcop.
Marcellus Ancyræ Episcopus.
Athanasius Alexan. Episcopus.
Antonius Monachus.
Basilius Ancyræ Episcopus.
Theodorus Heracliæ Episcopus.
Eusebius Emesenus Episcopus.
Triphyllius Cypri Episcop.
Donatus hæreticus.
Asterius Arianus hæreticus.
Caralitanus. H. *Lucifer Caracalitanus Episcop.*
Eusebius Vercellen. Episcop.
Fortunatianus Aquileiæ Episc.
Acacius Cæsariens. Episcopus.
Sarapion Θμούεως.
Hilarius Pictauiens. Episcopus.
Victorinus Afer.
Titus Bostrinus Episcopus.
Damasus Romanus Episcopus.
Apollinarius Laodicenus Episcopus.
Gregorius Bæticus Eliberi Episc.
Pacianus Barcilonæ Episcopus.
Photinus Smyrnÿ Episcopus hæreticus.
Soebadius Ageuni Episcopus.
Didymus Alexandrinus.
Optatus Mileuitanus Episcop.
Aquilius Seuerus.
Cyrillus Hierosolymæ Episcop.
Euzoius Cæsareæ Episcopus.
Epiphanius Cypri Episcopus.
Efrem Diaconus.
Basilius Cæsareæ Capp. Episcop.
Gregorius Nazianzenus Episc.
Lucius Alexan. Episc. Arian.
Diodorus Tarsen. Episcopus.
Eunomius Cyziceneus Episcopus Arianus.
Priscillianus Auilæ Episc. hæret.
Matronianus.
Tiberianus Bæticus.
Ambrosius Mediolanēsis Episc.
Euagrius Antiochiæ Episcopus.
Ambrosius Alexand.
Maximus Constantinop. Episc.
Gregorius Nyssenus Episcopus.
Ioannes Antiochiæ Presbyter.
Gelasius Cæsareæ Episcopus.
Theotimus Tomorum Episcop.
Dexter Paciani filius.
Amphilocus Iconÿ Episcopus. Amphilochius. H.
Sophronius.
Hieronymus.

EX GENNADIO.

Iacobus Nesibenæ Episcopus.
Iulius Romæ Episcopus.
Paulinus Presbyter hæreticus.
Vitellius Afer Donatianus.
Macrobius Donatianorũ Episcopus.
Heliodorus Presbyter.
Pachonius Monachus.
Theodorus Presbyter.
Orechiesis Monachus.
Macarius Monachus.
Euagrius Monachus.
Theodorus Antiochiæ Presbyt.
Prudentius.
Audentius Episcopus.
Commodianus.
Faustinus Presbyter.
Rufinus Aquileiæ Presbyter.
Tichonius Afer.
Seuerus Presbyter.
Antiochus Episcopus.
Seuerianus Gabalensis Episcop.
Nicæas Romæ Episcopus.
Olympius Episcopus.
Bacciarius.
Sabbatius Episcopus.
Isaac.
Vrsinus Monachus.
Macarius alius Monachus.
Heliodorus alius Presbyter.
Ioannes Hierosolymorum Epis.
Paulus Episcopus.
Heluidius hæreticus.
Theophilus Alexan. Episcopus.
Eusebius.
Vigilantius Presbyter.
Simplicianus Episcopus.
Vigilius Episcopus.
Augustinus Hipponen. Episcop.
Orosius Presbyter Hispanus.
Maximus Taurinen. Episcop.
Petronius Bononiensis Episcop.
Pelagius hæresiarches.
Innocentius Romæ Episcopus.
Cœlestinus.
Iulianus Episcopus Capuanus.
Lucianus Presbyter.
Auitus Presbyter.
Paulinus Nolæ Episcopus.
Eutropius Presbyter.
Euagrius alter.
Vigilius Diaconus.
Atticus Constantinop. Episcop.
Nestorius hæresiarches.
Xystus Romæ Episcopus.
Theodorus Ancyræ Episcopus.
Fastidius Britanniarum Episc.
Cyrillus Alexãdrin. Episcopus.
Timotheus Episcopus.
Leporius Presbyter.
Victorinus Rhetor.
Caßianus Presbyter.
Philippus Presbyter.
Eucherius Lugduni Episcopus.
Vincentius Presbyter.
Syagrius.
Isaac Presbyter Antiochiæ.
Saluianus Maßiliens. Presbyt.
Paulinus alter.
Hilarius Arelaten. Episcopus.
Leo Romæ Episcopus.
Mochimus Presbyter.
Thimotheus hæresiarches.
Asclepius Episcopus.
Petrus Presbyter.
Paulus Presbyter.

Pastor Episcopus.
Victor Cartemnæ Episcopus.
Voconius Castellani Episcopus.
Musæus Maßyliæ Episcopus.
Vincentius alius Presbyter.
Cyrus Monachus.
Samuel Presbyter.
Claudianus Presbyter.
Prosper Aquitanicus.
Faustus Episcopus.
Seruus Dei Episcopus.
Cæsarius Episcopus. Deest à Gennad.
Victorius Calculator.
Theodoretus Cyri Episcopus.
Gennadius Constantinop. Episcopus.
Theodulus Presbyter.
Ioannes Presbyter.
Sidonius Episcopus. Deest à Gennad.
Geladius Episcopus. Deest à Gennad.
Honoratus Constantinæ Episcopus.
Cerealis Episcopus.
Eugenius Carthaginensis Episcopus.
Pomerius Presbyter.
Honoratus Maßylien. Episcop.
Gennadius Presbyter. Deest à Gennad.

EX ISIDORO.

Osius.
Idacius.
Siricius.
Paulinus.
Proba.
Ioannes.
Sedulius.
Poßidonius.
Primasius.
Proterius.
Paschasius.
Iulianus.
Eugipius.
Fulgentius.
Eucherius.
Hilarius.
Aprigius.
Iustinianus.
Iustus.
Martinus.
Auitus.
Dracontius.
Victor.
Ioannes.
Gregorius.
Leander.
Licinianus.
Seuerus.
Ioannes.
Eutropius.

EX ILDEFONSO.

Asturius.
Montanus.
Donatus.
Aurasius.
Ioannes.
Helladius.
Iustus.
Isidorus.
Nonnicus.
Conantius.
Braulio.
Eugenius.
Eugenius alter.

EX FELICE.

IVlianus.

EX INCERTO AVCTORE.

SAluus Abbas.

EX INCERTO AVCTORE.

Sixtus Episcopus.
Macrobius.
Filastrius.
Theodorus.
Tyrannius Ruffinus.
Vergundus.
Victorinus.
Itatius.
Cerealis.
Ferrandus.
Petrus
Marcellinus.

PATRIS ISIDORI, HISPALensis Episcopi additio in librum S. Hieronymi, & post eum Gennadij de viris Illustribus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ.

OSIUS, Cordubensis ciuitatis Episcopus, scripsit ad sororem suam, de laude virginitatis epistolam, pulchro, ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam Concilio quamplurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustatis, accersitus à Constantio Principe, minisq; perterritus; metuens ne senex, & diues damnaretur, vel exilium pateretur, ilicò Arianæ impietati consensit: cuius quidem vitam, vt meruit, confestim crudelis exitus finiuit. Nam post impiam, vt ait quidam, Osij præuaricationē, dum sanctus Gregorius, Eliberitanus Episcopus, in Cordubensem vrbem, iuxta imperiale decretum, fuisset adductus, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dixit [a] *Clementino Constantij* [b] *præfecto Vicario, vt mitteret eum in exilium: at ille: Non audeo (inquit) Episcopum in exilium mittere, nisi priùs eum ab Episcopatu deieceris. Vt autē vidit sanctus Gregorius, quòd Osius vellet dare sententiam, appellat Christum, totis fidei suæ visceribus exclamans: Christe Deus, qui iudicaturus es viuos & mortuos, non patiaris hodie* [c] *humanam proferri sententiam aduersùs me, minimum seruum tuum, qui pro fide nominis tui, vt reus aßistens, spectaculū factus sum: Sed tu ipse, quæso, in causa tua hodie iudica; ipse sententiam proferre digneris per vltionem. Non ego, quasi metuens de exilio, fugere cupio; cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium graue sit; sed vt multi à præuaricationis errore liberentur, cùm præsentem viderint vltionem. His dictis, ecce repente Osius residens, fastu quasi Regalis imperij, cùm sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter & ceruicem, ac de sessu in terram eliditur, atq; ilicò expirauit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille Gentilis expauit: & licet esset iudex, tamen metuens ne in se simile supplicium vindicaretur, prostrauit se ad pedes sancti viri, obsecrans, vt sibi parceret, qui in eum diuinæ legis ignorantia peccasset; & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis*

Intelligit Marcellinū Italiæ Presbyterum, de quo infrà. Verū Athanasius in epistola ad Solitar. vitā agentes: & August. contra epist. Parm. c. 4 quorum sententiam amplectendam existimo, eo quod Isidorus sequutus sit Marcellinū, qui hæresis labe infectꝰ, huius opinionis fuit primus auctor.

[a] Alias Clementio.

[b] Alias præfecti.

[c] Alias Inhumanam.

datis imperio. Inde est quod solus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam versus est, nec passus est exilium. Unusquisq; enim timuit de illo vlterius iudicare.

IDATIVS Hispaniarũ Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quandam librum sub apologetici specie; in quo detestanda Priscilliani dogmata, & maleficiorũ eius artes, libidinũq; eius probra demonstrat; ostendens Marcum quendam Memphiticum magiæ scientissimum, Nianis, & Priscilliani magistrum. Hic autem cum Vrsacio Episcopo, ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, Ecclesiæ communione priuatus, exilio condemnatur, ibiq; diem vltimum obijt, Theodosio Maiore, & Valentiniano regnantibus.

SIRICIVS clarissimus Pontifex, & Romanæ sedis Antistes, scripsit opusculum directum ad Himerium Tarraconensium Episcopum: in quo, inter alias Ecclesiasticas disciplinas, constituit hæreticorum baptisma nequaquã ab Ecclesia rescindendum. Reperimus & aliam eius epistolam, ad diuersos Episcopos missam: in qua condemnat Iouinianum hæreticum, atq; Auxentium, cæterosq; eorum sequaces. Præfuit Romæ annis quatuordecim, obijtq; sub Theodosio, & Valentiniano Imperatoribus.

PAVLINVS Presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentiæ genere, libellum satis succincta breuitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosij vitam, signis florentem, atq; doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem. Siquidem & Constantius Episcopus, obitumq; Paulini Vranius edidit.

Proba, quæ cognomento Falconia dicitur vxor in alio M.S.

PROBA vxor Adelphi Proconsulis, fœmina inter viros Ecclesiasticos idcircò posita, solo pro eo, quod in [a] laudem Christi versata est; componens Centonem de Christo Virgilianis coaptatum versiculis. Cuius quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamẽ opusculum legitur inter apocryphas scripturas insertum.

[a] Alias laude.

IOANNES Constantinopolitanæ sedis sanctissimus Episcopus, cognomẽto CHRYSOSTOMVS: cuius oratio, & plurimam cordis compunctionẽ, & magnam suauiloquentiam tribuit, cõdidit Græco eloquio multa, & præclara opuscula; è quibus ★ Latinitas duobus de lapsis libellis scriptis ad quendam Theodorum, lamentis, & exhortationibus plenis, vtpotè illum à bona conuersatione deiectum; & quia Monachi vitam cum eo, in vno eodemq; monasterio exercuerat, ideò conuersationis ibi factæ eum in libris

 ipsis

ipsis admonuit; prouocans eum ad propositum, atq; ostendens nulli peccatori, vel impio, si ad pœnitentiam redeat, desperandum. Legimus etiam eiusdem librum alium, cuius prænotatio est, neminem posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Ad personamq; cuiusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ reperitur eius opus insigne de conuersatione vitæ, & institutione morum, siue de [a] *compugnatione virtutum, ac vitiorum. Est etiam alius liber eiusdem apud Latinos de compunctione cordis: alter quoq; scriptus ad quendã Eutropium; cum palatio pulsus, ad altare confugisset. Multos præterea composuit diuersos tractatus, quos enumerare longum est. Cuius quidem studij, etsi non omnia, tamen quamplurima eloquentiæ eius fluenta, de Græco in Latinum sermonem translata sunt. Hic decimotertio anno Episcopatus sui, discordia Theophili Alexandrini Episcopi oppressus. Fauentes Episcopi Arcadio Imperatori, damnauerunt eum innocentem, atq; ab Episcopatu deiectũ, Pontum in exilium detruserunt. Cuius corpus tricesimoquinto anno, die functionis, ab exilio Constantinopolim reuocatur; etiam in Apostolorum Ecclesia sepelitur.*

[a] Alias compugnantia.

SEDVLIVS Presbyter edidit tres libros dactylico heroico metro compositos: quorum primus signa & virtutes veteris testamenti potentissimè resonat, reliqui verò gestorum Christi sacramenta, vel miracula intonant.

POSSIDONIVS Africanæ prouinciæ Episcopus, hic stylo prosequutus est vitam sancti Augustini: cui etiam operi subiecit indiculum scriptorum eius; enumerans quanta idem beatissimus Doctor scripsit. Vbi plusquam quadringentorum librorũ volumina supputantur: homiliarum verò, & epistolarum, quæstionumq; infinitus modus est; vt penè vix possit quisquam articulo suo aliena tanta scribere, quanta ille proprio labore composuit.

PRIMASIVS Africanus Episcopus composuit sermonẽ scholastico, de hæresibus tres libros, directos ad Fortunatũ Episcopũ, explicans in eis quod olim B. Augustinus in libro hæreseon imperfectum, morte interueniente, reliquerat: in primo ostendens, quid hæreticum faciat: in secundo, & tertio digerens, quid hæreticum demonstret. Claruit Iuliano regnante.

PROTERIVS Alexandrinæ Ecclesiæ Antistes, scripsit ad Leonem Romanæ sedis Episcopũ, de festiuitate Paschali. Hunc autem Leonis Augusti temporibus Dioscori hæretici successores, auctore Timotheo, seditione facta, crudelissimè peremere, ipsumq; Timotheum sibi pro Alexandrino Episcopo constituerunt.

PAS-

PASCHASIVS Sicilienſis Epiſcopus,edidit vnam Paſchalem epiſtolam,ad Leonem ſupradictum Papam directam, in qua refert Paſchalis myſterij miraculũ,his verbis: Eſt (inquit) poſſeſſio,quæ appellatur Meltinas,in montibus arduis, & denſiſſimis conſtituta: illic perparua,atq; vili opere cõſtructa Eccleſia eſt, in cuius baptiſterio,nocte ſacroſancta Paſchali, baptiẓandi hora; cùm nullus canalis ſit,vel fiſtula, vel aqua omninò vicina, fons ex ſe repletur, omnibus qui affuerunt conſecratis: cùm deductorium nullum ſit,vt veniat aqua, ex ſe deſcendit. Claruit ſub Theodoſio Iuniore, Arcadij Imperatoris filio.

De hoc Gennadius etiã ſcripſit. Sũt autem verba ætate, que eũ cum Iuliano Archiepiſcopo Toletano falſo confundãt.

IVLIANVS quidam cognomento POMERIVS, octo libros de animæ natura,in dialogi morem conſcripſit: quorum primus continet, quid ſit anima,vel qualiter credatur ad imaginẽ Dei facta: in ſecundo loquitur,vtrum anima corporea, vel incorporea ſit: in tertio differit, primo homini vnde anima facta: in quarto, vtrùm noua anima ſine peccato fiat; an peccatum primi hominis, ex illo propagata,originaliter trahat: in quinto deſcribit, quæ ſit facultas animæ:in ſexto eloquitur,vnde ſit ea diſcordia,qua carni ſpiritus,vel caro ſpiritui aduerſetur:in ſeptimo autem ſcribit de differentia vitarum, ac mortium, vel reſurrectione carnis & animæ,ſiue de morte carnis, ac eius reſurrectione: in octauo autem loquitur,de ijs, quæ in fine mundi futura ſunt,vel de quæſtionibus, quæ ſolent de reſurrectione proponi; ſiue de finibus bonorum, atque malorum. Hic tamen in ſecundo eiuſdem operis libro, Tertulliani erroribus conſentiens, animam corpoream eſſe dixit; quibuſdam hoc fallacibus argumentis aſtruere contendens. Edidit etiam vnum librum de virginibus inſtituendis; alioſq; tres de futuræ vitæ contemplatione, vel de actuali conuerſatione; necnon etiam de vitijs, & virtutibus.

EVGIPIVS Abbas Lucanẽſis,oppidi Neapolis Campaniæ,ad quendam Paſchaſium Diaconum libellum de vita ſancti Monachi Seuerini tranſmiſſum breui ſtylo compoſuit. Scripſit etiam regulam Monachis conſiſtentibus in monaſterio S. Seuerini; quam eiſdem moriens,quaſi teſtamentario iure reliquit. Claruit Poſt Conſulatum Importuni Iunioris, Anaſtaſio Imperatore regnante.

F Legend. poſt Conſulatũ Importunij et Decij Iunioris.

FVLGENTIVS Afer,Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus,in confeſſione fidei clarus,in ſcripturis diuinis copioſe eruditus, in loquendo dulcis, & in docendo, ac differendo ſubtilis, ſcripſit multa, è quibus legimus, de gratia Dei, ac libero arbitrio libros

Responsionum septẽ; quibus Fausto Galliæ Regiensis vrbis Episcopo; Pelagianæ prauitati consentienti respondens, obnititur eius profundam calliditatem destruere. Legimus & eius librum, de sancta Trinitate, ad Felicem directum Notarium: librum quoq; regulæ veræ fidei, & alia de sacramento Incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Extant & duo eius libri, de veritate prædestinationis, ad Episcopos missi: in quibus demonstrat, quòd gratia Dei in bonis voluntatem humanam præueniat: & quòd Deus quosdam prædestinationis suæ munere iustificans praelegit; quosdam verò in suis reprobis moribus, occulto quodam iudicio, dereliquit. Est & liber altercationis eius: quo de fide cum Trasamundo Rege idem Fulgentius disputauit. Ad Ferrandum quoq; Ecclesiæ Carthaginensis Diaconum, vnum de interrogatis quæstionibus subscripsit libellum. Composuit & multos tractatus, quibus Sacerdotes in Ecclesijs vterentur. Plurima quoq; feruntur ingenij eius monumenta. Hæc tantùm ex pretiosis doctrinæ eius floribus carpsimus. Sors melior, cui delicias omnium librorum eius præstiterit Deus. Claruit sub Trasamundo Rege Vuandalorum, Anastasio Imperatore regnante.

EVCHERIVS Franciæ Episcopus, elegans sentẽtijs, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatensem Episcopum, eremi deserta petentem, vnum opusculum, de laude eiusdem eremi, luculentißime, & dulci sermone dictatum. In quo opere laudamus dictatorem, etsi pauca, tamen pulchra dicentem. Breuitas enim, vt ait quidam, laus est interdum in vna parte dicendi; in vniuerso eloquio laudem non habet.

HILARIVS Arelatensis Episcopus scripsit vitã parentis, & prædecessoris sui, sanctißimi ac venerabilis Honorati Episcopi, suaui ac præclaro prædictatam eloquio.

APRIGIVS, Ecclesiæ Pacensis Hispaniarum Episcopus, disertus lingua, & scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsim beati Ioannis Apostoli, subtili sensu, ac illustri sermone; meliùs penè, quàm veteres Ecclesiastici viri exposuisse vidẽtur. Scripsit etiam nonnulla alia, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minimè peruenerunt. Claruit temporibus Theudæ Principis Gothorum.

IVSTINIANVS Imperator quosdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diuersas prouincias misit. Condidit quoq; & rescriptum contra Illyricianam Synodum, & aduersùs Africanos Episcopos, Chalcedonensis Synodi defensores, peruerso studio; in quo tria capitula damnare contendit: id

est

est, Theodori numeros, Vestini Episcopi dicta, rescripta Theodoreti, & epistolam, quæ dicitur Ibæ Edesseni Episcopi.

FACVNDIVS Afer, Ermanensis Ecclesiæ Episcopus, duodecim libros pro defensione trium capitulorum scripsit: quorum stylo elicuit, tria præfata capitula in præscriptione Apostolicæ fidei, & Chalcedonensis Synodi impugnatione fuisse damnata: id est, epistolam Ibæ, Edesseni Episcopi, ad Marim Persam ductam, & Theodorum Mopsuestenũ Episcopum, & Theodoreti Cyri Episcopi dicta. Claruit post Consulatum Basilij anno quarto, regnante Iustiniano Imperatore.

IVSTINIANVS de Hispania Ecclesiæ Valentiæ Episcopus, ex quatuor fratribus Episcopis, ex eadem matre progenitis vnus, scripsit librum Responsionum ad quendam Rusticum, de interrogatis quæstionibus: quarum prima est, de Spiritu sancto: secunda est contra Bonasiacos; qui Christum adoptiuum, & non proprium dicunt: tertia responsio est, de baptismo Christi, quod iterare non licet: quarta responsio est, quòd Filius, sicut Pater inuisibilis sit. Floruit in Hispanijs, temporibus Theudæ Principis Gothorum.

IVSTVS, Vrgelitanæ Ecclesiæ Episcopus Hispaniarum, & frater prædicti Iustiniani, edidit libellum expositionis in Cantica Canticorum, totum valdè breuiter, ac apertè per allegoriarum sensum. Huius quoq; fratres Helpidius, & Nebridius quædam scripsisse feruntur: è quibus quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur.

MARTINVS, Dumiensis monasterij sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus nauigans Gallæciam venit; ibiq; conuersis ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Sueuorum populis regulam fidei & sanctæ religionis constituit; Ecclesiasticos informauit, monasteria condidit, copiosaq; præcepta piæ institutionis composuit. Cuius quidem ego ipse legi librũ de differentijs quatuor virtutum, & aliud volumen epistolarum; in quibus hortatur vitæ emendationem, & conuersationem fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia culturam virtutum omnium pietatem. Floruit regnante Theodomiro, Rege Sueuorum, temporibus illis, quibus Iustinianus in republica, & Athanagildus in Hispanijs Imperium tenuere.

AVITVS Viennensis Episcopus, scientia secularium literarum doctissimus, edidit quinque libellos heroico metro compositos; quorum primus est de origine mundi: secũdus de originali peccato:

tertius de ſententia Dei: quartus de diluuio mundi: quintus de tranſitu maris rubri. Scripſit ad Fuſcinam ſororem de laude virginitatis librum vnum, pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

DRACONTIVS compoſuit heroicis verſibus Hexameron creationis mundi; & luculentè, quod compoſuit, ſcripſit.

VICTOR Tunnuenſis Eccleſiæ, Africanus Epiſcopus, à principio mundi, vſque ad primum imperij Iuſtini iunioris annũ, breuem per Conſules bellicarum Eccleſiaſticarumq; rerum nobiliſſimam promulgauit hiſtoriam, laude & notatione illuſtrem, ac memoria dignam. Hic pro defenſione trium capitulorum, à Iuſtiniano Auguſto Eccleſia ſua pulſus, exilio in Ægyptum tranſportatur. Inde rurſus Conſtantinopolim vocatus, dum Iuſtiniano Imperatori, & Eutychio Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopo, obtrectatoribus eorundem trium capitulorum reſiſteret, rurſus in monaſterium eiuſdem ciuitatis cuſtodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, vt dicunt, permanens moritur.

IOANNES ſanctæ memoriæ alius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, natione Cappadox, vir fuit inæſtimabilis abſtinentiæ & eleemoſynis intantum largiſſimus, vt zelo auaritiæ aduerſus eum Imperator Mauricius permotus, vrbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit de ſacramento baptiſmatis reſcriptum, ad beatæ recordationis dominum meum, & prædeceſſorẽ Leandrum Antiſtitem: in quo nihil proprium ponit, ſed tantummodò antiquorum Patrum replicat de trina merſione ſententias. Claruit temporibus Mauricij Principis, defunctuſque, Auguſto eodem regnante.

GREGORIVS Papa Romanæ ſedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoq; per gratiam Spiritus ſancti ſcientiæ lumine præditus, vt non modò illi præſentium temporum quiſquam doctorum, ſed neque in præteritis quidem illi par fuerit vnquam. Hic in Epiſcopatus ſui exordio, edidit librum Regulæ paſtoralis, directum ad Ioannem Rauennæ ſedis Epiſcopum: in quo docet qualis quiſque ad officium regiminis veniat, vel qualiter dum venerit, viuere, vel docere ſubiectos ſtudeat. Idem etiam, efflagitante Leandro Epiſcopo, librum beati Iob myſtico ac morali ſenſu diſſeruit; totamque prophetiæ eius hiſtoriam in triginta quinque voluminibus, largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta myſteria Sacramentorũ aperiantur, quantaque in amorem vitæ æternæ morum præcepta

tradantur,

*tradantur; quantis etiam claruerit ornamentis verborum, nemo sapiens explicare valebit; etiam si omnes artus eius vertantur in linguas. Scripsit etiam & quasdam epistolas ad prædictum Leandrum, è quibus vnā in eisdem libris Iob, titulo præfationis annectit. Altera eloquitur de mersione baptismatis, in quo inter cætera ita scriptum est: Reprehensibile (inquit) esse nullatenus potest, infantem in baptismate mergere, vel semel, vel ter: quando in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Prætereà * edidit, quod totum mysticis eius intellectum, in. xxij. homilias disseruit: Homilias item Euangeliorum: item dialogi more cum Petro habiti, de virtutibus Patrum libros quatuor: in quorum dissertione, & verborum flores, & sensuum depromit venustates. Fertur tamen idem excellentissimus vir, & alios libros morales scripsisse, totumq; textum quatuor Euangeliorum, sermocinando in populis, exposuisse; incognitum scilicet nobis opus. Felix tamen, & nimium felix, qui omnium studiorum eius potuit cognoscere dicta. Floruit autem Mauricio Augusto Imperatore, obijtq; in ipso exordio Phocæ Romani Principis.*

Hic aliquid desideratur in ms.

LEANDER genitus patre Seueriano Carthaginensis prouinciæ Hispaniæ, professione Monachus; & ex Monacho Hispalensis Ecclesiæ prouinciæ Bæticæ constitutus Episcopus; vir suauis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoq; tantum atque doctrina clarissimus, vt etiam fide eius, atque industria populi gentis Gothorum ab Ariana insania, ad fidem Catholicam reuerterentur. Hic namq; in exilij sui peregrinatione composuit duos aduersùs hæreticorum dogmata libros, eruditione sanctarum scripturarum ditissimos: in quibus, vehementi stylo Arianæ impietatis confundit ac detegit prauitatem; ostendens scilicet, quid contra eosdem habeat Catholica Ecclesia, vel quantum distet ab eis, religione, vel fidei sacramentis. Extat & aliud laudabile eius opusculum, aduersùs instituta Arianorum: in quo propositis eorundem dictis suas responsiones opponit. Præterea edidit vnum ad Florentinam sororem de institutione virginū, & contemptu mundi libellum, titulorum distinctionibus prænotatum. Siquidem & in Ecclesiasticis idem non paruo laborauit studio: in toto enim psalterio, duplici editione orationes conscripsit. In sacrificij quoq; laudibus, atq; psalmis multa dulcisonè composuit. Scripsit & epistolas multas, ad Papam Gregorium de baptismo vnam; alteram ad fratrem: in qua præmonet, cuiquam mortem non esse timendam. Ad cæteros quoq; Coëpiscopos plurimas promulgauit familiares epistolas;

las; & si non satis splendidas verbis, acutas tamen sententijs. Floruit sub Reccaredo viro religioso, ac Principe glorioso: cuius etiam temporibus, mirabili obitu mortalis vitæ terminum clausit.

LICINIANVS Carthaginis Spartariæ Episcopus, in scripturis doctus, cuius quidem nonnullas epistolas legimus; de Sacramento denique baptismatis vnam, & ad Eutropium Abbatem, postea Valentiæ Episcopum plurimas. Reliqua verò industriæ, & laboris eius ad nostram notitiam minimè deuenerunt. Claruit temporibus Mauricij Augusti: occubuit Constantinopoli, veneno, vt ferunt, extinctus ab æmulis. Sed, vt scriptum est: Iustus quacunque morte præoccupatus fuerit, anima eius in refrigerio erit.

SEVERVS Malacitanæ sedis Antistes, collega, & socius Liciniani Episcopi, edidit librum vnum aduersus Vincentium Cæsaraugustanæ vrbis Episcopum; qui [a] ex Catholica in Arianam prauitatem fuerat deuolutus. Est & alius eiusdem, de virginitate, ad sororem libellus, qui dicitur anulus: cuius quidem fatemur cognouisse titulum, ignorare eloquium. Claruit temporibus prædicti Imperatoris, quo etiam regnante vitam finiuit.

[a] F. Deest fide, aut legendum Catholico.

IOANNES Gerundensis Ecclesiæ Episcopus, natione Gothus, prouinciæ Lusitaniæ Scallabitanus. Hic cum esset adolescens, Constantinopolim perrexit; ibique Græca, & Latina eruditione nutritus, septimo demum anno in Hispanias reuersus est, eodem tempore quo incitante Leuuigildo Ariana feruebat insania. Hunc supradictus Rex, cum ad nefandæ hæresis [b] crudelitatem compelleret, & hic omninò resisteret, exilio trusus Barchinonam relegatus, per decem annos multas insidias, & persequutiones ab Arrianis perpessus est: qui postea condidit monasterium, quod nunc Biclaro dicitur: vbi congregata Monachorum societate, scripsit regulam ipsi monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit in libro Chronicorum, ab anno primo Iustini iunioris Principatus, vsque in annum octauum Mauricij Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, historico compositoque sermone valde vtilem historiam. Et multa alia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam nostram non peruenerunt.

[b] Potius credulitatem.

EVTROPIVS Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, dum adhuc in monasterio Seruitano degeret, & Pater esset Monachorum, scripsit ad Episcopum [c] Lucianum, cuius supra fecimus mētionem, valde vtilem epistolam: in qua petit ab eodē, pro qua re baptizatis infantibus chrismatis vnctio tribuatur. Scripsit & ad Petrum Episcopum Ircabicensem, de instructione monachorum, sermone salubri composi-

[c] F. Licinianum vt supra.

compositam epistolam, & valde monachis necessariam.

MAXIMVS Cæsaraugustanæ Ciuitatis Episcopus, multa versu prosaque componere dicitur. Scripsit & breui stylo historiam, de ijs quæ temporibus Gothorum in Hispanijs acta sunt, historico & composito sermone. Sed & multa alia scribere dicitur, quæ nondum legi hactenus. Laus Deo & Domino nostro Iesu Christo.

ILDEFONSI EPISCOPI TOLETANI additio ad libellum sancti Isidori de viris Illustribus sanctæ Ecclesiæ, post Hieronymum, & Gennadium.

PRÆFATIO.

VIrorum adnotationem illorum, quorum dictis atq; doctrinis sancta Ecclesia, toto terrarum orbe diffusa illustratur, atque in bonis defenditur ex aduersis, mox post descensionem Christi, ab Apostolorum exordio, vir beatus, atque doctissimus Hieronymus Presbyter plenè dicitur annotasse: qui sigillatim nomina eorum, seriem temporum, monumenta librorum, diuersitates opusculorum in laudabilem, necessariamq; memoriam, vsque ad se ipsum, stylo euidenti conscribens, & innotescendo monstrauit, & retexendo posteris commendauit. Hunc sequutus Gennadius, renotationis ordine, textu simili præcucurrit: deinde vir prudentißimus, Isidorus Hispalensis Episcopus, eodem ductu quosque viros optimos reperijt, in adnotationem subiunxit: siquidem non omnia perscrutatus absceßit. Post hunc, in nostris partibus incuria cunctis: ita vt quædam vetusta antiquitas operiret, & quam plurima noua neglectus obliuionis absconderet. Ast ego procul valde impar, & ijs, quos adnotatio retinet, & ijs, quos adnotatio delectauit, indignus satis, & absque substantia totius boni operis, successorque sanctæ memoriæ alterius Eugenij factus, in sede illa gloriosa Toletanæ vrbis; quam non ex hominum numero gloriosam dico, cum hanc etiam gloriosorum illustret præsentia Principum, sed ex hoc quod coram timentibus Dominum, iniquis, atque iustis habetur locus terribilis, omnique veneratione sublimis, conatus sum, et si non elegans studium, vel obsequellam bonæ illorum miscere[me] memoriæ gloriosæ; ne incurrerem ex silentio damnum, si tam gloriosæ sedis, tam gloriosorum virorum clarescentem memoriæ lucem tenebrosa nube silentij contexissem. Fertur namque ex antiquitate veteri, quod potuisse

fieri

fieri cernitur, exemplo temporis noui. Nam Montanus sedis eius beatißimus Præsul, vt à se coniugalis conuersationis infamiam propulsaret, tam diu assumptos veste candentes narratur tenuisse carbones, donec Domino consecrans, oblationem totius per se met ipsum compleret missæ celebritatem: quo sacrificio expleto, prunarum ignis cum decore vestis adeò in concordiam venit, vt neque vestis vim extingueret ignis, neque ignis statum deleret vestis. Rursum cùm Helladio Episcopo sedis eius Iustus Diaconus fastu superbiæ insultaret, post mortem quidem sui Pontificis vixit Episcopus, & ipse tabefactus: sed in reprobum versus sensum, ob intemperantiam morum, à ministris altaris sui, dormiens, strangulatus laqueo, [a] *spirauit. Item quum successori eius Iusto Episcopo Gerontius Presbyter, Principis oblectamine fotus, contemptum, aduersitatemq́ deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectus, vt multis medicorum curationibus, quidquid in medellam fieret, totum in pestis augmentum cresceret. Sicq́ inualuit commotio mentis, vt vsq́ ad obitum suum, terror esset homini, eius vel participatio visionis, vel colloquium oris. Adhuc etiam successori in locum eius Eugenio priori* [b] *Eufridius Diaconus suus, quum innixus amicitiæ seculari, violenter honorem Presbyterij, & quæ dam prædia extorsisset, tam in reprobum sensum, tamquam in languoris supereminentem peruenit statũ, vt cum viuere recusaret, tàm* [*] *mori esset quàm viueret, quã viuere, quam mori vellet. Horum ego beatorum studijs prouocatus, quæq́ vetera antiquorum relatu reperi, quæq́ noua exhibitione temporis reperi, orsu linguæ, quo potui, subnotaui: vt illorum bonæ memoriæ iungerer, à quibus praua operatione distungor: & qui cum illis in templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium commendem fideli obsequella memoriam; obsecrans omnes, vt me diuinæ ingerant pietati: quia illos humanæ memoriæ, ex qua labi poterant, tenaciter commendaui. Sanè beatißimum Gregorium, sanctæ memoriæ Isidorus adnotârat. Sed quia non tantum de eius operibus dixit, quantũ sumus experti, ideo renotationem illius submouentes, quæ de illo nouimus, stylo pleniore notauimus* [*]

[a] F. Expirauit.

[b] Aliàs Eufidius.

[*] Hic quæ de Grego rio promittit, deesse videntur.

Austurius, post Audentium in Toletana vrbe sedis Metropolis Prouinciæ Carthaginensis Pontifex, vir egregius, adsignans opera virtutum plus exemplo viuendi, quàm calamo scribentis. Hic & Sacerdotio beatus, & miraculo dignus: quia quibus iungeretur in cœlo, eorum terreno reperire membra meruit in sepulcro. Nam quum sedis suæ Sacerdotio fungeretur, diuina dicitur reuelatione commonitus, Complutensi sepultos municipio, quod ab vrbe eius

eius fermè sexagesimo milliario situm est, Dei martyres perscrutari. Qui concitatus adcurrens, quos & tellus aggeris, & obliuio temporis presserat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis prouehendos inuenit. Quibus repertis, redire in sedem renuens, seruitute simul, & assiduitate sanctorum innexus, diem clausit extremum. Cuius tamen sedem, donec vixit, nemo adijt: inde, vt antiquitas fert, in Toleto Sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur primus.

MONTANVS, post Celsum primæ sedis prouinciæ Carthaginis Toletanæ vrbis cathedram tenuit; homo & virtute spiritus, & eloquij opportunitate decorus: regimen honoris retẽperauit, ac disposuit condigno, cælestiq; iure, simul & ordine: scripsit epistolas duas Ecclesiasticæ vtilitatis disciplinæ [a] consertas: è quibus vnam Palentiæ habitantibus; in qua Presbyteros chrisma conficere, Episcoposq; alienæ diœcesis, alterius territorij Ecclesias consecrare, magna perhibetur prohibere auctoritate; sacrarum scripturarum testimonijs affirmãs, idipsum fieri penitus non licere. Amatores quoq; Priscillianæ sectæ, licet non operarentur eadem, quia tamen memoriam eius amore retinerent, abdicat, & [b] exprobat, commemorans quod in libris beatissimi Toribij ipsis ad Leonẽ PP. missis eadem Priscillianorum hæresis detestata, conuicta, atq; decenter maneat abdicata. Aliam epistolam eius ad Toribium Monachum, in qua laudans eum, quod culturam destruxerit idolorum, commisit ei Sacerdotalis auctoritatem rigoris: per quam Presbyteros chrisma conficere, & Episcopos alienæ sortis, alterius diœcesis Ecclesias consecrare, magna compescat inuectione. Hic vir antiquissima, fideliq; relatione narratur, ad exprobrationem infamiæ, tam diu prunas tenuisse in vestimentis ardentes, donec coram sedis suæ sacro altare, totius Missæ celebritatem per semet expleret. Peractis autem solennibus, neq; prunæ ignem, neq; vestis inuenta est amisisse decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per simplicem naturã ignis conuicta est & fallacia detestabilis accusantis, & innocentia beatissimi Sacerdotis. Gloriosus habitus fuit temporibus Amalerici Regis: annis nouem Pontificatus tenuit dignitatem.

[a] F. Confertas.

[b] Alias exprobrat.

DONATVS, ex professione, & opere Monachus, cuiusdã eremitæ fertur, in Africa, extitisse discipulus. Hic violentias barbararũ gentium imminere conspiciens, atq; ouilis dissipationẽ, & gregis Monachorum pericula pertimescens, ferè cum septuaginta Monahis, copiosisq; librorum codicibus, nauali vehiculo in Hispaniam commigrauit: qui ab illustri, religiosaq; fœmina Minchea subsidijs, ac rerum operibus ministratis, Seruitanum monasterium

visus est construxisse. Iste prior in Hispaniam monastica obseruantia vsum, & regulam dicitur adduxisse; tam viuens virtutum exemplis nobilis, quàm defunctus memoria claritatis sublimis. Hic & in præsenti luce subsistens, & in crypta sepulchri quiescens, signis quibusdam proditur effulgere salutis: vnde & monumentum eius colere perhibentur incolæ regionis.

AVRASIVS Toletanæ Ecclesiæ Pontifex, Metropolis vrbis, post Adelfium, in loco asciscitur Sacerdotis; vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domesticis rebus benè dispositus, aduersitatibus in suis constanter erectus. Qui quanto extitit temperantia mansuetus, tanto fortior semper fuit inuentus aduersis. Plùs illi intentio in defensione veritatis, quàm in scribendi exercitio mansit. Vnde perfectis viris compar habetur: quia quæ de verbo illorum prædicatio seminauit, defensionis huius custodia præmuniuit. Vixit in Sacerdotio temporibus Uviderici, Gundemaris, & exordijs Sisebuti Regum, annis fermè duodecim.

IOANNES in Pontificatu Maximum sequutus, Ecclesiæ Cæsaraugustanæ sedem ascendit: primo pater Monachorum, & ex hoc Præsul factus in regimine populorum; vir in sacris literis eruditus; plùs verbis intendens, quàm scriptis; tam largus & hilaris dato, quàm hilaris etiam vultu. Vnctionem verò spiritus Dei, qua fouebatur intrinsecus, tam largitate muneris, quàm habitudine cultus adeò præferebat, vt & datum gratia commendaret, & non datum gratia excusaret. In Ecclesiasticis officijs, quædam eleganter & sono, & oratione composuit. Adnotauit inter hæc inquirendæ Paschalis solennitatis tam subtile & vtile argumentum, vt lectori & breuitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit sedem honoris, adeptus vitam gaudij, ad quam anhelauit desiderabili voto. Substitit in Sacerdotio temporibus Sisebuti, & Suinthilani Regum.

HELLADIVS post Aurasium sedis eius adeptus est locum. Hic quum Regiæ Aulæ illustrißimus, publicarumq; rerum extiterat rector, sub seculari habitu, Monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad monasterium illud, Agaliense dico, cuius me susceptio Monachum tenuit, quod munere Dei, perennisq; & patentis sanctitatis decore & opinabile cunctis, & palam est totum, quum sæpè discursantium negociorum ductus itinere, perueniret, remota clientum, seculiq; pompa decoris, Monachorum

nachorum peculiaritatibus inhærebat. Quumq; inter decorem, insolentiamq; seculi, solitudinis & amaret, & sectaretur arcana, celeri fuga relictis omnibus, quæ esse nouerat mundi, adijt sanctum monasteriũ: quod frequentauit voto, venit permansurus optabili vsu. Ibi factus Monachis pater, meritis, studijsq; sanctis, & vitam Monachorum debitè rexit, & statum [a] *monasterijs totius communis rei diuitias cumulauit. Ex hoc fessis penè senio artubus ad Pontificatus apicem deuocatur: & quia vocaretur vi coactus pariter & ignotus, illic maiorum virtutum exempla, quam Monachus dedit: quia statum mundi, quem contempsit, perhibetur rexisse discretione: miserationes eleemosynarumq; copias tam large egenis intulisse probatur, ac si de illius stomacho putasses inopum & artus descendere, & viscera confoueri. Scribere renuit, quia quod scribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonstrauit. Me ad monasterium rediens memoratum, vltimo vitæ suæ ipse Leuitam facit. Senex obijt, decem & octo annis regimen tenuit, temporibus Sisebuti, Suinthilani, & exordijs Sisennandi Regum. Qui post beatior, gloriam cœlestis regni bona plenus senectute promeruit.*

[a] F. monasterij.

IVSTVS, post Helladium, discipulus eius, illiq; successor est, vir habitudine corporis, ingenijq; meritis decorus, atquè subtilis; ab infantia Monachus, ab Helladio ad virtutem monasticæ institutionis affatim educatus pariter & instructus, in Agaliensi monasterio tertius post illum Rector est factus. Extitit Rector annis tribus. Tempore Sisennandi obijt. Qui Rex post hunc, die nonodecimo defunctus abscessit.

ISIDORVS post Leandrum Hispalensis sedis Prouinciæ Bæticæ cathedram tenuit; vir decore simul, & ingenio pollens. Illam tanta iocunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex ea in stuporem verteret audientes. Scripsit opera eximia, & non pauca: id est, librum de genere officiorum, librum Procemiorum, librum de ortu, vel obitu Prophetarum, librum Lamentationum, quem ipse Synonyma vocitauit; libellos duos ad Florentinam sororem, contra ★ nequitiam; librum de natura rerum, ad Sisebutum Principem; librum Differentiarum; librum Sententiarum. Collegit etiam de diuersis auctoribus, quem ipse nominat Secretorum expositiones sacramentorum; quibus in vnum congestis, ipse liber dicitur Quæstionum. Scripsit quoq; vltimò, ad petitionem Braulionis

★ Aliquid deesse videtur in M ß. CC. qui lacunam præferunt.

Cæsaraugustani Episcopi, librum Etymologiarum: quem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto opere diem extremum visus est conclusisse. Claruit temporibus Reccaredi, Gundemari, Sisebuti, Suinthilani, Sisennandi Regum; annis fermè quadraginta tenens Pontificatus honorem, insignemq; doctrinæ sanctæ gloriam, pariterq; decorem.

NONNICVS, post Ioannem, in Gerundensi sede Pontifex accessit; vir professione Monachus, simplicitate perspicuus, actibus sanctus; non hominum diutina deliberatione, sed Dei per homines celeri definitione, in Pontificatum adscitus: adhærens instanter obsequijs sepulchri sancti Felicis martyris: rexit Ecclesiam Dei meritorum exemplis amplius, quam verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in sepulchro quiescens, fertur saluationis operari virtutes. Substitit temporibus Suinthilani, & Sisennandi Regum.

CONANTIVS, post Maurilanem. Ecclesiæ Palentinæ sedem adeptus est; vir tam pondere mentis, quàm habitudine speciei grauis; communi eloquio facundus, & grauis; officiorum Ecclesiasticorum ordinibus intentus, & prouidus. Nam melodias sonis multas nouiter edidit: orationum quoq; libellum, de omnium decenter scripsit proprietate psalmorum. Vixit in Pontificatu amplius triginta annis; dignus habitus fuit ab vltimo tempore Vviterici, per tempora Gundemari, Sisebuti, Suinthilani, Sisennandi, & Cinthilæ Regum.

BRAVLIO frater Ioannis, in Cæsaraugusta decedentis adeptus est locum; vir sicut germanitate coniunctus, ita non nimium ingenio memoratus; clarus & iste habitus Canonibus, & quibusdam opusculis. Scripsit vitam Emiliani cuiusdam Monachi, qui & memoriam huius, & virtutem illius sancti viri suo tenore commendat pariter & illustrat. Habuit Sacerdotium fermè viginti annis, quibus expletis, clausit diem vitæ præsentis. Durauit in regimine temporibus Sisennandi, Cinthilæ, Tulganis, & Cindasuindi Regum.

EVGENIVS discipulus Helladij, collector, & consors Iusti, Pontifex post Iustum abscessit, ab infantia Monachus, ab Helladio cum Iusto pariter sacris in monasterio institutionibus eruditus. Hunc secum Helladius à monasterio tulit, ad Pontificatum tractus: qui rursus ab eo Clericalibus institutus ordinibus, sedis eius post eum tertius rector accessit. Et bonum meritum senis, qui duo-

bus

bus discipulis, sanctisq; filijs Ecclesiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus, incessuq; grauis: nam numeros, statum, incrementa, decrementaq;, cursus, recursusq; lunarum tanta peritia nouit, vt considerationes disputationis eius auditorem in stuporem verterent, & inconsiderabilem doctrinam inducerent. Vixit in Sacerdotio ferè vndecim annis, regnantibus Cinthila, Tulgane, & Cindasuindo Regibus.

Item EVGENIVS alter, post Eugenium Pontifex subrogatur. Hic cum Ecclesiæ Regiæ Clericus esset egregius, vita monachi delectatus est, qui sagaci fuga vrbem Cæsaraugustanam petens, illic martyrum sepulcris inhæsit: ibique studia sapientiæ, & propositum monachi decenter incoluit. Vnde Principali violentia reductus, atque in Pontificatum adscitus, vitam plus virtutum meritis, quàm viribus egit: fuit namque corpore tenuis, paruus robore, sed valde feruescens spiritus virtute, studiorum bonorum vim persequens; cantus paßiuis vsibus viciatos, melodiæ cognitione cõnexit; officiorum omissos ordines, curamque discreuit. Scripsit de sancta Trinitate libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perspicuum. Qui Lybiæ Orientisque partibus mitti quantocyus poterat, nisi procellis resultantia freta incertum pauidis iter viatoribus distulissent. Scripsit & duos libellos, vnum diuersi carminis metro, alium diuersi operis prosa concretos: qui ad multorum industriam, eius ex hoc tenaciter sanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quoque Dracontij, de creatione mundi conscriptos, quos antiquitas protulerat viciatos, ea quæ inconuenientia reperit subtrahendo, immutando, vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coëgit, vt pulchriores de artificis corrigentis, quàm de manu processisse videantur auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius omnimodo reticendo, semiplenum opus visus est reliquisse, iste & sex dierum recapitulationem singulis versibus renotauit, & de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subiunxit. Clarus habitus fuit temporibus Cinthasuindi, & Reccesuindi, Regum; ferè duodecim annis tenens dignitatem simul & gloriam Sacerdotis. Sicq; post lucis mundanalis occasum, in basilica sanctæ Leocadiæ tenet habitationem sepulchri.

F. Connexit.

VITA IVLIANI EPISCOPI per Felicem.

I*VLIANVS Episcopus, discipulus Eugenij, sedis Carthaginis prouinciæ Metropolitanus, vrbis Regiæ Pontifex, quàm plurima*

de officijs dulcifluo sono composuit. Era 728. diem vitæ clausit extremum: ac sic in basilica gloriosissima sanctæ Leocadiæ virginis, sorte sepulchrali est tumulatus.

VITA SALVI ABBATIS ALVELdensis, incerto auctore.

SAluus, Abba Albaildensis monasterij, vir lingua nitidus, & scientia eruditus, elegans sententijs, ornatus verbis, scripsit sacris virginibus Regularem libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perspicuum. Cuius oratio nempè in hymnis, orationibus, versibus, ac missis, quas illustri ipse sermone composuit, plurimam cordis compunctionem, & magnam suauiloquentiam legentibus, audientibusque tribuit. Fuit namque corpore tenuis, paruus robore, sed validè feruescens spiritus virtute. O quanta illius ex ore dulciora, super mella, manabant verba, cor hominis quasi vina lætificantia. Obijt temporibus Garseani Christianissimi Regis, & Theudemiri Pontificis, quarto Idus Feb. Era millesima: sana doctrina præstantior cunctis, & copiosior operibus charitatis. Ac sic in prædicto cœnobio, iuxta basilicam sancti Martini Episcopi, & confessoris Christi est tumulatus sorte sepulchrali. Ad cuius pedes discipulus Velasco Episcopus quiescit in pace.

DVODECIM VITÆ INCERTI auctoris, quæ in M.ss.D.Isidoro, & Ildefonso, cum hac præfatiuncula præponebantur.

QVamuis superius plurimi veterum tractatorum, inter Græcos & Latinos scriptores doctissimi annotentur, tamen reor ipse etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigisse.

SIXTVS Episcopus Romanæ vrbis, & martyr, composuit ad instar Salomonis, librum Prouerbiorum, tàm breui eloquio, vt in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ. Cui quidem opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam fidem inseruerunt; quo facilius sub nomine tanti martyris, peruersorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is qui Catholicum se se meminit, probando legat, & ea, quæ veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem eundem librum ab hæreticis, non à Sixto fuisse dictatum.

tum. Refellit autem hanc opinionem beatißimus Augustinus, qui in quodam opere suo, ab eodem martyre hoc opus compositum esse fatetur.

MACROBIVS Diaconus studium sancti Cypriani, ingeniumq; sequutus, cõplexus est congrua, ex vtroq; testamento, aduersus versutias hæreticorum capitula; de scilicet Dei Patris, & maiestate filij Dei, & de aduentu eius, Incarnatione, & Ascẽsione in cœlis: parique modo, & de electione gentium, & reprobatione Iudæorum. Deinde subiecit etiam cætera, ad vtilitatem vitæ & disciplinæ religionis pertinentia: omnia hæc in centum distincta capitulis.

FILASTRIVS Brixiensis Episcopus: hic longè ante beatißimum Augustinum, edidit librum de hæresibus; singulas quasq; demonstrans; siue quæ in populo Iudæorum, ante Incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat; siue quæ, post Domini Saluatoris aduentum, aduersus Catholicam fidem exortæ sunt: quas idem centum viginti octo esse describit. Sicut & de eo idem vir magnæ gloriæ Augustinus, & doctor clarißimus meminit.

THEODORVS, Mopsuestenæ vrbis Episcopus, ita clarè copioseq; scientia doctrina refulsisse refertur, vt prædicaretur, si referre fas est, mille voluminum summam in Græco conscripsisse, aduersus omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Episcopi, in præiudicio Chalcedonensis Concilij, Iustiniano Principe compellente, damnare post mortem cum Iba, & Theodoreto Episcopis censuerũt; dum constet eum laudabilium virorum testimonijs, clarißimè Ecclesiæ doctorem fuisse. Vixit vsque ad Imperium senioris Leonis.

TYRANNIVS Ruffinus, scripsit ad quemdam Paulinum Presbyterum, de benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligẽtia librum; satis succinctum, & clara breuitate compositum. Hic autem iuxta mysticum sensum, ea quæ de Dan filio Iacob, scripta sunt, non rectè de Domino nostro interpretatur; dum proculdubio ad Antichristum eadem pertinere sanctorum Patrum probet assertio.

VERGVNDVS Africanus Episcopus, studijs liberalium literarum disertus, edidit carmine dactylico duos modicos breuesq; libellos: quorum primum de resurrectione & iudicio scripsit, alterum verò de pœnitentia; in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

VICTORINVS Episcopus composuit & ipse versibus

duo opuſcula admodum breuia: vnum aduerſus Manichæos, reprobantes veteris teſtamenti Deum, veramq; Incarnationem contradicentes: alium autem aduerſus Marcioniſtas, qui duo principia, ideſt, duos Deos fingunt; vnum malum, iuſtum creaturarum conditorem, & retributorem factorum; alterum bonum, animarũ ſuſceptorem, & indultorem criminum.

ITATIVS Prouinciæ Gallæciæ Epiſcopus, ſecutus chronicam Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi, ſiue Hieronymi Presbyteri, quæ vſque hodie in valentis Auguſti Imperium edita declaratur, de hinc ab anno primo Theodoſij Auguſti, vſque in annum Imperij Leonis octauum, ſubiunctam ſequitur hiſtoriam: in qua magis barbararũ gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hiſpaniam. Deceſſit ſub Leone Principe, vltima iam penè ſenectute; ſicut etiam præfationis ſuæ demonſtratur indicio.

EVSEBIVS Dorolitanæ vrbis Epiſcopus; hic in cœtu Chalcedonenſis Concilij, contra Dioſcorum hæreticum Alexandrinæ vrbis Epiſcopum, librum obtulit, ac præſenti Synodo omnes Dioſcori errores & blaſphemias recitauit. Hunc enim ad ſanctum Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum idem Dioſcorus, in Epheſina ſecunda Synodo, excommunicationis ſententia deiecerat; eo quòd pro orthodoxa fide contra hæreſem repugnaret. Unde poſtea idem Euſebius, in Chalcedonenſi Synodo innumerabilium malorum eius crimina, vel blaſphemias detegens, damnationis eius ſententiam ſuper eum à ſancto Concilio imprecatur: ſcilicet, vt quod iniuſtè ille alijs intulerat, in eum iuſtè retorqueatur.

CEREALIS Caſtulenſis Eccleſiæ Epiſcopus: hic dum apud Carthaginenſem Africæ Prouinciæ vrbem veniſſet, & de fide ſanctæ Trinitatis cum Maximiano Ammonitarum Epiſcopo concertatus eſt, reſpondens propoſitionibus eius non eloquiorum argumentis, ſed teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum. Extat hoc ipſum eiuſdem opuſculum, decem & nouem reſponſionum capitulis præſignitum.

FERRANDVS Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus, multum in ſacris ſcripturis floruiſſe aſſeritur, multaſque cum beato Fulgentio propoſitiones alternis epiſtolis habuiſſe narratur. Iſte ad Pelagium & Anatolium, Romanos Diaconos, conſulentes eum, vtrum liceat quemquam damnare poſt mortem, edidit reſcriptum, vbi inter alia ſic loquutus eſt dicens: Quid prodeſt dormientibus perturbare? Siquis adhuc in corpore mortis huius accuſatus, & dãnatus ante quam mereretur abſolui, de Eccleſia raptus eſt, abſolui

non

non potest vlterius humano iudicio. Siquis accusatus & absolutus ante diem sacri examinis, repentina vocatione præuentus est, intra sinum matris Ecclesiæ constitutus, diuino intelligendus est iudicio reseruari: de hoc nullus homo potest manifestam proferre sententiam; cui si Deus indulgentiam dedit, nihil nocet nostra seueritas; sed si supplicium præparauit, nihil prodest nostra benignitas.

PETRVS Ilerdensis Hispaniarum Ecclesiæ Episcopus, edidit diuersis solennitatibus congruentes orationes; vt Missas eleganti sensu, & aperto sermone.

MARCELLINVS Italiæ Presbyter, scripsit Theodosio minori, Arcadioque Imperatoribus opusculum vnum, in quo retexit gesta Episcoporum, qui ad destructionem [a] homousion Arimini conuenerunt: quique ita totum mundum perfidia impij dogmatis turbauerunt, vt vix pauci Antistites existerent, qui inuiolabili fidei cultu perseuerarent. Exponit quoque de Ario dum ad Synodum pergeret, cum Alexandro disputaturus, qualiter [b] conuersus in via ad necessariam causam, viscera eius fuissent diffusa. De fine quoque Osij Cordubensis vrbis Episcopi, qui metu Imperatoris, fidem præuaricatus, perfidiæ assertor, & impietatis effectus fuerat assequutor, sic talia profert: Nam post impiam (inquit) Osij præuaricationem, dum sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus, in Cordubensi vrbe, iuxta Imperiale decretum fuisset adductus, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dicit Clementino Constantij Præfecti Vicario, vt mitteret eum in exilium: at ille, non audeo, inquit, Episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu deieceris. Vt autem vidit sanctus Gregorius, quòd Osius vellet ferre sententiam, appellat Christum totis fidei suæ visceribus, exclamans ita: Christe Deus, qui venturus es iudicare viuos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiam aduersus me minimum seruum tuum; qui pro fide nominis tui, vt reus aßistens, spectaculum factus sum: sed tu ipse, quæso, in causa tua hodie iudica; ipse sententiam proferre dignare per vltionem. Non ego quasi metuens, exilium fugere cupio; cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium graue sit; sed vt multi præuaricationis errore liberentur, quum præsentem viderint vltionem. His dictis, ecce repente Osius residens fastu quasi Regalis imperij, cum sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter & ceruicem, & de sessu in terram eliditur, atque ilicò expirauit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expauit; & licet esset iudex, tamen timens ne in se simile supplicium [c] iudicaretur,

[a] F. Homousij
[b] F. Conuerso.
[c] F. Vindicaretur

caretur, prostrauit se ad pedes sancti viri, obsecrans, vt sibi parceret, qui in eum diuinæ legis ignoratione peccasset; & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde est, quòd solus Gregorius vindicantium integram fidem, neque in fugam versus est, neque passus est exilium. Vnusquisque enim timuit de illo vlteriùs iudicare.

FINIS.

INDEX LOCORVM

SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ, ET quemadmodum in hac Conciliorum Collectione citantur. Literæ p.m.f. principium, medium, finemq; paginæ, vbi quidq; habetur, demonstrant.

GENESIS.

EXODVS.

LEVITICVS.

1. *PARALIPOMENON.*

2. *PARALIPOMENON.*

IOB.

PSALTERIVM.

PROVERBIA SALOMONIS.

ECCLESIASTES.

CANTICA CANTICORVM.

SAPIENTIA.

ECCLESIASTICVS.

ISAIAS.

HIEREMIAS.

THRENI.

EZECHIEL.

OSEE.

ZACHARIAS.

MALACHIAS.

MATTHÆVS.

in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat, & inutilem ſeruum mittet in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. 498.p.

25.B. Quia in pauca fuiſti fidelis, in multa te conſtituam. 454.m.

Ibid.D. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi. 209.f.

Ibid. Diſcedite à me maledicti, neſcio vos: ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius. ibid.

26.C. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit. 708.f. 773.f.

Ibid. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. 338.f.

Ibid.D. Triſtis eſt anima mea, vſque ad mortem. 313.m.

Ibid. Mi Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. 701.p.

Ibid. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 737.m.

Ibid. Spiritus promptus, caro autem infirma. 318.p.

28.C. Ite, docete omnes gentes ✠ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 699.m.

MARCVS.

CAp.9.F. Quia ſi quis ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ligetur collo eius mola aſinaria, & proijciatur in mare. 497.m.

12.B. Cauete ab his, qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem: hi accipient damnationem maiorem. 497.m.

14.B. Inuenietis hominem aquam baiulantem. 80.m.

Ibid.C. Et manducātibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis. 709.p.

Ibid.D. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. 498.p.

LVCAS.

CAp.1.C. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres. Ecce in vtero concipies, & paries filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. 700.p.

2.B. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 232.f. 339.p. 417.m.

3.B. Videbit omnis caro ſalutare Dei. 666.f. 667.p.

Ibid.C. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. 497.m.

6.C. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. 424.f.

Ibid.E. Dimittite, & dimittetur vobis. Si autem nō dimiſeritis, nec pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. ibid.

10.C. Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, eum ſpernit, qui miſit me. 497.f.

Ibid.F. Quidquid ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. 214.f.

18.F. Ecce

J O A N N E S.

ACTA APOSTOLORVM.

EPISTOLA AD ROMANOS.

EPISTOLA 1. AD CORINTHIOS.

EPISTOLA. 2. AD CORINTHIOS.

EPISTOLA AD GALATAS.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Ibid.C.

EPISTOLA.1.AD THESSALONICENSES.

EPISTOLA.1. AD TIMOTHEVM.

EPISTOLA.2. AD TIMOTHEVM.

EPISTOLA AD TITVM.

EPISTOLA IACOBI.

EPISTOLA.1. PETRI.

EPISTOLA. 1. IOANNIS.

APOCALYPSIS.

INDEX EORVM,

QVÆ POTISSIMA IN HOC CONciliorum opere continentur. Litera p. principium. m.medium. f.finem paginæ, vbi quidq; reperitur, designat.

A

INDEX

B

C

Chrisma

Clerici

Clericus

Dæmoniosi.

D

E

Episcopus

Era

Exe-

G *Gardin-*

G

H

I

Lector,

Litorius,

B. Maria,

Munditia

Pecunia

Primatus

Proterius

Reccesuinthus,

S

Salmantica

T

Tarraconensis

V

Viduæ

ACcurata hæc Conciliorum Collectio, acri Garsiæ Loaisa ingenio illustrata, in catholicæ fidei præsidium, communeinq; hominum vtilitatem in lucem edita, suo consonat exemplari, demptis his à me mendis assignatis.

PAgina. 29 lin. 4. Lactnij: lege, Lactantij 93. lin 9. quadragesimus: quinquagesimus 184. lin. 11. aut matris: aut sororis aut matris 189. lin. 1. abstioent: abstines 194. lin. 31. laboris: laboribus 203. lin. 24. vinificantem: viuificatorem 207. lin. 14. traosiuimus: ad Dei Ecclesiam trāsiuimus 212. lin. 19. secuūdm: secūdum 214 lin. 33. instaurendæ: instaurandæ 251. li. 30. Ostiarius: Osciarios 259 lin. 25. Segobiēsis: Segobriēsis 275. lin 15. Sydodus: Synodus 284. lin. 22. erigitius: erigitor 288 lin. 9. Cleris Clerici: & lin. 18. Husmodi: Huiusmodi 294. lin. 20 Nauarrum: Nauarum 300. lin 37. habetis: habitis 305. lin. 30. Ob hoc hoc: Ob hoc 318. lin. 4. Sacerdodibus: Sacerdotibus 349. lin. 24. intercludimus: intercludimus aditum 360 lin. 1. constringant: constringat 365. lin. 11. strictoris: strictiori 367. lin. 19. solutio. sollicitudo 403 lin. 3. indesidenter: indesinenter 404. lin. 2. refugia: refuga 415. lin. 17. illis: illi requisiti: & lin. 19 prouidus: peruidus 416. lin. 9. perspicuus: perspicui 424 lin. 18. nostras: nostræ 427. lin. 4. rationis acumine: pro rationis acumine 428 lin. 12. vitro: vitio 464. lin. 10. Principi: pro Principe 471 lin. 17. accipsint: accipiant 476. lin. 4 Indæs: Iudæis & lin. 18. religionis: religioni 478. lin. 26. nullius: nullus 481. lin. 22. humanandum: humandum & lin. 24 exceptis: quibus ei placuerit, exceptis 484. lin. 3. seruitutis Patrum: lege, seruitutis. Adeò cum iam præteritis Patrum 499 lin. 7. obliterenda: obliteranda 501. lin. 13. illationes: illationes tributorum 508. lin. 31. omnipotenti: omnipotenti 517 lin. 4. om num: omnium 521. lin. 32. suis: sui 539. lin. 22. fanguinis: sanguinis 588. lin. 18. de Deo: ex Deo 595. lin. 16 Episcopus: Episcopis 631. lin. 6. Austerij Episcopi Tyrassonensis: lege, Iacobi Episcopi Gerundensis 634. lin. 10 exhibitione: exhortatione 639. lin 8. Vlyssipponsem: Vlyssipponensem 663. lin. 33. sicut essentia: sicut essentia, de essentia 664. lin 37. operationem comparationem 670. lin. 12. homis: hominis 671. li. 6. concurrente: currente 679 li. 3. Adeodatus: Adeodatus 705. lin. 17. continentis: conuicinis 715. lin. 2. potestatis: posteritatis. *In cuius rei fidem has literas meo nomine subscripsi. Dat. Compluti in insigni Lucensi Collegio. 20. die mensis Iulij, anno 1593.*

Licentiatus Christophorus Orduña.